






ALEXANDRI
AB ALEXANDRO
DIES
GENIALES
PARIS 153










DITTON PARK.

138



ALEXANDRI AB ALEXANDRO IVRISPERITI NEAPOLITANI GENIALIVM DIERVM LIBRI SEX VARIA AC RECONDITA ERVDITIONE REFERTI.

Accuratius quàm antehac excusi, cum duplici indice.

μήτ᾽ ἐμοὶ μέλι, μήτε μέλιτα.



Nocet empta dolóre uoluptas.

ἀείδω ξυνετοῖσι, θύρας δ᾽ ἐπίθεσθε βέβηλοι.

CVM PRIVILEGIO

Væneunt Parisijs in uico Sorbonico, & Iacobæo, apud Ioannem Petrum sub insigni D. Barbaræ.

M D XXXII

Ioachimus

POLITES ZELANDVS
AD CANDIDVM
LECTOREM.

QVisquis es Aonias breuiter cognoscere Musas
Qui cupis, & studijs inuigilare bonis,
Qui cupis ad doctæ penetralia sacra Mineruæ
Ingenuo celerẽ pectore ferre pedem:
Huc ades & cupidæ sollerti indagine mentis
Perlege diuinum candide Lector opus,
Perlege Alexandri felix monumenta diserti,
Atq; sub arcano cuncta reconde sinu:
Quicquid habent alij cæcis ambagibus, uno
Tradidit hic mira sedulus arte libro:
Vtque apis ex uarijs speciosi floribus horti
Non nisi quæ fuerint optima parca legit,
Sic dedit hic Latiæ compendia maxima linguæ
Ex dubijs longo tracta labore uijs:
Ardua sacrati pandit problemata iuris,
Abdita quæ doctis cuncta fuêre uiris:
Explicat ambiguos uigili studio labyrinthos,
E quibus haud facilis exitus antè fuit:
Adde quòd & Medicas claris uirtutibus artes
Exprimit ingenij dexteritate sui:
Intima naturæ uario primordia motu
Edocet ad proprias ducere quẽq; uias:
Candidus ætherei fulgentia sydera cœli
Prodidit, & rapidi signa corusca poli:
Deniq; Cecropias in summam contrahit artes,
Atq; aditum studijs omnibus ipse parat.
Inuida post cineres nimis huic citò fata sepultos
Abstulerant scriptis præmia digna suis.
At pius in magnum produxit Morrhius orbem
Obruta quæ putri delituêre situ,
Huius apud doctos ut gloria salua maneret,
Atq; opus hoc dignum posteritate foret.
Vis igitur facilem grata breuitate Mineruam
Reddere, & ex studijs præmia ferre tuis?
Hoc eme præclarum lector studiose uolumen
Et bene secreta singula mente tene.



ORNATISSIMO VIRO D. MARCO A VVEZE, ECCLESIAE ELSTENSIS ET CULENBURGENSIS

Præposito, Traiectensis uerò Ecclesiæ cathedralis Canonico, patrono & amico suo, Gerardus Morrhius Campensis.

S. D.



PUD NABATAEOS recepti moris fuisse legimus uir ornatiss. ut qui negligentior opes paternas imminuisset, pœna multaretur: contrà qui eas sua industria auxisset, præmio ex publico ærario honestaretur: existimantes nimirum id quod res est, nullam Rempubli. diu uigère posse, in qua adulescentes, qui conseruandæ ciuitatis ueluti semina quædam sunt, nō modò nullum frugalitatis specimen de se præberent, uerumetiam inerti otio torpenteis fatiscerent, nihilq́ sibi ad bona paterna fœdum in modum obligurienda, reliqui facerent, perinde quasi non ad aliud nati, quàm ut fruges consumerent. Probè quidem illi, sed multo rectius, mea sententia, plagiarij isti Reipub. literariæ publico exemplo multandi forent, qui quicquid probatorum Authorum semel inuncauerint, sibi solis seruant, sperātes aliquandò futurum, ut occasiōne oblata, ex aliorum sudoribus sibi auram popularē aucupentur: quo facinore non parum uerè paternas opes accidunt. Tolerabiliores tamen hi sunt, meo iudicio, quàm inuidi isti, qui aliorum monumenta apud se perpetuò manere sepultos, ac cum blattis & tineis rixari permittentes, neq́ sibi, neq́ posteritati aliqua ex parte consulunt: non secus ac peruigil ille Draco, quem aurea mala in Hesperidum ortis obseruasse Poetæ narrant. Quæ sanè res literariæ Reipub. superioribus annis πανολεθρίαν ferè induxisset, nisi Hercules aliquot ἀλεξίκακοι bonis auibus emersissent, qui pietate quadam erga posteritatem moti, iunctis umbonibus, rebus propemodùm deploratis suppetias tulissent, nullumq́ non mouissent lapidē ad bonos Authores ab istis tenebrionibus uelut ab inferis postlimiò reducēdos, frendentibus interim & contabescentibus malè feriatis istis φιλοβαρβάροις, qui noctuarū instar, exorientē Solē non ferentes, nunquàm nō rectioribus studijs inauspicatissimo garritu obstrepūt, & inuentis frugibus, ad glandes

 illas

illas suas multo insultissimas miseram iuuentutem inuitant. Sed bene habet, funus hic illorum nihil amplius trahit: quòd iuuenes alieno periculo prudentiores iam euaserint, quàm ut ad horum plus quàm Asininas uoces, καὶ μηδὲν ὑγιὲς ἔχοντας, aures arrigere dignentur. Satis enim iam diu sibi fucum esse factum ab illis intelligunt: dum luculentissima mercede & magni temporis iactura, nihil præter nænias suas illas decantatissimas, hoc est, meram quandam rerum omnium ignorantiam cum falsa scientiæ persuasione coniunctam, perdocent, adeò ut quidam uelut ex altissima phrænesi ad se redeuntes, ut Vlysses ille apud Sophoclem, plurimùm doleant, se in hoc genus quisquilijs operam (quod aiunt) & oleum perdidisse: quibus quemadmodùm ob resipiscentiam libenter gratulamur, ita obstinacibus istis & præfractis calcitronibus imprecamur, id quod Cretenses uitiosis & peruersis hominibus solent, ut mala consuetudine delectentur, sibiꝗ placeant, ac (ut inquit Oratius) libēter sint miseri. Porrò si (ut iam cæptũ est) Principum ubiꝗ fauor huic negotio sanequàm præclaro indies magis ac magis accedat, ausim omnibus bonarum literarum candidatis promittere, breui futurum, ut fusis Barbarorum copijs, literæ cum doctorum omnium applausu insignem triumphum agãt: perpetuo illis indicto silentio, adeò ut Harpocratis & Angeronæ instar, ne gry quidem deinceps mutire ausint. Ad quam rem multo sanè præclarissimam Christianiss. Frãcorum rex FRANCISCVS suo exemplo Principes omnes incitat: qui nuper uiros anxiè literatos amplissimo stipendio conduxit, ut & linguas, & Mathematicas disciplinas publicè prælegant: imitari uolens, opinor, ueteres illos, & omnium scriptis celebratissimos heroas, καὶ λαῶν ποιμένας, ut Homericis utar uerbis, Alexandrum Macedonem, Sertorium, Vespasianum, Antoninũ Pium, Traianum, aliosꝗ eiusdem classis, quos omnes recensère nimis longùm foret, qui liberalium artium professoribus annua salaria constituisse traduntur. Quamquàm multis parasangis illos etiam omnes superat: nimirum quos in suæ cuiusꝗ gentis liberos duntaxat fructum hunc deriuari uoluisse constat, adeò ut etiam Po. Rhomanus magni beneficij loco linguæ Latinæ usum Cumanis dederit. At hic noster, nullis nationibus exclusis, omnes ex æquo in partem uenire permittit, nõ solùm de sua republi. benemereri cupiens, sed potius de uniuerso terrarum orbe. quo factum est, ut nullus se prætextu aliquo purgare deinde posset, quo minus scientiarum fontes illos unicuiꝗ (ut Socrates apud Platonem asserit) à Deo Opt. Max. infusos quidem, sed terrena contagione ita turbatos, ut nisi summa ingenij exercitatione, assiduaꝗ meditatione corriuentur, profluere omnino nequeant, ita excolat, ut genuina illis innataꝗ uis, tenebris fugatis, emicare queat. Nec dubito quin patriæ nostræ Principes egregium hoc, & sæculis omnibus memorabile institutum certatim indies imitaturi sint, cùm audiã doctissimos quosꝗ iam ad honores passim apud illos euehi: quorũ prudẽti cordatoꝗ cõsilio, fieri nõ potest, quin & literis, & literatis omnibus suus honos aliquando cõstabit,

qui (ut



AD ILLVSTREM ANDRAEAM AQVAEVIAM, DVCEM ADRIAE, VIRVM ELOQVENTISS. ALEXANDRI DE ALEXANDRO, IVRIS PERITI NEAPOLITANI, IN GENIALIBVS DIEBVS PRAEFATIO.



ENIALES MEOS, ET A SEVERIS STVDIIS lucubratiunculas, succisiuis temporibus excogitatas, an dicarem tibi Dux inclyte, diu ancipiti cogitatione & dubia mẽte in utramq; partem distractus sum. Cùm enim ætate nostra te ingenio & facundia prope singulari uideamus, quid dignũ eruditione tua, aut satis exploratũ probatumq́;, homo ego tumultuarius in litibus & foro uersatus, apud te afferre possem, hæsitabã. Nunquid ex agro ieiuno & exili, poma Alcinoo (ut aiunt) aut Floræ serta dare tentarẽ: ut quod Phormioni Annibal, id tu mihi aliquãdò obiectares. Rursus cõmentatiũculas meas qualescunq; forent, cuius patrocinio tutò committerem potius quàm tuo, habebam neminem. Solus tu mihi occurrebas, cuius ingenij præstantem uim, & dicendi facundiã noscitabamus: cuiusq;, præter familiæ genus inclytum, præterq; auitam gloriam, fortunæq́; & animi dotes, etiam acre iudicium, examussim de studijs bonarum artiũ, & omni antiquitate, sæpenumerò factum audieramus. Accipias ergo opusculum, & iocos meos, quibus quandò à foro & negotijs otium & quies erat, quandoq; ab incursu calamitatum, & sæuientis Fortunæ procellis respirare potuimus, cum amicis interdum ludere solebamus. Quibusq; mores & exẽpla omnis uetustatis, ueterumq́; illa institutio auorũ, tam circa honores & magistratus, Senatusq; consulta, remq; bellicam & militarem, quàm circa sacra, cærimonias, cultusq; Deorum: quãtũq; à nostra religione, qua rectè imbuti sumus, quæq; nobis sanctissima & prouidentissima constituta est, illa discrepent, liquidò tibi innotescere possit, opus sanè operosum: Non quò iudicium censuramq; t iam, quæ pensiculata nimis & acris est, quam nos subire formidamus, experiar: sed quò patrocinium mihi aduersus cauillantes, siqui fortasse sunt, paratum inueniam: Siquidem hæc aliquibus non probari, & fortasse non nimis docta, aut exculta uisum iri, haud dubito. Id tamen qualecunq; sit, tu boni æquiq́; consules. Nam & si tuo graui & firmo iudicio dignum opus non sit: rudibus saltem ad capiendum maioris operis incrementum, & quandam uetustatis imaginem, uitandumq́;

inquirendi laborem, cùm omnia ex pluribus studijs collecta, complecti memoria non sit, fortasse proderit. Legentes tantùm queso meminerint, homini in foro uersato, & tumultuarijs iudicijs ferè possundato, q nec curis, nec negotio uacat, animo etiam tam uarijs actionibus occupato & impedito, quæ maximè à quiete doctrinarum auocãt, ut quid dignum auribus, diligenterq; exploratum, aut satis grauiter pensitatum, in medium adferre possit, nõ facile dari. Adde quòd antiquitatis omnis ratio cognitióq;, & siquod est uetustatis exemplar, apud Authores multiuagos, Græcos & Latinos, quos undiq; conquisitos, quò ad facere potui, euoluimus, sparsim & intercisè detrusa, nec in promptu exposita sunt. Adde causarum & negotiorum, priuatarũ publicarũq; rerum sollicitã curam, quæ Sapientis quoq; animum in diuersum trahit. Sed qualecunq; hoc munusculum futurum sit, id à te peto, ut meum erga te syncerum animum, fidemq;, & sedulum in omni Fortuna obsequium, saltem testari uideatur, quod ita acceptum iri à te, etiam atq; etiam postulo. Vale.

QVAE DE AVCTHORIS VITA EX HISCE COMMENTARIIS COLLIGERE LICET.

DE ALEXANDRO hoc nihil à recensioribus βιογράφοις scriptũ comperio: cùm tamẽ eorũ tempore uixerit, quorum uitæ à diuersis conscriptæ sunt. nimirum Francis. Philelphi, Geor. Trapezuntij, Ioã. Platinæ, Iouiani Pontani, Theodori Gazæ, Nicol. Perotti, Do. Calderini, Hermolai Barbari, Pauli Cortesij, Raphaelis Volaterrani. quos partim Rhomæ prælegentes audiuit, partim officio sibi deuinxit, partim etiã quæstiõibus ꝑpositis (ut fieri solet inter doctos) exercuit. Philelphũ iuuenis senẽ obseruauit, illumq; Rhomæ M. Tullij Ciceronis Tusculanas quæstiones summo artificio prælegentem audiuit. Nicolaum Perottũ & Do. Calderinum scribit sua ætate Martialis apophoreta magna æmulatione Rhomæ in scholis eodem tempore prælegisse. Professione fuit iuriscõsultus, in qua eò usq; progressus est, ut & in agro Neapolitano, & Rhomæ causas sæpe defenderit: ubi & ædes ostentis umbrarũq; illusionibus infames se aliquando incoluisse scribit, ac in agro Vaticano prædiolũ habuisse. Tandem ubi in iudicijs gratia & corruptionibus omnia transigi uideret, Patronisq; contra uim potentiorũ nihil amplius præsidij esse, relicto foro, & causarum actionibus, in mitioribus studijs ætatem consumpsit: satius esse ducens (ut ipse de se inquit) modico ciuiliq; cultu contentum uiuere, quàm bona animi turpi quæstu pessimo exemplo fœdâre.

qui (ut inquit Cicero) alit artes: quò minus mirãdum, apud Veteres tam multos doctrina claros fuisse uiros, cùm illis eo nomine apud omnes omniũ ferè gentium populos plurimum semper honoris fuisse delatum, legamus. Nam, ut infinitos alios taceam, Dionysius Syracusanorum tyrannus, Platonem sibi præceptorem adsciuit. Philippus non tam sibi filium natum, quàm Aristotelis ætate natum gaudebat, quò à summo philosopho, & educari, & erudiri posset. Alexander cùm Thebanorum bona militibus diripienda pro arbitrio dedisset, tantùm literis tribuit, ut Pindari Poetæ ædibus ne uim aliquam inferrent, edicto cauerit. Idem hoc honoris Marcellus COS. cùm Syracusas oppugnaret, Archimenidi philosopho tribuit, quamuis non pari successu. Prætereo Diuũ Cæsarem & Pompeium Magnum, quorum hic consulatu fungens, Possidonij summi sapientiæ professoris domũ ingressurus, Lictoribus ne de more fores uirga percuterent, interdixit, fascesq́ honoris causa, summisit: ille medicinam professos, & liberalium artium doctores, ciuitate donasse dicitur. Felix planè & omniũ uotis exoptandum sæculũ: id quod non ita magna temporis intercapedine reuertetur sat scio, si tu tuiq́ similes, qui apud Principes, & consilio, & authoritate plurimùm ualetis, studiorum patrocinium ex animo suscipere aliquando uelitis, illisq́ ad erigendas literas temporum iniuria collapsas calcaria addere. quo nomine non parum ornamenti inclytæ Vuezorum familiæ adiunxeris, perpetuaq́ tui memoria posteritatem deuinxeris. Sed quorsum opus est te pluribus adhortari? quẽ ad hoc munus alacriter seduloq́ obeundum, animum longè propensissimum habere, uel ex hoc cõiectare licet, quòd & ipse doctissimus sis, & ut cognatum unicè tibi charũ literis humanitatis instituendũ curarẽ, tantopere à me nuper cõtẽderis: qua in re, ne quam de me spem conceperis, uanam aliquando fuisse comperias, gnauiter dabo operã. Quantùm uerò ad rem literariam pertinet, quamuis in quo nunc sum rerum statu, mea opera nihil ferè emolumenti præstare posset, non desinam tamẽ modis omnibus aduigilare, ut testatum reddam, uoluntatem mihi in eam rem semper fuisse promptissimam. quod ut leui argumento tibi in præsentia ostendam, uir obseruande, mitto Dierum Genialiũ libros sex ALEXANDRI AB ALEXANDRO Neapolitani, uiri (ut paucis dicã) exquisitè docti, quiq́ κυκλοπαιδίαν omnibus numeris felicissimè absoluisse uidetur: Siue enim iurisprudentiam spectes, siue in explicandis authorum nodis dexteritatem, siue historiarum & fabularum penitissimam cognitionem, breuiter quicquid ad perfectam rerũ omnium doctrinam spectat, dispeream nisi iures illum ubiq́ in sua uersari palæstra. In hunc annis ab hinc plus minus duobus, cùm essem Francfordiæ, neglectum atq́ in angulum detrusum fortè fortuna incidi, sed ita deformatum & mutilatum, ut ne Authorem quidem ipsum, si reuiuiscat, sinè magno negotio, sua ipsius scripta interdum assequi potuisse credam. Quamobrem operæprecium me facturum putaui, ac non modò de hac aut illa respublica, sed de uniuerso orbe aliquatenus benemeritu-

rum, si collatis hinc inde Authorum locis, unde sua deprompsit, pro uiribus adniterer, ut pristinæ nitori restitutus, in manus hominum ueniret, id quod quantùm per occupationes licuit, effeci: nimirum qui eodem tempore, & conferebam, & ad prælorum clepsydram, festinationenq́ꝫ cogebar esse in procinctu. Nec me clam est, exorituros heic statim uitiligatores, qui operam hanc nostram, ut leuem parumq́ꝫ frugiferam eleuabunt. quos equidem hoc unum oratos uelim, ut tantisper linguam compescant, dum ipsi periculum fecerint, quantùm tædij sit aliquando deuorandum, quoties arrodēdi ungues, priusq́ꝫ locum unum aut alterum incuria uitiatum, sanare queas. Verùm ronchos eiusmodi & sannas facile cōtempsero, uir ornatiss. si hos qualescunq́ꝫ labores, tibi à tui amantissimo dedi-tissimoq́ꝫ consecratos, ab illorum calumnijs & sycophantijs uindicandos susceperis: idq́ꝫ ut facere non graueris, te etiam atq́ꝫ etiam obtestor. Meq́ꝫ in albū clientulorū tuorū, si lubet, refer. Bene Vale, & Stephanum Montanum communem amicum, quem inter causarū patronos audio isthic adscitum, plurimùm meo nomine queso salutes. Lutetiæ Parisiorum Calend. Ianuarijs M.D.XXXII.

Ad illustrem

LIBRI PRIMI GENIALIVM DIERVM CAPITA.



LOCVS ex Tranquillo de testamento Cæsaris in natali Iouiani Pontani inuicem discussus. Caput i. Folio 1.
Qui Reges uel Principes apud uarias gentes, cognomenta ex suo nomine posteris reliquerint. Caput ii. fo.2.
Quæ potestas quantumq; ius aduersus reliquos magistratus Tribunis plebis Rhomæ fuerit. Ca.iij. fo.3.
Quid uerbum sino cum negandi aduerbio apud Iureconsultos designauit, & quam uim habeat in edictis. Ca.iiij. fo.4.
Ex quot millibus Decuria, Centuria, Manipulus, Vexillum, Turma, Cohors, & Legio, à Rhomanis scribi consueuerint. Ca.v. fo.4.
Ex quibus causis Dictator apud Rho. olim, & quare fieri consueuit. Ca.vi. fo.5.
Locus ex Terentij Phormione elucidatus, & uetus Senatusconsultum à Græcis ad Rhomanos deductum. Ca.vii. fo.5.
Spero te amaturum fore, uel amandum fore, ueterum authoritatibus Latinè dici licere, contra opinionem quorundam Grammaticorum. Ca.viij. fo.6.
Pleraq; ueterum Rhomanorum cognomenta, quibus de causis indita, & denominata fuerint. Ca.ix. fo.7.
Quare partus ancillæ, cuius fructus legatus fuit, in fructu non sit, cùm reliquorum animalium contrà fuerit. Ca.x. fo.8.
Miracula de somnijs apud nonnullos cognita & comperta. Et quæ ipse expertus fuit. Ca.xi. fo.9.
Quæ forma castrorum, qualisq; disciplina olim fuit, & quot portæ in Rhomanis castris esse consueuêre. Ca.xii. fo.9.
Quot cognominibus Fortuna dea apud Rhomanos cognominata, & quibus Templis danata fuerit. Ca.xiij. fo.10.
Quoties opima spolia, cæsis hostium Ducibus, Rhomæ relata fuerint, & quoties Iani templum clausum sit. Ca.xiiij. fo.11.
Verbum liberorum & parentum in edictis Prætorum quos comprehendat, & an ad omnes in infinitum extendatur. ca.xv. fo.12.
Quæ & quot Curiæ Rhomanæ fuerunt, & uerbum Curia sinè adiectione nominis, quam Curiam designauit. Ca.xvi. fo.12.
Quæ fuerint Rhomanorum Tribuum nomina, & unde dictæ denominatæq; sint, & quæ apud Exteros celebrentur. Ca.xvij. fo.13.
Historia de Scipione Asiatico, & morte Aemyliani Scipionis: quæ incerto authore fuit. Ca.xviij. fo.14.
Quanta & quàm uaria Iurisconsultorum opinio fuerit de supellectili, & quæ supellectilis nomine comprehendantur. Ca.xix. fo.15.
In qua ætate milites à Rhomanis legi consueuêre, & quæ fuerit disciplina militaris, quódue iusiurandum. Ca.xx. fo.15.
Dissentio inter duos Ludi professores, super uerbo inuenio & reperio, contra obseruationes Grammatici cuiuspiam. Ca.xxi. fo.17.
Ex quibus uictorijs olim COSS. deinde sequti Duces, triumphare consueuerint. Ca.xxij. fo.18.
Disceptatio Francisci Philelphi cum Grammatico, an Cicero aliquandò Ludum aperuerit? Ca.xxiij. fo.19.
In quo gradu cognationis apud plerasq; gentes matrimonia licuerint: & quàm diuersi mores in contrahendis nuptijs fuerint. Ca.xxiiij. fo.20.
Quid sit Artemon apud Iureconsultos: & quod dicatur plumbum in ripa positum, de quo ambigitur apud multos. Ca.xxv. fo.21.
Quod esset Collegium fratrum Arualium Rhomæ institutum, quiue Salij Sacerdotes,

& quot societatum genera fuerunt. Ca.xxvi. fo.21.
Quot Lictores Apparitoresq́ habebat Dictator, quot COSS, aut Prætores, Quæstoresue, quiue secures habebant, & qui non. Ca.xxvij. fo.23.
Quod Regium Diadema, tam apud Rhomanos, quàm apud exteras nationes, gentesq́ fuerit, & quæ insignia. Ca.xxviij. fo.24.
Quæ fuerint Auspicia quæ è pullis emissis è cauea captarentur, & quæ secundos euētus, quæue infortunia afferunt. Ca.xxix. fo.25.
Pythagoras, Parmenides, & Zeno Philosophi, tū Ennius & Næuius, Pacuuius, Accius Poetæ, unde originem duxêre. Ca.xxx. fo.25.

LIBRI SECVNDI GENIALIVM DIERVM CAPITA.

LOCVS ex Propertio ab Accio Syncero Neapolitano in conuiuio familiari cōmodè emendatus. Caput i. fo.26.
Qui Quæstores Rhomæ, quotq́ fuerint, qualisq́ potestas & munus erat, aut iurisdictio, Ca.ij. fo.27.
Quid responderit super controuerso iure testamenti, in quo fundus seu ædes filiæ legatæ fuerant. Ca.iij. fo.29.
Quæ Deorum ædes extra Vrbis pomœrium sitæ fuerint, & ex his quæ in Vrbem postea receptæ. Ca.iiij. fo.29.
Quæ solennes cærimoniæ more Rhomano in sponsalibus olim & nuptijs esse consueuêre: & quæ apud Exteros. Ca.v. fo.30.
Immane exemplum Tulliæ supra corpus patris ambulantis, & filij Eucratidis idem facinus admittentis. Ca.vi. fo.31.
Tria errata interpretis Epistolarum familiarium Ciceronis commodè explanantur. Caput vij. fo.32.
Quot Rhomæ Pontifices, quódue officium, & quæ fuerint insignia, quibusq́ legibus Maximus Pontifex astrictus erat, & quid apud Exteros. Ca.viij. fo.32.
Mira exempla à compluribus experta de umbrarum figuris, & falsis imaginibus, & quæ ipse didicit, atq́ expertus fuit. Ca.ix. fo.34
Quæ sint pedamenta apud Iureconsultos, cuiúsue generis, & quid Bubrestis, & Pityocampa. Ca.x. fo.35
Qui Rhomani Duces ex oppidis & prouincijs ui subactis cognomenta desumpsêre, & de Scipionum familia, & quid apud Exteros. Ca.xi. fo.35.
Quid sit triplex forum, de quo in Martiale fit mentio, quæue fora olim Rhomæ fuerint, quæue apud Exteros præcipua. Ca.xii. fo.36.
Quæ multæ militares maiores, & quæ minores militibus, & ob quæ delicta inferri solebant. Ca.xiii, fo.37.
Quæ solennia in Herculis sacro ad Aram maximam seruabantur, & quæ apud Exteros, quæue aræ Herculis Rhomæ fuerint. Ca.xiiij. fo.39.
Quo tempore primùm Prætores creari cæpêre, & quod ius, quæue illorum potestas fuerit. Ca.xv. fo.40.
Locus ex Ciceronis oratione pro Milone, quandò delicta nō consummata, ac si perfecta fuissent, puniri debeant. Ca.xvi. fo.41.
Quòd Theophrastus sensit quibusdam viperarum morsibus Tibicines mederi, probatum experimentum. Ca.xvii. fo.41.
Qui Vici, Viæ, uel Cliui præcipui Rhomæ fuerint, & unde nomina originis sumpserint. Caput xviij. fo.42.
In quibus membris in homine insit religio quædam, propter quam illa sanctè coli debeant & obseruari. Ca.xix. fo.43.
Quibus finibus, quaq́ mensura, Iter, Actus, aut Via constēt. Et quid Pes, Cubitus. Palmus, Iugum, Dipletrum, Stadiúmue sit. Ca.xx. fo.45.
Miraculum de homine, qui plus in mari quàm in terris degebat, maximaq́ æquora ue
locissimè

lociſſimè tranabat. Ca.xxi. fo.46.
In quibus Deorum ſacrificijs, uictimas aut hoſtias, antiquo more, cædere non licebat. Caput xxij. fo.47.
Nunquid quod Lege Falcidia cautum eſt de quarta bonorum hæredi debita, poſſit uoluntate Teſtatoris comminui, uel tolli. Ca.xxiij. fo.48.
Loci ex Iuuenale parum ab interpretibus diligenter habiti, contra nonnullorum opinionem explanantur. Ca.xxiiij. fo.48.
Variæ apud diuerſas Gentes puerorum inſtitutiones, & infantibus Rhomanis quæ documenta fuerint. Ca.xxv. fo.49.
An inter Auguria ſternutamenta ſint & offenſiones pedum, & quæ illorum prædictio fuerit. Ca.xxvi. fo.52.
Quæ poteſtas Proconſulis foret, quiue erant Proconſules, & an idem iuris quod Conſules haberent, Ca.xxvij. fo.52.
Licere uti accuſatiuo caſu nonnunquam in uerbis localibus, contra regulas Grãmaticorum. Ca.xxviij. fo.53.
Equeſter ordo quãdo primùm cæptus fuit, quæq; ipſius ordinis poteſtas, & officium, atq; inſignia fuerint. Ca.xxix. fo.54.
Quid ſit charta Opiſthographa apud Iurecõſultos, de qua Vlpianus mẽtionẽ fecit, & quot chartarũ genera fuerint, & qd Ciſiarius apud eũdẽ Vlpianũ. Ca.xxx. fo.55.
Solêre magnos ſucceſſus ex infima fortuna, & futuras calamitates plerunq; ſignis præmonſtrari. Ca.xxxi. fo.56.
Par exemplum Tarquinij Superbi, & Traſybuli Mileſiorum Tyrãni: ac Sexti Tarquinij, & Zopyri Aſſyrij. Ca.xxxij. fo.56.

TERTII LIBRI GENIALIVM DIERVM CAPITA.

QVID dicatur idem apud Philoſophos: & quid idem à Iureconſultis, diſcuſſum cum Hermolao in Conuiuio familiari. Caput i. fo.57.
Gentium diuerſarum mores in condendis humandiſq; corporibus defunctorum, & qui Rhomanorum uſus fuerit. Ca.ij. fo.58.
Conſularia comitia per quos fiebant, quæuæ poteſtas Conſulis, quantumq; ius, & quæ dignitas foret. Ca.iij. fo.59.
Quæ ſint Sigillaria, uerbum ſæpius repetitum apud Scæuolam Iureconſultum, tertio de legatis. Ca.iiij. fo.61.
Quæ delictorum pœnæ maiorum criminum apud diuerſas Gentes, more & legibus fuerint conſtitutæ, & quæ minorum. Ca.v. fo.61.
Locus ex Ciceronis oratione pro Milone explanatur, & quæ Regiæ, quæq; Atria Rhomæ fuerint, Ca.vi. fo.64.
Quo apparatu, quibuſq; cærimonijs apud ueteres defuncta corpora igni tradebantur, qualiſq; pompa exequiarum foret. Ca.vij. fo.65.
Miraculum Tritonum & Nereidum, quæ uarijs in locis tempeſtate noſtra compertæ fuêre. Ca.viij. fo.68.
Qui Xyſtici, quiue Thymelici apud Iurecõſultos dicti ſint, quódue officium, & quid nomina deſignarint. Item qui intelligantur per aquæ aſperſores in ſacris certaminibus apud Iureconſultum: Et quid pancratiaſtes, & pancratium Ca.ix. fo.68.
Locus ex Iuuenale de Trulla quid deſignet, ex authoritate Iuriſconſultorum, & aliorum teſtimonio explanatur. Ca.x. fo.69.
Exempla frugalitatis priſcorum, & quàm parco uictu contenti fuerint, & quandò luxus primùm Vrbem inuaſerit. Ca.xi. fo.69.
Quæ ſint puræ & lectæ hoſtiæ in Deorum ſacrificijs, & quæ uictimæ quibus Dijs dicatæ fuerint. Ca.xij. fo.71.
Quæ origo Cenſorum, quæue poteſtas, & ex quàm paruis initijs in quantùm magnitudinis deuenerit. Ca.xiij. fo.73.

Quid ſit

Quid sit apud Iureconsultos cœnaculariam exercêre, quid Catadromus, quid Cloaca, Sphæristerium, & quid Hypocausta. Ca.xiiij. fo.74.
Solêre futuras calamitates multò antè signis præmonstrari, & miraculum quo uastitas Regni Neapolitani prædicta fuit. Ca.xv. fo.75.
Qui Duûmuiri, Triumuiri, Quinqꝫuiri, Septemuiri, Decemuiri, Quindecimuiri, & Centumuiri fuerint. Ca.xvi. fo.75.
Quoties contra ambitum illorum qui appetunt Magistratus, pluribus legibus à Rhomanis obuiam itum sit. Ca.xvij. fo.77.
Idus cuiusqꝫ Mensis apud Veteres Rhomanorum maximè festas, & feriatas fuisse, & quid apud Exteros. Ca.xviij. fo.78.
Defensio Vlpiani definientis Instratum quid esset, & quid differt pulsare à uerberare, contra Grammaticum illum falsò accusantem. Ca.xix. fo.78.
Quibus legibus Rhomano ciui data immunitas fuerit, ne uapularet: & quæ iura competant dominis in seruos, & patronis in liberos. Item in exilium mittẽdi ratio apud diuersos. Ca.xx. fo.79.
Qui ludi apud Rhomanos frequentes fuerint, qui apud Exteros, quæue sint nuces ocellatæ apud Tranquillum. Ca.xxi. fo.81.
Quæ uota olim solennia fuêre apud Rhomanos, & quæ apud Exteros, quiue uota cõcipere, & quomodo soliti sint. Ca.xxij. fo.82.
Consueuisse Rhomanos illorum bona quos maximis criminibus damnarant, publicare, & quæ Porticus Romæ insignes fuerint. Ca.xxiij. fo.84.
Quàm multiplex annus apud diuersas Gentes fuerint, & qui annus Rhomanis, quódue principium anni sit. Ca.xxiiij. fo.84.
Qui Topiarij apud Iureconsultos dicti sint, & legato fundo instructo, an ueniant Topiarij, & quæ seruorum species apud eosdem. Ca.xxv. fo.86.
Trium summorum uirorum somnia pares exitus habuisse, quiue somnia qualia uiderant, uera fuisse experti sunt. Ca.xxvi. fo.86.
Qui Rex Sacrificulus olim apud Rhomanos foret, quódue illi nomen, & quæ sacra obiret. Ca.xxvij. fo.87.
Thusci unde duxerint originem, quæue duodecim urbes fuerint, quarum consilio bella gerebantur. Ca.xxviij. fo.87.

QVARTI LIBRI GENIALIVM DIERVM CAPITA.

LOCVS ex Martiale cum Ioanne Veneto discussus, dum caloris incommoda sub umbra fraxini propulsarent. Caput i. fo.88.
Quæ apud Rhomanos fuerint militaria signa, quæ apud cæteros, quóue pacto educi consueuerint, & quid Tessera, quid Vexillum sit. Ca.ij. fo.89.
Quæ fuerint Rhomanis Comitia centuriata, quæ curiata, quæ tributa, & quæ calata. Caput iij. fo.91.
Quando primùm Aedilitas cœperit, & quot fuerint Aediles, & qui Curules, & qui Plebei. Ca.iiij. fo.94.
Iudicium ignaui Iudicis super controuerso iure perperam iudicantis, haustum aquæ per fundum alienum non deberi. Ca.v. fo.95.
Quanta seueritate à Rhomanis contra licentiam Magistratuum, & quoties occursum sit. Ca,vi. fo.95.
Qui ordo in disponendis aciebus, & quæ norma militiæ apud Rhomanos olim seruari solita fuerint, & quæ apud Exteros. Ca.vij. fo96.
An Sapienti uxor ducenda sit? & quæ ad propagandam sobolem indulta commoda à Rhomanis fuerint. Ca.viij. fo.98.
Ingens miraculum rerum quæ in Germania & Britannia, tam ex uitibus quàm fluctu maris proueniunt. Ca.ix. fo.100.
Locus ex Iuuenale declaratur, & quotuplex apud Veteres libertatis genus fuerit, qualiterqꝫ

qualiterq; ciuitas amittebatur uel dabatur. Ca.x. fo.101.
Qui fuerit modus consulendi Senatus, & ubi haberi, & quo pacto suffragia ferri solerent, & quid apud Exteros. Ca.xi. fo.104.
Quæ origo sacrorum Lupercalium sit, & quomodo celebrari, quandoq; coli solerent, & quàm uariæ Deorum effigies fuerint. Ca.xij. fo.107.
Quæ uitia ex loci natura aut Cœli climate, quibusdã Gentibus ita innata sint, ut illa habeant propria & perpetua. Ca.xiij. fo.108.
An sit idem deprecari quod recusare, contra quorundam Grammaticorum opinionẽ. Caput.xiiij. fo.109.
Triplex quæsitum super nonnullis uerbis Iurisconsultorum suobscuris, quis sit illorũ significatus, quæue pecuniæ olim fuerint. Ca.xv. fo.109.
Quæ portæ Vrbis Rhomæ præcipuæ fuerint, & unde nomina sumpserint, & ex quibus causis cognomenta. Ca.xvi. fo.110.
Quo ritu quibusq; cærimonijs hostia apud Priscos Dijs immolabatur, & quomodo fiebant sacra, & quid apud Exteros. Ca.xvij. fo.111.
Quæ militibus operam in bello nauantibus militaria dona ab Imperatoribus olim dari solita fuerint. Ca.xviij. fo.115.
Delusiones Dæmonum malorum à multis expertas fuisse, qui diuersis imaginibus homines delusêre. Ca.xix. fo.116.
Quando dies tam apud Rhomanos q̃ exteras Gentes incipiat, & qui dies atri, quiue fausti sint. Ca.xx. fo.117.
Locus Martialis in distichis elucidatus, in quo plerięq; interpretes Grammatici lapsi sunt. Ca.xxi. fo.119.
Exempla legis Iuliæ & Papiæ, quibus quæ lege Iulia indulta erant, lege Papia fuêre prohibita. Ca.xxij. fo.119.
Quod ius, quæue potestas Dictatoris Rhomæ, & Exteris fuerit, & à quibus dici, & quanto tempore debuerit. Ca.xiij. fo.120.
Quid Mina, quid Drachma, quid Assis, Denarius, Sestertium, & Talentum apud gentes diuersas ualuerit. Ca.xxiiij. fo.122.
Quæ Theatra Rhomæ fuerint, & qui Circi, quorumq; extent uestigia, & quæ penitus conciderint. Ca.xxv. fo.123.
Qui fuerit medius ungis, & infamis digitus, quibusq; digitis quæ fuerint qualitates & nomina. Ca.xxvi. fo.124.

QVINTI LIBRI GENIALIVM DIERVM CAPITA.

LOCVS ex Martiale, apud Gabrielem Altilium in Conuiuio familiari inuicem discussus. Ca.i. fo.125.
Quot plebis Tribuni à primordio Vrbis fuerint, quæue potestas, & qui Consulari potestate, & qui Tribuni ærarij. Ca.ij. fo.126.
Quonam modo per Feciales inirentur fœdera, aut bella indicerentur, & quid ab Exteris seruatum sit. Ca.iij. fo.127.
Pleraq; Veterum prænomina unde deducta fuerint & denominata, & de Nonis Caprotinis quæ tradantur. Ca.iiij. fo.129.
Quid sit apud Iureconsultos Heliocaminus, quid Zeta, & unde deductum nomen, & denominatum. Ca.v. fo.129.
Quando primùm Interregnum cæptum fuerit, & quibus de causis Interreges Rhomæ creari consueuerint. Ca.vi. fo.130.
Sacrificium Latinarum quomodo in Albano fiebat, & quæ erant feriæ, quiue populi ad Sacrum conuenirent. Ca.vij. fo.130.
Qui ludi Olympici, qui Pythij, qui Isthmij, & qui Nemei olim apud Græcos, & qui Circenses Rhomæ fuerint. Ca.viij. fo.131.
Mira exempla quæ in montibus & lapidibus hodie uisuntur, unde originem & cau-

sas duxerint. Ca.ix. fo.133.
Quā uarium & multiplex iusiurandum apud diuersas Gētes fuerit, & per quos Deos iurare consueuerunt. Caput.x. fo.134.
Quid sit Exedra, quid Menianum, de quibus apud Iureconsultos mentio frequens, & quid Embamma. Ca.xi. fo.135.
Quot uirgines Vestales, quæue illarū disciplina & institutio fuerit, quáue afficiatur pœna incesti damnata. Ca.xij. fo.136.
Ex quibus Veteres captare Auspicia solerent, & Auspiciorum, quæ prospera, quæue piacularia sint. Caput.xiij. fo.137.
Quid senserit Hieronymus Porcarius de iniquo iudice, quibusq́ modis litigantes frustretur & deludat. Caput.xiiij. fo.139.
Quæ in sermonibus quotidianis uulgata prouerbia apud Rhomanos in usu fuerint, & quæ apud Exteros frequentia. Caput.xv. fo.140.
Qui primus legem Theatralem Rhomæ tulerit, & quot leges Plebem ab Optimatibus postea distinxerint. Caput.xvi. fo.142.
Quid apud Scæuolam Iureconsultum sit Hierosiarchus, & quid sit Calix Diatretus. Caput.xvij. Caput.xvij. fo.143.
In quo discretus ordo Plebeius à Patricio fuerit, & in quo Patricius à Senatorio, quódue discrimen in uestibus apud diuersas Gentes. Caput.xviij. fo.145.
Qui numerus Augurum, quæue potestas, aut ius quondam fuerit, & quomodo Auguria captarentur. Caput.xix. fo.147.
Qui essent equi funales in Tranquillo contra nonnullorum interpretationem probabilis opinio. Caput.xx. fo.149.
Qui fuerit apud Veteres cœnandi usus, quæue hora prandij & cœnæ, quotq́ singulis lectis cœnitabant, & quid apud Exteros. Ca.xxi. fo.149.
Quæ ipse dictu admirabilia de umbrarum figuris, noctibus ferè singulis Rhomæ expertus fui. Caput.xxij. fo.152.
Qui cultus domorum quondam fuerit, & quare Maiorum imagines in postibus, & arma in atrijs, & uestibulis haberent, & quid de Exteris. Caput.xxiij. fo.153.
In extis inspiciendis quæ prospera, quæue dira sint, & quæ boni, quæue mali prænuncia. Caput.xxv. fo.155.
Consualia, Equitia, & ludi Apollinares quando à Rhomanis fierēt, quôue modo Diti sacra fiant, & quo tempore. Caput.xxvi. fo.156.
Quæ sacra expiationis causa à Rhomanis seruabantur, & quibus ex causis fierent, quæue apud Exteros. Caput.xxvij. fo.157.
Quæ affinitas cum Sex. Tarquinio Superbi filio, & quæ Collatino cum Bruto, & Lucretiæ cum utroq́ fuerit. Caput.xxviij. fo.158.

SEXTI LIBRI GENEALIVM DIERVM CAPITA.

LOCVS ex tertio Ciceronis de officijs, quid uenditor emptori præstare teneatur, cū Sigismundo in suburbano discussus. Caput.i. fo.160.
Quæ maxima fuerint oracula, quæue templa celebria apud plerasq́ Gentes in magna religione & cultu. Caput.ij. fo.161.
Qui fuerint Legati Cōsulum uel Prætorum, quæue iurisdictio, aut illorum potestas sit. Caput.iij. fo.163.
Qui magni Dij, qui communes, aut indigetes dicti, quæue Deorum cognomēta, & Iunonis Rhomæ templa fuerint. Caput.iiij. fo.164.
Ex quibus oppidis quibusq́ regionibus aut terrarum oris, ingenio clari & præcipua doctrina uiri plures euasēre. Caput.v. fo.166.
Quo apparatu, & qua pompa, quantoq́ omnium studio olim Rhomani triumphos agerent, quis ordo seruari, & quæ in Triumpho ferri consuerant. Ca.vi. fo.166.
Responsum Raphaeli Volaterrano, quare legum & causarum studio intermisso, in his
mitioribus

mitioribus studijs oblectaremur. Caput.vij. fo.169.
Quæ sit Bona Dea, & quæ à Veteribus illi sacra fieret, quidue Rubigalia, Floralia, & Vinalia forent. Caput.viij. fo.169.
Tantùm & quantùm comparatiuo nonnunquam coniungi, ædemque pro domo sæpe apud Authores inueniri. Caput.ix. fo.171.
Quæ lege xij Tabularum utiliter & commodè, quæue parùm consultè, & nimis seuerè scripta uidebantur. Caput.x. fo.171.
Sacrum septimontium in quibus locis Vrbis fieret, quiue septem colles Vrbis sint, quæue in illis præcipuæ dignationis loca forent. Caput.xi. fo.174.
Qui Flamines primi Rhomæ fuerint, quódue Flaminis officium, quibusque essent cærimonijs addicti. Caput.xij. fo.175.
In quot Cohortes, Manipulos, Centurias, Decuriasque Phalanx diuidatur, & quæ illius descriptio fuerit. Caput.xiij. fo.176.
Res sacræ, religiosæ, & sanctæ quæ censerentur apud Veteres, quibusque sacrũ aut sanctum facere licuit. Caput.xiiij. fo.177.
Locus Ciceronis ex Catone Maiore de lege Voconia quæ esset, & quę Furia, & Falcidia explanatur. Caput.xv. fo.179.
Quid responderim Hieronymo Massaino, cur in eodem forem statu semper, cùm ad honores admitterentur alij. Caput.xvi. fo.180.
Quibus ex causis ouare Ducibus licebat, & in quibus Ouatio differt à Triumpho. Caput.xvij. fo.180.
Qui erant Tribuni militum in Rhomanis castris, quæue potestas & officium foret, aut iurisdictio. Caput.xviij. fo.181.
Qui ludi Scenici, qui Megalenses, qui Taurij, Compitalicij, Iuuenales, & Honorarij fuerint. Caput.xix. fo.181.
Qui esset Vrbis Præfectus, quódue officium, quarumque rerum cognitionem animaduersionemque haberet. Caput.xx. fo.184.
Miraculum de homine qui extrusus è carcere, rursusque in eo intrusus, inferna se loca adiuisse enarrauit. Caput.xxi. fo.185.
Quot militum ordines, cuiúsue generis milites in Rhomana militia olim militare consuerant, & qui apud Exteros. Caput.xxij. fo.186.
Quid Lex, quid Plebiscitum, Senatúsue consultum, quid sint Prætorum edicta, uel responsa prudentum. Caput.xxiij. fo.190.
Qui primi de plebe ad Dictaturam, Cõsulatum, & Præturam, aliosque magistratus euecti fuerint, & de Ephoris quæ tradantur. Caput.xxiiij. fo.191.
Quas acies, quósue exercitus, qui Duces paruo manu profligarint, quæue flumina Xerxis exercitus potarit. Caput.xxv. fo.192.
Quid uariæ gentes de Dijs senserint, & quàm impia & detestanda sacra apud Exteras Gẽtes fuerint. Caput.xxvi. fo.193.

CAPITVM DIERVM GENIALIVM FINIS.

¶ Index insignium rerum secundum ordinem Alphabeti. Porrò primus numerus folium, secundus uerò paginam indicat.

¶ A ANTE B.

¶ Abij. 112. 1.
abolla. 145. 1.
absentium nulla ratio in comitijs. 93. 2.
absolutionis signum in iudicio. 63. 1.

¶ A ante C.

¶ Acadinus fons & iuramẽti ueri aut falsi apud eundẽ exploratio. 135. 1.
accensi. 49. 2. & 23. 1. & 188. 1.
accius. 26. 1.
accusatori quot horæ darentur in iudicio. 105. 2. & 106. 1.
acetabulum. 46. 1.
achaicus conuentus. 87. 2.
acherusus. 66. 1.
achilles Tenedijs inuisus. 39. 2.
achillis ædes. ibidem.
acierum forma. 96. 2.
acierum ordo. ibidem.
aciei diuisio. 79. 2.
acinacis. 187. 1.
ἀκονῆ[illegible]. 141. 1.
acradina. 174. 2.
acronis error. 64. 2.
actus. 45. 1. bis.

¶ A ante D.

¶ Adagia diuersa. 32. 2. & 140. 2.
adagia à ciuitatibus sumpta. 108. 2.
adagium. 192. 1. & 149. 2.
adagium iudicum. 140. 1.
adamas cælatus in marmore repertus. 144. 1.
ἀδιαπτῶται. 80. 2.
adipales cœnæ. 175. 2.
adijciales cœnæ. ibidem. & 77. 1.
ad myrtum canere. 49. 2.
adolescẽtes in sacris Lacedæmoniorum flagellati. 114. 1.
adorea. 115. 1.
adscripti. 101. 2.
adscriptitij. 86. 1. & 188. 1.
ad triarios rẽ uenisse. 141. 2.
aduenarum artes. 143. 2.
dulterij punitio. 89. 1. & 2.
adulterij remedium. 89. 2. bis.
adulterium apud quas gentes impunitum. ibidem.

¶ A ante E.

¶ Aeclon. 150. 2.
ædes in Vrbem diu non admissæ. 29. 1.
ædiles diuersi, & eorũdẽ munera. 94. 1. & 2.
ædiles patricij & plebei alternis annis. 94. 1.
ædiles Cereales. ibidem.
ædiles ludos ædebant. 94. 2.
ædiles sacrosancti. ibidem.
ædiles uectigalia constituebant. 95. 1.
ædiles plebei duo. 94. 1.
ædilitate repulsi scribę. 95. 1.
ædilitatis initium. 94. 1.
ædilitatis munus cũ alio munere coniunctum. 94. 2.
ædilitatis repulsam passi, ad alios tamẽ magistratus sta tim euecti. 94. 2.
ædilium creatio. 94. 1.
ædilium uetus edictum. 160. 2.
ædilium edictum in Iudæos & Aegyptiorũ sacra 94. 2.
ædilium potestas coercita. ibidem.
Aegyptij regni finis. 3. 1.
Aegistus à cane nutritus. 56. 1.
Aegyptiorum iudices. 77. 2.
Aegyptiorum literæ. 55. 2. bis.
Aegyptiorum sacra. 94. 2.
Aegyptiorum sacra incruenta. 47. 1.
Aemylij. 8. 1.
Aenobarbi. 7. 1.
Aeolius modus. 90. 2.
Aequimelium 84. 2.
ærariũ in æde Saturni. 28. 2.
ærarium militare. ibidem.
ærarium sanctius. 28. 2.
ære diruti. 37. 2.
Aesculapij sacra. 79. 2. & 47. 1.
æs seminatũ ĩ Cypro. 101. 1.
ἀισυμνῆται. 120. 1.
æthiopiæ regni hæreditas 172. 2.
ætas muneris pub. obeundi. 96. 1. bis.

¶ A ante G.

¶ Agema. 5. 1.
Agesilaus legatus. 164. 1.
ἄγγαροι. 23. 2.
agonales dies. 120. 2.
agonalia. ibidem.
agones. 114. 2. & 132. 2.
agoranomi. 94. 2.
agri lustrandi ratio. 158. 1.
agricultura apud ueteres. 70. 2.
agrippæ. 8. 1.
agrorũ dimensio. 38. 1.

¶ A ante I.

¶ Aijara. 43. 1.

¶ A ante L.

¶ Alabandorum dij. 108. 1.
alæ. 4. 2.
alæ dijs additæ. 108. 1.
alarij milites. 189. 1.
Albanus mons. 130. 2.
alba uestis lugubris apud q̃sdam. 65. 1.
Alexãdri aduersus Dareum uictoria. 192. 2.
Alexãdriæ prærogatiuum. 24. 1.
allocutionis templũ. 43. 1.
alogij rei. 96. 1.

¶ A ante M.

¶ Amœbæum carmẽ. 31. 2.
amanuenses. 86. 2.
amatæ uocabantur uestales. 136. 2.
amastris. 174. 2.
ambaruale sacrum. 71. 2. & 158. 1.
ambitus repressio. 77. 2.
amburbialis uictima. 157. 2. & 146. 2.
ambustus. 8. 1.
amicitia. 50. 1.
Amnemones. 104. 1.
amnestias lex. 173. 2.
Ammonis simulacrũ. 107. 2.
amphiarai Tẽplũ & sacrũ. 162. 1.
amphitheatrum. 113. 2.
Amphyctionum conuẽtus. 87. 2. & 131. 1.
Amphippi. 188. 1.
amphora. 45. 2.
amphimaschalos. 146. 2.

¶ A ante N.

¶ ἀνακαλυπτήρια. 31. 1.
Anacharsis dictum. 105. 2.
Anagninorum conuentus. 131. 1.
analecta. 119. 1.
Anacreõtis interitus. 166. 2.
anaxirides. 146. 1.
ancillarum uestes. 145. 2.
Ancon. 62. 1.
Andria. 150. 2.
andronetis. 154. 1.
anetis. 20. 2.
angeronæ sacellum. 124. 1.
angiportus. 42. 1.
angiportus patricia. 84. 2.
animaduersio. 61. 2.
animaduersionũ ordo in re militari. 38. 2.
animalia alia alijs dijs dicata. 72. 1.
ἄνυμφοι. 112. 1.
annales. 118. 1.
anni & tempora, tribunis ne an consulibus numerarẽtur disceptatum. 113. 2.
anni per ætates distincti. 85. 2.
anni principium. ibidem. bis.
annorum numeratio apud diuersas gentes. 77. 2.
annus multiplex apud diuersas gentes. 85. 1.
annus mundanus. ibidem.
annus naturalis & ciuilis. 85 2.
annus uerus ab Aegyptijs inuentus. 85. 1.
antesignani. 188. 1.
antidota aduersus Venerem. 112. 1.
ἀντίχειρ. 124. 1.
Antigoni insolentia. 25. 1.
Antiochi sepulchrum. 37. 1.
antisteria. 170. 2.
Antonii. 7. 1.
Antonini. 2. 1.
anularis digitus. 124. 2.
annuli gestatio quibus militibus concessa est. 52. 2.
annulorum ius quibus concessum. 54. 1.
annulorum aureorũ iure donati. 49. 2.
annulorum luxus Heliogabali. ibidem.
annulos qui initiò gestabant. ibidem.
annulus æstiuus. 124. 2.
annulus nuptialis. 49. 2.
annulus pronubus. 30. 1.

¶ A ante P.

¶ Apena. 133. 1.
aphester. 104. 1.
aphetæ. 80. 2.
aphetor. 34. 1.
aphri discincti. 17. 2.
apio coronati uictores ĩ Nemeis ludis. 132. 2.
apio opus est, prouerbium. 32. 2.
apidis respõsa, atq; eius forma. 162. 2.
apium in funeribus. 32. 2.
apium in maniũ sacris, & feralibus cœnis. 157. 1.
apobatæ. 82. 1.
apocleti. 106. 1.
apocletum. 104. 2.
Apollinares ludi. 29. 2. & 156. 1. bis.
Apollo culiciarius. 11. 1.
Apolli. tẽplũ à Philip. uastatum. 161. 2.
Apolli. delii oracula aperta. 162. 1.
Apolli. didymæi oraculum.
Apolli. lycæi oraculum. ibidem.
Apolli. sacra. 8. 1.
Apoll. simulacrum. 107. 2.
Apoll. statua Neapolis. 27. 1.
Apolli. uaria cognomina. 165. 2.
Apoll. & Liber iisdem sacris culti. ibidem.

Apol. Erythibius

apoll. Erythibius. 11. 1.
apoll. uates in Clario. 163. 1.
apoph. Alex. 10. 1.
apoph. Pollionis. 31. 2.
apoph. Scipio. 15. 1.
apostasium. 80. 2.
apotheωsis. 164. & 165. 1.
apparitores. 23. 1.
appellationes omniũ potesta tum ad Vrbis præfectũ pertinebant. 185. 2.
appellationes nimiæ inhibitæ. ibidem.
appij. 7. 2.
appij Claudij cæcitas. 19. 1.

¶ A ante Q.

¶ Aqua & igni interdicere. 62. 1.
aqua Mercurij. 111. 1.
aquæ aspersores apud iurisconsultos. 69. 1.
aquæductus Rhomæ diuersi. 175. 1.
aquæ hærere. 141. 1.
aquæ in sacris. 113. 1.
aquila in summo sceptri. 25. 1.
aquila signum militare apud Rho. 90. 1.
aquilij. 7. 1.

¶ A ante R.

¶ Ara Apolli. 162. 1.
ara Ardali. ibidem.
ara Ditis & Proserpinæ. 156. 2.
ara maxima herculis. 36. 1.
ara Paph. Veneris. 162. 1.
aranearum quarũdam ueneniositas. 42. 1.
aræ frondibus ornabantur. 112. 2.
aræ inferorum deorum sub terra. 156. 1.
aræ Herculis Rho. 39. 2.
arbores lanigeræ. 201. 1.
arbores miræ. ibidem.
arbusculus. 89. 2. bis.
arbusta. 35. 1.
arcades proselini. 143. 2.
arcarij. 86. 1.
arcera. 56. 1.
areopagitæ. 62. 2. & 174. 1. & 104. 1.
areopagus. 62. 2. & 174. 1.
archierosynes. 34. 1.
archilochus à Lacedæmonijs eiectus. 38. 1.
archinus. 120. 1.
archontes. 77. 2. & 104. 1.
argenteus. 103. 1.
argenti usus ueteribus incognitus. 110. bis.
argiletum. 42. 1.
aristide iustior. 141. 1.
ἀριστοκρατία. 121. 1.
aristogiton. 81. 1.
arma diuersa militaria apud diuersas gentes. 189. 2.
arma in atrijs & uestibulis. 153. 1.
armilustrum. 158. 2.
arnophagon. 77. 2. & 104. 1.
arpides calcei. 145. 1.
arsaces. 2. 2.
arraba. 45. 2.
artemon 21. 2.
artes diuersorum. 143. 2.
artes liberales. 49. 2.
artaxerxes macrochir. 124. 2.
aruarium. 104. 2.
aruales fratres. 21. 2.
aruinæ. 7. 2.
arundinetum. 35. 1.

¶ A ante S.

¶ Asarota. 119. 1.
ἀσιάρχαι. 120. 1.
asylorum immunitas abrogata. 80. 2. & 81. 1.
asylorum ius quæ loca habuerunt. ibidem.
asylum. 81. 1.
asini uellera quærere. 140. 2.
asinæ. 8. 1.
asinus ad Lyram. 140. 2.
asinus ad tibiam. ibidem.
asphalus. 81. 2.
assiduus. 173. 1.
assium diuersitas. 122. 1.
ἀσάνδαι. 23. 2.
astyagis somnium. 86. 2.
astyonomi. 77. 2.
astragalus. 81. 2.

¶ A ante T.

¶ Ataulphi. 2. 1.
athei. 193. 2.
athenais. 76. 1.
athenio. 91. 2.
athenienses quæ res perdiderit. 103. 1.
atheniensium fatum. 105. 2.
ἀθερίζειν. 124. 1.
athletæ. 98. 1.
athletæ i olympijs sorte educebantur. 132. 1.
athletarum genera 68. 2.
athletarum uictorum imago. 108. 1.
atria. 64. 2.
atria inaugurata. 154. 1.
atria ueterum quibus rebus erant insignita. 153. 2.
atriarij. 86. 1.
attica bellaria. 149. 2.
attica siticulosa. 42. 2.

¶ A ante V.

¶ Auaritia. 54. 2. & 115. 1.
auari natura. 25. 2.
audacia nimia in militibus correcta. 18. 2.
aues oscines. 138. 1.
aues præpetes. ibidem.
augur & Pontifex summus. 148. 2.
augur feralia non attrectabat. ibidem.
augur lituus habẽs. 148. 1.
augur Regũ assessor. 122. 2.
augur unus non interpretabatur auspicia, sed totum collegium augurale. 158. 1.
auguralis lex. ibidem.
auguratus munus quomodo adimebatur. ibidem.
augures. 138. 1.
augures & Reges idem. 148. 1.
auguria ex diuersis animalibus & euentis. 139. 1.
auguria ex sternutamẽtis, & pedum offensionibus. 52. 1.
auguria maiora minoribus cedebant. 149. 1.
auguria quæ gentes diuersæ potissimum obseruarint. 138. 1.
auguria quibus in locis obseruarentur. 148. 1.
auguria quo tempore captãda. 149. 1.
augurij ex arce petendi cærimoniæ. 137. 2.
augurio finito quæ obseruarentur. 148. 2.
auguris domus aperta. 149. 1.
auguris lituus. 148. 2.
auguris uestitus. ibidem.
augurium ante prælium. 90. 1.
augurium maioris magistratus minori præferebatur. 148. 2.
augurium ex arce petitum. ibidem.
augurum dignitas. 147. 2.
augurum domicilium fesulis. 198. 1.
augurum ius, potestas, & numerus. 147. 2.
augurum magister. 148. 2.
augurum munus. 148. 1.
augustæ. 2. 1.
augustale tabernaculum. 10. 1.
augustales ludi. 184. 2.
augusti. 2. 1.
augustus tribunus septem & triginta annis. 123. 2.
aula animalium asylum. 107. 2.
aurelij. 7. 3.
aureus 122. 2. & 123. 1.
auri usus apud ueteres non fuit. 110. 1. bis.
auricula sedes memoriæ. 44. 2.
auribus lupũ tenere. 140. 2.
aurum in auribus gestatum. 147. 2.
aurum Tholosanum. 141. 2.
auspex. 30. 1.
auspicia è piscibus. 25. 2.
auspicia è pullis. 25. 1.
auspicia & omina in conuiuijs. 152. 1.
auspicia ex diuersis animantibus. 25. 2.
auspicia ex diuersis auibus sumpta. 136. 1. & 2.
auspicij tempora. 148. 2.
auspicij tristis indicia. 72. 2.
auspicium ex soricis occentu. 149. 1.
auspiciorum genera. 137. 2.
autographum. 55. 1.

¶ B ANTE A.

¶ Bacchanalia apud diuersas gentes. 183. 2.
bacchanalium licentia. 183. 1. ter.
bacchi cognomina diuersa. 165. 2.
bactriani. 32. 1.
balnea distincta. 118. 2.
balnea à diuersis principibus structa. ibidem.
balnea patriciorum & plebis distincta. 219. 1.
balnea quando ingredi licebat. 118. 2.
balnea Græcorũ promiscua. 116. 1.
balneis dediti Imperatores. ibidem.
balneum sinẽ mercede Pop. exhibitum ab Antonino. ibidem.
barathrum. 62. 1.
barbarum nauigium. 91. 1.
barritus. 97. 1.
βασιλεύς. 77. 2.
basilicæ. 36. 2.
basilicæ ante potentiorũ domos. 154. 1.
batullæ uirgæ. 24. 1.

¶ B ante E.

¶ Bellaria Platonis. 149. 2.
belli apparatus. 60. 2.
bellicosi Thusci. 87. 2.
belli cruenti detestatio. 19. 1.
belli gerendi consilia. 87. 2.
belli suscipiendi & indicendi modus. 12. 1. & 22. 2. & 118. 2.
bellonæ sacerdotum sacrificium. 71. 1.
bene de repub. meritorũ insignia. 106. 1.
beneficiarij. 187. 2. & 188. 2.

beneficium accipiẽs. 123. 1.
bes. 1. 2.
bestijs obiecti. 62. 1.
¶ B ante I.
¶ Bibliotheca octauiæ.129.1.
bibliothece. 55. 2.
bibracte. 174. 2.
bidental. 138. 1.
¶ B ante O.
bombyx. 101. 1.
bona supplicio affectorum. 84. 1.
bona dea quæ sit. 169. 2.
bo.deæ sacra. 170. 1.
bo.deæ templum. ibidem.
boni euentus imago. 108. 1.
bouem seruare quid significet. 80. 1.
boui clitellas. 141. 1.
¶ B ante R.
¶ Branchus. 161. 2.
bracha. 146. 1.
bronci. 7. 1.
bruti. 161. 2.
brutiarij. 13. 1. & 188. 1.
¶ B ante V.
¶ Bubulci. 7. 1.
bulla. 141. 1. & 143. 2.
bulla puerorum Rhomanorum. 50. 2.
buleuticum. 142. 1.
bupecij. 7. 1.
bupreστis. 35. 2.
buphonus. 34. 1.
buteones. 7. 1.
buzigia familia. 34. 1.
burri. 7. 1.
¶ B ante Y.
¶ Byrsa. 174. 2.
byssus. 101. 1.
byzena temeritas. 143. 2.
¶ C ANTE A.
¶ Cadmæa uictoria. 141. 1.
cadmæa. 174. 2.
caduceatores. 177. 2.
calæ. 187. 2. &. 188. 1.
cæci. 7. 1.
cæcilij. 7. 2.
cælibatus. 30. 2.
cærimoniæ in sacris bonæ deæ. 170. 1.
cæsares. 2. 1. &. 8. 1.
cæsarum institutũ. 122. 2.
cæsarum latera cohortibus cincta. 187. 2.
cæsones. 2. 1. & 8. 1.
calantica. 145. 2.
calamitate pressi athe. fœdera inibant. 127. 2.
calasiries. 189. 1. bis.
calcaria currenti addere. fo. 141. 1.
calcei muliebres. 143. 2.
calceorum species. ibidem.
calendaria sacra. 130. 2.
caligati. 188. 2.
calix diatretus. 143. 2.
calones & inde dicti. 188. 1. &. 187. 2.
calpa. 133. 1.
calphurnij. 7. 1.
caluum uellere. 140. 2.
camilli tres eodem tempore triumphi. 18. 2.
camilli statua tunicata. 144. 1
camillon. 31. 1.
campus sceleratus. 111. 1.
candaces. 3. 1.
candys. 25. 1.
candidati ad magistratum aliquem designati carmen. 92. 2.
candidato ubi primo suffragijs non successisset. ibidẽ.
candidatorum mos. 92. 1.
candidatorum nomenclatores. ibidem.
canes in templo pro æditu is. 3. 2.
canis herculis sacris eiectus. 39. 1.
cantherius. 35. bis.
cantherius in fossa. 140. 2.
cantus tibiarum loco apud Aegyptios. 112. 2.
capellæ. 7. 2.
capillorum aurea ramenta. 146. 2.
capillorum luxus. ibidem.
capita uelãda in sacris. 112. 1.
capite aperto assurgere. ibidẽ.
capite aperto esse, salubre. ibidem.
capite censi. 188. 2.
capite minuti ab hæreditate exclusi. 173. 2.
capitis religio. 43. 1. &. 2.
capitis tonsio. 146. 2.
capitones. 7. 1.
capitolia diuersa. 174. 2.
capitolij anseres. 174. 1.
capitolio recondita. ibidem.
capitolinus atq; eius templa. ibidem.
capitolinus euersus. ibidem.
capitolium exustum, a Sylla restitutum. ibidem.
capnomantes. 114. 1.
caprarij. ibidem.
caprilij. ibidem.
captiui in triumphum ducti. 167. 2.
captiuorum sanguine qui litabant. 194. 1.
caracallæ insolentia. 191. 1.
carbasus. 176. 1.
carmẽ infame edidisse. 173. 2.
carmentalia. 170. 2.
carthago uectigalis Rhomano imperio. 11. 2.
casalinum. 116. 1.
casaluades. ibidem.
casorides. ibidem.
casoritæ. ibidem.
castra diuersa. 9. 1. &. 2.
castra metandi ratio. ibidem.
castrenses ludi. 184. 2.
castrorum locus. ibidem.
catalogi. 15. 2.
cataphracti. 187. 2.
cataphractorum arma. ibidẽ.
Καταπύγων. 124. 1.
cateiæ. 187. 1.
catonis in mancipia inhumanitas. 80. 2.
catus. 7. 1.
caua ædium. 53. 2.
caudex. 7. 1.
causaria missio. 188. 2.
causarij. ibidem.
causidicis munera non danda. 173. 2.
¶ C ante E.
¶ Cecropia. 174. 2.
cecropidæ. 3. 1.
cedere de uia. 43. 2.
celer. 7. 2.
celosta. 116. 1.
census. 179. 2.
census Senatorius. 106. 2.
centones. 154. 2.
centuria. 4. 1. &. 2.
centuriata comitia. 93. 1.
centurio. 177. 1.
ceramicus. 115. 2.
ceramicus alius ĩ Vrbe Atheniẽ. 116. 1.
ceramicus uicus extra Athe. ibidem.
cereris catinensis sacrum. 163. 1.
cereris mysteria. 184. 1.
cereris sacra apud Athenas. 184. 1.
cereris sacrum. 163. 1.
cereris simulacrũ. 107. 2.
cerycium. 128. 2.
certamen citharœdorum. 132. 2.
certamen Gallinaceorum & coturnicum. ibidem.
certamen formæ. 133. 1.
certamen Poetarum. 132. 2. & 182. 1.
certamẽ picturæ. 132. 2.
certamen in Delo. ibidem.
certamen tragœdorũ. 183. 2.
certamen uirginum. 132. 2.
cettamina arginea. 132. 2. &. 182. 1.
certamina heraclea. ibidem.
certami. Iolacea, dioclea, marathonea, deliaca, dithyrãbica, panathenaica. ibidem.
certaminis futuri signa. 90. 2. &. 91. 1.
cetrati. 186. 2. &. 187. 2.
cetra. ibidem.
¶ C ante H.
¶ Chalcus. 122. 2.
chamæpus. 30. 2.
chaos. 133. 2.
charnius. 34. 1.
chiliarchus. 120. 1.
chilones. 7. 1.
chlamys. 146. 2.
chori. 142. 1.
chreocopiæ lex. 6. 1.
chryseus. 122. 2.
¶ C ante I.
¶ Cibus primi sæculi. 149. 1.
cicadæ in comis. 147. 1.
ciceriæ & manduci effigies. 168. 1.
cicero ludum aperuit. 29. 1.
cicerones unde dicti. 7. 1.
ciceronis dictum. 31. 1.
ciceronis loca. 8. 2. &. 32. 1. & 2. 41. 1. 64. 1. 68. 2. 160.
ciconia et hippopotamus ĩsigne Regũ externorũ. 25. 1.
cicurij. 8. 1.
cidaris. 24. 2. &. 25. 1.
cimiliarchium aurum. 28. 2.
cincinnatus. 8. 1.
circenses ludi. 133. 1.
circi Rhomæ. 125. 1. &. 2.
circus maximus. 142. 2.
cistophoros. 110. 2.
citharœdi & Tibicines ĩ triũpho. 168. 1.
cithæron. 116. 1.
ciuilis. 161. 1.
ciuis perniciosus. 115. 1.
ciuitate donatus ab imperatore. 101. 2.
ciuitate parcissimè initio donabatur. 102. 1.
ciuitate deinde liberalius donabant. 102. 2.
ciuitate nuper donati ĩter decurias nõ iudicabãt. 127. 1.
ciuitate donati raro suffragabantur. 102. 1. bis.
ciuitate donati pudendis artibus abstinebant. ibidem.
ciuitatis ius latius propagatum. 102. 2.
ciuiũ ordines. 142. 2.
¶ C ante L.
¶ Clamor militaris. 96. 2.
clandestinæ coitiones uetitæ. 94. 1.
clarigatio. 128. 2.
claudiæ aquæ. 173. 1.
claudij. 7. 2.
clearchi cadauer. 178. 2.
clearchi fastus. 25. 1.
clepsydræ. 118. 2.
clibanarij. 188. 1.
clitellas boui. 141. 1.
cliui Rho. 142. 1.
clodij. 7. 2.
cloeliæ statua. 42. 1.
cluentij. 7. 2.
cluo. 42. 2.
clypei. 188. 2.
¶ C ante O.

¶ Cocles. 7. 1.
cœlius collis unde dictus, quæq; in eo tẽpla. 174. 2.
cœlius plotius fœnerator. 6. 1
cœna in propatulo. 149. 2.
cœnandi ritus apud ueteres. 149. 1.
cœnæ hora. ibidem.
cœnæ initium. 149. 2.
cœnæ ueterum Rhomanorum. ibidem.
cœnarum uerſatilia laquearia. 150. 1.
cœnatoria & triclinia conuiuis data. 152. 1.
cognomen gentilitatis ingenuorum. 129. 2.
cognomenta Cæſarũ & Ducum quorũdam ex oppidis & prouincijs ſubactis. 35. 2. & 36. 1.
cognomina ex regibus uel principibus. 2. 1.
cognomina Græcorũ. 36. 1.
cognomina ueterum Rhomanorum. 7. 1.
cohors circa latera conſulum & Cæſarum. 187. 2.
cohors milliaria & quingentaria. 615. 1.
cohortes diuerſæ. 4. 2.
cohortes uexillares. 187. 2.
coitus in ſacris. 194. 1.
collatini & Bruti cognatio. 159. 1.
collatini cum Superbo cognatio. ibidem.
collegium fratrũ arualium. 21. 2.
colles urbis ſeptem. 111. 1.
coloniarum genera. 122. 2.
coloniæ à municipio differentia. ibidem.
colophonij uates. 163. 1.
color niger apud quos albo prælatus. 118. 2.
columella. 7. 2.
columna lactaria. 37. 1.
coma flaua Aegyptijs contẽptitia. 147. 1.
comæ cura. ibidem.
comam inficere. 147. 1.
comã qui nutriebant. 146. 2.
cõmodi uecordia, 36. 1.
comica ſcena. 142. 7.
comitia centuriata, curiata, tubata, & calata. 19. 2.
comitia illegitima. 94. 1,
comitia quando habere nefas. 93. 2.
comitia ſacerdotum. 93. 1.
comitiati tribuni. 93. 2.
comitiales dies. 117. 2,
comitia tubata. 93. 2.
comitijs centuriatis qui præerant. 92. 1.
comitijs fœmĩæ excluſę. 93. 2.
comitijs qui excluderentur. ibidem.
comitiorum auſpicandorum initium. ibidem.
comitiorum princeps. 92. 1.
comitium. 36. 2. & 42. 2.
comœdiarum ſex genera. 181. 2.
comœdiæ antiquæ obſeruationes. 182. 1.
conceptiuæ feriæ. 130. 2.
conchæ in montibus. 134. 1.
cõcilij aduocãdi ratio. 106. 2.
concilium populi. 93. 1.
conciones è libello legere. 106. 1.
concinnator. 109. 2.
cõcinnator librorũ. ibidem.
confarratio. 30. 2.
confeſſio ante ſacra. 112. 1.
cõflictus ineundi ratio apud Græcos. 128. 2.
cõfœderatio ad ſcelus. 128. 1.
congiarium. 153. 1. & 2.
κονκ/ſ. 141. 1.
coniugia nocte inita. 30. 2.
coniugij commoda. 98. 2.
coniugij honos. 99. 1.
coniugij præſides. 31. 1.
commentaculum. 112. 1.
commentarienſes. 188. 1.
conſecratio ambitus templi. 179. 1.
conſecratione reiecti. ibidẽ.
cõſecrationis cærimoniæ diuerſæ. 177. 2. bis.
cõſecrationes diuerſæ. ibidẽ.
conſecrationis uerba articulatè exprimenda. 177. 2.
conſualia. 156. 1.
conſualia qñ celebrata. ibidẽ.
conſualiorum ludorum forma. ibidem.
cõſualiorũ uictima. ibidem.
conſules quando nulli Rhomæ. 123. 2.
conſuli quot lectores. 23. 1.
conſultationes inter pocula. 150. 2.
conſus atq; eius templum. 156. 1.
contumelioſi. 173. 2.
conuentus Atheniẽſis & Lacedæmonienſis. 97. 2.
conuentus diuerſarum gentium. 131. 1.
conuiuales leges. 152. 1.
conuiuarũ numerus. 149. 2.
conuiuia diuerſorũ. 150. 1.
conuiuia æſtiua. 150. 2.
conuiuia principum quorũdam magnifica. ibidem.
copides. 150. 2.
corculum. 7. 2.
corculus. ibidem.
corda hiſpida. 155. 1.
cordus. 8. 1.
cordis magni uel exigui indicium. 155. 1.
cordis omen in ſacris. ibidẽ.
coriãnos. 124. 2.
corynephori. 187. 2.
Cor. Sylla dictatorẽ ſeipſum dixit. 122. 1.
cornicularij. 188. 1.
cornix fœderis indiciũ. 30. 1.
cornix literas pferens. 24. 1.
corœbi ſepulchrum. 37. 1.
corona ciuica. 115. 1.
corona muralis. ibidem.
corona naualis. ibidem.
corona caſtrenſis. ibidem.
corona murali quis primum donatus. 115. 2.
corona obſidionalis. 115. 1.
corona roſtrata. 115. 2.
eorona oleaginea. ibidem.
corona aurea Pythagoræ, 146. 1.
coronæ à caligula excogitatæ. ibidem.
coronæ militares. 115. 1.
coronæ in conuiuijs. 150. 1.
coronæ quibus poſt triumphum dicabantur. 168. 2.
coronæ triumphales ex quibus rebus concinnabantur. ibidem.
coronæ triumphantibns prælatæ. 188. 1.
coruini. 7. 2.
coſmi. 120. 2.
conſtantiæ exempla. 25. 2. &, 26. 1.
cotæ. 7. 2.
cothurno mutabilior. 140. 2.

¶ C ante R.

¶ Credendi ſumma. 6. 1.
crepi luperci. 107. 1.
cretenſes milites Rhomanorum ſubſidia. 16. 2.
cretes neſcire pelagus, puerbium. 141. 1.
crimina capitalia in re militari. 37. 2.
criminum minorũ punitio. ibidem.
crines dijs oblati. 143. 1. & 144. 1.
crocoton. 145. 2. &, 20. 2.
crobylon. 25. 1.
crodile. ibidem.
crotone ſalubrius. 141. 1.

¶ C ante V.

¶ Cuculli. 146. 1.
cultrarij. 113. 2.
cultus ſimplex à principio Vrbis. 154. 2.
cunctator. 8. 1.
cuneus Rhomanus. 98. 1.
curatores Vrbis. 185. 2.
curia calabra. 174. 1.
curiæ diuerſæ. 12. 2.
curia ſinè adiectione quid ſignificet in edictis. 13. 1.
curijs ſingulis bini præpoſiti Sacerdotes. 175. 2.
curiones. 7. 2.
curſor. ibidem.
curru quis primùm triumphauit. 168. 1.

¶ C ante Y.

¶ Cyathus. 174. 2.
cybelis nomina. 165. 2.
cybelis ſacerdotes, 117. 1.
cyclius modus. 90, 2.

¶ D ANTE A.

¶ Dæmones. 164. 2.
dæmonum illuſiones. 116. 1.
damium. 170. 1.
damiatrix. ibidem.

¶ D ante E.

¶ Decaduchus. 77. 2.
decas. 62. 1.
decedentium uolũtas. 173. 2.
decempeda. 38. 1.
decemuiri. 15. 2. &. 171. 1.
decemuiri quãdo nulli Rhomæ. 123. 2.
decima fructuum herculi dicata. 82. 2,
decima prædæ pars dijs dicata. ibidem.
decimus numerus ſacratus. 47. 2.
decori obſeruatio in ueſtibus comœdiarum. 181. 2.
decreta principum priuata. 191. 1.
decuria. 4. 1.
decuriarum iudicia. 127. 1.
decuriarum nomina. 54. 1.
dedentes ſe interficere nefas. 98. 1.
dedicationes diuerſæ. 177. 2.
defoſſi uiuentes in ſacris bis. 194. 1.
defunctorum corpora oppignerata. 173. 2.
defunctorum ueneratio. 43. 1.
degenerãtes Rhomani. 143. 1.
dei tutelaris nomen occultũ. 165. 2.
delatores quibus imperatoribus grati, & contrà. 119. 2.
delatoribus præmia conſtituta à quibus. ibidem.
deliciæ Rhomanorum moribus iam corruptis. 150. 1.
Delij Apollinis oracula aperta. 162. 1.
delirus in triũphis. 168. 1.
delphicũ oraculum. 161. 1.
delphicum oraculum quibus modis conſuleretur. ibidẽ.
delphos. ibidem. bis.
delus belli ſedes. 28. 2.
demetria. 132. 2.
demiurgi. 120. 1. & 104. 2.

democratia Atheniensium. 120.bis.
democrates. 120. 2.
demosthenes blæsus. 177.2.
demosthenis dictum.123. 1.
denarius Rho. 122. 1.
denariorum genera. ibidem.
denicales feriæ. 67. 1.
dentati. 7. 2.
deorum cognomina. 164. 2.
deorum laudes inter uescendum. 114. 2.
deorum omnium simulacra. in Capitolio, 174. 1.
deorum simulacris uincula annexa. 107. 2.
deorum unicuiq; sua sacra, hostiæ, aræ, carmina, & precationes. 113. 2.& 112.& 113. 2.
depasta. 69. 1.
de ponte deijcere. 141. 1.
depositum. 172. 2.
depositum abiuratũ. 173. 2.
deprecor quid sit 109. 1.
de præpositio in compositione.ibidem.
dercetæ simulacrum.107. 2.
designatores. 182. 2.
deum urbis tutelarem nominare nefas. 47. 1.
deunx. 1. 2.
deuoti. 84. 1.
dextans. 1. 2.
dextræ dijs oblatæ. 194. 1.
dextræ religio et authoritas. 44. 1. & 2.
¶ D ante I.
¶ Diabolus. 122. 2.
diadema quid. 24. 1.
diademata Darij & Alexandri. 24. 2.
diadematis loco.ibidem.
diademâtus metellus. 24. 1.
dialia. 132. 2.
dianæ aetoliæ locus. 107. 2.
dianæ Ephesiæ templum ius asylorum habuit. 181. 1.
dianæ Ecbatanæ sacerdotes. 136. 1.
dianæ Persicæ & ephesiæ tẽpla.162. 2.& 163.1.
diarectum. 43. 2.
diaulus. 45. 2.
dibapha. 144. 2.
dicere ius ad assem. 141. 1.
dichalca. 122. 2.
dicta egregia. 78. 2.
dictator quis dicebatur, & quo loco. 121. 1.
dictator sæpe idem dici poterat.ibidem.
dictatorẽ qui dicerẽt. ibidẽ.
dictator quis crearetur, quo tempore, loco, & q̃diu. 5. 2.
dictator à populo sinè patribus dictus. 121. 1.
dictatores ex quibus causis crearentur. 5. 1.
dictatores plebei. 121. 1.
dictatori equo uehi non licebat. 122. 1.
dictatoris summum imperium & potestas. 121. 1.
dictatorum summa apud diuersas gẽtes potestas. ibidẽ.
dictaturæ tempus præscriptum. 121. 2.
dictum Bionis. 65. 2.
dictum callicratis. 181. 1.
dictum Thaletis. 68. 2.
dictum zenophanis. 114. 1.
dictum agesilai. 165. 1.
dictum Diogenis. 124. 2.
dictũ Demosthenis. 125. 2.
dictum Platonis de Megarẽsibus. 154. 1.
diei partes. 181. 2.
diem dicendi quibus potestas erat. 63. 2.
diẽ perduellionis dicere ad populum. 77. 2.
dierum obseruationes. 117. 2. & 118. 1.
dierum obseruationes à quibus contemptæ.ibidem.
dies atri. 31. 2.
dies quando incipiat apud diuersas gentes. 114. 1.
dies atri faustiue. 117. 1. 2. & 118. 1.
dies manibus sacri. 117. 1.
dies profesti, fasti, intercisi, & præliares.ibidem.
dies comitiales ibidem.
dies natalis Thimoleontis. 117. 2.
diffarratio. 30. 2.
digiti. 124. 2.
digitis qui ualuerũt. ibidem.
digitum tollere 124. 2.
digitus infamis.ibidem.
digitus à minimo proximus. 44. 2.
dignus cum quo in tenebris mices. 141. 1.
dii agricolarum. 164. 2.
dij alij atq; alij à diuersis gentibus culti. 193. 1.
dij apud arabes. 17. 2.
dij communes. 164. 2.
dij geniales. 164. 2.
dij indigetes.ibidem.
dij magni. 163. 1.
dij maiorum gẽtium. 164. 2.
dij manes. 73. 1.
dij selecti. 164. 2.
dij penates. 137. 1.& 164.1.
dij nascentibus p̃fecti. 194.1.
dij per quos diuersæ gentes iurabant. 134. 2.
dij patrii. 165. 1.& 2.
diis manibus uouere. 84.1.
dii tutelares.. 165. 2.
dij nocentes. 11. 1.
diis tutelaribus Vrbem expugnaturi alia promittebant loca. 165. 1.
dii indigetes diuersarum gẽtium. 165. 2.
dimachæ. 188. 1.
dionysij sacra in Bisaltia. 163. 1.
dionysij simulacrum.108.1.
diorigus. 120. 1.
dioscori. 20. 2.
diœcetes. 120. 1.
diogenis sepulchrum.59. 1.
dioniani. 189. 1.
diomedea necessitas. 140. 2.
diomedeæ aues. 3. 2.
dionysij in occupanda tyrannide calliditas. 57. 1.
dipletrum. 45. 2.
dirinoxeni. 103. 1.
discincti. 17. 1.
discus. 82. 1.
dispensatores. 86. 2.
disphendomena.63.1.
ditis sacra & eorum cærimoniæ. 156. 1.
diuortij cõcipiẽdi uerba. 99. 2.
diuortij causæ.ibidem.
diuortium. 173. 1.
¶ D ante O.
¶ Docti ciuitate donati. 12. 1.
dodonæum oraculũ. 154. 1.
dodonæi. 34. 1.
dodoneis. 76. 1.
dodrans. 1. 2.
dolichus. 45. 2.
dolo .onis. 109. 2.
dominorũ in seruos potestas atq; animaduersio. 80. 1.
domitius Calderinus taxatus 36. 2.& 119.1.
domus lateritiæ. 154. 1.
domus quãdo mutabãt Rhomani. 118. 2.
dona militaria. 115. 1.bis.et 115. 2. bis.& 116. 1.
dona summorũ ducũ.ibidem.
dona cõfœderatorum. ibidẽ.
dona data triumphanti à Senatu & populo. 169. 1.
donatiuum. 153. 1.
dona uxori dari prohibitũ. 30. 1.
donabi sepulchrum.37. 1.
dorius modus. 90. 2.
dormire in utramq; aurem 141. 1.
dos uxoria. 99. & 100. 1.
¶ D ante R.
¶ Drachma. 46. 1.
draco. 35. 1.
dracones in extis apparuisse, quid significet. 155. 2.
drusi. 7. 2.
¶ D ante V.
¶ Ducis prudentis munus. 90. 2.
ducum summorum locus in castris. 10. 1.
duumuiri. 75. 2.
duumuiri à quibus creari soliti. 76. 1.
duumuiri municipiorũ.76.2.
duumuiri nauales.ibidem.
duumuirorum munus.76. 1.
¶ D ante Y.
¶ Dynastes. 120. 2.
¶ E ANTE B.
¶ Ebrietas sinè potu. 20. 1.
ebrietatis uituperatio.69. 2.
¶ E ante D.
¶ Edictũ Adriani. 185. 2.
edictum Augusti. 17. 1.
edictum egregium Antiochi. 191. 1.
edictum prætoris de ludis. 181. 2.
educatio. 51. 1.
educationes fabulosæ. 56. 1.
¶ E ante F.
¶ Efferre mortuos interdiu non licebat. 66. 1.
effigies scirpeæ in Tyberim iniectæ. 137. 2.
¶ E ante G.
¶ Egeria. 50. 1.
egnatia nympha. 114. 1.
¶ E ante I.
¶ εικάδαι. 79. 1.
ὕλωσις. 49 1.
¶ E ante L.
¶ Elementorum cõmistio. 133. 2.
eleusina sacra maledica 39. 1.
eleutherii ludi. 132. 2.
¶ E ante M.
¶ Embamma. 136. 1.
emere ad pollinctum. 67. 1.
emeritorum ætas. 38. 2.
emissarius. 35. 1.
empedoclis ambitio. 165. 1.
emptorem in re modica uenditor decipere põt. 160. 2.
¶ E ante N.
¶ Encomia ad lyram. 150.2.
encomium. 19. 1.
encotyle. 82. 1.
endromis. 143. 1. & 146. 1.
enyaterius modus. 90. 2.
ennius. 26.1.
enoplia saltatio. 182. 2.
¶ E ante P.
¶ ἐπαύλια δῶρα 31. 1.
ephemeris. 118. 1.
ephesium. 174. 2.
ephialtis rogatio. 172. 2.
ephori. 94. 2.
ephori, & eorum insolentia. 191. 2.
ephori gradu deiecti. ibidẽ.
epicuri frugalitas. 70. 1.
epicuri imago anulis insculpta. 45. 1.

epicharis

epicharis libertinæ constantia. 26. 1.
epinicion. 19. 1.
epiodium. 178.
epitaphium pecudũ. 178. 2.
epulæ legionibus exhibitæ. 169. 1.
epulones. 77. 1.
epulum Cæsaris. 169. 1.
epulum triumphale. ibidem.
¶E ante Q.
¶Equestris ordinis initium, potestas, officium, & insignia. 54. 1.
equestris ordo diuisus. ibidẽ. bis.
equites. 98. 2.
equites duos habebant eq̃s. ibidem.
equitia. 156. 1. bis.
equitij. 7. 1.
equus Seianus. 14. 1. & 2.
equitum annuli. 54. 1.
equitum degeneratio. 54. 2.
equitum subsellia in theatro. 142. 1.
¶E ante R.
¶Erechtheum Neptuni templum. 163. 1.
eremodicium iudiciũ. 110. 1.
eritheræ. 80. 2.
¶E ante T.
¶Eteobutades. 34. 1.
ἐτάρχης. 185. 1.
¶E ante V.
¶Eucratidis immane in patrem exemplum. 32. 1.
euianes. 183. 2.
eumenidum templũ. 156. 2.
eumolpidæ. 104. 1.
euocati. 188. 2.
euocatio deorum qui ciuitati bus præerant. 107. 2.
euripides. 81. 2.
¶E ante X.
¶Exarchus. 120. 2.
exauthorati. 189. 1.
excuneati. 142. 1.
exedra. 136. 1.
exempla parentum corã pueris. 51. 1.
exequiæ pecudum. 178. 2.
exequiarum pompa. 65. 1.
exercebat iuuentus primũ in centũuiralibus causis. 77. 1.
exercitia puerorum. 52. 1.
exercitia Rho. iuuentutis. 82. 1.
exercitus lustratio. 71. 2.
exercitus magni parua manu profligati. 192. 1.
exilio plectendi triplex genus. 79. 2.
ex iure manu cõsertũ. 173. 1.
exquiliæ. 175. 1.
extremo periculo pressi apud Scythas. 128. 1.
exta ab aquila rapta quid significabant. 155. 2.
exta è manibus lapsa. ibidem.
exta muta. ibidem.
exta quæ apponerentur in uictimis. 115. 1.
exta regalia. 155. 2.
extorum inspiciendorum ratio. 155. 1.
exusti hoñes in sacris. 194. 1.
¶F ANTE A.
¶Faba alba & nigra. 3. 1.
Fabiani. 188. 1.
Fabij. 7. 1.
Fabius Maximus unde cognomen adeptus. 13. 2.
factiones. 31. 2.
fagutal. 174. 1.
falarica. 187. 1.
falsi testimonij conuictus. 173. 2.
fama dea. 170. 1.
famulorum munus in conuiuijs. 150. 1.
far in sacris. 11. 1.
fas. 190. 1.
fasceolæ crurules. 145. 2.
fasces laureatæ. 23. 2.
fasces Alexandriam non ingrediebantur. 24. 1.
fasces proconsulis. 53. 1.
fasces uicissim apud alterum consulem. 60. 1.
fasces utri consulũ prius darentur. ibidem.
fascium summissio. 23. 2.
fasti dies. 117. 2.
faucia tribus in comitijs primum rogata. 13. 2.
¶F ante E.
¶Febris templa. 11. 1. & 42. 2.
feciales. 127. 1.
fecialium iuramentũ. 135. 1.
fecialiũ munus & ptãs. 127. 2.
fel Neptuno dicatũ. 155. 2.
fellis omen. ibidem.
fenestellæ. 7. 2.
fercula quot in apparatu magnifico. 150. 2.
ferculorum adferẽdi ratio in cœnis solennibus. 150. 1.
ferentarij. 188. 1.
feretrum qui ferrent in funeribus. 65. 2.
feroniæ templum. 101. 2.
festorũ quorũdã noĩa. 170. 2.
¶F ante I.
¶Fibulæ aureæ. 15. 1.
fidei sacrum. 47. 2.
fides Socratis. 135. 2.
fidibus discebãt ueteres. 51. 2.
filij in parentes. 172. 1.
filij quorũ parentes in bello perijssent. 115. 2. & 116. 1.
fiscennini uersus. 31. 2.
¶F ante L.
¶Flacci. 7. 1.
flagellatio in sacris. 194. 1.
fla. dialis iuramẽtum. 135. 2.
flamines. xv. & eorum noĩa, officium, ornatus, cæremoniæ. 175. 2. & 176. 1.
fla. à quibus crearẽtur. ibidẽ.
fla. unde dicti. ibidem.
fla. apud Aegyptios. ibidem.
fla. sacerdotio eiecti. 176. 1.
fla. cuius ministerio in sacris utebantur. ibidem.
fla. uxor. ibidem.
fla. uxoris amictus. 176. 2.
fla. bellicis negotijs se immiscebat. 176. 1.
fla. prouincijs præfecti. ibidẽ.
fla. etiã alios magistratus gerere poterat. 176. 2.
flexumines. 187. 1.
flora. 170. 2.
floralia. ibidem.
flumina à Xerxis exercitu epota. 193. 1.
flumina gemmis scatentia. 88. 1.
¶F ante O.
¶Focaneus. 35. 1.
focarij. 86. 1.
fœderis ineundi ratio & cærimoniæ. 127. 2.
fœderis percutiendi tempus. ibidem.
fœminarũ iuramentũ. 135. 2.
fœnũ habere in cornu. 141. 1.
fœnus exosum. 6. 2.
fœnus qua ratione abrogatum. ibidem.
follis ludus. 82. 1.
fons apud potinas. 163. 1.
fons in templo Apollinis delphici. 161. 2.
fons ĩ amphiarai tẽplo. 162. 1.
fons in Achaiæ Veneris templo. 163. 1.
fons Liberi patris. 163. 1.
fora apud exteros. 37. 1.
fordicidia. 155. 2.
fore. 6. 2.
fornacula. 56. 2.
fornicarij. 86. 2.
fornix calphurnius. 43. 1.
fornix fabius. 42. 2.
formæ certamen. 133. 1.
fororum & atriorũ insignia. 153. 2.
forum triplex. 36. 2.
fortunæ cultus apud diuersos. 11. 1.
fortunæ diuersa cognomina. 10. 2. & 11. 1.
fortunæ inconstantia. 56. 2.
fortunæ simulacra diuersa. 11. 1.
¶F ante R.
¶Francisci Philelphi cum grãmatico quodam disputatio. 19. 2.
frons minor. 43. 2.
frons magna. ibidem.
frons parua. ibidem.
frons rotunda. ibidem.
frontis religio. ibidem.
frontones. 8. 1.
frugalitatis exempla. 55. 1. & 69. 2. & 199. 2.
fruges carmĩe euocarę. 171. 2.
frugi. 18. 1.
frugibus sacra cõstituta. 72. 1.
¶F ante V.
¶Fugientes ex prælio. 98. 1.
fulgura diuersi gñis. 138. 1.
fulgura pub. & priuata. ibidẽ.
fulmen comitia impediebat. 137. 2.
fulminũ tria genera. ibidem.
fulmina dira & cõtrã. 137. 2.
fulmina diurna Ioui, nocturna Plutoni dicata. ibi.
fulmina in pollutis lucis. 138. 1.
fulminis auertẽdi rõ. 138. 1.
funditores. 188. 1.
fungi uitã recipientes. 100. 2.
funebri oratione laudatæ matronæ. 99. 2.
funebris oratio. 66. 2. & 17. 1.
funeris efferendi ritus. 65. 2.
funus ducis aut imperatorũ apud Græcos. 66. 2.
fuo. 6. 2.
furca. 80. 1.
furcifer. 80. 1.
furta apud quos impunita, & contrà. 172. 1.
furta militaria punita. 38. 2.
furta per lancem & lycium concepta. 172. 1.
furti actio. 172. 2.
futinus. 20. 2.
¶G ANTE A.
¶Gabriel altilius. 125. 1.
galbæ. 7. 1.
galeorum insignia. 16. 2.
gardates. 189. 1.
¶G ante A.
¶Geganij. 7. 2.
gemea. 5. 1.
genarũ et genuũ religio. 44. 1.
gemmarum usus in annulis. ibidem.
gemoniæ scalæ. 82. 1.
genca. 189. 1.
gentibus innata uitia ex cœli climate. 108. 1.
genij duo. 164. 2.
Georgius trapezõtius. 18. 1.
germanorum lusus. 82. 1.
germanorum uestes. 146. 1. & 147. 2.
gessa. 87. 1.
¶G ante L.
¶Gladiatorũ munus quibus permissum. 183. 1.

gladius

gladius. ibidem.
glastum. 16. 1.

¶G ante R.

¶Græcæ literæ prohibitæ. apud Carthagineñ. 55. 2.
græcorũ potãdi mos. 150. 1.
græcus sermo Rho.inuisus. 106. 2.
grammatheas. 34. 1.
grammatiæ. 150. 2.
grammaticum poculũ. 69. 1.
grãmaticorũ tẽplũ. 125. 2.
gratiarum ædes. 123. 1.
gratiæ tres. 125. 2.
gratitudo naturaliter homini insita. ibidem,
grauiora sambico. 141. 1.
gregarij milites. 189. 1.

¶G ante V.

¶Gurges. 8. 1.

¶G ante Y.

¶Gygius modus. 90. 2.
gymnasia tria in attica. 68. 2.
gymnicum. 132. 2.
gymnosophistarum mos interrogãdi iuuenes ante prãdiũ uel cœnã. 150. 2.
gymnosophisticæ disciplinæ. 99. 2.
gynæcia dea. 72. 1. & 170. 1.

¶H ANTE A.

¶Hærbæ infaustæ in sacris. 112. 2.
hæreditatis partes. 1. 2.
halæ. 7. 1.
halia. 132. 2.
halteres. 82. 1.
harmodij cognomẽ. 81. 1.
harmostes. 120. 2. & 181. 1.
harpagones. 154. 2.
harpastum. 82. 1.
harpocrates. 45. 2.
hasta cruenta. 77. 1.
hasta salutis. ibidem.
hastæ. 193. 1.
hastæ proiectio. 128. 2.
hastã adimere militi. 38. 2.

¶H ante E.

¶Hebdomades. 118. 2.
hecatæ sacra. 114. 2.
hecatombæ. 83. 1.
ἑκατομβαιών. 117. 1.
heliocaminus. 129. 2.
heliotrapeza. 62. 1.
hellenes. 3. 1.
helotæ. 81. 1. & 103. 1.
hemina. 46. 1. bis. & 132. 2.
hepar uaticinij sedes. 155. 1.
ἑπατον. 21. 2.
heptaphonum. 84. 2.
heracleotici scyphi. 69. 2.
hercitæ. 86. 1.
hercules apud quos cultus. 39. 2.
hercules cubans. ibidem.
hercules Iliensibus inuisus. ibidem.
hercules oliuarius. ibidem.
hercules qui appellati. ibidẽ.
hercules plures. ibidem.
hercules uictor. ibidem.
hercules conopius. 11. 1.
herculis ara maxima, & solẽnia in ea obseruata. 39. 1. & 2.
herculis signum triumphanti prælatum. 167. 2.
herculis simulacrũ apud Celtas. 107. 2.
herculis templa. 39. 2.
herea. 132. 2.
hermea. ibidem. & 47. 2.
hermogenis cor hispidum. 155. 1.
hermothybies. 189. 1. bis.
heroibus quibus uictimis litaretur. 71. 2.
heteromaschalos. 146. 2.
hetrurijs sex optimatum filij à Rhomanis tradebãtur ad augurandi artem discendã. 148. 1.

¶H ante I.

¶Hiero ab apibus nutritus. 56. 1.
Hieronymus Messalnus. 179. 2.
hieronymus porcarius. 139. 2.
hierophantes. 112. 1.
hieropolis antrum. 163. 1. bis.
hilaria. 118. 1.
hipparchi. 120. 1.
hippagogi. 188. 1.
hippiæ somnium. 86. 2.
hippicum. 45. 2.
hippoclidis de saltatio. 51. 2.
hippolytus. 34. 1.
hippotoxotæ. 188. 1.
hircus tragœdi præmium. 184. 1.
historiæ fabulosæ. 56. 1.
histriones. 68. 2.
histrionum locus in Theatris. 142. 1.

¶H ante O.

¶Holographum. 55. 1.
holoserica uestis. 144. 2.
homicidij expiatio. 113. 1.
homicidij pœna. 62. 1. & 63. 1.
homines crudeliter immolati. 193. 2. & 194. 1.
homines immolare quando uetitum. ibidem.
homo marinus. 68. 1.
homotimi. 186. 2.
honor principi Theatrũ ingrediẽti exhibitus. 184. 2.
honoris sacra. 48. 1.
horæ balnei. 118. 2.
horæ ædes semper reclusæ. 170. 2.
hormius modus. 90. 2.
horna farina in sacris. 47. 1.
hospitalitas. 103. 1.
hostiarum capita suum sanguinem lambentia quid significabãt. 155. 2.
hostiarum duo genera. 71. 1.
hostes ubi terga uerterent. 97. 2.
hostiæ ornatus. 113. 1.
hostiæ qbus cærimonijs immolabantur. 112. 1.
hostiæ solidæ. 71. 2.
hostiæ puræ & lectæ. 71. 1.
hostium captiuorũ insigniores, triumphi tempore in custodiã tradebantur. 168. 1.
hostiũ spolia in atrijs. 153. 2.

¶H ante Y.

¶Hymnorũ genera. 114. 2.
hypetræ. 68. 2.
hypocausta. 75. 1.
hypothyra. 154. 2.
hysteria. 72. 1.

¶I ANTE B.

¶Ibis. 120. 1.

¶I ante D.

¶Idem quid sit apud iuriscõsultos, philosophos, & physicos. 18. 1.
Idus Martij. 117. 2.
Iduum festa. 78. 1.

¶I ante G.

¶Igni iniecta odoramenta. 66. 2.
igni quomodo tradebantur corpora apud ueteres. 65. 1.
ignis in quouis sacro. 113. 2.
ignis peruigil apud quos. 136. 1.
ignis sacer. 14. 2.
ignis sacer Cæsaribus prælatus. 2. 1.
ignis sacrificiorum ex quo structus. 114. 1.
ignominia militaris. 18. 2.
ignominiæ solutio. 38. 2.
ignominiosa missio. 189. 1.
ignominiosæ uoces apud diuersos. 121. 1.

¶I ante M.

¶Imagines à Lycurgo prohibitæ. 47. 1.
imagines Deorũ apud Aegyptios. 147. 1.
imagines Imperatorũ. 90. 1.
imagines in qbus ædibus nõ erant. 136. 2.
imagines ueterum in postibus. 153. 1.
imagines ceræ in armarijs. 153. 2.
imagines familiæ in exequialibus pompis. ibidem.
imagines ducum captorum in triumphũ ductæ. 167. 2.
imagines in larario. 178. 1.
imaginibus Regum Indorũ regia distinguebat. 154. 2.
imaginum multitudo. 108. 1.
immolandi initium. 71. 2.
imperatiuæ feriæ. 130. 2.
imperator quis. 187. 1.
imperatoris nomen. 2. 1.
imperatorum munus. 163. 2.
imperio deiecti. 96. 1.
imperio apud rhomanos exteri hoĩes applicati. 103. 1.
imperium stabile. 56. 2.
imperium unius laudatum. 121. 1.
imprecationes. 83. 2.

¶I ante N.

¶Incẽsimarium aurũ. 28. 2.
incestus. 89. 1.
incestus laudatus apud parthos. 2. 2.
inclusia. 144. 1.
indefleti. 67. 2.
Indorum Regum imaginibus aureis & argẽteis regia distincta. 154. 2.
infañte ædito, quibus cærimonijs uterentur Rhomani. 50. 2.
infelicitatis futuræ portenta 56. 2.
inferiæ. 157. 1.
inferni ostiæ. 66. 1.
ingenium ex regionis natura. 108. 2.
ingenuorum à seruis distinctio. 146. 2.
inhospitalitas. 103. 1.
iniquæ cõdemnationes apud Athenienses. 80. 1.
iniustè puniti. 125. 2.
insani cognomen. 8. 1.
insepulti qui erant apud ueteres. 178. & 12.
insignia alia atq; alia bene de repub. meritorum. 106. 1.
in sinum despuere. 141. 2.
instituẽdorum liberorum ordo apud Rhomanos. 51. 1.
institutio iuuenum. 150. 2.
institutio puerorum regiorũ apud Persas. 51. 1.
institutio uirginũ apud Persas. 51. 2.
instratum. 79. 1.
instrumenta domus. 154. 2.
instrumenta quibus pueri in ludo literario uapulabant. 51. 1.
insularij. 86. 1.
insulæ regna aliquando nuncupatæ. 27. 1.
intemperantiæ & ingluuiei exempla. 152. 1.
intercalatio. 85. 1.
interceptor alienę litis. 109. 1.
intercisi dies. 117. 2.
interpretãdi ius quibus datum. 191. 1.

tum. 191. 1.
interregem temere dicere nõ licebat. 130. 1.
interreges quando primùm, & quibus de causis, & à quibus creati, & quales. ibidem.
interregum manus. ibidem.
inter sacrum & saxũ. 140. 2,
interula. 144. 1.

¶ I ante. L.

¶ Ilicet. 167. 1. & 114. 2.

¶ I ante O.

¶ Iaboleni lapsus. 21. 2.
ioannes Venetus. 88. 2.
ioci in triumphantem iacti. 168. 2.
ionicus modus. 90. 2.
ioues trecenti. 39. 2.
iouis ara in attica. 16. 2.
iouis ammonij oraculum. 162. 2.
iouis filij. 39. 2.
iouis puluerij tẽplum. 42. 1.
iouis seruatoris ara. 81. 1.
iouis labradæi simulacrum. 107. 2.
iouis olympij imago. ibidẽ.
iouis prophetæ. 112. 1.
iouis latialis templũ. 130. 2.
iouis Trophonij oraculum. 162, 1.
iouis statoris templũ. 174. 2.
iouis simulacrum. 174. 1.
iouis triphili colũna. 162. 2.
ioui ammonio cærimoniç exhibitæ, atq; eius imago. 162. 2.

¶ I ante P.

¶ Iphicratenses. 188. 1.

¶ I ante S.

¶ Isichias. 34. 1.
isiaci. 34. 1.
isidis sacris quomodo sacerdotes initiabantur. 14. 2.
isidis simulacrum. 107. 2.
isthmiorum inuẽtor. 132. 1.
isthmiorum religiosa obseruatio. ibidem.
isthmij ludi. ibidem.

¶ I ante V.

¶ Iucũdi acti labores. 141. 2.
iudices Aegyptiorũ. 77. 2.
iudicia ad duo genera redacta. 177. 1.
iudicij ratio. 62. 2. & 63. 1. & 64. 1.
iudicijs exercendis præfecti. 177. 1.
iudiciorum elusiones. 139. 2. & 140. 1.
iudicis corrupti pœna. 62. 2. & 173. 2.
iudicis imago. 62. 2.
iudiciũ Eremodiciũ. 110. 1.
iudicum decuriæ. 177. 1.
iudicum iusiurandũ ante sententiam definitiuã. 64. 1.
iugerum. 35. 1. & 2.
iugum. ibidem.
Iulia lex contra legẽ papiã. 119. 2.
iunia Bruti soror. 159. 2.
Iunius Brutus Tarquinij Superbi nepos. 159. 1.
iuno iugalis. 30. 1.
iuno ueientana. 34. 1.
iuno fluonia. 50. 1.
iuno sospita. 107. 2.
iuno samia. 163. 1.
iuno lacinia. ibidem.
iuno metapontina. ibidem.
iuno sua omnibus esse putabatur. 164. 2.
iunonis ædes & diuersæ aræ. 165. 2
iunonis uariæ potestates. ibidem.
iunonis sacra. 166. 1.
iupiter pappa. 47. 1.
iupiter puluerius. ibidem.
iupiter abretanus. 71. 2.
iupiter prodigialis. ibidem.
iupiter prædator. 83. 2.
iupiter xenius. 103. 2.
iupiter pluuius. 111. 1.
iupiter latialis. 130. 2.
iupiter Trophonius. 162. 1.
iupiter ammonius. 162. 2.
iupiter Triphilus. ibidem.
iupiter stator. 174. 2.
iupiter arietis effigie. 102. 2.
iupiter lycæus. ibidem.
iupiter labradæus. 125. 1.
iupiter olympius. 107. 2.
iuramenti quibus nulla religio. 135. 2.
iuramentum diuersarum gẽtium. 134. 2.
iuramentum in iure per pecuniam depositam. 172. 2.
iuramẽtũ militare. 171. 1. & 2.
iuramentũ sanctissimũ apud Rhomanos. 135. 1.
iuramentum uestaliũ. 137. 1.
iurare Ioue lapidẽ. 135. 1.
iurare quibus in usũ nõ erat. 135. 2.
iure scripto qui utebantur & contra. 171. 2.
iurisc õsultis peculiaribus interpretãdi ius datũ. 191. 1.
iuris dicundi sortitio. 127. 1.
iuris diuisio. 190. 1.
iuris studiosi sine linguæ latinæ peritia. 61. 2.
iusta exhibita cadaueribus inhumatis. 56. 2.
ius in portia basilica dictum. 127. 1.
iustitia Tibarenorum erga hostes. 129. 1.
iustitiæ exempla. 191. 1.
iustitiæ simulacrũ. 108. 1.
iuuenales ludi. 182. 1.
Iuuenalis loca. 1. 2. & 16. 2. & 41. 2. & 48. 2. bis. & 69. 1. & 101. 1. & 124. 1.
iuuenes in scenam uel Theatrum nõ admissi. 142. 2.
iuuenum loca in Theatro. 142. 1.

¶ L ANTE A.

¶ Labeones. 7. 1.
lacedæmones laudabant incruentam uictoriam. 19. 1.
Lacedæmoniorum duces militiæ periti. 5. 1.
lacerna. 144. 2. & 146. 2.
lacernæ albæ quando sumebantur. 147. 1.
laconũ breuiloquẽtia. 43. 2.
lactucini. 7. 1.
ladas cursor. 46. 1.
læna. 146. 2.
lænati. 7. 2.
læmuralia. 72. 2.
læmuria. 31. 2.
lamij. 7. 2.
lancea. 187. 1.
lanificiũ matronarũ. 100. 1.
lamisci digitus lupinus. 124. 1.
lapidicinis destinati. 62. 2.
lapidũ diuersæ spẽs. 134. 1.
lapidũ mira exempla. ibidẽ.
lappæ. 7. 1.
laquearia uersatilia cœnarũ. 150. 1.
larentalia. 22. 1.
lares. 164. 2.
laribus quæ sacra fierent. 72. 1.
larissa. 174. 1.
latiar. 130. 2.
latij ius. 103. 2.
latinarũ cærimoniæ. ibidem.
latinarũ sacrificium. ibidem.
latinarum sacris exactis, dies duo sequẽtes religiosi. ibidẽ.
latinarum sacris in albano q populi aderant. 131. 1.
latine legatis respondebatur. 106. 2.
latinorum concilium ubi fieret. 131. 1.
latij ius habentium priuilegium. 103. 2.
latomia. 62. 1. bis.
latonæ oraculum. 161. 2.
latrunculorũ ludus. 81. 2.
laudatio funebris. 66. 2.
laudatus reus in iudicio. 63. 2.
Laurentius Valla taxatus. 6. 2. 17. 2. 53. 2. 79. 1. 109. 1. 171. 1.
laureola in mustaceis. 141. 1.
laurus ad aram maximã herculis. 112. 2.
laurus in sacris. 158. 2.

¶ L ante E.

¶ leænæ constantia. 26. 1.
lecastriæ. 116. 1.
leccæ. 7. 2.
lecti defuncto strati. 66. 1.
lectica matronarum. 146. 2.
lectores apud Rho. 55. 2.
lectus genialis. 31. 1.
lectio in cœna. 152. 1.
legatarij. 2. 1.
legata. 1. 2.
legati. 127. 2.
legati Consulum uel Prætorum, quæq; illorũ potestas, authoritas, & quod officiũ fuerit. 163. 2.
legati Imperatorum. 164. 1.
legati munus propagatum. 163. 2.
legati legionum. 164. 1.
legati in ordinem redacti. ibidem.
legatio libera. ibidem.
legatorum ius sanctũ. 127. 1.
legatorum suscipiendorũ cærimoniæ apud Græcos. 127. 2.
legatorũ triumphus. 163. 2.
legatorum lictores. ibidem.
legatus in Aphricam missus. ibidem.
legatus cõsuli aderat. 121. 2.
legatus procõsulis. 163. 2.
leges de coniugio. 98. 2. & 99. 1.
leges xij tabularum circa ultimas uoluntates. 172. 2.
leges de tutoribus. ibidem.
leges de sepulchris struendis. 178. 1.
leges sacratæ. 179. 1. & 190. 1. bis.
leges breues esse conuenit. 179. 1.
leges Rhomanis quæ ratæ haberentur. ibidem.
leges curiatæ. 190. 1.
leges ratæ. ibidem.
leges trinundino ferebantur. ibidem.
leges quibus plebs ab optimatibus distinguebat. 141. 1.
leges scriptæ à quibus primũ propositæ. 171. 2.
leges conuiuales. 152. 1.
leges de iure ciuitatis exteris impartiendo. 102. 1.
leges draconis. 63. 1.
leges in magistratuum licentiam. 95. 2.
leges Solonis. 6. 1. & 31. 1.
leges sumptuariæ abrogatæ. 71. 1.
legio iusta. 5. 1.
legiones subitariæ. 91. 2.
legionis diuersa noĩa. 5. 1.
legionũ uaria apud diuersos descriptio. 4. 2.
legionarij. 187. 2. & 189. 1.
legionum

legionũ pfecti & capita. 5. 1.
legis actio. 172. 1.
legis abrogatio ad gratiam priuati cuiuspiam. 190. 1.
legis author execrabilis. 179. 1.
legitimi. 188. 2.
legũ abrogatio. 179. 1.
legumlatores diuersarũ gentium. 271. 2.
legũ xij tabularũ q̃dã inciuiles & inhumanæ. 137. 1.
legum Rhomanorum euersor Cor. Sylla. 79. 2.
lemnisci coronæ. 150. 1.
lenæa sacra maledica. 39. 1.
lentuli. 7. 1.
leonidæ dictum. 99. 2.
lepidi. 8. 1.
lethe. 62. 1. bis. & 66. 1. & 162. 2.
lethæ fons. 162. 2.
lex. L. Genutij trib. plebis. 6. 1.
lex Sulpitij trib. plebis. ibidẽ.
lex sisachthię & chreocopiæ ibidem.
lex repetundarum. 8. 1.
lex de uestibus militibus dandis. 16. 1.
lex Bebia. 40. 1.
lex Græcorum. 41. 1.
lex in Coo de Senibus occidendis. 58. 2.
lex de mortuis in Vrbe non sepeliendis. 59. 1.
lex funeralis. 66. 1.
lex fannia. 70. 1.
lex Camilli. 73. 2. & 79. 2.
lex ne ciuis Rho. uapularet. 79. 2.
lex Fabij. 60. 1.
lex de nõ temere necãdo. 80. 1.
lex de bonis pscriptorũ. 84. 2.
lex Iulia. 89. 1.
lex in mœchos. 89. 2.
lex tabellaria. 92. 2.
lex de ædibus plebeis. 94. 1.
lex annaria. 96. 1.
lex Valerij pub. 96. 1.
lex de cælibatu. 98. 2. & 99. 1.
lex Solonis de repudio. 99. 2.
lex pagana. 100. 2.
lex de regendis ciuitatibus. 102. 1.
lex Periclis de ciue Atheniensi. 103. 1.
lex de plebiscitis. 104. 2.
lex de censu Senatorio augẽdo. 106. 2.
lex Solonis de Senatu sanctiore. 106. 1.
lex Cassij aduersus Senatores. 105. 1.
lex Iulia quę legi Papiæ multa indulsit. 119. 2.
lex Iulia de maritandis ordinibus. ibidem.
lex Papia. ibidem.
lex Papia abrogata. 120. 1.
lex Claudij in illas quæ seruis nuberent. ibidem.
lex in ingratos. 125. 2.
lex uinaria apud Tusculanos. 170. 2.
lex de stillicidijs & parietibus. 172. 1.
lex de furibus. ibidem.
lex de uenditione. ibidem.
lex in debitores. 173. 1.
lex Cinthij. ibidem.
lex de causidicis non dandis muneribus. 174. 1.
lex Græcorum in prodigos. 178. 2.
lex de non uiolando alieno busto. ibidem.
lex Voconia. 179. 2.
lex falcidia. ibidem.
lex militaris. 181. 1.
lex quæ abrogari non poterat. 190. 1.
lex quid sit. ibidem.
lex Cornelij. 190. 2.
lex Atheniensium & Lacedæmoniorum in magistratus. 122. 1.
lex. L. Cottæ. 123. 1.

¶ L ante I.

¶ Libatio iter pocula. 150. 2.
liber. 55. 1.
liberalis hoĩs natura. 125. 1.
liberi patris templũ. 163. 1.
liberos habere q dicant. 11. 2.
libertas minor & media. 103. 2.
libertas minima. ibidem.
libertatem Cappadoces deprecati. 53. 1.
libertatis atrium. 64. 2.
libertatis spẽs tres apud rhomanos. 101. 2.
liberti in funere herili. 66. 1.
liberti ĩ patronos ingrati, qua ratione puniti. 80. 2.
libertini in urbanis suffragabantur. 13. 2.
libertorum bona. 172.
libra. 46. 1.
lichas. 45. 2. bis.
licinij. 7. 1.
lictores Dictatoris, Consulum, Prætorum, Quæstorúmue, quiq̧ secures haberent, & qui nõ. 23. 1. & 2.
lictoris munus. 23. 2.
lindorũ sacra maledica. 39. 1.
literarum inuentores. 55. 2.
literarum notæ occultiores. ibidem.
literati serui quid significẽt, 146. 2.
literæ Aegyptiorum. 55. 2.
literæ laureatæ. 13. 2.
λιτόργυι. 23. 2.
lituus auguris. 148. 2.
lituus regium insigne. ibidẽ.
liuij. 7. 1.
lixæ lictorũ loco apud Athenienses. 23. 2.

¶ L ante O.

¶ Loca in spectaculis. 142. 1.
loci ratio in cõuiuijs. 151. 2.
loci sortitio in bello. 97. 2.
locri ad Sagram cæsi. 140. 2.
locus exteris datus in spectaculis. 142. 2.
locus sacer quis dicebatur. 177. 2. & 178. 2.
loricarum insignia. 16. 2.
lorum quorum insigne fuerit. 50. 2.
lotus capillata. 137. 1.

¶ L ante V.

¶ Lucij cognomen uitatum, & rursus honoratũ. 127. 2.
luctus indicia in calamitate pub. 147. 2.
luctus in exequijs. 65. 1.
luctus minuendi causæ. 67. 2.
luctus minutus ĩ lustro pub. 158. 1.
luctus tempore ornatus oĩs abiectus. 67. 2.
luctus tẽpus pscriptũ. ibidẽ.
lucretiæ cum Tarquinio & Bruto affinitas. 159. 1.
lucumones. 87. 2.
ludere nucibus, & par impar. 82. 1.
ludi ad aram ditis. 156. 2.
ludicrum quinquennale triplex. 183. 2.
ludi Cereales. 184. 1.
ludi Circenses. ibidem.
ludi cùm minus bene agerẽtur. 184. 2.
ludi deorũ peculiares. 181. 2.
ludi epheborum. 82. 1.
ludi funebres. 67. 1. & 182. 2.
ludi Germanorum. 82. 1.
ludi Græcæ iuuentutis. ibidẽ.
ludi illustrium uirorũ. 81. 2.
ludi quibus pecunia certare permissum. 82. 1.
ludi per ædiles editi. 94. 2.
ludi Rhomani. 81. 2.
ludi scenici. 181. 2.
ludi theatrales & honorarij. 183. 2.
ludi plebei. 184. 1.
ludi multiplices in Græcia. 184. 2.
ludi q̃tuor ĩpẽsius curati. ibi.
Ludimagister primus apud Rho. 51. 1.
ludis præsidentes. 142. 1.
ludus saltatorius. 51. 2.
lumẽ in naui prætoria. 91. 1.
lupæ. 116. 1. & 188. 1.
luperci. 107. 1.
lupus in fabula. 141. 2.
lustrandarum ouium ratio. 158. 1.
lustrandi agri ratio. ibidem.
lustrãdi genus, ubi dij cõtinẽter essent alicui irati. 158. 2.
lustrandi tres species. ibidem.
lustratio classium, & naualiũ copiarum. ibidem.
lustratio curiarũ ac pp̃li. ibi.
lustratio exercitus. 258. 1.
lustratio post iusta funeris. 67. 1.
lustratio rogi. 158. 2.
lustratio somniorum, curarum, & fascinationũ. ibidẽ.
lustratiõibus adhibita. 159. 1.
lustrorum condendorũ precatio. 168. 1.
luxus Rhomani initiũ. 69. 2.

¶ L ante X.

¶ Lycium. 64. 2. & 67. 1.
lycurgi sacra frugalia. 26. 1.
lyra post cœnam. 51. 2.

¶ M ANTE A.

¶ Macedones trophæum nõ erigebant. 19. 1.
macellum nouũ & antiquũ. 84. 2.
macellũ unde dictũ. ibidem.
mænali montes. 107. 2.
magi. 60. 1.
magister Equitum dictatori aderat. 121. 2.
magister Equitum unà cum Dictatore dictus. 121. 1.
magistratu deiecti. 96. 1.
magistratu defuncto, q puincia abire nollet. ibidem.
magistratus tutelaris. 40. 3.
magistratuum licentia quoties coercita. 85. 2.
magistratuum ordo apud diuersos. 60. 1.
magistratuum ordo in re militari. 5. 1.
magistratuum Rhomanorũ ordo. 40. 2.
magni ludi. 181. 2.
μαγοφονία. 117. 2.
magorum superstitio. 31. 1.
maialis. 35. 1.
maiestatis criminis punitio. 89. 1.
malici. 7. 2.
malum consilium consultori pessimum. 141. 2.
mamerci. 7. 2.
maniæ sacrum. 47. 2.
mancipes. 54. 2.
mancipia. 80. 2.
mãcipia in parentationibus eiecta. 39. 1.
mãcipia sale et uino ẽpta. 81. 2.
mancipia transmarina illita. 77. 1.
manes. 156. 2.

manibus atro die parentare nefas.ibidem.
manilij.7.2.
manipuli. 177. 1.
manipulus. 4. 2.
maniũ euocatio apud Auernum. 156.2.& 157. 1.
manium ſacra .ibidem.
manubiæ Aemylij opimæ. 73. 2.
manum protendere. 144. 2.
manumiſsio quibus ritibus & cærimonijs fieret. 101.2.
manumiſſorũ plena libertas. 104. 1.
manus deoſculari. 44. 2.
marcelli. 7. 2.
marci prænomen uitatum. 129. 2.
marciales ludi. 184. 2.
marcialis apertus. 89. 1.
marcialis loca. 36. 2.& 88.2.
maſſæ. 8. 1.
matresfamilias in atrijs. 154.1.
matrimonia diuerſarum gentium. 20. 1.
matris deũ ſimulacrũ.108.1.
matronalia. 86. 2.
matronarum cultus. 146. 2.
matronarũ lecticæ.ibidem.
matronarũ ueſtes. 145. 1.
matronæ Carpẽto uectæ, & in funere laudatæ. 99. 2.
matronæ inops ærariũ ſubleuarunt auro ſuo & mundo muliebri. 99. 1.
matronæ ſpectaculis eiectæ. 143. 1.
matronis intereſſe ludis uetitum. 182. 2.

¶ M ante E.

¶ Mediaſtini. 86. 1.
medicus digitus. 124. 2.
medius digitus. 141. 1.
medimnus. 15. 2.
meditrinæ ſacra. 170. 2.
medix. 120. 1.
megara Athenieſibus exoſa. 103. 1.
megalenſes ludi. 182. 1.
megalenſis purpura.ibidẽ.
meg lobizus.34.1.& 113.2.
megiſtanes.60.1.& 120.1.
megulia dotata. 100. 1.
meletidis ſtupiditas. 51. 2.
μελίκρατον. 69. 2.
mellephori. 187. 2.
meliſſa. 34. 1.& 113. 2.
mẽbra humani corporis dijs dicata. 43. 2.
membrorum quorũdam in humano corpore religio. 43. 1.
membrum uirile à matronis publicè honoratum. 78. 2.
memoriæ fons. 162. 2.
memoriæ ſedes. 44.2.
memphis. 174. 2.
menianum. 136. 1.
mendacij deteſtatio, & contrà. 173. 1.
mẽnonis ſimulacrum.108.1.
mẽnonium. 174. 2.
menſæ adminiſtrandæ ratio. 70. 1.
menſæ argenteæ. 149. 2.
menſæ loco ararum. 114. 1.
menſæ paniceæ. 149. 2.
menſæ primi ſæculi. 149. 1.
menſibus Cæſarum nomina impoſita. 86. 1.
menſium numina. 85. 1.
mentum attringere quid ſignificabat. 44. 1.
mercenarij milites. 189. 1.
mercurij aqua. 111. 1.
mercurij diuerſa noĩa. 165. 2.
mercurij effigies. 107. 2.
mercurius triſmegiſtus. 34. 2.
meretrices in templo Veneris. 144. 1.
meretrices q̃ parte diei ꝓſtarent. 118. 2.
meretrices remedium adulterij. 89. 2.
meretricum ueſtes. 136. 1.
meſadæ. 174. 2.
μεσαγκύλιον. 117. 2.
metreta. 15. 2.
mezentij crudelitas. 63. 2.

¶ N ante I.

¶ Microtrapezæ. 15. 2.
midas. 81. 2.
militares coronæ. 115. 1.& 115. 2.
militares leges & diſciplinæ. 100. 1.
militares ueſtes. 16. 1.
militaria. 9.1.& 15.2.&91. 2.& 37.2. 96.2.bis.& 115. 1.& 176. 2.& 181. 1. & 180. 2.
militaria dona. 115.1.& 115.2.
militaria iudicia q̃dam. 91. 2.
militaria ornamenta. 116. 1.
militaris animaduerſio. 9. 2. & 17. 1.
militaris ordo ad comitia cõſularia uocata. 93. 1.
militaris rapacitas cohibita. 181. 1.
militem externũ Rhomani non admittebant in caſtris. 16. 1.
milites contra robuſtiores. 187. 1.
milites nominis latini. 188. 2.
militiæ magiſtri apud Perſas. 15. 2.
militum ætas. 15. 2.
militum ordines. 186. 2.
militũ uaria nomina. 189. 1.
minæ diuerſæ. 122. 1.& 121. 2.
mineruæ ſacra. 47. 1.& 48.1.
mineruæ uirgines. 136. 1.
minimo aurem dextram ſcabere. 144. 2.
minimo prouocare.ibidem.
minimus digitus ſeu auricularis.ibidem.
miraculũ de homine qui inferna adijt loca. 185. 2.
miſcellanei ludi. 184. 2.
miſsionum tria gñа. 188. 2.
mithridates. 3. 1.
mithras. 14. 1.

¶ M ante O.

¶ Modi Tibiarum diuerſi. 90. 2.
modiolus. 42. 2.
modius.ibidem.
modus.ibidem.
mœchandi occaſio in ſacris Bonæ deæ. 170. 1.
mœnia ciuitatis ſancta. 111. 2.& 178. 2.
mola ſalſa in oĩ ſacro. 113. 2.
moneta quando primùm inuenta. 123. 1.
moneta Rhomana Lugduni cudebatur.ibidem.
monilia ferrea. 146. 1.
mores corrupti unde. 70. 2.
mortem ſibi conſciſcentes nõ ſepeliebantur. 178. 1.
mortem ſibi conſciſcere apud quos laudi dabatur, & contrà. 159. 2.
mortis ſignũ in iudicijs. 63. 1.

¶ M ante V.

¶ Mulieres caſtratæ. 49. 1.
mulieres Gallicæ iudices. 106. 2.
mulieres in Senatu. 106. 2.
mulieres ob uinum potatum interfectæ. 9. 2.
mulieres Senatum adire uetabantur. 106. 2.
mulierũ panes. 20. 1.
multa apud Platonẽ. 62. 1.
multa cadunt inter calicem. 140. 2.
multa homicidij. 62. 1.
multæ ſumma apud Rhomanos.ibidem.
mulus marianus. 140. 2.
municipij à colonia differentia. 102. 1.
municipij ius.ibidem.
munychia. 174. 2.
munera militaria poſt triumphum. 169. 1.
munera Regum Macedonũ. 55. 1.
murani. 2. 2.
murenæ. 8. 1.
muſica 49.2.& 51. 2.& 52. 1.
mutuum muli ſabunt. 140. 2.

¶ N ANTE A.

¶ Nænia. 65. 2. bis.
nanciſcor. 18. 1.
nancij.ibidem.
naſica. 72. & 8. 1.
natalitia feſta. 47. 2.
natandi ars. 49. 2.
nati ſub delphino. 46. 1.
nati ſub piſcibus ibidem.
nauales ludi. 133. 2.
naues imaginibus deorũ inſignitæ. 91. 1.
nauium nomina. ibidem.

¶ N ante E.

¶ Neceſsitatis templũ. 12. 2.
ne decima quidam Syracuſanorum pars. 14. 1.
nefaſti dies. 117. 2.
nemei ludi. 132. 2.
nemeſis, & eius ſimulacrum. 144. 2.
nemus. 25. 1.
neodomadæ. 189. 1.
nepotes. 8. 1.
neptuni filij. 39. 2.
neptuni ſacrum. 79. 1.
neptuni Templũ in Achaia. 163. 1.
neptunus quorum domitor. 156. 1.
nequicquam ſapere. 141 2.
nereis. 68. 1.
Nero. 8. 1.
Neronis procacitas. 74. 1.

¶ N ante I.

¶ Nicolaus Perottus taxatus. 119. 1.
Nicomedes. 2. 2.
nidarion. 25. 1.
nihil cum fidibus graculo. 150. 2.
niues rubæ in Scythia. 100. 1.

¶ N ante O.

¶ Nobiles qui. 143. 2.
noctis deſcriptio. 172. 2.
noctis partes. 118. 2.
noctua in numiſmate Athenienſi. 110. 2.
noctuas Athenas. 141. 1.
nodum in ſcyrpo quærere. ibidem.
nomen infauſti quando dabatur. 50. 2.
nomenclatores candidatorũ. 92. 1.
nomina fœminis citius q̃ maribus indebantur. 52. 1.
nominũ mutatio 54. 1.& 2.
non eſt cuiuſuis adire Corinthum. 141. 1.
nota fronti inuſta. 80. 1.
notati in politia. 37. 2.
notæ fronti inuſtæ ſeruis & captiuis. 146. 2.

notæ genitiuæ. 44. 2.
nonæ Caprotinæ. 129. 2.
nouemuiri. 77. 2.
noui ciues inter decurias iu dicabant. 127. 1.
nouũ antiquo abrogat. 173. 1.

¶ N ante V.

¶ Nuces spergebantur in nuptijs. 30. 2. & 31. 1.
nuces in Saturnalibus. 82. 2.
nudum uidisse hominem capitale. 50. 1.
numæ institutum. 47. 1.
numi cũ inscriptionibus Cæsarum. 110. 2.
numi ex corijs boum. 110. 1.
numi suffragatoribus distributi. 93. 2.
numorũ insignia. 110. 1. & 2.
numus argenteus. 46. 1.
nuncij læti causa gaudium. 24.
nundinæ. 129. 2.
nuptiarum cærimoniæ apud diuersas gentes. 31. 1.
nuptiarum contrahendarum mores apud diuersos. 20. 1. & 20. 2.
nuptiarum tempus. 31. 2.
nuptiæ legitimæ. ibidem.
nuptæ nouæ uestes. 145. 2.
nuptiæ unde dictæ. 30. 1.
nutrices laconicæ. 50. 2.
nutrices matres ipsæ. ibidem.

¶ N ante Y.

¶ Nymphades. 145. 2.
nympharum sparticarum antrum. 161. 1.
nyctileia. 183. 2.

¶ O ANTE B.

¶ Obolus. 46. 1. & 122. 1. & 2. bis.

¶ O ante E.

¶ Oenomeli. 69. 2.

¶ O ante F.

¶ Offendo. 18. 1.

¶ O ante L.

¶ Oleaster peperit. 37. 1.
oleũ & operã perdere. 140. 2.
oleum in ore gestare. 141. 1.
oleũ in silice repertũ. 134. 1.
olympia qui uicerit. 131. 2.
olympiades. 131. 2.
olympias. 85. 2.
olympici ludi. 131. 2.
olympici ludi in agro leontino. 132. 1.
olympici ludi uarij. 131. 2.
olympionices. 132. 1.
olympiorum decem præfecti. 131. 2.
olympiorum imago à Catone Rhomã trãslata. 132. 1.
olympiorum spectacula mulieribus interdicta. 131. 2.

¶ O ante M.

¶ Omina ex diuersis euentis. 139. 2.
omina in cõuiuijs. 152. 1.
ominis boni indicia. 25. 1.
ominis mali indicia. ibidem.

¶ O ante P.

¶ Opertanea sacra. 72. 1.
ophiusia hærba. 63. 2.
opis sacra. 48. 1.
opis uaria nomina. 170. 1.
opisthocomæ. 55. 1.
opisthographa charta. ibidẽ.
opisthographum. ibidem.
opisthonicus morbus. ibidẽ.
opiter. 8. 1.
opprobriũ uictis. 141. 2.
optimates à plebe distincti. 142. 1.
optimatum locus. 142. 1.

¶ O ante R.

¶ Oracula Apollinis ambigua. 161. 2.
oracula maxima. 161. 1.
oratæ. 8. 2.
oratio funebris. 178. 2.
orcini. 86. 1.
ordines militum. 186. 2.
ordinum discrimen. 143. 2. & 147. 2.
ordo. 4. 2.
orgia in Thracia. 183. 2.
originarij. 86. 1.
ornatus militaris diuersi apud diuersas gentes. 189. 2.
orphei quinq;. 39. 2.
orthius modus. 90. 2.

¶ O ante S.

¶ Osculorum religio. 43. 2.
oschophoria. 78. 2. & 130. 2.
osii. 34. 2.
osiridis simulacrum. 108. 1.
ositer. 34. 2.
os plutonium. 66. 1.
ostraca ad quid excogitata. 80. 1.
ostracismus. 79. 2.
ostracismus quando desiit. 80. 1.
ostiarij serui. 153. 1.

¶ O ante T.

¶ Otiosus multatus. 73. 2.

¶ O ante V.

¶ Ouandi causæ. 180. 1.
ouandi pompæ & apparatus. 180. 2.
ouantis corona. ibidem.
ouantium sacra. ibidem.
ouatio unde dicta. ibidem.
ouationis ornatus. ibidem.
ouicula. 8. 1.
ouidij locus. 159. 1.
ouilia. 43. 1.
ouinij. 7. 1.
ouium lustrandarum ratio. 158. 1.

¶ P. ANTE A.

¶ Pacis signa. 98. 1.
pacuuius. 26. 1.
pædonomus. 51. 1.
pæti. 8. 1.
paganalia. 174. 1.
palatiar. ibidem.
palatini ludi. 184. 2.
palatinus mons, templa, domusq; in eo cõstructę. 74. 2.
palemonis specus. 135. 2.
pales. 47. 1.
pali exercituum. 16. 2.
palilia. 47. 1.
palibroti. 2. 2.
palla. 145. 2.
palladium. 137. 1.
pallas ἀνιμῶντις. 83. 1.
palma. 45. 2.
palmata uestis. 145. 1.
palmus. 45. 2.
paludamentũ. 60. 2. & 146. 2.
panagyri. 47. 2.
panathenarũ saltatio. 182. 2.
panathenei. 131. 2.
panci. 8. 1.
pancraticum. 69. 1.
pancratiastes. 69. 1.
pandia. 132. 2.
πάνιμος. 117. 2.
panis numẽ maximũ. 107. 1.
panis simulacrum. ibidem.
panis species. 149. 2.
papauerata uestes. 145. 1.
paphiæ Veneris simulacrum 107. 2.
papiliones. 101. 1.
papyrianum ius. 190. 1.
papyrus hieratica. 55. 1.
paradromides. 68. 2.
paranymphus. 30. 1.
parasanga. 45. 2.
παρθένιος. 89. 2.
pardalus immunitatis signũ. 154. 1.
parentatio apud Therei sepulchrum. 157. 1.
paris ab ursa nutritus. 56. 1.
parœnius modus. 90. 2.
parma. 186. 2.
parricidij pœna. 62. 2. bis.
Parthi. 22.
passus. 45. 2.
pater patratus. 128. 2.
patres. 104. 1.
patres conscripti. ibidem.
patres minorũ gẽtiũ. ibidem.
patricij magistratus cum plebe communicati. 191. 2.
patriciorum artes. 143. 2.
patricius ordo. 106. 2.
patricius ordo à plebeio distictus. 143. 2.
patroni in clientem potestas. 81. 2. & 173. 1.
patroni populorum & nationum. 153. 2.
patronus in libertum ingratum. ibidem.
patrum in filios potestas. 171. 2.
panisci caput in saxo repertum. 134. 2.
pausicapa. 80. 1.

¶ P ante E.

¶ Pecunia unde dicta. 110. 1.
pecuniarum apud ueteres nullus usus. ibidem.
pecuniarum notæ & imagines. 123. 1.
pecuniæ in populo spersæ à Cæsaribus. 49. 1.
pecuniæ ratio habita. 54. 1.
pectus sedes consilij. 44. 1.
pedamentum. 35. 1.
pedatio. ibidem.
pedis osculum. 44. 2.
pedestri senatores. 54. 1.
pedum digiti. 124. 1.
pecudum exequiæ. 178. 2.
pedum offensiones inter auguria. 52. 1.
pegmata. 154. 2.
pelasgicum. ibidem.
pelias ab equa nutritus. 56. 1.
peligna cohors. 187. 1.
peloria. 47. 2.
pelta. 186. 2.
peltati. ibidem.
pelteastæ. ibidem.
penates. 164. 1.
pentapharmacum Aelij. 151. 1.
pentathlos. 82. 1.
penula. 106. 1.
perdices Bœotiæ. 107. 2.
perfidiæ exempla. 135. 2.
peregrino in Theatro apud Athenienses esse non licebat. 142. 2.
Periander lapidatus. 28. 2.
periculo extremo belli quod remedium adhibitũ. 97. 2.
peristiarchi. 158. 2.
peristylia. 153. 2.
permenides. 25. 2.
pernasus bicollis. 161. 1.
periurij puniti. 135. 2. & 173. 2.
pes. 45. 2.
petaurici ludi. 82. 1.
petauristæ. ibidem.
petoritum. 56. 1.

¶ P ante H.

¶ Phaetontis casus. 147. 2.
phalanges diuersæ. 176. 2.
phalangis partium singularum nomina. 177. 1.
phalangitæ. ibidem.
phalanx Rhomanorũ. 98. 1.

φαινίνδα.

φανιῶναι. 23. 2.
phanius. 78. 1.
pharones. 3. 1.
phasis flu. 20. 2.
phæcasij. 34. 1.
phæus color. 66. 1.
phiditia. 150. 1.
φιλήτωρ. 49. 2.
philyra. 55. 2.
philomenes. 3. 1.
philonidis celeritas. 46. 1.
physiognomia ex diuersis corporis partibus. 44. 1.
phrenetici concentu uocũ ad se redeunt. 41. 2.
phryges nõ iurabãt. 135. 2.
phrygiones. 100. 1.

¶ P ante I.

¶ Picentes. 188. 2.
pictor. 8. 1.
pilæ ludus. 81. 2.
pilani. 187. 1.
pilentum. 56. 1.
pilum. 96. 2. & 187. 1.
pilũni. 7. 1. & 8. 1. & 20. 1.
pingendi ars. 49. 2.
pinacothecæ. 154. 1.
pinarij. 7. 2.
piscatorij ludi. 184. 2.
pisones. 7. 1. & 8. 1. & 20. 1.
pistrinum. 80. 1.
pityocampæ. 35. 2.
pithœgia. 170. 2.
pius. 7. 2.

¶ P ante L.

¶ Placentarũ genera. 149. 2.
planci. 7. 1.
plauti. ibidem.
platæensiũ princeps. 120. 2.
platonis bellaria. 149. 2.
plebei ad dictaturã, cõsulatũ, præturã, aliosq; magistratus euecti. 191. 1.
plebei magistratus. 191. 2.
plebeiorum artes. 143. 2.
plebeiorũ uestes. ibidem. bis.
plebeius ordo. 142. 2.
plebiscita unde dicta. 123. 1.
plebiscitũ C. Gracchi. 86. 1.
plebis tribunus. 121. 1
plebs ab optimatibus distinctus. 142. 1.
plebs p cliẽtelas diuisa. 152. 2.
pletrum. 45. 2.
ploci. 7. 1.
plũbũ in ripa positũ quid sit apud Iurecõsultos. 21. 2.
plutarchi locus. 24. 1.
pluti simulacrum. 108. 1.
pluto quibus uictimis sacrificabatur. 156. 2.
plutonis templum. 12. 1. & 152. 2.
pluuiæ excitandæ rõ. 111. 1.

¶ P ante O.

¶ Poculorum genera. 69. 1.
pœcile. 84. 2. & 116. 1.
pœnæ aliæ, atq; aliæ pro facinoris magnitudine. 61. 2.
pœnæ maximorum criminũ apud diuersas gentes. 64. 2.
poetarum certamen in Elide. 184. 1.
πολέμαρχος. 77. 1.
pollex. 124. 1.
pollex Pyrrhi. 141. 2. & & 124. 1.
pollicem premere. 124. 1.
pollicem uertere. ibidem. & 141. 2.
pollinctores. 66. 1.
ad pollinctum emere. 67. 1.
pollinctura. ibidem.
pollus. 8. 1.
pomœrij proferendi ius. 179. 1.
pomœrium sacrum. ibidem.
pompam funebrem qui contempserint. 65. 2.
pomponij. 7. 2.
pondera. 46. 1.
pondo. 122. 2.
põtifex apud Hebræos. 34. 1.
pontifex apud exteros. ibidẽ.
pontifex & angur eodem tẽpore. 148. 2.
pontifex naualium. 34. 1.
pontifices arabum. ibidem.
pontificis maximi officium insignia. qbus legibus astrictus, & cætera. 32. 2. 33. 1. & 34. 1.
pontificis maximi tutamentum. 135. 2.
pontificis minimi munus. 33. 2.
Pontificis minoris munus. ibidem.
popæ. 113. 1.
popysma. 138. 1.
populi. 142. 1.
populi prærogatiuũ. 104. 2.
populus in centum turmas diuisus. 92. 1.
populus in ludiones stipem spergebat. 48. 2.
porca cui immolabat. 71. 1.
porcij. 8. 1.
porcus sacerdoti debebatur. 34. 1.
porricere hastam. 114. 1.
porta carmentalis Saturnia, pandana. 28. 2.
portæ exterarum gentium. 111. 2.
portæ multiplices in castris & eorum nomina. 9. 2.
portenta. 75. 1.
portenta futuræ infelicitatis. 56. 2.
porticus insignes Rhomæ. 84. 2.
portiæ erga maritum amor. 159. 2.
posthumij. 8. 1.
postliminij ius. 101. 2.
postuertæ ara. 50. 1.
potus in conuiuijs. 151. 1.

¶ P ante R.

¶ Prandij tempus. 151. 2.
prandiũ in propatulo. 149. 2.
præcidanea porca. 71. 1.
præcipites. 187. 2.
præco. 23. 1.
præcones. 104. 1.
præfecti bini. 60. 1.
præfecti annonæ. 185. 1.
præfecti prætoris. 121. 2. & 122. 1.
præfecti qui deligebantur. 185. 1.
præfecti uigilum. ibidem.
præfecti Vrbis officium. ibi.
præfectorum duorum uinolentia. ibidem.
præfectura intermissa sæpe, & rursus reuocata. ibidem.
præfecturæ honos, & paulo post uilitas. ibidem.
præfecturæ origo. ibidem.
præfectus in sacris Neptuni heliconij. ibidem.
præfectus castrorum, legionum, & palatij. 185. 2.
præfectus Imperatori aderat. 121. 1.
præfectus latinorum. 185. 1.
præfectus morum. ibidem.
præficæ. 65. 2.
prælij naualis munera. 98. 2.
prælium aggressuri milites. 90. 1. & 2.
prænomen mulieribus non dabatur. 8. 2.
Prænomina quædam uitata, & quædam contrà expetita honorataq;. 129. 2.
Prænomina seruis & mancipijs negata. 129. 1.
prænomina ueterum. ibidẽ.
prætexta. 133. 2.
prætexta puerorum. 50. 2.
prætexta qui induerentur. 144. 2.
prætextati filij in equis triũphantium. 149. 1.
prætextatus. 7. 2.
prætores de gradu deiecti. 40. 2.
prætori quot lictores in Vrbe. 23. 1.
prætori Vrbis plus decẽ diebus abesse nõ licebat. 40. 2.
prætoriani. 187. 1.
prætoris dicta. 190. 2.
prætoris dignitas apud exteros. 40. 2.
prætoris lictores. ibidem.
prætoris toga. ibidem.
prætorum creatio, ius, potestas, & numerus. 40. 1.
precandũ quid à dijs. 115. 2.
precantes aram tenebant. ibidem.
precatio in lustris condendis. 158. 1.
primipilus. 4. 2.
principes. 188. 1.
principes iustitiæ amantes. 191. 1.
principia rerum. 133. 2.
principis imago. 62. 2.
principum decreta priuata. 191. 1.
principum locus in aciebus. 97. 1.
principum placita. 191. 1.
prytanes. 60. 1.
prochyta insula. 27. 1.
proconsules qui, quæq; illorũ insignia, ius, & potestas. 52. 1.
proconsulis dignitas. 53. 2.
proconsulis & consulis differentia. 53. 1.
proculi. 8. 1.
prodigalitas. 55. 1. & 53. 1.
proditores insepulti. 178. 2.
proletarij. 188. 1.
promulcidaria uasa. 69. 2.
pronuba. 30. 1.
pronubus annulus. ibidem.
propertij loca. 26. 2. & 27. 1. bis.
propertij elegiæ quando nuper, & quo loco repertæ. ibidem.
prophetæ Iouis. 112. 1.
propinatio in sacris. 113. 2.
proprætores. 52. 1. & 2.
proquæstores. 52. 1.
prosa. 50. 1.
prosæ orationis inuentor. 55. 2.
proteruia. 72. 1.
prouinciarum diuersa nomina. 53. 1.
prouinciæ diuersarum gentium. ibidem.
prouinciæ minores. 60.
prouocatiões inhibitæ. 36. 1.
prouocationi quę multa instituta. ibidem.
propinandi ratio. 150. 1.

¶ P ante S.

¶ Psaphon. 165. 1.

¶ P ante T.

¶ Ptera. 174. 2.
πτεροφόροι. 23. 2.
ptolemæi. 31. 1.

¶ P ante V.

¶ Publicani equestris ordinis. 54. 2.
publicani qui dicerentur. ibidem.
pudicitiæ fanum. 42. 2.
pudor Rhomanorum. 54. 2.
puellæ & uirgines ludum literarium frequentabant. 51. 1.

puellæ innuptæ calceis non utebantur. 145. 2.
puellæ pupas Veneri,& crines Palladi offerebãt.143.2.
pueri in Senatu. 196. 2.
puerorum magiſtri & conſortia. 51. 1.
Pulchri cognomen. 7. 2.
pulli melici & Chalcidici.25.1.
pulmonis omina. 155. 2.
puluinaria ĩ lectiſternijs.157.2.
puniendorum peccatorũ duplex ratio. 61. 2.
punitio antiquorum. 37. 2.
punitio multitudinis.ibidem.
pupæ Veneri dicatæ. 29. 2. & 143. 2.
purgandi tres ſpecies.158.2.
purpura. 144. 2.
purpura Megalẽſis. 182. 1.
putei apud Pythopolim.163. 1.
¶P ante Y.
¶Pyræ extruẽdæ rõ.66. 1.
pyrophorus. 128. 2.
pyrrhidæ. 3. 1.
pyrrhicha. 182. 2.
pyſionactia. 84. 2.
pyſiſtrati dolus. 57. 1.
pythagoræ diſcipuli, & eius patria. 25. 2.
pythij ſpartanorum.161.2.
pytheum. 161. 2.
pythia feſta.ibidem.
pythia uaticinari coacta ab Alexandro.ibidem.
python.ibidem.
¶Q ANTE V.
¶Quadrans. 1. 2.
quadrantal. 45. 2.
quadrantes. 122. 2.
quadruplator.109.2.& 119.2.
quartumuiri.75. 2.
quæſtor Legato p̃latus.164. 1.
quæſtor parricus ſiue parricidius. 23. 2.
quæſtor p̃tori aderat.121.2.
quæſtores p̃torũ uicarij.40.2.
quæſtorũ origo,numerus,genera,electio, ætas.77. 2.& 18. 1. & 2.
quæſtura annuũ munus.28.2.
quæſtura defuncti. 77. 1.
quæſtus Rhomanis contemptus. 143. 2.
querculanus. 175. 1.
quincunx. 1. 2.
quindecimuiri.75. 2. & 76. 2.& 77.2.
quindecimuirorũ epulonũ filiæ nõ cogebant eſſe Veſtales. 77. 1.
quinquatrus.78. 2.
quinquennale ludicrum triplex. 183. 2.
quinquennale certamen apud Neapolim. 184. 1.
quinquertiones. 132. 2.
quinquertium. 132. 2.
quinqueuiri. 76. 2.
quirinalia. 71. 1.
quirinalis collis. 175. 1.
quiritũ ius cui primò datum. 102. 1.
quinta eſſentia. 133. 2.
¶R ANTE A.
ramẽta aurea ĩ capillis.146. 2.
rapacitas militaris coercita. 181. 1.
ratio adminiſtrati muneris. 96. 1.
¶R ante E.
¶R literæ inuẽtor. 7. 2.
re ad Sagram geſta certior. 140. 2.
receptitius. 86. 2.
redemptor cauſarum. 109.2.
redica. 35. 1.
reges adorati. 43. 2.
reges apud Parthos concluſi. 154. 1.
reges bini. 60. 4.
reges maximi apud phryges. 24. 2.
regi ſacrorum quid propriũ erat. 87.2.
regiæ Rhomanæ. 64. 2.
reginarũ amictus apud Aegyptios. 145. 1.
reginarũ honos apud Aegyptios. 24. 2.
regiones ubi docti uiri q̃plurimi euaſerunt. 76. 1.
regis nomen Rhomanis inuiſum. 24.2.& 120. 2.
regna inſulæ ſubinde nuncupantur. 27. 1.
regni inauguratio. 24. 2.
regũ externorum inſigne.25.1.
rei criminis quõ fierẽt. 40.2.
reipub.damnum inferre uolẽtiũ pœna. 62. 2.
reliquatores. 6. 1.
remuria. 109. 2.
reo quot horæ darent. 108. 2.& 166. 1.
reperio. 17. 2.
repotio. 31. 1.
repudij libellus. 99. 2.
repudiũ ob leues cauſas.ibi.
repulſam tulit Scipio Naſica. 13. 2.
reſpondẽdi ius quãdo primò datum. 190. 2.
reſponſa prudentiũ. ibidem.
reſponſio principum per libellos. 191. 1.
reſponſis dandis iuriſcõſulti peculiares cõſtituti. 190. 2.
reticẽtia in uenditione multanda. 172. 2.
reus abſoluebatur ubi ſuffragia adæquarent. 64. 1.
reus præmonitus. 63. 2.
rex Perſarum. 120. 2.
rex ſacrorum,& eius munus. 87. 1.bis.
¶R ante H.
¶Rhena inſula ſctã. 162.1.
rhombus.97. 2.
romphea. 181. 1.
¶R ante I.
¶Ricinus. 145. 2.
riſus Sardonicus. 141. 2.
¶R ante O.
¶Robigalia. 170. 2.
rogo adhiberi ſolita 66.2.
rogo iniecta adoramẽta.66.2.
rogo inectæ comæ. ibidem.
rogo nõ impoſiti pueri mortui. 21.& 67. 2.
rogo ſe inijciẽtes amici.66.2.
Rhomani ciues non relegati in exilium. 81. 2.
Rhomani CCC annis ſinè legibus uixerũt.171.2.& 190.1.
Rhomani in duos ordines diuiſi. 143. 2.
Rhomani initiò nullis ſtipẽdijs militabant.189. 1.
Rhomanis fœdere iũcti.187.2.
Rhomanorũ parua manu uictoriæ. 192. 2.
Rhomanus cultus. 146. 2.
romphi. 35. 1.
romuli caſa.174. 1.
romuli ſtatua tunicata.144.1.
romuli templum. 12. 1.
romuli et remi nutricatio.56.1.
rorarij.4.2.& 186. 2.
roſcius. 8. 1.
¶R ante V.
¶Rudiariorum ætas. 15.2.bis.
ruffi. 6. 1.
rupes in foro Tarpeio. 62.1.
rutilianus. 8. 1.
rutilij.6.1.
¶S ANTE A.
¶Sabba. 76. 1.
Sabinæ raptæ. 156. 1.
ſaccularij. 86. 1.
ſacea feſta.47.2.bis.
Sacer. 177. 2.
ſacer locus.ibidem.
ſacerdos lotus ante ſacra.112.1.
ſacerdos Palladis. 34. 1.
ſacerdos ſacrificaturus à Venere abſtinuerat. 112. 1.
ſacerdotes Aegyptiorum. 34.2.
ſacerdotes duo ſingulis curijs præpoſiti. 175.2.
ſacerdotes Germanorum.34.1.
ſacerdotes Hebręorũ. 176.2.
ſacerdotes Iouis ĩ meroe.54.1.
ſacerdotes Herculis. 34. 2.
ſacerdoti ſemel duntaxat nubere fas erat. 176. 1.
ſacerdotium triplex. 34. 1.
ſecerdotum Aegyptiorũ cærimoniæ. 176. 2.
ſacerdotum dignitas. 34. 1.
ſacra abſq; uino. 72. 2.
ſacra calendaria. 130. 2.
ſacra diuerſa herculis. 36. 2.
ſacra Aegyptiorum incruẽta. 47. 1.
ſacra & religioſa & ſctã.179.1.
ſacra ex herbis.47. 1.
ſacra expiationis. 157. 1.
ſacra maledica. 39. 1.
ſacra Lycurgi frugalia.47.1.
ſacra ſinè cæde.ibidem.
ſacra ſolẽnia & ſtata. 157. 1.
ſacra uelato capite,& contrà. 48. 1.
ſacra græca. 184. 1.
ſacra impia & deteſtãda deorum. 193. 2.
ſacra ueterum. 111. 2.
ſacratæ leges. 190. 2.
ſacrificãdi ratio Neptuno & fluctibus. 156. 1.
ſacrificãtis cærimoniæ.115. 1.
ſacrificaturi ſacerdotis ueſtes 112. 2.
ſacrificia in Capitolio poſt triũphũ celebratũ.169. 1.
ſacrificij cuiuſlibet obſeruatio.114. 1.
ſacrificij partes quatuor.113.2.
ſacrificij tempus, 113. 1.
ſacrificijs omnibus ſtatutum generale. 113. 1.
ſacrificiorum à Numa inſtitutorum ritus. 71. 1.
ſacrificiorũ ignis ex qua materia ſtructus. 114.1.
ſacrilegorũ ſuppliciũ. 62.2.
ſacris abſtinebant diebus infauſtis. 118. 1.
ſacris q arcebantur. 112. 1.
ſacroſanctum. 179. 1.
ſacrum nullum ſinè mola ſalſa & igne. 113. 2.
ſacrum qd dicebatur. 177.2.
ſæculares ludi.133.2.& 156. 2.& 183. 1.
ſaga. 146. 2.
ſagaria. 74. 2.
ſagaris. 167. 1.
ſagitta.35. 1.
ſagittandi exercitium.16.2.
ſagittãdi peritæ gẽtes.189.2.
ſagittarij. 187. 1.& 188. 1.
ſagum. 145. 1.
ſal in mõtibus reptũ. 134. 1.
ſale & uino empta mancipia. 81. 2.
ſalentini. 26. 1.
ſaliorum inſigne, tripudia, ſacra, dignitas. 22. 2.
ſalinator. 7.2.
ſalij.22. 2.
ſalluſtiani horti. 175. 2.
ſaltãdi gña. 51. 2. & 153. 1.
ſaltare in Theatro peregrino nõ permittebat apud Athenienſes. 142. 2.
ſaltatio ĩ panatheneis. 182.2.
ſaltationes molles. ibidem.
ſalutandi ratio.43. 1.
ſalutationes domeſticorum. 153.2.

ſalutem

ſalutem precari in ſternutamentis. 52. 1.
ſancta loca. 174. 2.
ſctitatē augebat antiqtas.ibi.
ſandracottus. 56. 1.
ſāguinis craſſi aut tenuis indicium in uictimis ſacrificiorum. 155. 2.
ſanitatis ſimulacrū. 143. 2.
ſapiēti an uxor ducēda. 98. 2.
Sariſſa. 187. 1. bis.
Sarmatæ. ibidem.
ſatrapes. 120. 2.
ſatyrica ſcena. 142. 1.
ſaturnalia. 47. 2. & 70. 1.
ſaturni ædes. 28. 2.
ſaturni ſacrum. 47. 2.
ſaturnius collis q poſtea Capitolinus dictus. 174. 1.
ſaturni effigies. 107. 2. & 108. 1.

¶ S ante C.

¶ Scalæ gemoniæ. 74. 2.
ſcæuolæ. 7. 1.
ſcauri. ibidem.
ſcaurorum familia. ibidem.
ſcelerata caſtra. 32. 1.
ſcelerata porta. 31. 2.
ſceleratus campus. 111. 1.
ſceleratus uicus. 31. 2.
ſcenæ ludorū diuerſæ. 142. 1.
ſcenica munera ad honorem uiam parabant. 184. 1.
ſcenici infames & cōtrà. 68. 2.
ſcenici ludi. 181. 2. bis.
ſcenicorum honos. 68. 2.
ſcenophori. 188. 1.
ſceptris diuerſæ figuræ inciſæ. 25. 1.
ſchœnum. 46. 1.
σκιμαλίζειν. 124. 1.
ſcipio. 7. 2.
ſcipio Aemylianus. 14. 2.
ſcipio à Catone laudatus. 15. 1.
ſcipio infamia notatus. 49. 1.
ſcipionis aſiatici hiſtoria. 14. 2.
ſcipionis Aemyliani coniugiū, abſtinentia, amor erga uxorem mors. ibidem.
ſcipionum familia. 35. 2.
ſcirpeæ effigies hominum loco à ueſtalibus in Tyberim iniectæ. 137. 1.
ſcytiſſare. 150. 1.
ſcytula. 46. 1. & 47. 1.
ſcolaſticæ exercitatiōes & declamationes. 154. 1.
ſcolia. 150. 2.
ſcorpionū uenenoſitas. 42. 1.
ſcribæ ad ædilitatem nō admiſſi. 93. 2.
ſcribæ quæſtorum. 27. 2.
ſcrupulus. 45. 2. bis. & 46. 1. & 122. 1.

¶ S ante E.

¶ Secundæ menſæ. 149. 2.
ſecures abiecti poſt exactos reges. 23. 1.
ſecuris Iouis Labradæi. 25. 1.
ſedentes aſſentiebantur Senatores. 106. 1.
ſedigiti. 7. 2.
ſeditio. 78. 1.
ſemiobolus. 122. 2.
ſemiramis. 56. 1.
ſemiuncia. 45. 2.
ſemproniæ cū Scipione Aemyliano cōiugiū. 14. 2.
ſemis. 1. 2.
ſenaculum. 105. 1.
ſenatores nuper electi in aliorū ſententiā ibant. 105. 1.
ſenatores pedarij. 141. & 108. 1.
ſenatores qua ætate onere rei pub. liberabantur. 105. 1.
ſenatores Rhomæ etiā exteri. 104. 2.
ſenatoribus CCC ex equeſtri ordine adiuncti. 123. 2.
ſenatoris inſignia & ueſtes. 106. 1.
ſenatoris ius. ibidem.
ſenatorius cenſus. 106. 2.
ſenatorius ordo in principio ab alijs diſtinctus. 143. 2.
ſenatorū contemptus & uilitas. 104. 2.
ſenatorum honos. ibidem.
ſenatorum locus in ſpectaculis. 142. 1.
ſenatorum numerus apud diuerſas gentes. 104. 1.
ſenatorū ſubſellia. 142. 1. bis.
ſenatorū umbracula. 106. 1.
ſenatum cōuocantes. 105. 1.
ſenatum mulieres nō adibāt. 106. 2.
ſenatum quando habere non permiſſum. 93. 2. & 107. 1.
ſenatū Appius Claudius inquinauit. 104. 2.
ſenatus authoritas. ibidem.
ſenatuſcōſulēdi modus. 104. 1.
ſenatuſconſulta in ærarium depoſita. 106. 1.
ſenatuſconſulta tacita. ibidē.
ſenatuſconſultum. 105. 1. & 190. 2.
ſenatuſconſultum in fœneratores. 6. 1.
ſenatuſcōſultū de apotheoſi. 165. 1.
ſenatus decreta ad principē pertinentia. 106. 1.
ſenatus eligēdi ratio. 104. 2.
ſenatus ex equeſtri ordine cōpletus. 54. 1. & 127. 1.
ſenatus ī atrijs coactus. 154. 5.
ſenatus in Veſtæ templo nō cogebatur. 136. 2.
ſenatus officium. 104. 2.
ſenatus princeps. 105. 1.
ſenatus rogandi ordo alius atq; alius, ibidem. 2.
ſenatus ſanctior. 106. 1.
ſenatus ubi & quando habebatur. 105. 1.
ſenes militiæ aſſcripti. 16. 2.
ſenes occidebant ī Coo. 58. 2.
ſeniores. xxviij. aderant Regi Lacedæmoniorum. 121. 1.
ſeniorum locus in Theatro. 142. 1.
ſententiam diuidere. 105. 1.
ſententiam nouiſsimè dicere. 106. 1.
ſententiā quādo rogarent cōſules & patres. 105. 1.
ſententiæ rogādæ ritus apud diuerſos. ibidem.
ſententiæ in ſenatu ſi quando inter ſe pugnarent. ibidem.
ſepeliēdi rō diogenis. 178. 1.
ſepeliēdi ratio ubi bello aliqs cecidiſſet. 98. 1. & 178. 1.
ſepeliendi locus apud Rhomanos. 178. 1.
ſepeliendi ritus apud diuerſos. 58. 2.
ſepta. 43. 1.
ſeptemuiri Epulonū. 76. 2.
ſeptimontium feſtum in quibus locis fuerit. 174. 1.
ſepulchra familiæ. 178. 1.
ſepulchra hoſtium. 178. 2.
ſepulchra pecudum. 170. 2.
ſepulchra pro dignitate cuiuſq;. 178. 1.
ſepulchrales canes. 58. 2.
ſepulchrorum gentilitiorum loca. 59. 2.
Serapidis ſimulacrum. 107. 2. & 108. 1.
ſergij. 7. 2.
ſericæ ueſtes. 101. 1.
ſericum ex uermiculis. ibidē.
ſerò ſapiunt phryges. 141. 2.
ſerrani. 6. 1.
ſerui apud Aegyptios. 120. 1.
ſerui in ſaturnalibus. 47. 2.
ſerui oſtiarij. 153. 1.
ſeruorum ab ingenuis diſtinctio. 146. 2.
ſeruorum nomina. 81. 1.
ſeruorum ratio. 80. 1. & 2. & 81. 1. & 2.
ſeruorum ſpecies. 86. 1.
ſeruorum ſpecies apud iureconſultos. ibidem.
ſeruus in curru triumphali. 168. 2.
ſeſcunx. 1. 2.
ſeſtarius. 45. 2. & 46. 1.
ſeſoſtratis inſolentia. 168. 2.
ſeſtertia. 122. 2. bis.
ſeu particula ultimæ diſpoſitiōi appoſita copulat. 29. 1.
ſextans. 1. 2.
ſexticula. 145. 1.
ſextricium. 62. 1.

¶ S ante I.

ſica. 187. 1.
ſicinius dētatus opimè ob res bene geſtas remuneratus. 115. 2.
ſiclus. 122. 1.
ſigillaria. 61. 2.
ſigillariorum dies. ibidem.
ſigiſmūdus fulginas. 160. 1.
ſigna in bello alia atq; alia ꝑ tubā, cornu, aut buccinā. 90. 1.
ſigna militaria. 89. 2.
ſignorū loca in cōflictu. 90. 1.
ſilentiū Pythagoreorū. 51. 2.
ſili. 7. 1.
ſilicernium. 61. 1.
ſiliqua. 122. 1.
ſiliqui. 46. 1.
ſiliquum. 45. 2.
ſilones. 7. 1.
ſimi. ibidem.
ſimulacra. 126. 2.
ſimulacris Deorum uincula annexa. 107. 2.
ſiniſtram dextræ præferebat Cyrus. 44. 2.
ſino cū negādi aduerbio quā habeat uim in edictis. 4. 1.
ſiphones. 154. 2.
ſiſachthíæ lex. 4. 1. & 173. 2.

¶ S ante O.

¶ Sobolis ꝓpagādæ gratia q̄ apud Rhomanos indulta. 98. 2.
ſocietatū diuerſa gña. 22. 1.
ſoleæ. 145. 2.
ſoliditati & hoſpitio renunciare. 129. 1.
ſolidus integer. 122. 1.
ſolimorum ſocietas. 22. 1.
ſolis ſimulacrum. 107. 2.
ſolitaurilia. 157. 2.
ſolutio debiti. 173. 1.
ſomatophylaces. 187. 2.
ſomnia quæ contrarios euentus ſortiuntur. 87. 1.
ſomnia. 9. 1.
ſomnia triū pares exitus ſortita. 88. 2.
ſomnia uana quæ. ibidem.
ſordes reorum. 63. 2.
ſorte ducti athletæ. 132. 1.
ſortes. 11. 1.
ſoſſis. 57. 1.

¶ S ante P.

¶ Spado. 35. 1.
ſpartanorū aduerſus Xerxē uictoriæ. 192. 1.
ſpectaculis matronæ eiectæ. 143. 1.
ſpectaculorum edendorū ſtudium. 142. 1.
ſpectaculorū loca diſtincta. 142. 1.
ſpectaculorū ſtatuta per Auguſtum cauta. 142. 2.
ſpectatores ludorum coronati. 184. 2.
ſphæromachia. 82. 1.
ſphæræ ludus. 82. 1.
ſphitama. 45. 2.
ſpodij. 16. 1.
ſpolia opima rho. relata. 11. 2.

ſponſa. 30. 1.
ſparus. 187. 1.
ſpõſa cũ uiro cõgreſſura. 31. 2.
ſponſalia. 30. 1.
ſponſaliorũ cærimoniæ. ibi.
ſponſæ ad uirũ proficiſcentis cærimoniæ. 30. 2.
ſponſæ ianuæ ornatus. 31. 1.
ſponſi obſonia. 31. 1.
ſpatæ. 187. 1.

¶ S ante T.

¶ Statarij milites. 188. 1.
ſtadium. 45. 2.
ſtater. 46. 1.
ſtateres Perſarum. 110. 2.
ſtathmus. 45. 2.
ſtationes militares. 11. 1.
ſtatiuæ feriæ. 130. 2.
ſtatuarum multitudo. 108. 1.
ſtatuæ erectæ. 67. 2.
ſtatumen. 35. 1.
ſtatutum Neronis. 96. 1.
ſtatutum in mœchas. 179. 2.
ſtephanophorus. 34. 1. & 176. 2.
ſternutamẽta i augurijs. 52. 1.
ſteſichorus. 81. 2.
ſtipendia profeſſoribus diſciplinarum conſtituta. 51. 1.
ſtipes. 122. 2.
ſtipis ſperſio in populũ. 48. 2.
ſtola. 145. 2.
ſtolones. 7. 1.
ſtrophium. 145. 2.
ſtultorum feriæ quirinalia dictæ. 71. 1.
ſtupidi. 51. 2.
ſtupratoris ueſtalium pœna. 137. 1.
ſtuprum. 89. 1.

¶ S ante V.

¶ Sub corona uendere. 77. 1.
ſub haſta pub. uendere. ibidẽ.
ſubitariæ manus militares. 91. 2.
ſub pileo uendere. 77. 1.
ſubſcriptores. 63. 2.
ſubſelliorũ ornatus. 142. 2.
ſubucula 144. 1.
ſuccedendi ius inter matrem & filiam negatum. 173. 2.
ſuetonij laus. 1. 2.
ſuetonij loca. 1. 1. & 82. 2. & 149. 1.
ſufes. 120. 1.
ſuffibulum. 134. 1.
ſuffitio. 67. 1.
ſuffragandi ratio. 105. 1.
ſuffragatio per calculos & fabas. 105. 2.
ſuffragatio per diſceſsionem. 105. 1.
ſuffragia cum inter ſe pugnarent. 93. 1.
ſuffragia diuitum. ibidem.
ſuffragiorũ diuerſi modi. 92. 2.
ſuffragiorum ſcita à quibus cuſtodirentur. 92. 1.
ſuffragatoribus numi diſtributi. 93. 2.
ſuilli. 7. 1.
ſulfur in ſacris.
ſumenium. 116. 1.
ſupellectilis nomine quæ cõprehẽdantur apud Iurecõſultos. 15. 1.
ſupplicatio triumphi prærogatiua. 178. 2. & 157. 2.
ſupplicationum cærimoniæ & cauſæ. ibidem.
ſupplicio afficiendi. 13. 1.
ſupplicum geſtus apud diuerſos. 44. 1.
ſuræ. 7. 1.
ſutor ſupra crepidas. 141. 1.

¶ S ante Y.

¶ Sybillæ libri. 75. 2.
ſylla. 8. 1.
ſyluanus pueris infeſtus. 50. 2.
ſyluæ in mari rubro. 134. 2.
ſyluij. 2. 2.
συναποθνήσκοντες apud Aegyptios. 22. 1.
ſyngrapha. 55. 1.
ſyntheſis. 147. 1.
ſyrma. 145. 2.
ſyſſitia. 150. 2.

¶ T ANTE A.

¶ Tabellarij Cyri. 14. 1.
tabellariorum nomina. 23. 2.
tabellæ in triumpho prælatæ. 167. 2.
tabernacula in caſtris. 10. 2.
tabernacula incẽdere 12. 2.
taciturnitas in Deorũ ſacris. 112. 1.
talẽta diuerſa. 122. 1. & 2.
talio. 173. 2.
tali. 81. 2.
tanacra. 161. 2.
tarantula. 41. 2.
tarpeius collis, qui poſtea capitolinus dictus. 17. 1.
tarquinij cum Superbi filio affinitas. 159. 1.
tarqnij iunioris techna. 57. 1.
tauri. 7. 1.
taurij ludi. 182. 1.
taxiles. 2. 2.
taxillorum ludus. 81. 2.

¶ T ante E.

¶ Telia. 150. 2.
telephus. 47. 1.
temperãtiæ exempla. 152. 1.
templa. 137. 2.
templa diuitijs & ſanctimonijs inclyta. 162. 2.
templa extra Vrbem. 29. 2.
tẽpla nulla apud Perſas. 47. 1.
templa celebria. 161. 1.
templi Apoll. in delo honos. 161. 2.
templi Apollinis apud Delphos locus. 161. 1.
templum Eumenidis. 156. 2.
templũ in olympio. 162. 2.
templum iuxta ducis taberna culum in caſtris. 10. 2.
templum Plutonis. 156. 2.
tẽplũ Veneris cluacinę. 42. 2.
Terentij locus. 5. 2. & 122. 1.
terminalia feſta. 47. 1.
terminus deus. ibidem.
terræ filij. 39. 2.
terræ motus expiatio ſinẽ dei alicuius nomẽclatura. 159. 1.
terræ ſacrũ. 47. 1.
terræ ſimulacrum. 107. 2.
teſſera militaris. 91. 1.
teſſera. 61. 2. & 90. 1.
teſſera mẽſuræ genus. 91. 1.
teſtamentorũ tria gña. 93. 1.
teſtatio. 1. 2.
tetracina. 110. 2.
tetrapolis conuentus. 87. 2.

¶ T ante H.

¶ Thalami deſcriptio. 154. 1.
thalaſſio. 30. 2.
thalaſsius. ibidem.
thaletis ſepulchrum. 37. 1.
θαργηλιών. 1. 7. 2.
thargilionis dies ſextus felix. ibidem.
thaſiorum uina. 162. 2.
theatra Græcorũ. 123. 2.
theatra Rhomanorum diuerſa. 123. 1.
theatrales ludi. 183. 1.
theatralium origo. ibidem.
theatralis lex. 142. 1.
theatris eiecti. 142. 2.
thebanorũ ſaturnalia. 47. 2.
thebæ diuerſæ. 162. 1.
themiſtoclis dictum. 97. 2.
themiſtoclis ſepulchrũ. 37. 1.
thenſa. 56. 1.
theodori conſtantia. 26. 1.
theodorus Gaza. 68. 1.
theratiæ ueſtali ius ferendi teſtimonij. 136. 2.
thermæ à Cæſaribus ſtructæ. 118. 2.
theſauri locus diuerſarũ gentium. 28. 2. & 29. 1.
theſaurus carcer. 62. 1.
theſei ſepulchrum. 81. 1.
theſmothetæ. 77. 2.
theſſalus equitatus. 109. 1.
thexenion. 132. 2.
thias. 34. 1.
thorax Amaſis regis. 188. 1.
thuſci bellicoſi. 87. 2.
thuſciæ xij ciuitates excellentiores. ibidem.
thuſcorum origo. ibidem.
thymelici. 68. 2.
thymelicũ choragiũ. ibidem.
thymuchi. 104. 1.

¶ T ante I.

¶ Tiara. 24. 2. bis. & 25. 1.
Tiberij Gracchi mors. 14. 2.
tibia Phrygia. 90. 2.
tibiarũ diuerſa gña. ibidem.
tibiarũ diuerſi moduli. ibidẽ.
tibiarũ uariæ ſpecies. 112. 2.
tibicines i triumpho. 168. 1.
tigranis inſolentia. 166. 2.
timoris ſacellum. 191. 2.
timotheus tibicen. 49. 2.
tirteus. 103. 1.
titthenidia. 150. 2.

¶ T ante O.

¶ Toga gabina. 12. 1.
toga quo tempore ſumebatur, & qualis erat ueſtis diuerſaq; eius genera. 144. 1. & 2. & 145. 1.
tomyris aduerſus aſſyrios uictrix. 199. 1.
tonitrus diuerſi. 138. 1.
tonſio capitis. 146. 2.
topiarij. 86. 1.
torquati. 7. 2.
torum primi ſæculi. 199. 1.

¶ T ante R.

¶ T litera trib. ple. ſenatuſcõſulta probabat. 3. 2.
trabea. 62. 2. & 145. 1.
trabs cũ lapide cõcreta. 134. 1.
traduces. 35. 1.
tragœdi præmium. 184. 1.
tragœdorũ certamẽ. 183. 2.
traianus mortuus triumphauit. 168. 1.
trallium mos. 134. 1.
transfugæ 98. 1.
trapezæ. 77. 1.
trapezontius. 68. 1.
trapezophoræ. 15. 2.
treſuiri iter ſacerdotes. 76. 2.
trieteres. 85. 2.
triarij. 4. 2. & 187. 1.
triariorum locus in aciebus. 97. 1.
tribunatu qui præficiebãtur. 180. 2.
tribunatus plebis à principibus occupari ceptus. 192. 1.
tribuni à Cæſare creati. 180. 2.
tribuni à quibus electi. ibidẽ.
tribuni ærarij. 172. 1. & 125. 2.
tribu. celerum. 121. 2.
tribuni comitiati. 180. 2. & 93. 2.
tribuni militum ix. ibidem.
tribuni fingularum. iiij. legionum. ibidem.
tribu. Ruſuli & Rutuli. ibi.
tribuni ſuffecti. ibidem.
tribu. officiũ. 181. 1. bis.
tribuni ſtatio. ibidem.
tribu. lictores. ibidem.
tribu. ptãte abutẽtes. 192. 1.
tribu. ſacroſancti, & legis ea de re uerba. ibidem.
tribu. plebis bini. 122. 2.
tribu. plebis poteſtas. 123. 1.
tribuni cõſulari ptãte. 125. 2.
tribuni militũ lecti. ibidem.
tribuni militares. xx. ibidem.
tribu. à Cicerone coerciti. ibi.
tribunitia poteſtas inſolens. 123. 1.

tribunitiæ

tribunitiæ poteſtatis honor. 192. 1.
tribunorũ interceſsio. 123. 1.
tribunorum militum numerus. 15. 2.
tribunorum plebis, ius, & poteſtas. 3. 1.
tribunorũ plebis magiſtratus tranſlatus ad ſenatores & patricios. 123. 1.
tribunoꝝ ptãs auguſta. ibidẽ.
tribunorum ſortitio in iure dicendo. 172. 1.
tribunorum ueſtes. 144. 1.
tribunus plebis à quibus puniebatur. 123. 1.
tribunus plebis qs fieret. 3. 2.
tribus diuerſi. 4. 2.
tributa comitia. 93. 2.
tribuum Rhomanorum & exterorum nomina. 13. 1. & 2. & 14. 1.
trigon. 75. 1.
triclinia cõuiuis data. 152. 1.
triens. 1. 2.
triens ĩ os impoſitus. 166. 1.
trinũdino leges ferri. 190. 2.
τριόρχης. 7. 2.
triobolus. 122. 2.
tritonum miraculum. 68. 1.
triumphale epulum. 169. 1.
triumphales ueſtes. 145. 1.
triumphales uiri. 112. 2.
triumphantis currum ſequẽtes. 168. 2.
triũphãtes liberis iocis pſtringebantur. ibidem.
triumphanti dona data à Senatu & populo. 169. 1.
triumphanti prælata. 167. 1.
triũphantis ornatus. 168. 1.
triumphantium equis quinã inſidebant. 168. 2.
triumphi apparatus magnificus. 168. 1.
triumphi apparatus, pompa, ſtudiũ, ordo, & cætera. 166. 2.
triumphi cærimoniæ. 167. 1.
triumphi Græcorum. 18. 2.
triumphi Rhomanorum de Gallis. 167. 1.
triumphi ſine Senatus authoritate. 166. 2.
triumpho exacto, ſacra fiebant in Capitolio. 169. 1.
triumphorum cauſæ. 18. 1.
triumphũ petenti quæ prius facienda. 166. 2.
triumphũ recuſantes. 167. 1.
triumphus abſentibus decretus. 166. 2.
triũphus poſtremus. 167. 1.
triumphus initio ſine curru. 168. 1.
triumuiri ad qd creati. 76. 2.
triumuiri agrarij. ibidem.
triumuiri capitales. 76. 1.
triumuiri nocturni. 76. 2.
triumuirorum ius. ibidem.
trophæum quibus erigere ne gatum. 19. 1.
trophonij antrum. 162. 2.
trophonij Iouis oraculum. 162. 1.
trophonij oraculum. ibidem.
trophonij ſtatua. 162. 2.
troſſuli. 187. 1. & 4. 2.
trullæ. 69. 1.

¶ T ante V.

¶ Tubuluſtrium. 48. 1. & 158. 2.
tudituni. 7. 2.
tullianum. 62. 1.
tulliolæ corpus repertũ Rhomæ. 59. 2.
tumultuarij. 188. 2.
turma. 4. 2.
turmæ immortaliũ. 187. 2.

¶ T ante Y.

¶ Tyranni non ſepeliebantur. 178.
tyronum ætas. 15. 2. bis.
tyrunculorum cuſtos & magiſter. 15. 2.
tyronum congreſſus. 96. 2.
tyronum inſtitutio. 16. 2.

¶ V ANTE A.

¶ Vaccipratum. 84. 2.
ualgi. 7. 1.
ualla caſtrorum. 10. 1.
uari. 7. 1.
uaſa conclamari. 10. 1.
uaſa delphica ibidem.
uaſa quibus uinum in conuiuium ferebatur. 84. 2.
uaſa promulcidaria. 69. 2.
uates indi. 10. 1.
uatiæ. 7. 1.
uaticinij ſedes. 155. 1.
uatinij. 7. 1.

¶ V ante B.

¶ Vbi quis malè audiuiſſet, aut uerbo læſus fuiſſet. 141. 2.

¶ V ante E.

¶ Vectigalia Rhomanorũ. 103. 2.
uectigalibus non adſtrictia apud Græcos, & cõtrà. 103. 2.
uehiculorum genera. 56. 1.
ueiouis ſimulacrum. 107. 2.
ueiouis templum. 11. 1.
uelaturam facere. 74. 2.
uelites. 187. 1.
uelitibus peligna cohors & ſagittarij additi. ibidem.
uelones. 188. 2.
uena audacioribus militibus ſoluebatur. 38. 2.
uendere ſub haſta. 77. 1.
uendere ſub pileo. 29. 2.
uenditionis lex. 175. 1.
uẽditor quid emptori præſtare debeat. 166. 1.
uenefici in perſide. 63. 2.
ueneres. 40. 2. bis.
uenereũ iusiurandum. 135. 2.
ueneris diuerſa noĩa. 165. 2.
ueneris effigies ĩ Cypro. 107. 2.
ueneris ſacrum. 39. 1.
ueneris tẽplũ apud Latinos. 131. 1.
uenox. 8. 1.
uenus Lẽnijs inuiſa. 39. 2.
uenus uerticorda. 29. 2.
uẽti culti extructis aris. 83. 1.
uerbena in ſacris. 158. 2.
uerbenarius. 128. 2.
uerbenæ fauſtæ ĩ ſacris. 112. 2.
uergobretus. 120. 1.
uermiculi ſericũ ex ſeſe emittentes. 102. 1.
uernæ. 83. 1.
uerpus. 124. 2.
uerrucoſus. 8. 1.
uertumnalia. 170. 2.
ueſtales aliquot ĩceſtus dãnatæ, & cõtrà abſolutæ. 137. 2.
ueſtales etiam inuitæ creabantur. 136. 2.
ueſtales eſſe non cogebantur quindecimuirorum epulonum, aut regum ſacrorum filiæ. 77. 1. & 82. 2.
ueſtales innocentes cõdẽnatæ. 137. 2.
ueſtales ſpectaculis admiſſæ. 137. 1. & 143. 1.
ueſtali Theratiæ ius ferendi teſtimonij. 137. 1.
ueſtalium inceſtus conuictarum & ſtupratoris ſupplicium. ibidem.
ueſtaliũ iuramentũ. 136. 2. & 137. 1.
ueſtalium munus. ibidem.
ueſtalium nomen. 136. 2.
ueſtalium ornatus. 147. 1.
ueſtalium uirginum numerus, officiũ, diſciplina, inſtitutio, & pœna ubi inceſtus eſſent cõuictæ. 136. 1. & 2. & 137. 1.
ueſtalium honos. 136. 2.
ueſtæ ignis ubi extinctus eſſet. 137. 1.
ueſtæ nulla erat effigies. 136. 1.
ueſte pulla, neq; cõuiuijs, neq; ludis intereſſe licebat. 152. 1. & 147. 1.
ueſte unica q utebant. 146. 1.
ueſtes ex prouincijs nominatæ. 145. 1.
ueſtes maiorum ex animaliũ pellibus. 146. 2.
ueſtes nouæ nuptæ. 145. 1.
ueſtes uirginum. 145. 2.
ueſtibula domorum. 153. 1.
ueſtis lugubris. 65. 1.
ueſtis ſacerdotis ſacrificaturi. 112. 2. & 113. 1.
ueſtitus diſcrimen inter mulieres. 145. 1.
ueſtitus inter patrnos & ſenatores diſtinctio. 144. 2.
ueſtium apud diuerſas gẽtes diſcrimen. 144. 1.
ueſtiũ lugubriũ color. 66. 1.
uexilla diuerſa. 90. 1.
uexillares cohortes. 187. 2.
uexillum. 4. 2.

¶ V ante I.

¶ Via. 45. 1. bis.
uia principalis in caſtris. 9. 1.
uiatores. 23. 1.
uiæ Athenis. 42. 2.
uiæ Rhomæ. 42. 1.
uicarius. 86. 2.
uiceſimarium aurum. 28. 2.
uici Rho. 42. 1.
uictima ĩ Cõſualibus. 156. 1.
uictimam Indi non iugulabant. 113. 2.
uictimã oportet eſſe ſanam. 155. 2.
uictimarij. 113. 2.
uictimarum litandarum cærimoniæ. 113. 2.
uictimæ ex femellis meliores. 72. 2.
uictimæ fictitiæ. 73. 1.
uictimæ maiores, & minores. 72. 2.
uictimæ peculiares quibusq; deorum. 71. 1.
uictimæ quibus diti ſacrificabatur. 156. 2.
uictimæ tempeſtiuæ. 71. 2.
uictimæ, ubi aliqd ſtatim fieri uellent, & contrà. 72. 2.
uictoriæ præmiũ in Iſthmijs & olympiacis ludis. 132. 1.
uictoriæ præmiũ in Nemeis. 132. 2.
uictoriæ præmium in pythijs ludis. 132. 1.
uiduæ matrimonium ineuntes. 199. 1.
uigiliæ in caſtris. 10. 1.
uigiliæ præfectus. 76. 1.
uigintiuiratus. 77. 1.
uiminalis collis. 175. 1.
uiminalis porta. 175. 2.
uina dijs libata. 72. 2.
uinalia. 170. 2.
uinalia ruſtica. ibidem.
uindiciæ ſecundum libertatem. 172. 1.
uindiciæ ſecundum ſeruitutem. ibidem.
uinũ quomodo diluebatur apud Græcos. 150. 1.
uini uſus mulieribus olim ꝓhibitus. 69. 2.
uino abſtinentes. 96. 1.
uinolentia. 185. 1.
uinum græcum. 151. 1.
uiolentiæ templum. 12. 2.
uir bonus. 161. 1.
uirgines dianæ dicatæ ſuper ignem innoxiæ ambulabãt. 163. 1.

uirgines in

uirgines in Mineruæ tẽplo. 136. 1.
uirgis externi milites cædebã tur, Rhomani antem uitibus. 103. 2.
uirgulta q̃ lapidescũt. 134. 2.
uiri sub uxoris imperio apud quos. 199. 1.
uiriplacæ deæ sacellũ. ibidẽ.
uiri uxoris nomine priuilegium. 146. 2.
uirorũ iuramentum. 125. 2.
uisceratio. 130. 2.
uiscerationes. 67. 1.
uisceribus quibusq; sua uis. 156. 1.
uisio belli Turcici. 75. 1.
uisio Iulij. 86. 2.
uisio Xerxis. ibidem.
uisiones in bello. 16. 1.
uites aurum ferentes. 100. 2.
uitia ex Cœli climãte gẽtibus innata. 108. 1.
uitiligatores. 109. 2.
uitrarũ duo genera. 145. 2.
uitulina dea. 10. 1.

¶ V ante L.

¶ Vlna. 45. 2.

¶ V ante M.

¶ Vmbræ. 34. 2. & 118. 2. & 152. 2.
umbræ conuiuarum. 52. 1.

¶ V ante N.

¶ Vncia 45. 2. & 46. 1 bis.
unguẽtarij à Lacedæmonijs eiecti. 71. 1.
unus duobus commissus in pugna. 133. 2.

¶ V ante O.

¶ Vobisci. 8. 1.
uocatores principis. 133. 1.
uoluntarij. 188. 2.
uota calamitosorum & iniuria affectorum. 83. 2.
uota decennalia & uicẽnalia. 82. 2.
uita diuersorum. 83. 2.
uota pro quibus concipiebantur. 82. 2.
uota qui concipiebat. ibidem. & 83. 1.
uota solẽnia & eorum cærimoniæ apud Veteres. 82. 2. & 83. 1.
uoti rei & damnati. 83. 2.
uotorum concipiendorũ cærimoniæ. ibidem.
uotorum concipiendorum sacra ex quibus fierent. 83. 1.
uotum opi quomodo concipiebatur. 83. 2.

¶ V ante R.

¶ Vrinarium. 45. 2.
urinatores. 46. 1.
urna. 45. 2.

¶ V ante T.

¶ Vt Cæcias nubes. 141. 2.

¶ V ante X.

¶ Vxore puerpera, mariti decumbunt apud Tibarenos. 150. 2.
uxorem ducere qua ætate licebat. 119. 2.
uxores seruilia munera non obibant. 99. 1.
uxores ubi in maritos peccassent. 100. 1.
uxoribus manus inferentes mariti plectebantur. 99. 1.
uxoris imperio uiri subiecti. 699. 1.

¶ X ANTE E.

¶ Xerxes à Spartanis parua manu profligatus. 192. 2.
Xerxis exercitus quæ flu. epotarit. 193. 1.

¶ X ante Y.

¶ Xysti. 69. 2.
xystici. 68. 2.

¶ Z ANTE E.

¶ Z in sortibus. 63. 1.
zelotypia Parthorũ. 154. 1.
zenonis constantia. 25. 2.
zenonis continentia. 142. 1.
zeta. 129, 2.
ζητηταί. 66. 1.

¶ Z ante O.

¶ zonam soluere. 30. 2. & 31. 1.
zopyri facinus. 57. 1.

FINS.

Extraict des Registres de la court.

La court a permis a Jehan Pierre Libraire et Imprimeur/demourant en ceste Ville de Paris/de imprimer & faire imprimer/ Vendre & faire Vẽdre & exposer en Vente Vng liure intitule Alexãdri de Alexãdro dies geniales. Et faict inhibitiõs & defenses a tous aultres libraires & imprimeurs de non imprimer ne faire imprimer / Vendre ne faire Vendre ne exposer en Vẽte icelluy liure iusques a trois ans pchains finiz & expirez: se nest de ceulx qui par cy deuant auront este imprimez en la Ville de Rõme/ou baillez a Vendre par ledict suppliant: Sur peine de cõfiscation des liures et damende arbitraire. Faict au parlemẽt de Paris le. xxii. iour de Decembre Lan mil cinq cens. xxxi.

Collation faicte.

Du Tillet.

ALEXANDRI DE ALEXANDRO IVRIS PERITI NEAPOLITANI GENIALIVM DIERVM LIBER PRIMVS.

¶ Locus ex Tranquillo de testamẽto Cæsaris, in Natali Iouiani Pontani inuicem discussus. Caput I.



ACCERSEBAT plerunq; nos in hortos amœnissimos, ubi ædiculas habebat Iouianus Põtanus, in nostra Parthenope uir memoria quidẽ nostra omnibus bonis artibus, atq; omni doctrina præditus: cui præter ingenij mansuetudinem, quæ plurima in homine fuit, munditia uerborũ & compositus ille sermo, ad omnem ingenuitatem plurimum accessionis faciebant. Illoq; conueniebamus complusculi, quibus bonarum artiũ studia, eædemq; disciplinæ, atq; non absimilis discendi facultas erat. Detinebat demulcebatq; nos uir ille fandi dulcissimus egregia quadã & illustri oratione, sermoneq; perquã lepido & uenusto, totos plerunq; dies: tanta in eo comitas, tãtusq; lepos erat. Forte autem, cùm Natalis sui diem annuum Decembrio mense, ut solebat, cum amicis celabrare uult, euenit ut & nos unà cum reliquis mihi coniunctissimis, primis ab eo tenebris acciti, apud eum conueniremus. Quò cùm uenimus, benignè quidem & comiter accepti, ad focum consedimus, festiuissimisq; colloquijs noctis particulam cum mira suauitate traduximus. Cùm interim Iouianum florenti quadam facundia, & sermone quàm castissimo de literarũ disciplinis dissererẽtem animo serio & aure attenta exciperemus: quo sermone desito, cùm iam mensas & cœnam instrui iuberet, cæterisq; nimis intempestiuum cœnãdi tempus esse uideretur. Quin ergo (inquit) optimi iuuenes, dum cœna apparatur, dumq; obsonia esui matura fiunt, aliquid per hoc ocium legimus? Iussitq; mox adferri sibi Suetonij Tranquilli Cæsarũ uitas: Aderat inibi adolescens tunc quispiam lætæ indolis, atq; à literarum cultu nõ abhorrẽtis: Huic demandat, ut Diui Iulij uitam, donec maturum cœnandi tempus foret, nec turbidè, nec ambiguè legat. Accipit ille cupidus & libens, atq; disertè admodùm legere incipit: cùm nos interea ea lectione demulsi, legentis uerba & compositam illam dicendi breuitatem, summa cum attentione captaremus: cunq; ad calcem lectionis uentum foret, ancipiti sententia, & operta uerborum significatone, de testamento Cæsaris, in hæc uerba ipsum loquutum offendimus: Sed nouissimo testamento tres instituit hæredes, sororum nepotes. C. Octauium ex dodrante. L. Pinariũ, & Q. Pediũ ex quadrãte, reliquos in ima cera. C. Octauium etiam in familiam nomenq; adoptauit: Plerosq; percussorũ in tutoribus filij, siquis sibi nasceretur, nominauit. D. Brutum etiã in secundis hæredibus. Populo hortos circa Tyberim publicè, & uiritim CCC. sestertios legauit. Quibus perlectis, puerum subsistere Iouianus iubet, & ad Dentatum conuersus, Iuuenem, qui, ut mihi uidebatur, in cognoscendis rebus lectione multa exercitus erat. Quid tu (inquit) Dentate sentis de hoc quadrante & dodrante, in quibus hos hæredes scriptos author hic memorat? Cunq; ille hæreditatis quotam esse partem asseueraret, in qua illos institutos à Cæsare arbitraretur: Proba inquit hęc Iouinianus, & uera sentẽtia est, sed inops admodùm & ieiuna: plus ego desidero. Et me intuitus, rogat, nunquid nostro iure ciuili (in quo multum operæ per id temporis impendere uidebamur) aliquid de istiusmodi partibus tradatur? Tum ego, memini, inquã, traditũ

Iouianus Pontanus.

Hæreditas omnis in xij partes diuisa. memoratumq́ apud nonnullos ueteris disciplinæ authores, pręcipuè apud nostros Iureconsultos fuisse, omnem hæreditatem, quantacunq; esset, si morientis supremo iudicio non esset diuisa, tum ab ipso iure in XII partes omne illud patrimonium partiri: *As.* quas quidem partes omnes in unum collatas, assem pleraq; antiquitas dixit, singulas uerò disiũctim diuisas, uncias appellauit. Itaq; si te hæredem in uncia instituero: in XII partes diuiso prius toto asse, hoc est, omni patrimonio & fortunis meis: unica tantum pars tibi institutionis iure debebitur: Cum uerò te hæredem in assem effecero, solidam hæreditatem & integrum patrimonium, nullis diminutis partibus, trãsferri uolo. Hæ autem XII unciæ, quæ assis appellatione continentur, propria nomina à ueteribus Iureconsultis, singulæ nactæ sunt: Nam præter unciam & assem, ea pars, *Sextans.* quæ sextans appellatur, II totius assis partes, hoc est, II uncias habet, quadrans ue- *Quadrans.* rò III. Cùm ergo heic in quadrante hæredes institutos L. Pinarium & Q. Pedium uideamus: quin ex XII uncijs integro Cæsaris patrimonio diuiso, III tantũ unciæ, hoc est, quarta totius hæreditatis pars, his duobus debeatur, in dubium non uenit. *Triens.* Deinceps est triens, id est, tertia pars totius assis: IIII enim hæc continet uncias: *Quincunx.* Quincunx uerò V. *Semis.* Semis autem dimidiũ illius habet, quod asse cõtinetur. quæ quidem pars, VI uncias ex toto asse uendicauit: *As.* Quippe cum totus as in XII uncias diuidatur, quod dimidium illius est, VI uncias, id est, semissem efficiet. *Sescunx.* Sescunx autem VII consequit̃ uncias. *Bes.* Bes VIII *Dodrans.* Dodrans uero IX. Cum igitur in Dodrante (ut Tranquillus heic refert) C. Octauiũ Cæsar testamẽto hæredem fecerit, ex XII uncijs, in quas Cæsaris hæreditas diuisa fuit, heic in Dodrãte institutus, IX consequetur. Reliqui uerò duo, L. scilicet Pinarius & Q. Pedius, quadrantem, id est, III uncias ex integro asse, & quartam totius hæreditatis uendicabunt: Inter hos ergo & illum, XII unciæ, & tota Cæsaris hæreditas diuisa fuit. *Dextans.* Dextãs autem X signat un- *Deunx.* cias: Deunx uerò XI. *Iuuenalis locus Saty. i.* Quod à Iuuenale non inscitè, ut arbitror, dictum est: Vnciolam Proculeius habet, sed Gillo deũcem. Totum enim assem diuisit, cùm ex XII uncijs alteri unicam, alteri XI uncias patrimonij tribuit. Est quidẽ, inquit Iouianus, ita ut dicis, satisq́ de quadrante & dodrãte, deq́ uncia & asse, ut à Iuris studioso explicatum accepimus: sed unum illud etiam me angit, in quo ancipitem cogitationẽ iam diu duxi, sæpiusq́ in hoc quęrendo fui: Nã cùm III hęredes institutos author hic dicat, plures postea nominauit. C. scilicet Octauium, Q. Pedium, & L. Pinarium, Demũ adij- *Ima cera.* cit reliquos in ima cera, hoc est, ultima testamenti parte scriptos fuisse: Etenim si totus as, inter eos quos modò nominasti, absumptus est: quid reliqui sit quod istis debeatur, non equidem uideo: Totus enim as, ut modò dixti, totam absumit hæreditatem, & dodrans cùm IX signet uncias, quadrans uerò III. XII uncias & totum efficiunt assem. Neque est præterea quod ex defuncti bonis amplius asse, heredi scripto debeatur: Ergo aut frustrabunt̃ peculio Cæsaris isti reliqui in ima cera adiecti, aut alia quædam hæreditas obueniẽda est, ut istis etiam satisfiat: quorum alterum si asseueras, pro- *Trãquilli laus.* fectò perperam & absurdè dixeris. Neq; ego Tranquillum uel syncerissimũ scriptorem tam inconsideratè loquutum arbitror, ut plusq̃ oporteat aliquid in scribẽdo addiderit: Siquidem tam circuncisus in explicandis adnotandisq́ rebus fuit, ut arguta breuitate pleraq; potius perstrinxisse, q̃ aliquid plus iusto addidisse uideatur. Tum ego, est inq̃ quod dubitetur: Neq; abnuerim, quin locus hic perobscurus forsan uideatur plerisq;: qui tamen, probabili ratione reddita, clarus & expositus fiet. III enim Cæsar testamento suo hæredes fecit, ex toto uidelicet asse. Siquidẽ dodrãs & quadrãs, XII uncias & totum efficiunt assem. Et quod asse distributo, reliquos in ima cera instituit, equidem denotat, non in noua quadam hæreditate hos admittendos fore, sed postq̃ in uniuersum bona sua inter hęredes partitus fuit: in ima cera illos qui in singulas partes *Legata.* iure legati admittendi fuerant, nominasse: quæ quidem legata, q̃uis toto asse distributo, non extra hęreditatem sunt, sed à scriptis hæredibus, atq; ipso asse debentur: Et enim scriptus hæres, qui assem assequitur pro quantitate bonorum, in quibus institu- *Vetus testantium mos.* tus est, legata quoq; distribuet: Vetus enim est testãtium mos (quod ipsum apud Iureconsultos lege sancitur) ut primo testamẽti capite, hæredis fiat institutio, siue unus, siue

siue plures sint, qui in uniuersum bona ex defuncti uoluntate capiant, sequenti capite & in ima cera, secūdi hæredes, legata, & reliqua testatoris uolūtas, & dispositio ponantur: siue aliquos onere grauat, aut si quibus dari fieriq́ oportere, testator pro sua uoluntate arbitratus est: qui non hæredes sed legatarij dicti: Siquidem non bona in uniuersum, sed legata & res singulares capiunt: Idq́ ex integro asse, atq́ ex toto patrimonio deducitur. Et hoc Tranquillum nunc dicere arbitror. Nam cùm primo capite testamenti Cæsar tres fecisset hæredes ex asse: in ima cera, & ultimo capite reliqua posuisse, quæ ascriptis hæredibus debentur. C. q́ Octauium in familiam nomenq́ adoptasse: secundos hæredes & tutores nominasse: Populo hortos publicè, & uiritim CCC sextertios legasse. Quibus uerbis ultrò citroq́ ad multam noctem habitis: animaduersum est, obsonia iam præmatura & præcocta esse. Mox in aliud tempus dilatis sermonibus, ad natalem Iouiani diem celebrandum, cuius causa ueneramus, ab ipso admoniti, diuertimus. *Legatarij.*

¶Qui Reges uel Principes apud uarias gentes cognomenta ex suo nomine posteris reliquerint. Caput II.



NON APVD Romanos solùm, sed apud exteros quoq́ obseruatum accepimus, ut ab eo qui de sua Repub. benemeritus fuit, posteri Duces cognomenta accipere operæprecium ducerent: Nam de Romanis Principibus nemo ambigit, Quin à Diuo Iulio & Octauio reliqui Imperatores, Cæsares & Augusti dicti cognominatiq́ sint. Credo equidem quòd desiderio illorum post funera tenerentur, & tanquàm in posteris eadē indoles futuræ uirtutis eniteret, ita eodem sibi nomine adoptato, ipsi quoq́ ad præclara facinora obeunda inuitarentur. Mansitq́ sequutis Imperatoribus cognomen Cæsaris & Augusti. Quod non ipsis modò, sed uxoribus, sororibus, & filiabus commune fuit. Siquidem Liuia postquàm nupsit Octauio, Augustæ nomen tulit: & Agrippina postquàm Claudio coniugata fuit: Senatus quoq́ frequenti curia uxori sororiq́ Traiani cognomen Augustarū dedit: & Vitellius Matri, & Faustinæ uxori Antoninus: sic Iuliani uxor & filia Augustæ appellatæ sunt: quibus hoc etiam honoris tributum est, ut illas quandoq́ sacer ignis præiret: quem mox sequuti Cæsares, pro maiestate Imperij, more Persarum Regum & Indorum, sibi uendicarunt: Tametsi Vitellius oblatum sibi Cæsaris cognomen recusarit, Augusti uerò distulerit: quod postea deploratis rebus, cùm hostilibus armis præmeretur, dimissum reuocauit, & Cæsarem se dici uoluit: donec post seriem annorū, haud longo interuallo, Romani Principes Antonini cognomēta sumpsere. Nanq́ à Pio Antonino, Antoninus philosophus, uir omni laude dignus: deinde Commodus, Caracalla, Geta, Heliogabalus, & alij ex Cæsaribus fama illustres, Antonini nomen sibi adoptarunt: uoluitq́ Seuerus Imperator, ut Ro. Imperatores, sicut Cæsaris, sic in posterum Antonini nomen ferrent. Hoc suæ posteritati longè clarissimum fore arbitratus. Mox succedenti æuo, collapsa re militari, Ataulphus Gothorum Rex, Roma debellata, eò uesaniæ processit, ut quemadmodum Cæsares, sic imposterùm Romanos Principes Ataulphos cognominari destinarit, à quo instituto sicut à pluribus alijs, postea desitū est. Nomen uerò Imperatoris Prætoribus olim, magnarum laudum titulus fuit: quippe hoc honore uelut insigni munere, milites summos Duces honestabant: isq́ præcipuus honos habebatur semper: Postea nisi illos, quorum ductu & auspicio conflatum fuisset bellum, & sub quibus X hominum millia uno prælio cecidissent, aut saltem II millia, quæ postea consuetudo increbuit, uel deniq́ M occubuissent, aut præcipua uictoria potiti essent, nullos Imperatoris nomine dignos putarunt. Propterea. M. Crasso quòd Vrbem Zenodotium trans Euphratem imbelli certamine, & incruento Marte uicit, & ob id Imperatoris sibi nomen arrogauit, magnæ inuidiæ fuit, quòd non multo negocio tantum nomen uendicasset: Pompeius

Cæsares Augusti. *Augustæ mulieres dictæ.* *Ignis sacer præcedebat.* *Antonini.* *Ataulphi.* *Imperator.* *Imperatores qui uocati.*

quòd in Aphrica Domitium superasset, quodq; ex uiginti millibus hostium, uix MMM effugissent, toto conspirante exercitu, Imperatoris nomine fuit honestatus: qui licet se Imperatorem salutari permiserit, nunquàm tamen epistolis, aut chirographis hoc nomen usurpauit. Iulius Cæsar. C. Cæsaris pater, quòd Syllanis temporibus, multa Samnitum & Lucanorum millia ad Eserniam interfecisset, ab exercitu Imperator fuit appellatus. Mox diuus Cæsar, post pericula depulsa, prænomen Imperatoris sibi arrogauit. Deinde Augustus, Tiberium & Claudium Drusum priuignos hoc nomine nobilitauit: Bello quoq; Germanico fusis fugatisq; hostibus, Tiberio Cæsari & Tito, expugnatis Hierosolymis, miles uictor Imperatoris nomen dedit, & Trophæum posuit. Cicero quoq; quòd Parthos ad Amanum profligasset, & Metellus quòd Sertorium uicisset, Imperatoris nomina tulere. Fertur tamen Curio ad Vticam, quòd eius opera, conductis commeatibus, omnium rerum copia abundaret exercitus, Imperatoris sibi nomen asciuisse. Et Scipio bello ciuili inter Pompeiũ & Cæsarem, ut pecuniam à prouincialibus cogeret, se Imperatorem dixisse. Demũ Cæsares, ne in crimen inuidiamq; inciderent, Imperatoris nomen tanquàm titulum mitem & honestiorem, abrogato Regis uocabulo, iterũ & sæpe desumpsere. Quare Augustus semel & uicies fuit Imperator dictus, & sequuti Principes hoc cognomento persæpe nobilitati sunt. Quod etiam apud Græcos fuit usurpatum: quippe Phocion uigesimùm Imperator dictus est: Aratus decimùm & septimùm Imperatorem gessit: Pelopidas ter & decies: Philipomenes octauùm: quem apud Achæos intra annum bis gerere non licebat: sicut apud Spartanos bis eundem classis præfectum fieri lege uetabatur. Sola mulier Zenobia Palmyrensium Regina, cùm orientis regnum tueretur, armata in uirili ueste exercitui præfuisse, & Imperatoris nomen tulisse dicitur: cuius auspicijs pleraq; egregiè gesta in hostes fuere: sed non solùm Romanos, uerùm eos qui Albæ regnarunt, qui ante Romulum per annos CCC fuere, idem obseruasse proditum est. Constat enim à Syluio Ascanij filio, qui secundus ab Ascanio suscepit Albæ regnum, reliquos Albanorum Reges per ordinem successionis, Syluios cognominatos fuisse: Siquidem Aeneas Albanorum Rex, & Latinus, & Capys, & Capenus, & Tyberinus, ac reliqui deinceps, quãdiu regnum Albæ stetit, Syluij cognomenta ab illo meruere. Sicut Latinis Regibus à Murano, qui in Latio regnauit, Murani cognomen inditum ferũt: Quæ quidem res ancipitem mihi animum sæpe agit, cogitatioq; subit, cur non exemplo Albanorum & Latinorum, idem quod Imperatoribus, etiam in Regibus ueteres Romani factitarunt, vt à conditore urbis Romulo, reliqui post illum Reges, felix faustumq; nomen acciperent: cùm præsertim ipse Vrbis conditor, bonis artibus partum firmatumq; regnum, inter omnia inimica infestaq; longè illud maius auctiusq; reliquerit. Sed hanc quæstiunculam relinquamus, quibus huiuscemodi indagare, ingenium abundè & negotium est: Parthos quoq; idem obseruasse ut Regum cognomenta ferrent, multi prodidere. Etenim Arsaces Scytha, uir fortis & strenuus, cùm, premente inopia, latrocinijs obnoxiam iuuentã ageret, coacta exulum manu, quos Parthos nuncupant, deuicto Seleuco & Mandragora, in Regem Parthorum assumptus, illud ita instituit formauitq;, ut diem uictoriæ tanquàm natalem libertatis, multis post tempestatibus solennem celebrarint: qui postquàm fato functus est, tanto honori ipsius memoria fuit, ut celebre ad posteros Reges cognomen Arsacis ex suo nomine reliquerit. Nam & Parapatius, & Mithridates, & Pharnaces, & qui post illum regnarunt Parthorum Reges, cognomen Arsacis, sibi posterisq; illustri titulo propagatum adoptauerunt. Quorum posteros parum legitimè regnare dixerunt, nisi ex matris incesto, & filij concubitu æditi forent. Quinetiam apud Indos hunc aliquando morem inoleuisse accepimus: Nanq; Indorũ Reges, alios Palibrotos, alios Sandracoctos, nonnullos Taxiles, sequente nomine in quencunq; Imperium transiret, ob eximiam in bello uirtutem denominatos ferunt. Bithynos quoq; ob prioris Nicomedis claritatem, qui militiæ & domi clarus fuit: Nicomedis cognomẽ Regibus indidisse putant: Sicut à Cecrope qui Athenis regnauit primus, Reges Atheniensium

Cæsares tandem Imperatoris nomẽ sibi assumpserũt.

Achæorum & Spartanorum mos.

Zenobia.

Syluij.

Murani.

Arsaces.

Parthi.

Incestus Parthorum.

Palibroti.

Sandracocti.

Taxiles.

Nicomedes.

niensium Cecropidas nuncupari: Hic enim omnem multitudinem in oppida XII digestam, partitus fuit, quam Theseus obuiam eundo periculis, ne hostium præda forent, uelut unius corporis alumnos, in unam Vrbem postea sociauit & coegit: Et Paphlagonum Philomenes, Thessalorum Hellenes ab Hellena: Et Assyriorum Reges Tigranes dicti cognominatiq; sunt: Cùm enim Seleucidarum Imperium ab Alexandro ad LXX supra CC annos prouectum fuerit: Tigranis cognomen à primo illo, qui Assyrijs præfuit, summæ iustitiæ temperamento, posteri desumpsere: Ita ut per ea tempora IIII supra X Tigranes Reges denominati ferantur. Quin etiam à Neoptolemo Achillis filio, qui Pyrrhus dictus est, Reges Molossorum Pyrrhidæ, cùm ea loca tenuissent: & Ponti Mithridatis nomina sumpsere. Is enim cum quo populus Romanus multiplex bellum gessit, à primo Mithridate sextus adnumeratur, quem Eupatorem uocitarunt: Fuitq; literis proditum, Reges Persarum qui spadones in regnum asciti fuere, Bagoios nũcupari. Et in Meroe quòd Candaces præcipua mulier regnum tenuisset, Reginas in posterum Candaces cognominari, eaq; obseruatio constans & perdiu mansit. Nec me preterit Aegyptios quoq; Reges eandẽ consuetudinem usurpasse, ut in pleraq; historia est: Siquidem cùm antea Pharaones dicerentur, Ptolemæus Lagus Gregarij militis filius, qui Aegyptum armis sibi uendicarat, post res cum Antigono compositas, cum quo multiplici bello & immodica simultate conflictatus est, Aegypti regnum, quãdiu uixit, moribus & disciplinis mirificè instruxit ornauitq;: Is igitur iam grãdis natu, morbo absumptus est, magno de se, ut de tam benemerito Principe desiderio relicto, cuius memoriam Alexandrini tanta charitate prosequuti fuere, ut Philadelpho qui post eum regnauit, & reliquis Aegypti regibus ab illius nomine, Ptolemæi cognomenta indiderint: Nam & Euergetes qui Philadelpho successit, & Philopator qui Tryphon, & Epiphanes & Philomator, & alter Euergetes Phiton appellatus, & Lagus, & Auletes Aegyptiorũ Reges ab illo Ptolemæi dicti cognominatiq; sunt. Hic enim Philadelphus Stratonis discipulus fuit, omni doctrinæ genere clarus, q cùm uiribus attenuatis, infirma ualitudine laboraret, miro discẽdi studio affectus, nobilem illam omnium sermonibus celebratam bibliothecam, cõquisitis undiq; exemplaribus, omniumq; linguarum uoluminibus construxit, pulcherrimũ sanè Regiæ opulentiæ monimentum, quæ ad primum Alexandrinum durauit bellum. Quem Philadelphum Philomatorem & Philopatorem ob neces parentibus & germanis fratribus illatas, per antiphrasin & irrisionem uocitarunt: sicut Euergenten quòd Deorũ simulacra à Cambyse disiecta restituerat, quasi beneficũ, & Auleten defamatissimum, quòd super cætera flagitia & dedecora, choraulam & tibias exerceret. Hũc enim Auleten ob simultatem Aegyptij regno exegere, qui Romã exul cùm uenisset, à Senatu Populoq; Romano benignè exceptus, in Aegypti regnũ ab Aul. Gabinio reductus, & restitutus fuit: Post quem Alexandrini Cleopatrã & Ptolemæum puerum regno præfecere, sed mota seditione, à factione alterius partis, Cleopatra in Syria exulauit, atq; ex illo Aegypti regnũ penes puerũ stetit. Hic est enim Ptolemæus ille puer, qui Pompeium Magnũ ex Pharsalo fugiẽtem, ministro Achilla & Photino miseranda nece affecit: exindeq; Alexandrinorum res, urgente fato, in peius magis ac magis ruere uisæ sunt: donec Augustus terra mariq; uictor, Acciaco prælio superatis Alexandrinis, Antonioq; & Cleopatra, quã matrimonio sibi deuinxerat, uictis necatisq;, Aegyptum omnem stipendio super imposito, prouinciam effecit, quam primus Romanorũ Cornelius Gallus præses administrauit. Tunc primùm sub præsidibus haberi cœpta est, atq; ex illo finis regum Aegyptiorũ fuit.

Marginalia: Cecropidæ. / Philomenes. / Hellenes. / Tigranes. / Pyrrhidæ. / Mithridates. / Bagoij. / Candaces. / Pharaones. / Ptolemæi. / Ptolemæi Philadelphi bibliotheca. / Ptol. Philomator & philopator unde dicti. / Ptol. Euergetes. / Ptol. Auletes. / Ptol. Auletes exul restitutus ab A Gabinio. / Pto. Puer.

¶ Quæ potestas, quantumq; ius aduersus reliquos magistratus, Tribunis plebis Romæ fuerit. Caput III.

TRIBVNOS plebis quos plebe à Patribus discedente, & ad sacrum montem secedente, sacrosanctos sibi plebs creauit, nec iuri dicundo, nec postulatis ciuium noscendis, sicut alios magistratus, sed ut auxilij latio aduersus COSS. esset,

Marginalia: Tribuni plebis quando creati primum.

eſſet, & illos qui inſolenter in Plebem inſultarẽt, utq; Præſides libertatis cuſtodesq; forent, creatos accepimus: Ideo nec in ſella curuli ſedere, nec purpuratos incedere, nec Lictorem ut COSS. Prætoresq;, ſed Viatorem habere illos ſatis conſtat: cauſa autem hæc eſt, quòd Tribunus plebis populi Romani magiſtratus nõ eſt, propterea cùm Conſulum, Prætorũ, & Aedilium, reliquorumq; magiſtratuũ, creato Dictatore, iuriſdictio ceſſet & conniueat, ſolos Tribunos plebis in poteſtate eſſe liquet: Ex reliquis præterea magiſtratibus, cùm multi uocationem & cognitionem habeant, apud Tribunos tantũ prehenſionẽ eſſe abſq; uocatione, memoriæ datũ eſt. Prehendere enim Tribuno plebis licet, & in carcerẽ mittere, iure ſacroſanctæ poteſtatis, etiã COS, Prætorẽ, Cenſoremq;. M. Druſi exẽplo, qui Tribunus plebis, Philippũ COS. quia cõcionantẽ interpellarat, præcipitẽ egit in carcerẽ: *ita ut non modica uis ſanguinis è naribus efflueret*: Etiam ab iniuria quæ corã fieret inhibere, multamq; indicere. COS. Dictatoriq; & re*liquis magiſtratib⁹ Tribunus pro Imperio poterat.* Interceſſiones quoq; aduerſus reliquorum potentiã magiſtratuũ, apud Tribunos plebis tantũmodo ſunt. Contrà uerò Dictatoris Imperiũ, à quo non eſt prouocatio, Tribunis intercedendi facultas non eſt, quãuis pleriq; contra Dictatoris iuſſum, Tribuni interceſſionẽ ualuiſſe cõtendant, Q. Fabij exẽplo, qui cùm Magiſter equitũ eſſet, & in eũ, quòd cõtra uetitũ pugnaſſet, L. Papyrius Dictator animaduertere uellet. M. Fabius pater, qui ter COS. Dictatorq; fuerat, Tribunos plebis, & populũ appellauit, qui interceſſione ſua & ſi præcariã præſtitiſſent opem, reũ tamẽ ſupplicio exemere. Ego autẽ cùm id aliter cõpertum nõ habeam, Tribuniciam poteſtatẽ ſemper Dictatoris imperio ceſſiſſe auſim aſſeuerare: Ab uno quoq; Tribunorũ ad reliquos Tribunos prouocare licere, ipſosq; intercedere poſſe, nõ eſt cõtrouerſia: Neq; enim leuis eſt, unius Tribuni in prohibẽdo poteſtas: Siquidem uno aliquid fieri negãte, nihil cæteri, etiã ſi plures numero ſint, decernere ualent. Id tamẽ lege cautũ erat, ne ultra M paſſus ab Vrbe ad Tribunos ꝓuocatio foret. Ideo ſiquid ſublata interceſſione Tribunorũ, per populũ agi uellent, extra Vrbem ultra M paſſus comitijs indictis, & Senatu euocato, decernebãt. Tunc enim ſinè imperio Tribunus cenſebatũ. Capitis etiã diẽ dicere Dictatori uel Cõſulibus, poſtq̃ abiere magiſtratu, & reliquis magiſtratibus dũ in honore ſunt, Tribunorũ poteſtatis eſt: Illud certè ſatis cõſtat, neq; Tribunũ plebis diẽ integrũ ab Vrbe abeſſe licere, ne auxilij latio cùm opus fuerit, ciuibus deſit: ſicut Heduis in more fuit, ut qui ſummũ gerit Imperiũ, finibus excedere non poſſet: Neq; eũ qui parentẽ ſuperſtitẽ habeat, Tribunum plebis eſſe oportere. Propterea Seruilius, qui Tribunatũ geſſerat, falſò Tribunus eſſe credit⁹ eſt: quòd patrẽ quẽ obijſſe mortẽ opinio inualuerat, uiuere cõſtabat. Quin & illud animaduertim⁹, Tribunis quoties oportere uiſum fuit, habẽdi & diſſoluẽdi Senatus, nõnunq̃, ne cõſularia comitia fiãt, intercedendi ius poteſtatemq; fuiſſe: Ipſis tamẽ cùm frequẽs habetur Senatus, intra limites Curiæ adeſſe non licebat: ſed poſitis ante Curiæ fores ſubſellijs, quæ ad populum pertinerẽt, Senatuſcõſulta excipere: quæ ſi probarent, T. Litera ſubſcribere ſolebãt, *Si* autem minimè rata eſſe uellent, poterat Senatuſcõſultum per interceſſiones Tribunicias impediri. Tametſi æuo poſteriore, Tribunũ frequenti Curia, de his quæ ad populum pertinerẽt Senatum ſæpe cõſuluiſſe, ibiq; ſubſellia habuiſſe, inter exempla inueniamus: donec Atinio plebiſcito Tribuni plebis Senatores effici meruere. Poſſe etiam plebem conſulere, & rogationes ad populum ferre, ac ſuper his leges promulgare, quæ plebiſcita dicta ſunt, Tribunitiæ poteſtatis eſſe nemo dubitauit: quod quidem concilium in æde Vulcani frequentes habuere: ibiq; ſiqua turbulenta confuſio eſſet, in qua conſulto opus foret: plebeios aduocare, & cõcionem frequentiſſimo concilio habere, aſſueuerant: In quo templo canes pro æditluis eſſe, & ſacrilegis tantum adlatrare, fama ferebat: ſicut apud Aetnam in Vulcani templo, canes lucum & templum aſſeruare dicunt: & in Daunia, Achaiæ Mineruæ delubro, atq; in Cræta Dyctææ matris æde Canes enutriri traduntur: qui Græcis ſubblandiuntur: Barbaros uerò inſectantur. In ſinu quoq; Adriatico Diomedeæ aues Græcis mites, Barbaris uerò infeſtæ ſunt. Hoc etiam notatum eſt, Tribuni plebis domum, cuiuis patere, foresq; illius per diem, perq; noctem reclusas eſſe oportere,

Tribunus plebis Viatorem habebat.

Tribu. ple. poteſtas.

Tribuni in prohibendo poteſtas.

Canes in templis pro æditluis.

Diomedeæ aues.

tere: Cuius rei caussam quærentibus nobis, illud probabile uisum, quod congressus faciles ad se præbere, & neminem aditu arcere debet: Nam soli Tribuno, noctu pariter & die cuiuis opem imploranti præsto esse, & ius auxilij sui expedire, atque à cuiusque magistratus nimia potentia Plebem tueri fas est.

¶ Quid uerbum sino cum negandi aduerbio apud Iureconsultos designauit, & quam uim habeat in edictis. Caput IIII



RGVEBAT quispiam negligentiæ Colonum suum, quem partiarium habebat: quòd cùm fundum suburbanũ in agro Neapolitano, ut uetus *illius regionis mos est, colendum locauisset. In lege locationis ita scriptum fuit*: ut Colonus fundum bene coleret, bene irrigaret, bene stercoraret, néue quempiã iniussu Domini, in fundũ ingredi sineret. Cùm postea Dominus poma, & fructus arborum clam sublatos, & ex his nihil ad iustam magnitudinem crescere, quin furto subtractum foret, repperisset: Coloni negligentiam incuriamque acerbè, atque acriter, apud Iudices criminatus est: quantique *sua interesset, tanti litem extimari poscebat. Cumque Colonus secũdũ locationis legem*, se neminem admisisse, aut in fundum ingredi siuisse contenderet. Contrà stabat fundi Dominus, uehementique obiurgatione Colonũ incessebat, cùm non modò non admittere quempiam, sed etiam euigilare atque attẽdere, ne quis ingrederetur, debuisset. Quibus iurgijs ad multam diem protractis, tandẽ secundum Dñi postulata Iudices litẽ dedere, quãtique Domini interesset, tãti litem cõtra Colonũ extimarunt. Sed cùm post immodicas altercationes sedatæ res, & cõpositæ uiderent: amboque, & Colonus, & Dñs discessissent: percontatus ego sum Iudices, quibus rationibus adducti, contra Colonũ litem extimassent? Nã pacto stetisse uidebatur, si neminem permissu suo in fundum ingredi siuisset: atque ideo secũdum pacti legem potius absoluẽdus q̃ cõdemnandus fuit: Tũ ex his unus literis homo multis preditus, comprobata questione: Verbũ (inquit) sino in conuentione positũ, si cum negandi aduerbio ponatˀ, nõ solum, hanc habet uim, ut quis contra facientẽ prohibere debeat: sed ut impensè operã det, ne ob secordiã negligẽtiamque secus fiat: quod nisi factũ fuerit, culpa cõmissa est: Debuit ergo Colonus iuxta conuentionẽ deductam in chyrographo, non solùm ingredi uolentẽ prohibere: sed enixè dare operã, & fundũ ita custodire, ne quid ob secordiam furti damniue Dominus pateretur: quod quia molliter fecit atque neglexit, iurè multandus fuit. Et ne (inquit) me hoc tantum asseuerare putes, poterit apud te multũ fidei fecisse Alphenus iuris publici priuatique peritus, qui de hac quæstione, de qua tu modò quæris cõsultus, ita respondit: Tum sibi libellũ mirandæ uetustatis è sinu depromit, corrosis iam & senio labentibus literis: In eo ita scriptum fuit: Redemptor syluam ne cędito, néue findito, néue deurito, néue quem findere, cędere, urere sinito. Respondit Alphenus, locatorem potius id uideri uoluisse, ut Redemptor non solùm, si quem casu uidisset syluã cędere, prohiberet: sed ut curaret dare operam, ne quis cęderet: Quod cùm legissemus, tũ planè animaduertimus, grauiter simul & uerè litem æstimatam, & iudicatam fuisse.

Sino cum negatione.

¶ Ex quot militibus Decuria, Centuria, Ordo, Manipulus, Vexillũ, Turma, Cohors, & Legio, à Romanis scribi consueuerint. Caput V.



N ANTIQVIS annalibus illorũ, q̃ in re militari docti Romani moris & iuris fuere, intercisè scriptũ inuenimˀ, militũ ordines in acie instruẽda, alios minores, nõnullos maiores, descriptos fuisse. quò facilius cuius ordinis quisque miles cuiusque manipuli, esset & sub quo Duce militaret, dignosci aĩaduertique posset: Ideò Imperatores singulas Cẽturias ex C pe peditibˀ, Decurias uerò ex X eqtibˀ scribere solitauere: ut hac militũ de

Centuria. Decuria.

Ordo scriptione distinctior acies, & instructior fieret: Ordo autem, minor Centuria, maiorq́; Decuria ex LX militibus constat, cui præereat Vexillarius plerunq; Centurio, aut ordinis Ductor. Manipulus leuis ex XX militibus & turba scutatorum fit, Persis ex XXIIII: Milites'q; Manipulares appellati: Huic etiã Centurio præerat, quem Manipularem uocitarunt: Manipulos uerò XV suis interuallis distinctos, in prima acie uelut fortissimum robur plerunq; Imperatores locarunt: Leuis'q;

Manipulus leuis. Manipulus dictus, quòd hastis miles gæsis'q;, nõ armis grauioribus muniretur: Turma quasi Terma, XXX equites, hoc est, III Decurias, & Decuriones III uetusto more recipit, qui honore præstant & ordine: Ex III enim Centurijs Ramnensi, Titiẽsi, & Luceri (quas à prima origine ad belli pacis'q; munia Romulus instituerat) XXX equites singulis conficiendis Turmis scribere solitus fuit, exq; ea lectione Turmæ constitutæ. Sed Turma ex equitibus, Centuria fit ex peditibus. Has quoq; Tribus ueteres nuncuparunt, & qui his præsunt Tribuni uocati. Primipilus ex tribus Vexillis constat, qui Centurionem habet, cui Primipili nomẽ: qui ordine primus erat: siquidem Centurio primus, & Primipilus, ac primi ordinis Ductor idem fuit: post quem Ductor popularium, in Romanis castris sæpe meruit & ordines duxit: Vexillum ex CLXXXIII hominibus fit: Horum primum Triarios habet ueteranos, & summæ uirtutis milites: Secundũ Rorarios, fiduciæ paulo minoris: Tertium uero Accensos, qui minimi roboris, uel in fronte locati, primos congressus excipiebant: uel in postremã aciem reijciebant. Cohors alia milliaria: ea MCCCCC pedites: equites uerò CXXXII habet: Cuius generis cohortes, quòd ex lecto milite constabant ad subdita belli, quò lapsam aciem repararent, seruare soliti sunt, Aliæ quingentariæ, quas ex CCCCCL peditibus: equitibus uero LXVI, plerunq; descripsere: Ex quibus nonnullæ Consulares, aliæ Prætoriæ: aliæ Vrbanæ: multæ Legionariæ: pleræq; Auxiliares dictæ. Cuius generis cohortes numero X, iustam efficiunt legionem. Tametsi cohortes quinquagenarias apud Latinos, Samnites, & Hernicos, Et apud Camertes CCCCCC militum quandoq; descriptas legamus: quas in Cẽturias: Cẽturias uerò in cõtubernia, nonnunq̃ Duces diuisere, ut X militibus uno tabernaculo degentibus præesset unus, qui contubernij caput foret, ipsa'q; cohabitatio contubernium dicta: Cyrus tamen contubernia pro numero Centurionum diuisisse fertur, singulis'q; tabernaculis C milites cohabitare iussisse, qui uno conuictu uiuerent, & sub eodem Centurione militarẽt: Lycurgus uerò ad maximos conatus, Turmam quadratam ex L equitibus fecit, quam οὐλαμὸν uocitauit: qui etiã equites ac pedites in VI Tribus diuisit, quarum quælibet Tribunum militũ, & IIII Pręfectos manipulares habuit, quinquagenarios octo, Duces Turmarum XVI: Ex quibus Tribunus aliquando III, nonnunq̃ VI Turmæ pro necessitate constituebantur. Inter cæteras fuit Spartæ, cohors Pitaneta, præcipui roboris, quæ ultimo discrimini, & ad extremos casus seruabatur. ET TAMETSI Cẽturiæ, Decurię, Turmæ, Cohortes, Equitatus, pro uoluntate, proq; arbitrio sępe auctæ & imminutæ, nonnunq̃ duplicatæ fuerint: idem tamen nominis, q̃uis mutato militum numero, sortitæ fuere. Legio autem non uno semper eodem'q; ex numero fit: sed pro robore, proq; militari multitudine, modò maior amplior'q;, modò exilior esse consueuit: sæpius'q; numero & genere uariauit: Romulo primum regnante, Legio ex peditum MMM, equitibus uerò CCC fieri cœpta est: quam quòd ex lectis militibus confecerat, Legionem appellari maluit: AVCTA mox Ciuitate aduentu Sabinorum, & crescẽte Imperio, VI millium peditum, equitum CCCCCC Legiones fieri cœptũ, Plutarchus author est: cuius testimonio amplissimo mouerer, nisi quod à C. Mario primũ, cùm aduersus Cymbros molitur arma, VI millium, & CC peditũ: equitum uerò CCC descriptas fuisse, T. Liuius memorat: SCIPIO deinde, cui Aphricano fuit cognomen, cùm in Aphricã traijceret, II Cãnensis exercitus Legiones ita suppleuit, ut singulæ, MMMMMM & CC pedites, CCC haberent equites: sæpius'q; in describendis Legionibus uariatum fuit: ut modò MMMM peditum, equitum uerò CCC Legiones fierent: modò MMMMN peditum, equites CCC, in singulas essent

Legiones

Marginal notes: Ordo. Manipulus leuis. Turma. Centuria. Tribus. Tribuni. Primipilus. Vexillum. Triarij. Rorarij. Accensi. Cohors milliaria. Quingentariæ cohors, Consulares, Prætoriæ, Vrbanæ, Legionariæ, Auxiliares. Legio. Quadragenariæ. Turma quadrata. Pitaneta cohors. In legionibus describendis uariatum.

Legiones: Quibus Romani Duces ob uarios euentus nomina indidere: Siquidem. C. Cæsar, Martiam & Alaudam præcipuas nuncupauit, Decimam maximo in honore habuit: reliquas uerò à numero dixit. Nero ad Caspias portas ductur⁹, MMMMMM militum Legionem fecit: quam phalangem magni Alexandri appellauit: Otho præcipuæ Legioni auxiliatricis nomen dedit: Vitellius Rapacis: Varro uni Vernaculæ: Pompeius Gemellæ, quòd ex duabus unam effecerat: Hadrianus Mineruiam, Alij Primigeniam: Nonnulli Classicam: Pleriq; Italicam, Septimam, Galbianam, Geminam, Vindemissam: Alij Claudianam uocitarunt: Valerianus Felicem: Samnites Linteatã: Græcis uerò Hipparchia ala fertur præcipua, quæ ex CCCCCXII cõstabat equitibus, & alia Agema: Macedonibus Etherica. Apud Romanos Scriboniana, & Singularium. Antiochus Gemeam, M equitum alam uocitauit. Inter quas ala Campanorum ex CCCCC ferè equitibus multùm anteïsse fertur. Illud planè cõstat, ueteres Romanorum perrarò, & nisi contra maximos conatus plus IIII Legionum exercitus scripsisse. Atq; in iusta Legione centurias LX, manipulos XXX, cohortes X ponere consueuisse. Quodq; iure militari præter descriptos singulis Legionib⁹ milites, qui Romani uel Latini nominis erant, semper auxiliares ex socijs Ciuitatibus finitimis, aut externis, peregrinæ iuuentutis sub disciplina & cultu Romano, & auctum uoluntarijs agmen iungi consueuere. In quo id seruatum est, ne unq̃ amplior numerus auxiliariorum ex peregrinis copijs, quàm ciuium foret: Tametsi à prima origine Romani semper suo milite, nullo externo adiuti militarint. Quodq; singulis IIII Legionibus, Tribuni militum seni, ac deni Præfecti, Centuriones, Decuriones, & Legati præesse consueuere. Est quoq; illud animaduertere, lege militari sancitum, ut Miles subsit Centurioni, Centurio Tribuno, Tribunus Præfecto castrorum, Præfectus Legato, Legatus Consulis pareat imperio. COS. autem & Magister equitum, sicut reliqui magistratus, Dictatoris iussui & potestati subest. Claudius uerò Cæsar militiam ita ordinauit, ut post cohortem, Alam: post Alam, Tribunatum Legionis daret: quam militarem institutionem à Lacedæmonijs fluxisse crediderim, à quibus reliqua Græcia armorum Duces, uelut rei militaris expertissimos petebat: quibus in more fuit, per gradus maiores Duces, minoribus præesse: & ne turbatis imperijs confunderentur, munia distincta mandare multis. Nam cùm Rex apud eos summũ gerat imperium: post Regem fuere Duces: proxima dignitate Tribuni: post Tribunos, Centuriones: deinceps Decani. Ita ut cùm gerendarum rerum cura, & procuratio multis incumberet, in exercitu uix quispiam mediocri prudentia uir, sine honore aut Imperio foret.

Legionum diuersa nomina. Legionis præcipuæ uariæ appellationes.

Græcorũ alæ ιππαρχία. Αγημα.

Gemea ala.

Iusta legio.

Singularum Legionum capita.

Ordo magistratuum in re militari.

Militiæ ordo.

Lacedæmoniorum duces rei militaris peritissimi.

¶ Ex quibus causis Dictator apud Romanos olim, & quare fieri consueuit. Caput VI.



DICTATOREM, à quo prouocare non licebat, quemq; summum Romæ Imperium tenuisse certum est, nõ modò laborante Repub. & trepidis in rebus, cùm aut de cõmuni libertate ageret̃, metusq; de summa rerum esset, quod ultimum erat consilium: sed ex uarijs euẽtis, diuersisq; rerum causis creari solitum accepimus: Nam & claui figendi, & Senatus legendi, aut Magistratus coercẽdi causa: nonnunquam quæstionibus exercendis: plærunq; comitijs habendis, sicut res tempusq; postulabant, etiã florente Repub. & procul à belli tumultu, creatum fuisse liquet. Constat enim Ciuitate morbo laborante, cùm uis pestilentiæ, & insanabilis pernicies, tabesq; Ciuitatis ita per omniũ capita peruagata esset, ut nec ope diuina, nec humanis consilijs leuari posset: quotidieq; uarijs morbis corpora affecta caderent: ex Seniorum memoria repetitum, pestilentiam quondam fixo à Dictatore clauo decessisse. Ideo C. Genutio, & L. Aemylio Mamerco COSS. & sæpe aliâs, cũ graui morbo Ciuitas affecta esset, Senat⁹ L. Manliũ imperiosum Dictatorẽ, claui figendi causa, dici iussit, q̃ Dictator dict⁹, clauũ panxit,

Dictatores cur crearentur.

Claui figendi causæ.

L. Manlius clauo fixo pestem sedauit.

panxit, isq́ clauus dextro lateri ædis Iouis Opt. Max. in Capitolio fixus fuit. Post quem cùm Romæ de ueneficijs quærerent, & aliquot Matronæ damnatæ forent, eaq́ res prodigij haberetur loco: ut mentes alienatæ sui compotes fierent: simili memoria ex annalibus repetita, claui figendi causa Dictator creatus Cn. Quintilius fuit, qui fixo item clauo, cùm eo piaculo ciuium mentes sui compotes fecisset, discordesq́ animos conciliasset, Dictatura se abdicauit. Eos autem clauos fuisse æneos, notasq́ numeri annorum quibus tunc tempora designabant, habuisse, idq́ à Vulsinijs emanasse ferunt, quibus in usu erat, clauos indices numeri annorum habere fixos, in templo Nurciæ Hetruscæ deæ. Comiciorum uerò caussa, si quandò neuter COSS. bello abesse poterat, uel morbo, aut alia necessitate comicijs præesse nequirent: Senatum abscentes COSS. Dictatorem, qui comitijs præesset, dicere censuisse sæpe compertum est. Dicebat enim COS. Dictatorem comiciorum causa in castris uel ubi terrarum erat, cùm ipse à bello auocari commodo Reipub. non posset. Quæstionibus quoq́ exercendis creari Dictatorem, argumẽto est, quòd Sp. Melio Imperium populi Ro. affectante, cùm nullius imperio magistratus cogi posset, Senatus ut nefarios ipsius conatus reprimeret, utq́ clandestinas insidias à capite & ceruicibus dimoueret, Dictatorem creari exacta ætate, Q. Cincinnatum uoluit: qui re explorata, sumpto de reo supplicio, Dictatura se abdicauit. Et cùm occultas Principum coniurationes, conciliaq́ clandestina, Capuæ fieri percrebuisset, Senatum quæstiones, ueri inquirendi causa, decreuisse, Dictatoremq́ quæstionibus exercendis dici censuisse multi adnotarũt. Nec me præterit, legendi quoq́ Senatus, cùm Patres in demortuorum loco suffici, ordinemq́ Senatorium suppleri opus foret, ut esset qui nouos legeret Senatores, quiq́ Senatum sufficeret, plerũq́ Dictatorem fuisse. Quo tempore illud euenit, ut II simul Dictatores, quod nunquam antea factum, crearentur. M. scilicet Iunius, qui castris Dictator tũc præerat, & M. Fabius Butheo, qui ordinem Senatorum, eò quod multi bello ceciderant, sufficeret, legeretq́. Quanquam & feriarum caussa, cùm tetra prodigia nunciarentur, proptereaq́ feriæ indicendæ forent, ut esset, qui ferias indiceret, quiq́ ludis Romanis, aut quadrigis mittendis præesset. Nonnunq̃ ut illorum contumaciam cohiberet, qui functis honoribus, magistratu abire, uel Senatus dicto parere nollent: Interdum qui Flaminem proderet, Dictatorem fuisse legamus: qui quidem magistratus non Romæ tantum, sed Albæ, & Lauini, & in toto ferè Latio summus erat. Id quoq́ non prætereundum, quòd siue belli gerendi, siue cuiusuis muneris exequendi causa, Dictator dictus foret, nisi uirum consularem, quiq́ consulatum antea gessisset, & nocte silente, atque in agro Romano (Is autem Italia terminabatur) dici licuisse: nec ultra VI menses ante Syllam, Dictaturæ munus quempiam exercuisse, præter Furium Camillium, cui iam exacto semestri, cùm consternata Repub. laborarent ancipiti metu, ne tumultus Vrbani fierent, nèue, Vrbe relicta, Romani Veios migrarent, Senatus in annum Dictaturam inuito prorogauit: atq́ hic Camillus fuit, qui uindex maiestatis Romanæ, Dictaturã quinquies, triumpho quater potitus est. Consulatum uerò nunq̃ attigit, tametsi lege ueteri de Dictatore creando primùm lata, id sancitum fuerit, ut nisi Consulares uiri, quiq́ Consulatum antea gessissent, nulli Dictatores haberentur, aut fierent.

Cn. Quintil. fixo clauo mẽtes alienatas, sui compotes fecit.

Comiciorum caussa.

Quæstionum exercendarum caussa.

Legendi Senatus gratia. Dictatores ij simul creati.

Ferias indicẽdi caussa.

Contumaciam cohibẽdi causa. Prodẽdi Flaminis gratia.

Dictator quis creabatur, & quo tempore, & loco, & quàm diu. Furius Camillus.

¶Locus ex Terẽtij Phormione elucidatus, & uetus Senatuscõsultum à Græcis ad Romanos deductum. Caput VII.



LEGEBAMVS aliquando, dum pueri essemus, Terẽtij Phormionem, ubi adolescens filius, uirginis amore perditus, mentitus se proximum genere, puellam, absente Patre, uxorem duxerat, lege coactus. Demum reuersus Pater, seruũ, cuius suasu nuptias confecerat, quòd indotatã duxisset, atq́ ignobilem, iurgijs afficiebat, cùm leui mercede inhonestas nuptias effugere, & filiũ ab ignominia redimere potuisset. Hoc erat, si dotẽ

uirgini dedisset, ut dote contenta, alium puella uirum quæreret, filiũ uerò dimitteret: aut si pecunia deesset, mutuam sumeret uel fœnore. Cui seruus in hæc uerba respõdit. Hui dixti pulchrè, siquidem quisquam crederet, Te uiuo. Quid sibi uellet, quod uiuo patre, neminem filio crediturum pecuniam, seruus respondebat, non satis tunc accepe ramus. Sed cùm post aliquot dies, in eandem lectionem, ut fit, incideremus, animaduertimus uetus olim Senatusconsultũ fuisse, quod primùm à Solone ueteri lege sancitum, inde ad nostros deductum fuisse arbitror, quo cautum fuit, Patre uiuente, filio qui sub patris iure est, credi pecuniam non licere: & qui credidisset, petitionem non habere: ne filius familias ære nexus alieno, ut creditum redderet, uel necem patri machinaretur, aut aliunde eam inhonestius quæreret. Sed cùm ipsius Senatusconsulti uerba non haberemus, incidimus forte ad id tẽporis cùm hæc dictaui, in pluscula legum cõmentaria, quæ ex naufragio erepta, nauta quispiam Romam aduexerat, ea cùm emendi studio inspiceremus, illud ipsum Senatusconsultũ, quod diu impensa opera quæsieramus, casu inuenimus. Verba uerò ex eo Senatusconsulto hæc sunt, Placere necui qui filio familias mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parẽtis, cuius in potestate fuisset, actio, petitioq; daretur. Vt scirent, qui pessimo exemplo fœnerarent, nullius posse filijfamilias bonum nomen, inde expectata patris sui morte, fieri, & infra. Cùm enim fœneratores magna licentia pro arbitrio fœnerarent, cautum fuit, primò XII tabulis de modo credẽdi, ne quis plꝰ unciario fœnore fœneraret: mox Tribunitia rogatione ad semiuncias fœnus redactum: deinde ad semissem: postea ad triẽtem: demum L. Genutius Tribunus plebis tulit ad populũ, ne ullo modo fœnerari liceret. Post aliquod uerò tempus, Sulpitius Trib. plebis, ut credendi modum prefiniret, legem tulit, ne quis ordinis Senatorij, ultra M M drachmarũ æs alienum conflaret, qui postea decedens contra legem à se latã, C C C myriadas æris alieni conflasse inuentus est: Diuus deinde Cæsar etiam certum modum credendi præfiniuit: Tiberius uerò ut fœnus tolleretur omnino, disposito per mensas millies sextertio, cauit ut singulis facultas creditum accipiendi fieret, in trienniũ sinè usuris, si debitor in duplum Populo cauisset. Postremò pluribus plebiscitis, non modò fœnus, sed uetita uersura fuit, cautumq; perpetuo Senatuscõsulto, ne filiofamilias credere liceret: Causam ferũt fuisse, quòd Cœlius Plotius fœnerator T. Veturium nexum & addictum, ob reliquum fœnoris non redditi, stuprare uoluit, & uerbere affecit. Sicut de Papyrio traditur, qui Publium nexum ad libidinem perlicere coactus fuit: quæ causa traditur fuisse, ut nexi soluerentur, néue in posterum quisq̃ necteretur. In qua quidẽ re, adnotare succurrit, apud Iureconsultos, reliquatores dici, qui integrum æs alienum cum fœnore non exoluissent, sed partem æris alieni & fœnoris deberent, fuitq; Athenis magistratus cui Zeteta nomen, apud quem siquis integrum æs debitum non soluisset, conueniri lege poterat. Indis uerò & Germanis fœnus ignotum fuit, & pleræq; gentes odio illud inexpiabili prosequutæ, adeò ut cùm furem dupli, fœneratorem quadrupli damnarent: feruntq; Aegyptios & Athenienses, cùm hæc contagio mali latius serperet, pluribus decretis cauisse, ne ob fœnus corpora adiudicari uel addici possent, néue super corporibus fœnerari fas foret, nec citra debitoris facultatem sequire, quæ lex Sisachthia & Chreocopia dicta: Adeò ut Lycurgus è tota Sparta fœnus & usuras exterminasse dicatur: cumq; omnis Aegyptus esset obruta fœnore, fuit lege sancitum, ut ita demum mutuam pecuniam accipere liceret, si cadauer patris fœneratori daretur pignori, penes quem esset potestas paterni sepulchri debitoris oppignorati. Inter cæteros fertur Agis Atheniẽsium Dux adeò fœnus osum habuisse, ut omniũ fœneratorũ tabulas igne supposito in foro cõcremarit, quo igne nullum clarius lumen uidisse Agesilaus dixit: laudaturq; Antoninus Pius & Alexãder Seuerus, quòd Romæ fœnus triẽtarium cõstituerint, cùm nõnullos fœnoris causa agro paterno auitoq; exutos comperissent: Semissem uerò induxerint, & abrogarint. Lucullus quoq; adeò fœneratorum licentiam cohibuit, ut omnem Asiam fœnore demersam liberarit: sicut Cato qui in fœnore coercẽdo asperior, & durior, ex tota Sicilia fœneratores exegit, illamq; ære alieno obrutam, in pristinũ decus restituit. Hoc quidem Senatusconsultũ iam longo abusu obliteratum

Solonis lex.

Senatuscõsultum in fœneratores.

Fœnus quo pacto paulatim abrogatum.

Credebatur non ultra ij. millia drachmarum.

Cœl Plotius fœnerator.

Reliquatores. ζητητής

Fœnꝰ exosum.

Lex sisachthiæ & Chreocopiæ.

Agis.

obliteratũ, Diuus Claudius fœneratorum licẽtiam coercens, ne filijsfamilias pecuniã fœnori darent, seuero edicto seruari mandauit. Diuus deinde Vespasianus cùm censuram ageret, saluti parentum & liberorum cõsulens, illud denuò ex longo interuallo reuocauit. Non ergo inscitè seruus ille respondebat, neminem fore, qui uiuo patre, filio pecuniã crederet, cuius petitionẽ, actionemq́ lege & Senatuscõsulto nõ haberet.

¶Spero te amaturum fore, uel amandum fore, ueterum authoritatibus Latinè dici licere, contra opinionem quorundam Grammaticorum. Caput VIII.



OMMENTATIVNCVLAS suas non inuenustas adolescens quispiam ingenio & lingua præstabili, dum posteritati & gloriæ seruit, apud nõnullos eiusdem disciplinæ uiros lectitabat, non equidem, ut uidebatur, laudis indipiscendæ gratia, sed ut graui illorũ iudicio subnixus, liberius, consultiusq́, si quod in eis delictum, si quódue mẽdum esset, castigaret, eorumq́ explorata sententia, nonnulla in uulgus emittebat, multa uel tollebat è medio, uel corrigebat. Aderat inibi familiaris meus quispiam, honesti ordinis, Latinæ eloquentiæ & ueterũ literarũ non ignarus, qui cætera quidem minimè uisus aspernari, uno uerbo se offensum dicebat, quod in posterum nihil in eum scripturum fore, ille dixerat. Minus Latinè (inquit) dictum est, scripturum fore, sed aptius conuenientiusq́ dicendum fuit, scripturum esse. *Fore.* Siquidem uerbũ fore, cùm tempus quod futurum est designet, cum participio in rus, uel in dus, quod pariter futurũ tempus designat, minimè conuenire, perindeq́ haberi ac si dicas, scripturum futurũ esse, quæ oratio, ut probe nosti, nihil habet gratiæ uel dignitatis. Quoq́ minus dubites, inquit ille, *Laurẽ. Valla taxatus lib. i. ca xxviij.* hoc senserunt multi eruditi: quorum sententiã, iudiciumq́ minimè aspernaberis. Statimq́ ad nos attulit obseruationes Grammatici hominis nõ incuriosi: in quibus ad hãc sententiam scriptum, definitumq́ inuenimus. Fore cum uim participij habeat, cum nomine, nõ cum participio iungi oportere, ne duo simul participia cõfundantur. Itaq́ dicendum spero te amatorem fore, uel amaturum esse: non autem amaturum fore, uel amandum fore: uenturum esse, non uenturum fore. Et ita dici, scribiq́ oportere maximè contendebat. Quod cùm legissemus, tenuit nos admiratio istius doctoris, equidem diserti & tamen inconsiderati, qui præcipiti ductus sententia, tam asseueratè contendere auderet, id quod longè secus à doctissimis sæpe usurpatum memineramus. Siquidem. T. Liuius facundissimus author, secundi Punici belli octauo, & acturum se, inquit, per populum apertè fore, si Senatus aduersaretur. Et alibi, libenter facturos fore, ut ludi maximi fierẽt. Et rursus, eò quoq́ mittẽdos fore Legatos, dixit. Et septimo de Macedonico, sub pellibus habendos milites fore. Q. Curtius, Senescendum fore tantum terrarum uel sinè Imperio obeunti. Quibus astipulatur Plinius naturalis historiæ secundo, Quid fore putandum est, inquiens? & pluribus exemplis quibus omnis historia referta est. Quæ trita & peruulgata in quæstione minimè dubia referre nõ necesse habeo. Præterq́ ueterũ authoritates, rationes adduci possent, quibus ita dici conuenire facile contenderim, ex arbitratu eruditissimi uiri. Cùm enim substã*Fuo.*tiuum olim uerbum fuerit fuo, atq́ eius Infinitiuum fore, fuisse, futurũ esse, &c. eiusdemq́ uerbi nonnulla tempora retinuerimus, adeò ut forem antiquum, & essem recẽtius dicamus: quis prohibet etiam fore atq́ esse, simul custodiri, perindeq́ amaturum fore dici, quod amaturum esse? Sed cùm nos authoritatibus ueterum inniti debeamus, quibus hæc comperta fuere, quæ pro ratione sunt, frustra in re confessa & explorata rationem & adminicula non necessaria inquirimus. Si qui tamẽ sunt ita Latinæ linguæ curiosi, aut animo tam agresti & duro, quibus ueterum authoritas nõ satis sit, poterũt ab his qui istiusmodi res conquisitius indagantur, quibusq́ ista consectari curæ fuit, hæc atq́ his similia perscrutari.

¶Pleraq́ ueterum Romanorum cognomenta quibus de causis indita, & denominata fuerint. Caput IX.

Verum


ERVM profectò est, id quod à multis traditur, Veteres illos non infimæ plebis homines, quorũ bona fortiq; opera populus Romanus usus fuit, ex re rustica, in qua multum diuq; uersati fuerant, clari nominis cognomēta sũpsisse. Ex qua re cõiectari licet, fortes illos atq; acri ingenio uiros, quicquid à Reipub. muneribus ocij & laxamenti habebant, id plerunq; in exercẽdis agris & colẽdis frugibus ponere consueuisse. Neq; sementes terrę iacere, neq; uites amputare, aut agros stercorare, uel irrigare fastidio unq̃ duxisse: quæ nunc probro ducimus, dedecoriq; & turpitudini damus. Eiusmodi fuisse Pisones, quòd in pinsendo frumento longo usu fuerant exerciti, uel à piso legumine. Hi enim Calphurniorum prosapia à Numa originem duxisse feruntur: Cicerones & Lẽtuli, alteri ob ciceres, alteri ob lentes eximiè cultas, generosum familiæ nomen inuenere. Fabios quoq; à satione fabarum sunt qui autumẽt denominatos: tametsi ab Hercule prognatos, & ab fouea dictos nonnulli ferant. Sicut Antoniorum familia, quæ Rhomæ imperitauit, Antonem Herculis prognatum authorem stirpis nũcupat: Lactucini quòd Lactucas colerent. & Hortensij quod hortorum studio tenerent. Stoloni quoq; à pampinatione & cura arborum, quòd curarent, ne frutices, quos stolones uocant, ad caudices arborum nascerentur, nobilia cognomẽta inuenere: Ex qua familia Licinius ille Stolo, primus de plebe Cos. quia filium emancipando, fraudem legi fecerat, qua uetabatur ultra CCCCC agri iugera possidere, sua lege damnatus est. Pilumnos, quòd pilum conterendo frumento, idoneum commenti sunt, dictos accepimus. Et Serranos quòd agros sererent, uel quòd serenti fuerat delatus honos. Cuius familiæ proprium erat, fœminas nullo tẽpore linea ueste uti: sicut Cethegis distincto amictu & exerto brachio incedere. Et Flaminijs nisi sacrorum causa è sua domo ignem efferri: Suilli uero, Bubulci, Bupecij, Caprarij, & Portij, Ouinij quoq;, Caprilij, Equitij, & Tauri, à pecudibus & armentis cognomenta familiæ tulere: Ex quibus claros illustresq; uiros militiæ domiq; multos fuisse, fama uulgauit: Rursꝰ ex corporis uicio, aut mẽbri iactura, magis q̃ honestamento plures dicti cognominatiq; sunt, quos recensere & breui perstringere, de quibus meminisse potuimus, non pigebit, Strabones Pæti & Cæci, ex oculorum uicio cognomenta inuenêre: Tametsi pætos habere oculos laudi plerunq; datum sit: Sunt enim ad lasciuiam proniores. Sicut Licinij & Limi: alteri quòd paruis ocellis nascerentur: alteri quod limis oculis intuerentur. Horatio illi qui Thuscorũ copias detinuit solus, quòd alterum in bello amisit oculum, Coclitis nomen fuit: quamuis quod esset unoculus Cyclωpem, mox lapsa cõsuetudine, pro Cyclωpè. Coclitem appellatũ ferant: A simis uerò naribus uel repandis, Silos & Simos: A supercilijs Silones: à labiorum magnitudine Chilones, & Labeones: à naso Nasones: ab auribus mobilibus Claccos, à capite Capitones, à fronte Frontones, dictos accepimus: sicut à colore, Burros, Nigros, Ruffos, Aquilios & Rutilios. Dixere autẽ Silos naribus sursum uersus repãdis. Silones uerò qui præminenti supercilio forent. Galbas quoq; à colore galbulæ auis credũt denominari. Est enim passeris genus luteis pennis: tametsi à Galbeo indumento aliqui dictos asseuerent: Et Lappas ab inculto capite: & Suras à surarũ neruositate: & Halas à fœdo oris halitu: Cassosq; quòd rugosi corporis forẽt: sunt enim uermes seu teredines, quos in uetustis lignis cùm cariẽ cõtraxere, genitos inspicimus. Sicut Aenobarbos ab æris simillimo capillo, multos dictos uolunt. C. Mutius uir clarꝰ genere factisq;, cùm Porsennã gladio impeteret, quòd Scribam pro Rege obtrũcarat, à clade dextræ manus, quam sibi ad ignem deflagrauit, Scæuolæ nomẽ tulit. Inde cognomentũ Scæuolæ multis Rhomæ factũ est. Scæũ em̃ Gręcè læuũ designauit. Plãcos etiã & Plocos, q̃ supra modũ pedibꝰ planis essent. Plautis uerò & Pãsis à uola pedũ pariter id nõis fuit: cuiꝰ familię numerãt Numãtiꝰ Plãcus uir Prætorius & Cõsularis, q sub disciplina Ciceronis euasit orator sũmus. Sic Valgi, Vari, Vatię, Vatini & Scauri, quòd uarias haberẽt suras, aut crura pedũ intorta, uel quòd talis premineñtioribus forẽt. In Scauris em̃ adnumerant præcipuę nobilitatis uiri: quorũ familiã in Scauro Mamerco, qui maiestatis reus causam dixit, extinctã fuisse uolũt. Ex Metellis uni q̃ frontẽ uitta ligatus ambularet, Vittato: Alteri quòd fune-

Pisones. Cicerones. Lentuli. Fabij. Antonij. Lactucini. Hortensij. Stoloni. Pilumni. Serrani. Suilli, Bubulci, Bupecij, Caprarij, Portij, Ouinij, Caprilij, Equitij, Tauri. Ex corporis uitio. Strabones, Pæti, Cæci. Licinij, Limi. Cocles. Sili, Simi, Silones, Chilones, Labeones, Nasones. Flacci, Capitones, Frontones, Burri, Nigri, Ruffi, Aquilij, Rutilij, Sili, Galbæ. Lappæ, Suræ, Halæ, Cossi. Aenobarbi. Scæuolæ. Planci, Ploci, Plauti, Pansæ. Valgi, Vari, Vatiæ, Vatini, Scauri. Scaurorum familia, quando extincta. Vittatus.

bres ludos & uiscerationem sinè mora exoluendos curauit, Celeri nomen datũ. Tertius, quòd à Furio tribuno patris reditum exorauit, Pius cognominatꝰ est. Falconum quòd pollices pedũ introrsus curuatos, falconis instar haberent. Et Sedigiti, quod senis plerũq; digitis. Et Tuditani, quòd malleo simili capite nascerenť, cognomẽ gentiliciæ stirpis inuenere. Tudites enim mallei à tundendo dicti sunt. Sic Malici & Bronci, alteri quòd magnis malis & buccis tumidioribus essent: alteri quod ore sinè labijs nascerentur. Capellas quoq; à capillorũ hirsutie dictos uolũt. Et Cenestellas, à caluicie. Columellas, à proceritate. Aruinas, à pinguedine. Nasicas ab adunco naso. Et Mammulas quasi papillosos, ab ipsa re denominatos ferũt. Leccæ quoq; inexhausta libido, & obscœnus amor gentiliciũ nomẽ dedit. Quinetiam ex uarijs fortunæ casibus multos clara nomina sumpsisse inuenimus. Valerio tribuno militũ, cùm ad singulare certamen, à Gallo prouocatus descẽdisset, quòd pugnãti in Galea coruus insedisset, Coruini nomẽ factũ. Et T. Mãlius quòd præualidũ hostem cominus trucidasset, induuiasq; hosti torquem detraxisset, Torquati nomẽ assumpsit. Druso quoq; à duce Druso pugna singulari uicto, clarũ familiæ nomen datũ. Rursus Butheones dicti, quòd authori familiæ cũ classi pręfectus à portu solueret, Butheo auis felici omine insedit, quo augurio insignem de hoste uictoriam tulit. Ea enim Triorches, quòd treis habeat testes, nuncupatur. Et Lænatos quòd eo uestis genere utebanť, quæ χλαῖναι dictæ. Quorũ M. Popilius Lænas ptinceps familiæ fuit, qui Cos, & Flamẽ, cùm lænam indutus, sacrũ faceret, orto patrũ & plebis tumultu, ut erat amictus, in forum processit, magnificaq; oratione seditionem compressit, & rixam sedauit. Liuio Salinatori quòd in cẽsura ex salaria annona nouũ uectigal statuisset, sal cognomentũ dedit. Ex Sabinis uerò Claudios ab authore Appio Clauso gẽtis principe, qui cùm multitudine clientũ Rhomã cõmigrauit, deductos ferunt: ex qua familia multi insignes nobilitate & honoribus, contra furores tribunicios, pro patribus ꝑpetui defensores extitere. Huius generis Appius Caudex cognomẽto fuit, quòd primus classem extra Italiam duxerat, & nauali prælio pugnare docuerat: Dixere aũt caudicem lignorũ aceruum compactũ & conglutinatum, unde & codices. Ea autem Appiorũ familia ab Appij corona, quam L. Appius in Achaia ludis Næmeis meruit, originẽ duxisse fertur, cui postea Neronis dixêre nomẽ, quod Sabina lingua fortem designauit & strenuũ: ex qua nõnulli patricij, alij plebei: plebea Marcellorũ, patricia uerò Pulchrorũ fuit. Aurelios quoq; ex Sabinis, quòd publicè his Rhomę locus datus foret, ubi Soli sacra facerẽt, à Sole nũcupatos ferũt, proq; Auselijs Aurelij dicti, sicut Valesij, Fusij, & Papysij quondam, nũc Valerij, Furij, & Papyrij, R. primùm litera inuenta: Is em̃ Claudius Cẽtinianus, seu Centimanus fuit, qui librum in iure ciuili conscripsit, & primus R. literam Latinis dedit. Papyrius à pedum pernicitate, qua uictor omnium suæ ætatis æqualiũ fuit, Cursoris nomẽ accepit: alteri ob loquendi tacendiq; in ætate Prętextata prudentiam, prætextati nomẽ datum. Præter hos Cati qui & Corculi, quòd usu & sapientia præstarent: Nam catum Sabini acutum dixere. Et Curiones à curis, quibus macilentiores erant, denominati sunt. Ex qua gẽte treis præcipui oratores, lumen totius Senatus atq; Imperij, fuere. Dentatos quoq; quòd solido osse uice dentium armarentur, dictos putant. Quo modo Prusiæ regis Bithyniæ filius fuisse fertur. Quanquam pleriq; aliter sentiant: Authorem scilicet gentis cùm primùm in lucem æditus fuit, dente nato prodijsse: sicut de M. Curio, & M. Carbone traditur. Rursus Clodij & Cluentij à Cloante. & Memmij à Mnesteo. à Sergesto autem Sergij. Sicut à Naute Nautij. & Geganij à Gia, Troianis ducibus, qui Aeneæ comites post euersum Ilium, huc applicuêre, illis progenitoribus gloriantur, fuitq; proprium Nauciorum familiæ, ut sacerdotes Palladis fierent, & sacra tractarent, quòd princeps familiæ palladium Rhomam attulisse ferebatur. Sic Manilios à Manilia Thelegonij filia, quam Tusculi genuit, Et Cæcilios à Cæculo Prænestæ conditôre. Et Lamios à Lamo, qui Formijs imperauit, & Calphurnios à Calpho Numæ regis filio, oriundos ferunt: Quatuor enim Numa filios genuit, qui omnes honestarum familiarum nomina dedere, Calphum, ex quo Calphurnios, Pomponem, unde Pomponios, à Pino autem Pinarios, & ex Mamerco

Mamercos

Celer. Pius. Falcones. Sedigiti. Tuditaui. Malici, Bronci. Capellæ. Fenestellæ, Columellæ, Aruinæ, Nasicæ, Mãmulæ, Leccæ. Ex fortunæ casibus. Coruini. Torquati. Drusi. Butheones. τριόρχης. Lænati. Salinator. Claudij. Caudex. Appij. Nero. Marcelli. Pulchri. Aurelij. R. literæ inuẽtor. Cursor. Prætextatus. Catus, & Corculus. Curiones. Dentati. Clodij. Cluentij. Memmij, Sergij, Nautij, Geganij. Manilij. Cæcilij, Lamij, Calphurnij. Pomponij, Pinarij. Mamerci.

Mamercos fluxisse putant. Calphurniorũ familiam illustrasse dicitur L. Calphurnius Piso frugi, qui Tribunus plebis, repetundarum legem tulit primus, & promulgauit. Aemylia gens Mamercum pythagoræum authorem suæ stirpis nũcupat: cui propter eximiam humanitatem, quodq; animo esset æquissimo, cognomen Aemylos inditũ ferunt, sicut à Lepore, Lepidi, & Cicurij mãsueti appellati: Scipio Nasica, à maioribus naribus, & ob morum temperantiam Corculum. Contrà uerò Trebonius, quòd esset ingenio impotẽs, & moribus difficilimis, Asper dictus est. Sic Cotę ab ira & oris toruitate, quòd acres forent & uehementes. Et Insani quòd natura intractabiles. Atque Massæ quasi fures. Et Lamiæ quasi uoraces, cognomenta inuenere. Fabius uerò Maximus ex morum clementia, & quòd nihil illo esset placidius, Ouiculæ: Idem quòd Hannibalem mora fregit, Cũctatoris, & à uerruca in labijs Verrucosi nomẽ accepit. Est enim uerruca præminens caro, seu tuberculum. Alter quoniam sordidæ intemperantię foret, & profusa largitione patrimonium prodegerat, Gurgitis. Sicut Nepotes, qui attritis facultatib⁹, uino, alea, & scortis patrimonium exhausere, appellati. Tertius quòd salutis ædem pinxit, Pictoris. Alius Ambustus, cuius filia Licinio Stoloni nupserat: Ex qua familia, quod nulli cõtigit, uno uelut tenôre tres prĩcipes Senatus fuêre, Fabius scilicet Ambustus, Rutilianus, & Gurges, præcellenti ingenio uiri. Is autem Ambustus, quòd adolescens ictus fulmine deflagrauit, idemq; Pullus, postea Rullus nominatur. Fuit quoq; Fabius cognomento Venox, qui Censor cum Appio Claudio, ob inquisitas aquæ uenas, Venocis nomen accepit. Et alter Rutilianus, cui primùm ob uirtutem Maximi cognomen datum, qui Magister equitum à Papyrio dictatore penè securi percussus est. Duos enim Maximos populus Rho. præcipuè cognominauit, Valerium, qui plebem patribus conciliauit, & hunc Rutilianum: post quem Pompeius, astipulante Sylla, Magni nomen accepit. Nec me preterit, Cæsones quòd cæso Matris utero in lucem prodijssent, sicut Cæsares, quòd est Iuliorum familiæ cognomentũ, uel quòd cum Cæsarie nascerentur, seu quòd auus C. Cæsaris elephantem occiderat, qui punica lingua Cæsar dicitur, nomina inuenisse: cuius familiæ proprium dicunt fuisse, ut sacra Apollinis curæ habeant, eiusq; ministri fiant. Iulos uero à prima barbæ lanugine pleriq; dictos autumant: ἰοῦλον enim Græci primam in mento dixere lanuginem: & Agrippas quòd contra nascentium legem, pedibus prius ex utero emersis, nati essent, quasi ęgrè partos nũcupari: quod omen infelicitatis fuit: sicut qui ex utero haud magno negocio & proniori partu effusus foret, felix augurium affert. Et Vopiscos, cùm ex gemellis uno defuncto, alter superuiueret: Et Proculos qui foris agente patre. Ac Posthumos, qui post patris obitum nati essent. Et Cordũ qui serò & postrem⁹: atq; Opiter qui patre mortuo, auo uiuo ęditi forẽt, dictos existimarũt: Cornelius qui Scipionum nomen propagauit, quòd patrẽ lumine orbũ, pro baculo regeret, uelut hastili nixum Scipio fuit appellatus: Et Cincinnatus quòd esset capillo incompto: & Roscius quòd exactæ uirtutis & cõsummatissimus foret: Cùm enim Roscius Gallus histrio nulli secundus, supra omnẽ memoriã absolutissimè Mimũ ageret, sicut Pollus apud Græcos, si quem uirtute præcipuũ & artibus præcellentem uidebant, Roscium, hoc est, miræ & perfectæ probitatis nũcupabãt: Sic Piso quòd in omni re commodus foret, utilis & fructuosus, Frugi est cognominatus. Scrofæ uerò & Asinæ unde sint cognomenta, uulgô proditũ est: siquidem alter cùm uades daret, asinam onustam auro in forum duxit: alter supposita uxore puerpera, quam depeculatus fuerat, scrofam se non habere mentitus fuit: seu quod Varro tradit, qui primus gẽti nomen propagauit, cùm Quęstor in Macedonia relictus foret in castris, hostesq; impressionẽ facerent, palam uociferatus est, celeriter se illos ut scrofa porcos disiecturũ, quod & fecit: unde nomẽ assequui meruit. Proditumq; memoriæ est, Corneliũ Ruffum, quòd ex præscripto librorũ Sybillinorũ ludos fecerat, Sybillam primò, mox annis intercedẽtibus, Syllam appellatũ posteris nomen propagasse. Et militem quòd fronte coronatus, militaria gessit facinora, Frõticij nomẽ dedisse. Sed iam lõgius euecti sum⁹, q̃ statueramus. Itaq; ne longius legentes fatigemus, néue pluribus moremur studiosos, de his hactenus dixisse satis sit. Hoc quoque non fuerit ab re meminisse: pleraq; cognomẽta Rhoma-

Mamerci. Repetundarum lex. Aemylij. Lepidi, Cicurij. Nasica. Corculum. Cotæ. Insani. Massæ. Lamiæ. Ouiculæ. Cunctator. Verrucosus. Gurges. Nepotes. Pictor. Ambustus. Rutilianus. Venox. Maximi. Cæsones. Cæsares. Sacra Apolli. Iuli. Agrippæ. Vobisci. Proculi. Posthumi. Cordus. Opiter. Scipio. Cincinnatus. Roscius. Pollus. Frugi. Piso. Scrofæ, & Asinæ. Sylla. Fronticius.

Cognomina ex piscibus. Murenæ. Oratæ.

nis ex piscibus fuisse indita. Nam Murenas, & Oratas, uel quòd pisciū eius generis uiuaria q̃ amplissima haberent magno fœnore, uel quòd eò ędulio præcipuo uescerentur, plerique dictos uolunt. Tametsi Murenam à neruoso corpore, sicut Neruam à fortitudine multi denominari dicant: Fœminasque Romanas duo tantū nomina ferre, mares uero tria, sæpius quatuor, prænomen, cognomen, agnomen, & nomen. Idque nobilitatem generis monstrare: quodque rarenter mulieres prænominibus utebantur, mares uerò frequentissimè: Nanque cognomen, & agnomen mulieri non dabatur. Quod nobis, cùm frequenti lectione id obseruaremus, ita esse, propemodùm uisum fuit.

Fœminæ duo, mares autem tria aut quatuor nomina habebant.

¶ Quare partus ancillæ, cuius usufructus legatus fuit, in fructu non sit, cùm reliquorum animalium contrà fuerit. Caput X.



INTER contentiones forenses quondam summa dissentio fuit, An partus ancillæ, in qua usufructus legatus est, in fructu sit habendus, ita ut in eo sicut in ancilla usufructus maneat. Vetus quęstio fuit, inter consultissimos uiros P. Scæuolam, & M. Maniliū, à quibus Brutus, summæ authoritatis uir, qui inter iuris peritos, multum lōgeque præstitit, & M. Cicero iure meritoque dissentit. Verba Ciceronis de finibus bonorum primo, si recensere ea quis uellet, ascripsi. An partus ancillæ sit in fructu habendus, dissSeretur inter principes ciuitatis, P. Scæuolam, & M. Manilium: ab hisque M. Brutus dissentiet, quod & acutum genus est, & ad usus ciuiū non inutile: nosque ea eorumque scripta, reliquaque eiusdem generis, & legimus libenter, & legemus, hæc quæ uitam continent omnem, negligentur? Hactenus Cicero. Manilius & Scæuola, in fructu ancillæ partum esse dixere, ea de causa, quòd sicut in cæteris animantibus, quæ in manu mancipioque sunt, illorum fœtus in fructu est. Siquidem pecudum legato usufructu, soboles ex pecudibus postea natis suffecta, perinde accedit legato, & in fructu habetur, ac si unà cum pecore legata fuisset. Ita ancillæ legato usufructu, pari exemplo partum ancillę in fructu esse uoluere, pluresque Iureconsulti in hanc sententiam concessere, à quibus tamen Brutus grauis author imprimis, certioribus argumētis dissentire haud immeritò uisus fuit: cuius sententia postea obtinuit. Non enim sicut in sobole pecudis pecus enatum, nexu obligatur, & in fructu est, ita ancillæ partum in fructu esse, aut in ius dictionemque uenire censuit. Quippe pecore legato, ipsum pec⁹ & sobolem tanq̃ pari nexu obligatam accedere, & in fructu esse consentiunt omnes. Sed in fructu hominis, homo, inquit, esse non potest, permagnique interesse an pecus ex pecore, uel homo ex serua nascantur. Cùm enim ex serua natus sui potens non sit, nec alieni iuris aut dictionis fiat. Sed in seruitio & famulatu Domino ita addict⁹, ut sinè Domini iussu permissuue in ius alterius uenire, aut mancipio, nexuue obligari non possit. Ideo ancillæ partus, in ius ministeriumque usufructuarij non uenit: Sed uelut mancipium Domino addicitur. Quod in pecore enato secus dici conuenit. Siquidem pecus enatum, cùm in manu & fructu sit, unà cum pecore legato tanq̃ adiectum perinde manet, ac si unà legatum esset: Aptissimè commodissimeque Brutus, magno ut fuit ingenio, ab homine pecus seiunxit: sed sicut hoc peracri iudicio, nō ineptè ab altero discreuit, & diuersum arbitratus fuit: ita causam ego tam uariæ decisionis, à ueteribus Iureconsultis libenter quæsierim, Cur, areæ usufructu legato, si in ea Insula erecta foret, ea postea demolita, in eadem et area mihi usumfructum manere Paulus & Vlpianus censuerunt, non autem econtra: nanque ædium usufructu legato, illis demolitis, licet alteræ suffectæ sint, in eis tamen mihi nullum manere usumfructum constans omnium opinio fuit. Et tametsi rationis huius dijudicandæ non prompta animaduersio foret, constitit tamē grande discrimē subesse. Quod demolitis ædibus solum & area quę prius fuit, manet, in qua mihi usufructus incolumis & certus est. Aedibus uero demolitis, q̃uis alteris inibi suffectis, non easdem censeri conuenit. Ideo cùm aliæ non eadem dicantur, usumfructū propterea non deberi, iure meritoque putarunt.

Ciceronis locus.

¶ Miracula

¶ Miracula de somnijs apud nonnullos cognita & comperta. Et quæ ipse expertus fuit. Caput XI.



IVNIANVS Maius conterraneus meus, uir bene literatus, in exquirendis, adnotãdisq; uerborum & sententiarum uiribus, multi studij fuit: & præterq̃ quod in erudiendis iuuenculorum animis, imbuendisq; doctrina pueris castigatissimæ disciplinæ: somniorum quoq; omnis generis ita uerus coniector fuit, ut ipsius responsa diuina ferè monita haberentur. Ad eum memini cùm puer adhuc essem, & ad capiendum ingenij cultum frequens apud eum uentitarem, quotidie somniantium turbam, hominesq; celebri fama & multi nominis, de somnijs consultũ uenisse. Declarabat definiebatq; ille, non breuiter aut subobscurè, ut pleriq;: sed expositè atq; apertè ænigmata somniorum, siue boni, siue mali prænuncia: ita aptè, ut iudicium factum à ueridico diceres. Multi quoq; illius monitu, uitæ interitum, nonnunq̃ animi ęgritudines uitarunt. Sed quod illi, interprete Iuniano, assequebantur, animaduerti quosdam haud quaq̃ summæ nobilitatis, sed homines tenuissimos & sortis infimę, absq; ullo interprete assequutos, & somnio tantum præmonitos imminentem cladem, aut futurum exitium, & pleraq; incommoda uitasse. Verissimaq;, qualia futura uiderant, somnia extitisse: quod genus Græci ὅραμα hoc est, uisionẽ dicunt. Nuper in Vesuuino meo familiaris meus quispiam fuit, homo alioqui exiguę sortis, obscurus & egens, sed tamen spectatæ fidei, & exẽpli recti, qui ouium greges custodire solitus, cùm esset grauior annis, & ualetudine non bona, eam curam unico, quem habebat filio, delegarat. Accidit, dum procul à stabulo ipse, & filius sub paruulo lare noctu decubarent, ouem quandam à Lupo circunuẽtam sibi in somnijs obuersari, illiusq; dentibus opprimi, & lacerari uisam: quo somnio expergefactus senior, filium qui unà decubabat, excitauit, utq; ad gregem properè accederet, acclamauit: nanq; ouem, cuius etiam nomen referebat, à Lupo circũuentã dilaniari dixit. Qui cùm illuc excitatus pergeret, eãdem, quam Pater prędixerat ouem, à Lupo lacerari, atq; opprimi inuenit, uerissimumq;, & quale Pater prædixerat, insomnium expertus fuit. Matrona insignis, multi & celebrati nominis, dum Neapoli degerẽ, referre mihi solita est: quamcunq; in somnis imaginem uidisset, eandem sibi postera luce repræsentari: Eaq; magnæ admirationi apud reliquas Matronas fuit, quòd sæpius quæ sibi die euentura erant, somnio monita, futura prædiceret. Sed præ omnibus quæ notauerim, res est memoria & admiratione digna, quam ego nuper expertus sum, & re probaui. Iacebat in lectulo Marius alumnus, & cliẽs meus, cuius ego ingenium et animi indolem sæpe demiratus sum. Is cùm per quietem Matrem defunctã efferri, & funus apparari uidisset, grauissimos gemitus, & lugubres querelas, q̃uis somnio cõfusus, ædebat: quẽ cùm excitari iussissem, & causam tam luctuosi gemitus requisissem, retulit Matrẽ uita functam, sibi per quietẽ uisam efferri, & funerari. Obseruaui ego diem, & tempus, quo species hæc obuersata fuerat, notaui: Haud multo post, nuncius defunctæ Matris ad me uenit, à quo cùm diẽ requisissem, conuenit, ipso die quo Mater per quietem efferri uisa fuit, illam è uita excessisse. Quibus exẽplis admonemur, ut esse præscita quiescentis animi, & diuinationes, humanæq; mentis præsagium, quasi uaticinium futurorum diuinitus mortalibus datum per somnia, credamus.

¶ Quæ forma Castrorum, qualisq; disciplina olim fuit, & quot portę in Romanis castris esse consueuere. Caput XII.



QVIBVS castrametandi scientia, & idonea castris loca eligendi, nota & perspecta cognitio fuit, cuius rei gloria Pyrrho Epirotę præcipua fuisse tradit: quiq; militaris disciplinæ præcepta diligenter exequuti sunt, hoc annotasse literis accepimus, ut pro loci qualitate, ubi castra metãda forent, proq; angustia, & laxitudine, aut militari multitudine, ita se Duces castris capiẽdis insinuẽt. Sed neq; eadem figura & habitu, neq; eisdẽ in locis sẽper

Castrorū aliæ atque aliæ figuræ.

castrametari oportere, rectè arbitrati sunt: Siquidē modò quadrata, modò trigona, plerunq; rotunda, ex disciplina Lycurgi qui ita castrametari docuit: nonnunq̄ lunata, & hemicycla castra habere: interdum planis, & patentibus campis, nunc arduis, & accliuis in locis, plerunq; demissa ualle, nunc in colle ædito, & summo iugo castra communire: Nonnunq̄ terræ situ difficili, & impedito saxis præruptissimis loco munito, ut si quà maior uis ingruat, milites in tuto sint: & sicut loci natura tēpusq; patitur, castra & munitiones extendere: ut oportuna aquatio, ne siti & lassitudine conficiantur: ut lignorum, ut pabuli copia sit: ne commeatu, nêue re frumentaria prohibeantur, haud paruum munimentum esse putauere.

Quid præcipuè cauendum in castris locandis.

Præcipuè cauendum, ne collis, aut iugum immineat, unde prospectus castrorum, & subita incursio fiat, nêue sylua dēsa, aut latens fossa, uel sinus occulti iaceant, unde latebræ hostium, & insidiæ parari, aut tacito speculatu pericula oriri possint.

Portæ castrorum.

Quare multiplices portæ in castris Romanis.

Portæ quoq; castrorum, ut pro amplitudine, pauciores potius, q̄ plures construātur, esse cùm facilius, tum etiam utilius, idq; percommodùm fuisse & salutare. Tametsi in Romanis castris multiplices aliquando portas nonnulli exemplis annotarint: quod ideo seruatum est, ne quid eruptionē subitam in hostes demoretur, utq; omnibus portis effusus equitatus, uno impetu in hostes diuersi irrumpant. Sed tamen ubi amplissima erunt castra, & q̄uis latè fusa, ibi quatuor ad summum portas constitui conuenire: minora uerò, & angusta duabus contenta esse debere, omnes ferme consentiunt:

Diuersis castrorum portis, diuersa nomina tributa.

Quarum sicut nomina distincta, ita dissimilia fuere munia. Prima enim Prætoria, quæ & Quæstoria dicta est: siquidem in Romanis castris, & Prætoriū Ducis, & Quæstorium fuit, prout Prætor, aut Quæstor castris, & Legionibus præerat:

Castrorum locus.

quæ uel orientem solem spectare, uel è conspectu hostium dirigi consueuit. Quod eò fit, ut siquando ad arma conclamatum foret, sinè tumultu extra castra contrahi multitudo, & explicari ordines, signaq; educi possint. Etenim ubi acie decernēdum erat, illinc cohortes educi, & copiæ admoueri solebant.

Statio Principalis.

Decumana statio.

Vbi etiam militum statio composita, instructaq; ad subitos conatus esse debebat, cui etiam Principali nomen datum. Altera à tergo castrorum Decumana, eò quod ampla & patens: ex qua desertores, & facinorosi, in quos iure militari animaduertendum erat, educuntur, & pœnis coercent̄. Tertia Principalis, ex qua Principes, & summi Duces uelut ex postico, si quando usui foret, opem suis laborantibus ferre, ordines tendere, & milites educere consuerāt:

Via Principalis.

Statio Quintana.

Via quoq; quæ ad portam ferebat, Principalis dicta est. Quarta post Prætorium, Quintana dicitur: quippe per eam commeatus in castra conuehi, & rerum utensilū copia uenalis exponi: Inde etiā merces ad usum militaris multitudinis, quæq; bello usui forent importari, & exportari solita.

Exercitus crebro exercēdus.

Hoc quoq; inter exēpla relatum est, quod & Fabi⁹ Maximus, & pleriq; Imperatores præcipiebant, exercitum itineribus, & locorum mutatione crebrò fatigari potiusq̄ uno in loco in castris sedere, esse cùm tutius, tum ad disciplinam militarem nobilius: Id quod Cyrum apud Xenophontem nouimus factitasse. Quamuis nonnulli castrorum crebram mutationem præ se ferre turpem fugam, & exercitus alienationem duxere:

Vigiliæ in castris.

Fuitq; præcepto militari obseruatum: ut uigiliarum uices tubæ in castris per interualla significent. Etsiquando hostes in conspectu sint, pro portis castrorum singulæ stationes, & expeditæ cohortes, dispositis excubijs, instratis equis frenatisq;, pro uallo excubent, ut omnia militari custodia, uigilijsq; tuta firmaq; sint, ne paratis insidijs, & omni aditu persepto, nudata custodijs stationibusq; castra, hostes adoriantur, & nec opinantes inuadant, cædibusq; & rapinis pateant. Paulus uerò Aemylius, ut attentius custodiæ contra somnum repugnarent, nocturnas uigilias sinè armis fieri, & inermes milites uigilare iussit: quod multi postea Duces exequi magno studio curauerunt. Tametsi ueteri exemplo, stationes uigiliæq; diurna nocturnaq; munia ab armatis in castris fierent: ita ut ferant militem, quia uallum non accinctus gladio, & alium quia pugione tantum accinctus foderet, capite luisse.

Arma militū membra.

Animaduersio in dormientes in stationibus.

Arma enim ueteres membra militum duxere: Ferturq; Epaminundas cùm custodias, stationesq; circuiret, ut disciplinam exemplis stabiliret, sopitum militem gladio transfixisse, asserens quòd qualem inuenerat talem reliquerat. Augustus quoq; manipulares milites statione deserta

deserta, & Centuriones morte mulctauit. C. uerò Cæsar ut ad subitos conatus dispo sita præsidia haberet, duas sæpe Legiones pro castris excubare iussit. Vtq; in disponendis castris, tendentium ordines, & descripta suis quæq; partibus loca, ac iusta itinerum interualla distincta sint: utq; Tribuni militum in principijs iura dent, indeq; milites signum petant, ac in stationes, & uigilias eant: etiam ut in Prætorio Imperatoris tabernaculum, quod augustale dicitur, tendant, ibiq; pro tribunali sedere, classicumq; apud eos cani, quotiesq; dimicandum foret, pugnæ signum ab his Tribuni petere debeant. Cyri uerò tabernaculum apud Xenophontem Hyeme pariter atq; æstu orientem uersus, aut in castrorum medio, quòd locus munitissimus foret, statui consueuit. Ea enim regio summis Ducibus dabatur. Alexandri Magni tabernaculum statuæ circuncingebāt: in quo traditur mirum, cùm ad Oxum amnem statueretur, fontem manantis olei scaturisse. Philippus autem pro uallo castrorum, nonnunq̄ inconspecto maximè tumulo, tabernaculum fixit: quæ quidem ex corio & pellibus, modò ex saccis aut cilicijs pilis contextis construebantur. Numidæ ex calamo & stramento: Nomades centonum instar tectoria intexebant: Multi ex tabulis & cratibus: fuitq; more nouicio seruatum, ut in principijs castrorum, aut iuxta tabernaculum Ducis, templum uel ædiculam simili exemplo milites construant: intra quam signa & aquilam uenerarētur & seruarēt: unde cùm opus esset, extra castra educi possent. Illud quoq; notatum, per exploratores centurionesq;, Romanos Duces prius exploratò & præuisò, locum castris antè capere consuesse: quotiesq; motis castris loca mutanda forent, militari more uasa prius conclamari, & colligi: utq; itineri sarcinas aptent, admoneri: nequid ignari imprudentesq; præpropera festinatione prætermittant. Vallumq; castrorum ex cespite aggesta humo, aut mole & aggere cōtra fluminum impetus: nōnunq̄ ducta ingenti fossa uel lapidum congestis molibus: plerūq; arboribus obiectis, prout materia suppetebat, à Tyronibus, Præfecti castrorum iussu, communiri: Quæ quidē fossa persæpe fuit XII pedum, et si detur occasio, latitudine quàm amplissima, ne quis illam & munitiones transcenderet. Vallum uerò tātæ crassitudinis, quòd nullo telo, nulloq; tormento traijci possit. Quæ quidem munimenta siquando hostis propinquus foret, firmis stationibus dispositis, ut armati inermes & operi intētos tuerentur, fieri solebant. Germani tamen & Gallorum pleraq; gens, pro Vallo dispositos habebant currus mutuo nexu. Romani in magno discrimine, nouo munimenti genere: clitellas & coniectas sarcinas pro aggere opposuere. Cæsar ad Mundam, cùm materia deficeret, cæsorum hostium factis aggeribus & humanorum corporum strue castra uallauit. Nicias uerò dum ad Syracusas sedet, cum esset pro uallo pugnandum, incendio machinarum, quibus castra uallauerat, hostium uim propulsauit. Quodq; in castris Romanis postq̄ uallo fossaq; communita sunt, equo incedentē militem, nisi cùm acie dimicandum foret, haud facile perspectum esse: neq; longius à tubæ auditu, nisi Imperatoris aut Tribuni iussu, militi extra munimenta abire licuisse: qui contrà fecerat, in eum militaris animaduersio erat: Idq; ideo cautum, ne uagi milites solutiore cura obambulantes, in hostili solo temerè progresi, cædibus essent & periculis obnoxij. Quodq; mulieres in castris interesse, aut cum militibus turpi consuetudine uersari non decebat. Mulieres enim castra sequi apud maiores magnæ turpitudinis erat, & seuerissimæ animaduersionis. Quare Scipio Aemylianus maximus Imperator, & qui Imperatorias artes callebat, bello Numantino collapsam militiæ disciplinam, & dissolutum morem, in omne genus licentiæ, eiectis multis millibus scortorum restituisse fertur, ad opusq; milites traduxisse, stantesq; prandere coegisse, & cocti nihil uesci. Metellus in Aphrica lasciuientem exercitum, & prauis moribus institutum, correpta castrorum disciplina, emendauit. Alexander quoq; Macedo depulsis pistoribus & cocis: ad prādia, itinera nocturna: ad cœnam, cibi uiniq; parcitatē se habere dixit. Quibus disciplinis imbuti milites, in fide & officio mansere, sæpissimeq; fuisse perspectum, quod in quibus locis hostes castra metati fuerant, inibi Romani exercitus, eadem castra operibus septa habuere, tunc præcipuè cùm hostium uestigijs inhærendo, illos haud facile assequi poterāt. Quod ne fieret, salubri consilio pro-

uisum

Alia disciplina.

Augustale tabernaculum.

Ducum summorum locus.

Tabernacula ex quibus apud diuersas gētes.

Templū iuxta tabernaculum Ducis.

Vasa conclamari.

Vallum castrorum.

Fossa duodenū pedum.

Valli crassitudo.

Germa. & Gallorū Vallum.

Vallū Rom.

Vallum ex humanis corporibus.

Alia disciplina.

Alia disciplina.

Alex. Apophthegma.

Abituri tabernacula incendebant.

uisum fuit, ut abituri milites, uetera tabernacula & munitiones incendant, ne quando illa hostium receptus forent. Erat quoq; uetus cõstitutũ, ut quoties duo simul COSS. Prætoresue, contra hostes, duos Consulares exercitus, multasq; Legiones ducerent: quò facilius tantæ multitudini præessent, diuisa castra, copias, & præsidia haberent, & munia belli partirentur, ne confusa imperia & decreta ambigua forent. Quod æuo succedente, à Domitiano uetitum fuit. Is enim geminari Legionùm castra prohibuit, sub unius Imperio & unius castris, satius regi milites arbitratus. Horũ castrorum formam in locis compluribus etiam nunc extare, ualliq; & fossarum altitudines, & egregias munitiones firmo munimento relictas, nos recentissima memoria uidisse, & singulas portas adnotasse, quæ species illius ueteris instituti, magnum nobis documentum fuit, libenter meminimus.

Domitianus geminari castra prohibuit.

¶Quot cognominibus Fortuna dea apud Romanos cognominata, & quibus Templis donata fuerit. Caput XIII.

INTER numina pleraq; quæ ueteres habuere, olim à Romanis Fortunam eximiè cultam, scriptum in antiquitatibus & traditum est: Idq; ex eo coniectari licet, quòd plures illi ædes fuisse, ac diuersis nominibus Deam denominari, uulgo proditum est. Primus enim Ancus Martius Fortunam uirili cognomento dedicauit: Vt uerò plures, certioresq;, Seruius Tullius Paruæ Fortunæ ædem consecrauit primus: In qua æde signum sua prætexta ornatum dedicasse, & longo tempore mansisse incorruptum, authores tradunt. Causam fuisse crediderim, quod tenuis ipse & parui cultus, ut tũ res erant, quodq; ex captiua natus, Fortunæ beneficio regnum assequutus foret, propterea templo illam sacrasse, proq; Dea coluisse, tanquàm gratiã meriti ferret: quam quidem ita cumulatissimè retulit, ut non una æde illam recepisse, aut consecrasse satis fuerit: Siquidem regnum assequutus, Fortis Fortunæ, Primigeniæ, & Masculæ, mox Prosperæ & Virilis Fortunæ templa eundem erexisse, fama uulgauit: Quod quidem Fortis Fortunæ templum, extra pomerium fuisse in hortis à Diuo Cæsare Populo legatis iuxta Tyberim, mox Tiberij tempore dicatum: Primogeniæ uerò in colle Quirinali, authores memorãt: quam ædẽ Domitius Prætor Vrbanus postea dedicauit, licet alteram Primigeniæ ædiculam P. Sempronius COS. secundo Punico bello uouisse, & uotis reus dedicasse feratur. Extatq; ueterum monumentis, eundem Seruium, Primigeniam & Obsequentem Fortunam in Capitolio sacrasse, illamq; præcipua religione coluisse. Prosperæ uerò in foro boario fuit: Virilis autem Fortunæ templum extra Vrbem ad Tyberis ripã, in quod mulieres, quæ dabantur nuptui, freq̃uẽtes uentitabant, & corpore inuelato singula membra, ne quo morbo, uicioq; affectæ forẽt, aut labe aliqua tenerẽtur, detegebãt. AVCTO postea Imperio, cùm de Veientibus Caruilius COS. triumphasset, ærisq; grauis, CCCXC millia in ærarium detulisset, de reliquo quod ex manubijs & omni præda exactum fuit, Fortis Fortunæ ædem prope illam, quæ à Seruio Tullio dicata fuerat, faciendam locasse, T. Liuius author est. Cuius dies annua, octauo CALEND. Iulias celebratur: quo tempore Hasdrubal perijt, & Masinissa Siphacem bello uicit. Muliebris uerò Fortunæ fanum Latina uia, IIII ab Vrbe milliario, in quo loco, Coriolanus Matris precibus siue Imperio adactus, ab Vrbis excidio temperauit, Romæ cõsecratum, dedicatumq;, haud ferme quisq̃ est qui ignoret: cuius simulacrum non semel humanam emisisse uocem ferunt. Fuisse quoq; Viscatæ Fortunæ templum, quòd eius illecebris multi capiantur, denominatæ: quinetiã Equestris iuxta lapideũ Theatrum, ad quod. Q. Fuluius Flaccus ex Laciniæ Iunonis templo marmoreas tegulas detulit: quæ mox ob religionem eodem relatæ fuere. Ac Bonæ, Reduci, Euelpidi, & Atropheæ, necnon Conuertenti, Bene Speranti, Propriæ, Virgini, & Seyæ Fortunæ templa, non uno tempore constructa, multi asseuerãt. Tametsi Equestris Fortunæ ædem Romæ nullam fuisse aliqui cõtendant, nisi apud Ancium. Hanc ædem Fortunæ Seyæ, à Seruio Tullio antea erectã ex phengite lapide, mirifico opere Nero princeps instaurauit,

Fortuna mascula. *Parua Fortuna.* *Fortunæ diuersa cognomina.* *Primigeniæ Fortunæ tẽplum.* *Obsequẽtis.* *Prosperæ.* *Virilis.* *Muliebris.* *Viscatæ.* *Equestris.* *Seyæ.*

staurauit, ita ut foribus opertis, diurna ibi lux uideretur, in qua Seruij Tullij simulacrum tecto uultu, toga superiniecta diu mansisse dicitur, quasi ut lateret Fortunæ dedecus, quòd Serua natus imperitaret. Conuertens autem Fortuna, quòd homines ludificatur, quodq; per omnia humana agitat, ac paruis momentis magnas facit mutationes, in eodemq; uestigio nunq̃ diu stat, dicta denominataq; est, quæ à Græcis τύχη εὔριπος, quasi æstuans dicta. Legitur quoq; Fortuna Calua, quam sub tecto nominare, religio non sinit: & Fortuna Respiciẽs, cuius ædes iuxta templum Iouis Victoris erat: Et Fors Fortuna, quæ ædem trans Tyberim habuit: & Fortuna Propria, cuius delubrum in Palatio est. Et ad portam Collinam fuisse tres Fortunas, de quarum nominibus ambigitur: ædem quoq; Fortunæ intra portã Carmẽtalem, & Malæ Fortunæ in Exquilijs, ubi sacellum Larium fuit, sub idem tempus dedicatas inuenimus: Hãc, quæ intra portam Carmentalem sita erat, quandoq; incendio absumptam, Triumuiri reficiendis ædibus à solo collapsam refecere: Illam uerò quæ in Exquilijs, non ut opem ferret, sed ne obesset, sicut Febris fanum & pleraq; numina Romani persanctè coluere. Eius uerò simulacrum manu altera cum cornu copiæ, altera gubernaculum geminum uersans effingebatur. Nonnulli habitu fœmineo furenti similem, cæcam & exoculatã super uolubile saxum effinxere, quòd nullo delectu opes ad malos & indignos conferat, quodq; uaga, inconstans, & instabilis foret. Quare Apelles Fortunam sedentem effinxisse dicitur, eò quòd nunq̃ staret: sed quos fouisset indulgenter, mox de gradu deijceret. Aliqui sinè pedibus illam exculpsere, sed manus & pennas tantum adhibuere: Vt si manus porrigeret, pennas comprehendere non sineret. Bupalus uerò Fortunæ simulacrum fecisse dicitur primus, polum habens in capite, & altera manu cornu Amaltheæ. Alij uitream, quòd puncto temporis frangitur, statuere Fortunam. Cuius simulacrum ex auro fabrè factum uelut sacratissimum in cubiculo Imperatoris poni, & post obitũ in successoris tabernaculum trãsferri, Spartianus memorat. Fuitq; obseruatum, illos qui Fortunam religiosè colerent, magnis sæpe incrementis auctos, qui uerò minimo cultu, aut despectui habuissent, pluribus incõmodis fuisse dehonestatos. Propterea Timotheus Canonis filius, quòd Fortunæ successus sibi adscriberet, neq; illi, ut par erat, gratiam ferret, licet magnus Imperator, de gradu deiectus, & infelici pugna uictus, atq; in exilium actus fuit. Galbæ quoq; qui Fortunam Tusculanam torque fraudarat, illumq; Capitolinæ Veneri dedicarat, in somnis Fortuna quæri uisa est, quòd se promisso fraudasset, breui se quoq; erepturam quod dederat, intermina ta est: quod mox fuit sua morte subsequutum. Sed quod de Mala Fortuna & Febri, idem de Postuerta & Prosa, quarum Romæ duæ aræ fuere, ac de Væioue, Timore & Pallore, atq; Auerrunco & Robigo Dijs, dictum accepimus. Siquidem huiuscemodi numina, ne quid obessent, néue aliquid afferrent incommodi, Romani persanctè habuere, quos cane & oue placabant. Fuit enim Væiouis ædes inter Capitolium, & Arcem inter duos Lucos. Febris uerò fanum triplex, Vnũ in capite uici longi, alterum in Palatio, tertium iuxta Mariana monumenta, cuius adhuc extare uestigia pleriq; asserunt. Quæ numina à Græcis originem duxisse crediderim: quippe Atheniẽses Contumeliæ & Impudicitiæ aras sacrarunt, ut à contumelijs, & probris auerterent. Lacedæmonij, Morti & Timori, atq; alijs affectibus templa dicarũt. Misericordiæ quoq;, Pudori, Famæ, & Appetitioni Athenis uisuntur aræ. Romani Vitulinã deam, quòd lætitiæ præesset, magno cultu semper habuere. Etiam Paupertatis, & Senectæ apud Gades sacella ostenduntur. Et Oethei Herculem Cωnωpionẽ, ne prouinciam infestam culicibus redderet, uenerati sunt. Nam Culices Oethei conopas uocant. Sicut de Apolline Culiciario proditum est, qui in Attica colebatur, quòd infestos Culices ex agris ꝓpulsaret: Et Hippothonus Iupiter apud Erythreos, & Erythibius Apollo apud Rhodios habẽtur maximi: Erythibam enim Rhodij rubiginem dicũt. Bœotij quoq; Apollini Pornopioni sacra facere dicuntur, ne muribus prouinciam redderet obnoxiam. Apud eos enim mus Pornopios nuncupatur. Et tametsi Fortunæ præcipuum numen Romæ fuerit, non minus tamen apud alios culta celebrataq; est. Nam Ferentano in oppido: & in Algido, atq; Antij, Equestris Fortunæ templum, & alterũ Prænestæ

Conuertẽs fortuna.
Calua.
Respiciens.
Fors fortuna.
Propria.
Mala.
Fortunæ simulacra diuersa.
Fort. simulacrum in cubiculo Imperatoris.
Fortunæ cultores & despectores.
Dij nocẽtes.
Væiouis templum.
Febris templa.
Vitulina dea.
Hercul. conopion
Apollo culiciarius.
Iup. hippothonus.
Apol. Erythibius & pornopion.
Fortunæ cultus apud exteros.

nestæ, satis uetustum, & multa religione inclytum uisebatur, ubi sub imagine duarum *Sortes.* sororum colebatur, ex quo consulentibus certa ædi oracula putabant: ubi sortes primùm à Numerio Suffio sitas fuisse, fama fert, sicut Lyciæ fons sortes antiquissimis cha *Rhamnenses.* racteribus, quibus futura prænoscuntur, emittere traditur. In Eubœea quoq; Rhãnis urbs fuit, in qua Fortunæ templum habebatur maximum, & multis ceremonijs sacrũ. *Syri.* Præ cæteris autem Syri Fortunam impensius coluisse feruntur, cuius simulacrum ad Orontem summo ingenio & arte, ut Pausanias ait, à Sycionio Eutychide effictũ erat. Sicut Athenis in Prytanio simulacrum ἀγαθῆς τύχης, supra omniũ sæculorum memoriam insigne colebatur.

¶ Quoties opima spolia, cæsis hostiũ Ducibus, Rhomæ relata fuerint, & quoties Iani templum clausum sit, aliaq; scitu non indigna. Caput XIIII.



OPIMA spolia, quæ Regibus Ducibusq; hostium cæsis, Ioui Feretrio in Capitolium ferebãtur, ter solùm à Rhomanis ducibus, qui fortem stre *Prima spolia opima.* nuamq; operam Reipub. nauarũt, delata fuisse cõperimus. Prima Rhomulus Vrbis author & parens de Acrone Ceninensium Duce, post raptas Sabinas detulisse fertur, quo tempore Iouis Feretrij templum dicauit. Fuere enim Ceninẽses ex Sabinis, Latio propinqui, qui unà cùm Crustuminis *Iouis Feretrij templum.* & Antẽnatibus ob raptarum contumeliam, cõtra Rhomanos primi sumpsêre arma. Iouis uerò Feretrij templum fuit in uertice Capitolini montis, exiguum sanè & angustum, sed religione sanctum, & propter uetustatem longè primum. Neq; magno post *Secunda spolia opima.* interuallo, Cor. Cossus dux ea tempestate inclytus, secunda detulit spolia de Larte Tolumnio, Rege Veientum, quem acie uicit & manu cõfecit. Veiẽtes enim gens Hetrusca fuêre, cum quibus & Rhomanis mutiplici bello, & prope assiduis cladib⁹ de Impe *Tertia spolia opima.* rio sæpe dimicatum est. Tertia Claudius Marcellus manu strenuus & bonus Imperator, de Viridomaro Gallorum Duce, seu Britomarto apud Clastidium uicto, opima spolia reportauit. Cũ Gallis enim & Rhomanis ad internecionẽ, & sæpe marte atrocissimo dissensum est: Sed hi insubres fuere accolæ Alpiũ, qui post Senones arma cõ *Feretrius Iupiter unde.* tra Rhomanos tũc, & sæpe aliâs moliti sunt. Feretrius uerò Iupiter, uel à ferẽdo, seu feriendo dictus, quasi ut ducem dux feriret, se propitio & iuuãte effectum sit. Ex cuius æde, si quando fœdus ferire, aut pacem Feciales inire uellent, sicut ex Capitolina arce uerbenam, & gramen cum terra euulsum, ita lituum, & lapidem silicem, quo fœ *Opima spolia unde dicta.* dus percuterent, sumere mos erat. Opima uerò, uel ab opibus, ut ait Varro, uel ab inuicto opere, cùm uictoribus tantũ laudis accesserit, nomina sumpsêre: seu quod fidei propius est, opima ampla dici, sicut opimam prædam, & opimum bouẽ dicimus. Hæc nisi Duces, Regesq;, quorum auspicio res geruntur, suismet corporibus dimicãtes, hostium Ducibus detraxerint, necemq; & exitium intulerint, haud quaq̃ opima dici uoluêre. Fuêre qui crederent, Ioui Feretrio spolia opima, Prima CCC assibus, Secunda Marti, LXXX: Tertia Quirino assibus C, ex cõmentarijs Numæ præmio constitu *Iani templum quoties clausum.* to, fuisse consecrata. Sed admonuit me huius rei mẽtio, uenitq; mihi in mẽtem, id quod ueterum monumentis extat, ter quoq; templum Iani, pacatis undiq; populis, ocioq;, & pace cõpositis, quãdiu Rhomana res stetit, clausum fuisse. Ex qua re coniectari licet, Rhomanos à gerendis bellis, & strepitu armorum parum ocij & laxamenti habuisse: atq; ideo militari usu assiduo, manu promptos, fortesq; bellatores euasisse. Semel à Numa tẽplum Iani clausum fuit, per id tẽpus quo Rhomæ regnauit, annis fere IIII & XL: quo tempore Ianum ad infimum Argileti indicem belli pacisq; consecrauit: cùm populus Romanus pacẽ tranquillam ageret: & à belli tumultu homines ad Deorum cultum, curamq; reuocaret. Iterum post primum Punicum bellum, cùm ad Egades insulas nauali prælio contra Carthaginenses felici uictoria pugnatum est, ab Vrbe *Carthago uectigalis Popu. Rhomano.* condita anno fere L, icto cum Carthaginensibus fœdere, à Luctatio, M. Actilio, & T. Mallio COSS. Quo tempore diutino bello fractis animis, uectigalis & stipendiadiaria Populo Romano Carthago facta est: sed breui tẽpore, tertio imperãte Cæsare

Augusto,

Augusto,post bellum Acciacum,Antonio & Cleopatra uictis,profligatisq;,pace ter-
ra mariq; parta,cùm tot dissonas gentes nationesq;,societate & fœdere iunxisset: & à
ciuili dissentione,assiduisq; cladibus populus respirasse,& quietis imaginem sumpsisse
uisus foret. Qui tamen ter Ianum clausisse dicitur post Acciacam uictoriam: primò
quo tempore Augustus fuit consalutatus. Secundò post Cantabricam. Tertio cùm à
cunctis orbis partibus res pace composuisset. Post quos Nero princeps,& deinde Ti
tus Cæsar,euersa Hierosolyma & bellis confectis,Iani templum clausisse feruntur. *[Templa Iani.]*
Quod quidem templum ad infimum Argilleti,medium circa forum,contra Capitoliũ
fuit.forma quadrata,haud multæ amplitudinis.Siquidem cùm Iani simulacrũ, & aram
tecto clausisset,non multũ ultrà spatij occupauit.Et sicut duplici facie & bifrons effin *[Iani templi bi-]*
gebatur;sic binis utrinq; foribus munitum erat,ut alteris orientem solem, alteris oc- *[næ fores.]*
cidentem prospectaret. Ipsum deinde ad forum Transitorium translatum memorãt:
captisq; Faleris IIII portarum fuisse extructum, quòd Iani simulacrum cum fron-
tibus IIII, multo æuo uetustum,ibi erutum fuisse dicerent. Aliud quoq; Iani tem-
plum ad forum Olitorium conspicuum fuit: quod.C. Duillus,qui triumphum naua-
lem egit,primus extruxisse fertur. Ad hoc templum,bellum suscepturus Consul,fre- *[Belli suscipiẽ-]*
quenti Senatu,primoribus patrum,ac militibus comitatus,accedebat.Ipse incinctus ri *[di initium.]*
tu Gabino,solenni more fores templi recludebat.Is uerò amictus erat,toga super ter *[Toga Gabi-]*
gum sic reiecta,ut lacinia reuocata hominem cingeret. Qui habitus uestitusq; ex eo *[na.]*
sumpsit ortum: quòd Gabini cùm operarentur sacris,repentino hostium incursu, ut
erant incincti zonis,ab aris ad prælium profecti,insignem de hoste tulêre uictoriam.
Quod compar fuit cum eo,quod de Pausania authores produnt,qui cùm extra militũ
stationem sacrum faceret: Lydos repente incurrisse,& sacrificij apparatum disiecis-
se: ipsumq; & comites ut erant inermes,loris prosequutos Lydos fugasse: inde insti
tutum mansisse, ut Lacedæmonij in ephebos flagris desæuirent. Inde è columella,
quæ pro Bellonæ templo sita erat,hastam COS.iaciebat: sicq; acerrima bella & maxi *[Belli indicen-]*
ma pro aris focisq;,proq; imperio indicebat. Eius uerò simulacrum cum claui effin- *[di ceremoniæ.]*
gebatur & uirga: dextra CCC.sinistra LXV numeri figuram, quòd diebus annus *[Iani simula-]*
terminabatur,manu significans.Quippe ueteres gestu manus modò dextræ,nunc sini *[crum.]* *[Numerare ge-]*
stræ,& digitorũ depressione,aut circũflexione sæpe annos dinumerarunt.Siquidem *[stu manus.]*
digitus minimo proximus complicatus senarium ostendit numerum: circulare digi-
tos sinistra modo X,nunc XXX: palma porrecta XL: superiore uerò digito depres
so, LX significari tradunt.Centesimũ uerò numerũ de sinistra transferri in dextram:
& iisdem digitis quibus in læua, sed non eundem numerũ designari. Aliusq; gestus
alios numeros figurauit.Nonnulli Ianum ita effinxere, ut in dextra. T. notam habe-
ret CCC: in sinistra uero, ZE,LXV denotarent. Cui etiam XII aras(quot men
sibus annus claudebatur) Rhomæ dicatas, Varro significat: Sicut in agro Larisseo
iuxta Magnesiam,portus Achiuorum XII habuisse aras: & iuxta Ilium Lecti ara
XII dijs dicata ferebatur.Dionysius tyrannus Iunior,ut notã dierum totius anni tra-
deret,in Prytaneo Tarentino fixit candelabrum: in quo tot succendebãtur Lychni,
quot anni dies erant.Persici quoq; Reges CCCLXV iuuenes puniceis uelatos ami-
culis,pro numero dierum totius anni qui lateri astarẽt,promptos & expeditos habue
re.Ipse autem cùm solennia exhibentur,in præfatione sacrorum,uarijs nominatur no
minibus. Nam & Geminus pater,Iunonius,Consuuius,Quirinus, Patutius, & Flu- *[Iani diuersa]*
sius,pro multiplici potestate dicebatur. Cuius in foro statua triplex fertur fuisse: ad *[nomina.]*
unam conuenire creditores: ad alteram qui fœnus redderent: ad tertiam qui loca- *[Iani triplex]*
rent.Sed præter Iani tẽplum quod pacatis undiq; populis claudebatur: fuit Rhomuli *[statua in foro]* *[Rhomano.]*
templum in Quirinali,omni tempore clausum,quod patefieri non decebat:quasi ar- *[Rhomuli tem-]*
canum haberi uellent,an humo tectus,an inter Diuos relatus fuerit. Tametsi Varro *[plum semper]*
post Rostra Romuli sepulchrum fuisse dicat: quod inter antiquissima Vrbis monu- *[clausum.]*
menta adnumeratur. Ante cuius ædem,testante Plinio,duæ myrti fuere: una patritia, *[Myrti duæ]*
altera plebeia: quæ pro augmento,uel damno Senatorij ordinis,uel plebei,modò fœ- *[ante Rhomuli]* *[templum.]*
cundè redundabant,nunc detrimento languebãt. Apud Heleos Plutonis templũ semel *[Plutonis tem-]* *[plum.]*
annis

Necessitatis & Violentiæ templum. Horæ tēplum. Ianus cur & belli & pacis index.

annis singulis aperitur, & quis patens nulli ingredi fas erat. Corinthi quoq; Necessitatis, & Violentiæ fanū fuisse ferunt, à cuius limine arcentur omnes. Contra uerò ædem Horæ perpetuò apertam Rhomani uoluere, illiusq; aditum patere omnibus. Cur autem indicem belli pacisq; Ianum potissimum ferant, uariata memoria est. Sed tametsi in diuersum authores trahant, illa nobis ratio potior, & præstabilior uisa, quod cū sub præside Iano temporum ratio, uicesq; habeantur, ideoq; & bifrontem fingi, & tam anni principium q̄ finem Iano dicari conuenerit. Sic temporum qualitas, siue bellum, siue pax futura esset, sub ipsius præsidio, & tutela foret. Apertus ut oīa hostilia esse, & cuncta bello ardere, uelut contra hostes profecto deo: Clausus uerò tranquilla pace uigere, & ab armorum strepitu procul esse, designaret.

¶ Verbum liberorum, & parentum in edictis Prætorum quos comprehendat, & an ad omnes in infinitum extendatur. Caput XV.



"N EDICTO Prætoris de in ius uocando scriptum est. Prætor ait, parentem, patronum, liberos, parentesq;, patroni, patronæue, in ius, sinè permissu meo, nequis uocet." Quærebatur apud iuris studiosos, qui tūc animo uacuo, & soluto in foro conuenerant, cùm Prætor coerceat hoc edicto illos, qui se prius nō adito, parentem, aut patronum, parentésue, aut liberos patroni, in forum uel iudicium traxerint: núm is qui autum paternum, qui supra parentem est, uel qui nepotes patroni, aut pronepotes, qui inferiores sunt, sinè permissu Prætoris, in iudicium uocarit, pariter in edictum committat, perindeq; mulctandus, & coercendus pœna sit? Quod est dicere, num parentis nomine, aut liberorum superiores supra patrem, aut inferiores ultra filios cōprehendantur edicto? Anceps quæstio fuit inter ueteres iuris peritos, & diu in utranq; partem agitata, plerisq; arbitrantibus in consularibus edictis, & tribunicijs rogationibus tanq̄ diuersa dici liberos, nepotesq;. Multis contrà opinantibus, maximeq; antiquorum opinionem probantibus, qui censuerunt parentis nomen ad tritauum usq; extendi: Liberos uerò ad trinepotes: Vltra hos posteriores nūcupari: ex ascēdentibus uerò maiores. Nos postea cùm in Legum cōtrouersijs uersaremur, admodùm eleganter in Cassij commentarijs, in hanc sententiam scriptum, definitumq; inuenimus. Qui legem XII tabularum interpretatus, tam in Senatusconsultis, q̄ Prætorum edictis nomen parentis ad superiores, & liberorum ad inferiores ad utrunq; sexum, & in infinitum extendit. Nec modò liberorum, sed natorum nomen ad idem produci. Liberosq; habere non eum dici solùm qui plures, sed qui unicum habeat filium: In cuius sentētiam reliquorum iuris peritorum opiniones postea concessère. C. tamen Caligula cùm nullum rapinis modum faceret, posteros non ultra filios extendi nequiter cauillatus est. Lampridius uerò in Alexādri uita à uulgi sermone non diuersus: Parentis nomine non superiores modò, sed cognatos affinesq; comprehendi censuit. Ex quibus sinè controuersia liquet, id de quo uerbis disceptabat, pari multa afficiendū, qui auū paternū, qui supra parentē est: uel patroni nepotes, qui inferiores sunt, in forū uel iudicium traxerit: q̄ qui parentem, aut patronū, uel patroni filios, incōsulto Prætore, in iudiciū uocauerit.

Liberos habere qui dicatur.

¶ Quæ & quot curiæ Rhomæ fuerint, & uerbū curia sinè adiectione nominis, quam curiam designauit. Caput XVI.



DEAMBVLABAM aliquando Rhomæ cum Pomponio Læto, uiro literarū, & locorum ueterun exequentissimo. Cunq; antiquitatis studio ruinas Vrbis, & ueterum monumenta quicquid uisendum esset, & memorabile scrutaremur: in ruinis templi Pacis, grandioribus literis extantibus effractum ibi marmor legimus hac inscriptione. IN CVRIA HOSTILIA. Quærebat à me Pomponius, ubi nam curiam Hostiliam quondam fuisse crederem? Cunq; me arbitrari apud rostra Hostiliam curiam fuisse, ibiq; Tullum

Hostiliū Regē curiā iuxta Rostra cōstruxisse (authore Varrone) respōdissem: Rostra autē in foro esse Rhomano: Siquidē ex Rostris nauiū Anciatū, suggestū in foro extructū legimus: in quibus clarorū uirorū imagines, qui Reipub. nauarūt operam, pro immortali gloria sæpe statui, & coli solebāt. Fuisseq; duorū generū curias: Vnū in quo Sacerdotes res diuinas, sacra, & cerimonias, cultusq; Deorū curarēt: Alterum ubi Senatū de rebus publicis, & ad populum pertinētibus cōsulerent. Quid tu, inquit Pōponius, cùm simpliciter curiā nulla cognominis adiectione apud authores legimus nominari, de qua intelligi oportere cēses? Statuā enim Porsennæ accępim⁹ iuxta curiā fuisse: sed de qua intelligi deceat nō sanè definitū est. Nam & Calabrā curiā legimus iuxta Capitoliū: quæ casæ Rhomuli fuit ꝓxima, quā sinè calatione aperiri nō licuisse scribit Varro. Et ueteres curias, ubi Pontifices de sacris sacerdotijsq;, & religione Deorum, deq; cerimonijs cōsulebant. Et Pompeij curiā, in qua Senatus frequēs est haberi solitus: ibiq; Iulius Cæsar, Idibus Martijs cōiuratorū manib⁹ oppressus, interijt. Et aliā cognomēto Pompilianā, nouicia denominatione: & Diui Iulij, quæ Iulia dicta est: & Augusti curiā, quā in Comitio ipsum cōsecrasse memorāt: in quibus templa per augures, ne ꝓphana essent loca, néue ædita senatuscōsulta irrita forent, inaugurata fuêre. Et Gerusiā quę Seniorū dicta, & Octauiæ, sicut Leucadiā ac Saliorū. Siquidem Salij ꝓpriam habuere curiā. Atq; oēs deniq; curias suis noībus notatas, definitasq; uidemus. Sed quia nullo nominis cognomēto frequēter curiā apud authores legimus, de qua intelligi cōueniat equidem dubito. Tamē si me opinio nō fallit (inquit Pōponius) memini Asconiū Pedianū dicere: Rostra ad Comitiū propè iuncta Curiæ fuisse: nulla propria denominatione exprimens Curiā, licet aliò trāslata, & noua postmodū facta sit. Ex hoc arbitror (inquit) id qđ necessariò redūdat: cū in Rostris olim curia Hostilia fuerit: ut Varro & authores tradunt: cū simplici nomine curiā absq; cognomento enunciari uidemus, anteq̄ alio trāslata foret, de Hostilia, quā ibi legimus fuisse, intelligi oportere. Ad hāc curiā ad dextrā supra Comitiū Græcostasis erat, statio Legatorum exterarū gentiū, & nationū. Ad quā si iniuriam quæsti uenirēt, aut mādata haberent, accedentes præstolabantur, & subsistebāt. Athenis multiplices fuêre curiæ, inter quas Cholargea præcipuæ nominationis, quòd inde Pericles oriundus foret: & Phylaidarum, ex qua Pysistratus, & alia magistratuū curia, ubi iura dabāt, quod Prytanion dictum est. Megarenses uerò, cùm eorū curiam, in qua Timalci tumulus fuit, inter mira, & memoranda ducerent, tanq̄ quid uisendum & mirificum, propter maximas substructiones, M. Antonio ostendisse dicuntur. Mox sciscitantes quid de illa sentiret: arbitrati miris illam laudibus eius testimonio celebrari, Futilem & nullius pensi iudicauit. Cui haud absimile est quod de Chijs proditur: qui cùm ex Chio marmore, uersicoloribus maculis, Vrbis muros, tanq̄ quid mirum Ciceroni ostentarent: magis mirum fuisse, si ex Tiburtina marmore illos construxissent, allegauit.

Curiæ duorū generum.

Calabra curia.

Curia per se quid sibi uelit.

Græcostasis.

Curiæ multiplices Athenis Prytanion.

Ciceronis dictum.

¶ Quæ fuerint Rhomanorū Tribuum nomina, & unde dictæ denominatæq; sint: & quæ apud exteros celebrentur. Cput XVII.



TRIBVS Rhomanas, quas V & XXX fuisse constat, unde dictæ, queq; singulis nomina fuerint, quia subobscura quæstio est, nec satis obuia, in Vesuuino meo, dum ruri agerē, indagare uisum fuit. Rhomulū Vrbis conditorē in III Tribus populū diuisisse. Titiensem à Tatio, Rhamnēsem à Rhomulo, & Lucerē à Lucumone: singulisq; illarū Tribunos præfecisse, & quāq; Tribum in X curias partitum esse, illisq; Curiones præposuisse, ita ut XXX essent curiæ, Dionysius author est. Rursus singulas Curias in Decurias, præfectosq; illarū Decuriones dixisse, ut in sua quisq; Curia sacra facerēt, suāq; aram haberēt: ubi Iuno Mēsalis, quę Quiritia dicta est, colebatur, feriasq; obseruarēt, ac ex raptarū noībus Decurijs noīa fuisse, multi asseuerāt. Tullus uerò Hostilius in honoribus, & magistratib⁹ dādis fecisse dicit̄ Turmas, sicut erāt Athenis Curię, quę uice Tribuū rogarent. Aucta mox ciuitate, & lati⁹ ꝓpagato Imperio, Tribus simul cōstitutas,

Rho. Popu. in treis Tribus diuisus.

Curiæ.

Decuriæ. Decuriones. Iuno mensalis & quiritia.

& numero auctas, ut postremò V & XXX fuerint. Ac ex locis quibus duxêre originem, aut à conditoribus, nomina tulisse authores tradunt: ita ut post pugnam cum Latinis ad Regillum lacum, tūc primùm, XXXI Tribus Rhomæ factas inueniamus Ascitis deinde nouis ciuibus, ad V & XXX illas, ꝑpagasse facile crediderim. Rhomilia ergo Trib⁹ quæ & Quirinalis dicta, quòd à Ramulo instituta, ex his quos in ciuitatē asciuerat ex agro, quē de Veientibus cæperat, & ex Sabinis: & Titiēsis, siue Titia à. T. Tatio, dictæ nominatæq; sunt. Procedente mox tempore, cùm Tarquinius Priscus III adijcere tribus ueteribus uellet, augurio detentus est, quo minus faceret: A Seruio Tullio post classes, centuriasq; cōstitutas, Suburranam, Palatinam, Exquilinam, Collinam, quas Vrbanas appellauit, & à parte cœptæ Vrbis nominauit, additas fuisse memorant. In quas manumissos, si Reipu. Romanæ participes esse uellent, ut unà cum ciuibus censerentur, distribuit. In has quatuor Vrbanas. Q. Fabius Rullus, omnem forensem factionem postea excretam Cēsor coegit, quod adeò Populo gratum dicunt fuisse, ut ex hoc Maximi nomen assequi meruerit. Proditū tamen memoriæ est, temporibus Syllæ, libertinos ex factione Carbonis, & bello sociali Latinos populos, in V & XXX Tribus diuisos, ius suffragij habuisse. Lapsis inde tēporibus, cùm Cn. Manlius Tr. plebis, homo summa temeritate, perniciosissimas leges ferre uellet, ut libertinis in omnibus tribubus ascribi & suffragari liceret: ita à Cn. Domitio Prætore truci oratione confractus fuit: ut sublata rogatione, turpissimè destiterit: Demum Clodius Tribunus plebis, dum infensis animis Patricios insectatur, ut libertini qui in tribus solum Tribubus suffragia ferebant, in Vrbanis quoq;, quæ ingenuorum sunt, suffragari possent, legem tulit & promulgauit: quod aliquandiu mansit. Præterq; has Vrbanas, reliquæ Rusticæ dictæ, à quibus transire ad Vrbanas Rhomano ciui fuit probro datum. Est tamen literis proditum, Scipionem Nasicam, licet moribus spectatissimum, à rusticis tribubus, ædilitatis repulsam tulisse, quòd candidatus dum obuias manus daret, & suffragia ambîret, rustico opere duratas manus illis obiectaret. Ab Appio uerò Claudio, cùm ex Sabinis magna clientum manu Rhomam commigraret, Claudiam tribum, & Lemoniam à pago Lemonio, qui extra Capenam uia Latina fuit, dictas memorāt. Sic Pontia, Crustuminia, & Scaptia ab oppidis, quorum ciues in Vrbem asciti fuerant, dictæ nominatæq; sunt. Ea enim Vrbs Scaptia in agro Campano fuit: Crustuminium in Sabinis. Post uerò incensam à Gallis Vrbem, cùm Camilli opera ciuitas restituta foret, quatuor ex nouis ciuibus, qui in ciuitatem asciti erant, tribus additæ sunt, quas ex locis nominatas facile crediderim. Hæ fuêre Stellatina, Sabatina, Tromentina, & Armensis: quas etiam Vrbanas appellari audio. Sed hæc Scaptia, & Sabatina, quæ & Fabiana dicta est, peculiares quondam Diuo Augusto fuêre: atq; ideo cùm in campum descenderent, ne quid à quoq; desiderarent, pluribus ab eo muneribus donatæ sunt. Armensis seu Narniensis, ea tribus fuit, in qua cùm Liuius Censor nomen ferret, Claudius Nero, cum quo censuram frequentem iurgijs egit, quòd nō sincera fide secum redijsset in gratiam: eundem Liuium equum uendere iussit, reddens talionem. Quippe Liuius citato nomine Claudij, in Pollia Tribu ob ueterem simultatem prius equum uendere coegerat: Sabatinam uerò à lacu Sabate nuncupatam uolunt. Papyria quoq;, Pupinia, & Pupilla ex suis progenitoribus uocantur. Quāuis Pupinā ab agro Pupino dictam, est non immeritò existimatum. Meciam à Mecio oppido claro & peruetusto, cuius memoria intermortua est, quidā dici opinati sunt. Hāc Meciā, M. Liuius Salinator in cēsura cùm cæteras tribus ærarias fecisset, quòd se ut nocentē condemnassent, & postea COS. Censoremq; fecissent, solam multam exemit, & sine noxa reliquit. Phalerinam, & Ophentinam. L. Flacco, & L. Plaucio COSS. additas Tribus accæpimus. Sed Ophentina ab Ophente fluuio dicta est. Sic Volcinia, Terentina, & Faucia: quarum sicut loca originis ob uetustatē interciderūt, ita nomina originū abolita, memoria obliterata sunt: Sed Fauciam pluribus cladibus insignem, si quando in comitijs prima rogabatur, uelut tristi omine infamem & detestabilem, omnes abominandam putasse, authores memorant: Constat enim hāc Fauciam tempore captæ Vrbis, quo ad

Rhomilia tribus siue quirinalis.
Suburrana. Palatina. Exquilina. Collina. Vrbanæ Tribus.
Fabius unde maximi cognomen adeptus.
In xxxv Tribus Latinus pop. diuisus.
Libertini in urbanis suffragabantur.
Tribus rusticæ.
Scipio Nasica repulsam à rusticis Trib. tulit.
Tribus Claudia & Lemonia.
Crustuminia. Scaptia. Stellatina. Sabatina. Tromentina. Armensis.
Armensis, seu Narniensis.
Sabatina. Papyria. Pupinia. Pupilla. Mecia.
Phalerina Ophentina. Volcinia. Terentina. Faucia.
Faucia in comitijs primum rogata, exitiale omen afferebat.

quo ad Aliam fœdè pugnatum est, & Caudinæ pacis, & ad Cremerã infelicis pugnæ, quo pericula & terrores Respub. perpessa est maximos, primam rogatam fuisse. Ideo si quando rogabatur prima, tristitiam, & calamitates, exicialeq; omen adferre credita est. Neq; ignoro Mentinã, Polliam, & Galeriam, haud longè post, additas Tribus, cæteris adnumerari: quas ex locis nomina sumpsisse, haud dubiè existimarim. Hæc enim Pollia Tribus fuit, quæ cùm Flauiam rogationẽ de pœna Tusculanis irroganda, quorum consilio defectiones à populo Romano fiebant assiduè, omnes Tribus antiquassent, sola uerberandos necandosq;, eorumq; bona iure belli publicanda censuit: quod tam ægrè Papyria tribus tulit, ut neminem ex Pollia candidatum Papyria, quæ Tusculanis pronior erat, ad honores euehi passa fuerit. Quo autem tempore lex de ambitu à C. Petilio lata est, Pomptinam & Publiciam, mox Anthesim, & Velinam adiectas Tribus fuisse constat. Hæc enim à Velia ædito Vrbis loco, seu à Velino lacu, cuius incolæ in ciuitatem asciti fuerant, denominata fertur. Quamuis Velinam cũ Exquilina in Vrbem uno tempore ascitas Liuius tradat. Sed Anthesis Iuniorũ plerũq; fuit: cuius in dandis nominibus sors prerogatiuæ plurimũ ualuit. Præter quas fuere Aniensis, Aemylia, Sergia, & Cornelia: ex claris Corneliorũ, & Aemyliorum familijs ductæ; quorum authores nomina familiarium dando tribubus ad posteros famam nominis transmisère. Sed Aniensem, M. Fuluio Peto, & T. Manlio Torquato COSS. tribum ueteribus additam inuenimus. In Aemylia autem, ut Formiani & Fundani: in Cornelia, ut Arpinates nomina ferrent, quãdoq; rogatione promulgata cautum fuit. Præter quas erat prærogatiua Iuniorum & Seniorum: quibus Veturiæ & Galeriæ nomen. Nanq; ex ipsis Centurijs, facto iterũ delectu ex Iunioribus & Senioribus præstantiores ætate & dignitate, in proprias Centurias seligebant: quarum in ferendis suffragijs erat prærogatiua & primus honor. Hoc tamen dicere ausim, actores Atellanarũ hoc priuilegio datos: ne Tribu, in qua ascripti erãt, à Censoribus amouerentur. Sicut Augustus histriones immunes uerberum fecit, & ne flagellis cæderentur edicto inhibuit. Quodq; ex V & XXX Tribubus in comitijs si quando rogarentur, quæ plures in eandem sententiam irent, cæteris præuaisse, eamq; Tribum, cuius in ferendis suffragijs prærogatiuæ fauor inclinauit, & quæ primò suffragrabatur, cùm ipsius authoritatem omnes Tribus facile sequantur, tantum roboris habuisse, ut pro quo candidato suffragium tulerit, eum aut ipsis comitijs, aut in proximum annum ad honores prouexerit. Illud quoq; non est ab re dixisse, Athenis X Tribus, quarum suffragijs, pacis bellíq; temporibus, Respub. stetit, à Regibus qui imperitarũt, nomina sumpsisse: singulasq; Tribus in X genera distinctas fuisse. Ex IIII enim Tribubus, in qua olim ciuitas diuisa fuit, Clisthenes X effecit. Nanq; à Cecrope, qui primus regnauit, Tribus Cecropis dicta, sicut Egis altera, tertia Erichthis, Pandionis, Athamantis, Antiochis, Leontis (ex qua Themistocles fuit) Oenis, Eantis, Hippocoontis: quibus per subsequentes Reges duæ additæ, Antigonis, & Demetrias, ab Antigono & Demetrio: qui ex suis nominibus, X ueteribus illas adiecêre. Hanc Eantidem ferũt, cùm fortiter contra Mardoniũ & Persas pugnasset, illosq; turpi fugasset fuga, ab Atheniensibus hoc proprium tulisse, ut soli illius tribules Spargiticis nymphis sacrum uictoriæ faciant quotannis, impensa publica. Post quas fuêre, Alopecia, Athenonea, Peanica, Decelensis, Sphecia, Acharnas, Agraleuta, Alimusos (ex qua Thucydides & Lacyas, unde Milciades) mox illis prioribus adiectæ, ex quibus iudices qui iura darent in foro, deligebantur. Eratq; cõstitutum, ut nisi Cypriorũ princeps, Tribus Atheniensiũ nemo sorte educeret. Thuriorũ quoq; Vrbs in X pariter Tribus diuisa fuit, quas ex gentibus quæ in ciuitatem ascitæ fuerãt denominarunt. Siquidem ex Arcadibus III Arcadicæ. Reliquæ uerò Bœotia, Amphictionida, Dorida, Lyda, Athenaida, Euboida, & Nesyotis, nomina tulère. Fertur'q; idẽ Clisthenes Tribus Doriensium, ne forent eædem Sicyonijs quæ Argijs, diuersis nominibus notauisse. Nam præter Tribum suã, cui Archæ nomen erat, reliquas ludibrio habitas ex brutis appellauit. Quippe Hyatas, id est, suales, aliquib' Oneatas, hoc est, asinales, reliqs Chœreatas, hoc est, porcales nomina indidit:

Mentina. Pollia. Galeria.

Pomptina. Publicia.

Velina. Anthesis. Aniensis. Aemylia. Sergia. Cornelia.

Veturia. Galeria.

Atellanarum actorũ priuilegium. Histrionũ priuilegiũ.

Tribus decem Atheniensium.

Eantidis tribus prærogatiuum.

Tribus decem Thuriorum.

quibus mox aliud dixêre nomen, hoc est, Hyleas, Pamphilos, Diamātes, & Egyleas. Helei uerò, cùm XII Tribus forēt, postea bello Arcadico parte agri amissa, in VIII relapsi sunt: rursus restituto agro, eò uenêre, ut X fierent. Traditum quoque est, Corinthios, postquàm in unam ciuitatem asciti fuêre, in VIII Tribus distinctos fuisse, quarum nomina prodita non sunt. Et Pyrenses, inita cum Attalo societate, de noua tribu Attalida X ueteribus adijcienda conuenisse, quod postea subsequutum est. Spartæ uerò Aegida & Pitana præcipue Tribus fuêre, ex qua Menelaus oriūdus fuit. Sicut apud Boios Tribus Sappinia. Persæ autem urbes in IIII sæpe curias diuisêre: unam pueri tenebant, & qui erant ætate imbelli, ad primam usque lanuginem. Alteram adolescentes primo flore ætatis, quibus ad militare munus satis erat uirium & roboris. Tertiam ætate matura uiri. Quartā senio affecti: qui nullo impliciti negocio, militiæ muneribus uacabant, uitamque ocio exigebant. Hyberos quoque apud Albanos in quatuor genera diuisos comperimus. Vnum ex optimatibus, ex quibus deliguntur Reges. Secundum ex Sacerdotibus. Tertium ex Agricolis, & militibus. Quartum ex plebeis, & popularibus. De Magarensibus uerò traditum est, olim in quinque Tribus omnem regionē diuisisse, ut distinctio ordinis fieret, ex quibus alij Heraci, nonnulli Piraci, alij Megarenses, plerique Traspodicei, ultimi Cynosurci dicti. Indi autem non per ætates & tempora, sicut Persæ, sed per munera & artes singulos populos in septem tribus partiti fuêre: in Philosophos, Agricolas, Pastores, Artifices, Milites, Ephoros, & Consiliarios: qui licet essent pauci, & seuerissimis moribus astricti: tamen examussim facta Regum pensitabant, & certa lege examinabant.

Tribus duodecim Helei. Tribus octo Corinthiorū. Tribus spartarum. Tribus Boiorū. Curiæ urbium Persarum. Tribus Hyberorum. Tribus Megarensium. Tribus Indorum.

¶ Historia de Scipione Asiatico, & morte Aemyliani Scipionis: quæ incerto authore fuit. Caput XVIII.



SCIPIO cognomento Asiaticus, superioris Aphricani frater, post superatum Antiochum, & Asiam bello uictam, peculatus crimine accusatus à Tribunis plebis quandoque fuit: cumque in carcerem duceretur, Tiberius Gracchus Tribunus plebis (qui antea quòd de Repub. cum Aphricano dissentiret, infensus Corneliorum genti fuerat) intercessit, eumque ne in carcerem mitteretur inhibuit: cuius rei beneficio, amicitia inter eos conciliata, & affinitas fuit. Siquidem solenni die, cùm Ioui epulum in Capitolio libaretur, Corneliā filiam maturam uiro, ei desponsam dedit, quā ille tam cupidè dilexit, ut duobus anguibus deprehensis in cubiculo, cùm Haruspices respōdissent, mare angue dimissa, fore ut Cornelia mortē obiret: fœmina autē, se occasurum: maluerit. T. Sempronius marē potius extinguere, q̄ illa morte obita, superesse. Ex hac Cornelia Sempronius XII filios sustulit: qui omnes mortem obiere immaturā. Ipseque haud multo post, duobus consulatibus & triumphis pariter clarus, ac censuræ honore insignis, moritur: superstitibus Tiberio & C. Gracchis summis oratoribus, præcellenti ingenio, & suorum temporū eloquētissimis: ac Sempronia filia, quos ex Cornelia genuerat. Sed Tiberius cùm legem agrariā turbulentissimā, inuisam Patribus, cōtra Senatus decreta tulisset: nouasque alias haud minus perniciosas ferre contenderet: duce Scipione Nasica, concursu hominū interficitur. C. uerò Gracchus Tri. plebis, dum improbis cōcionibus Rempub. uexat, actaque sua tueri uult, neque abrogari patitur, duce Opimio COS. Serui manu cæsus occubuit. Sempronia autē Scipionis Aemyliani (cuius summa dignitas, magnæque res gestæ fuere: qui ob Carthaginem, & Numantiā fundit⁹ euersas, minor Aphricanus, & Numantinus cognominatus est) coniugium sortita fuit: cū qua non modica simultate & penè dissidio, quòd eam ob morum prauitatē osam haberet, aliquādiu uixit: uenitque in suspitionē ipsius necis, quæ fuit authore incerto, non minimam causam præbuisse. Quanque de C. Graccho, & Fuluio Flacco eius familiari pariter ambigi dubitarique uideamus. Hic enim Scipio, licet Maximus Imperator, tantæ fuisse traditur abstinentiæ, ut annis quatuor & quinquaginta, quibus in humanis

Scipio Asiaticus peculatus accusatus. Amor erga uxorem. Tiberij Gracchi mors. Semproniæ cū Scip. Aemylij coniugium. Scip. Aemylij abstinentia & frugalitas.

manis egit, nihil dicatur emisse, nihil uendidisse, nihil ædificasse: atq; in tanta rerum affluentia & opibus, quibus Carthaginem & Numantiam deleuit funditus, haud plus tribus & triginta argenti libris, auri uerò duabus reliquisse. Qui Tribunus adhuc militum, dum stipendia faceret: magnum Catonis futuræ magnitudinis testimonium tulit. Siquidem interrogatus qualis inter primores iuuenum uideretur Scipio: hūc solùm sapere, cæteros uerò uelut umbras ferri respondit. Quod compar fuit cum Antigoni dicto de Pyrrho: quem magnum futurum uirum si senesceret: & Scipionis de Mario, quem proximum post se Imperatorem, professi fuerunt. Is quoq; cùm ab Appio Claudio competitore in censura conuitijs iactaretur, quòd ciuium nomina ignoraret: curæ sibi fuisse potius ne à quoquàm ignoraretur, quàm multos nouisse, respondit. Illud planè constitit, post Aemyliani necem, homines de Sempronia uxore, quoquo modo merita, nec minus de Cornelia socru tanquàm eum ueneno interceperint, propalam loqui solitauisse: idq; non incertis authoribus probari. Hæc nos de Gracchis, propter harum rerum studiosos, quo facilius innotescerent, nō omittenda putauimus.

Catonis. de Scipione elogium.

Scipionis apophthegma.

¶ Quanta & q̄ uaria Iurisconsultorum opinio fuerit de supellectili, & quæ supellectilis nomine comprehendantur. Caput XIX.



QVID SIT supellex, quidue suppellectilis nomine comprehendatur, uariè inter Iureconsultos dissensum est, pugnantiaq; studia inter eos, opinionesq; fuere: alijs alias res supellectilis appellatione designantibus, omnes autem ita definiere, ut domesticū patrisfamilias instrumentum rerum ad quotidianum usum paratarum, suppellectilem esse dicāt. Quæ autē res huiuscemodi sint quotidiani usus, quas in supellectili adnumerari conueniat, sententiæ uariarunt, magnaq; inter eruditos, & perpetua dissentio fuit. Pomponius uir, ut in illa quisquis ætate, consultissimus: domesticum patrisfamilias instrumentum, quod neq; auro, argentoue facto, aut uesti annumeretur supellectilem definiuit. Florentinus inter iurisperitos authoritate non minori, præter hæc, animalia excepit: itaq; equi, boues, gallinæ, anseres, & cætera hoc genus, quæ pecorum numero habentur, q̄uis in quotidiano usu forent, in supellectili nō haberi censuit. Paulus autem iuris æquæ peritissimus, uasa ænea uulgaria, quæ proprio sunt loco sita, capsasq; uel armaria, quibus uestes librique continentur, & si quotidiani usus causa parata, in suppellectili adnumerari negauit. Alphenus, qui Seruij Sulpitij discipulus fuit, illa quæ ad artificij aliquod genus seorsum pertinerent, & nomen sui generis separatum haberent, in supellectili non haberi dixit: itaq; pugillares, & codices, tum fabrilia arma & militaria, iuxta Alpheni sententiam, in supellectili non sunt. Tubero negauit ea quæ in penu forent: præterea argentum, uestem, mundum muliebrem, & alia ornamenta, instrumentum agri, uel domus supellectilis appellatione contineri: reliqua uerò quæ in quotidiano essent usu, in supellectili adnumerauit. Papinianus autē Scæuolæ discipulus, cui in aduocatione fisci successit, magnæ apud Seuerum authoritatis, mensas argenteas, uel eburneas, argenteosq; lectos, & argentea candelabra, legata supellectile, deberi dixit: argentum tamen escale uel potorium, in supellectili esse, Modestinus negauit: fuitq; sententia LABEONIS, quæ deliciarum magis, q̄ usus causa parantur, quæq; in eximio cultu forent, inter supellectilia non cēseri. Myrrhea uerò, quæ uescendi causa parata sunt, licet in delicijs forent, in supellectili tamen adnumerari. Sed in hac quæstiuncula, quia uulgaris fere, & protrita est, nimiùm immorari nullum operæprecium fuerit. Illud certè dixisse, haud piget, in supellectili cōtineri, mēsas, trapezophoras, delphicas, subsellia, scamna, lectos, etiā excultos gēmis & auro, culcitras, stragula, & thoralia, quibus lecti thoriue insternunt, nō autem uehicula: nam illa instrumēti uiatorij esse Florianus ait. Præterea pelues, q̄uis argenteas, candelabra, & craterē, etiam argenteum, myrrhina, crystallina aut uitrea escaria, uel potoria, lucernam quoq;, & trullam. Adde uasa ænea uulgaria, quæ proprio

Supellex.

Pomponius.

Florentinus.

Paulus.

Alphenus.

Tubero.

Papinianus.

Modestinus.

Labeo.

non essent loco affixa, & si quid paratum foret quotidiani usus causa, præter illa quæ modò excepta fuere. Ex quibus datur intelligi id de quo dissentio erat: quid uerbo supellectilis dici, comprehendiq́ oporteat. Sed quia de escario argento, & delphicis mentio est, non omittendum, literis proditum esse: Delphica dici uasa, quorum nulla mutata forma, uarius & multiplex usus foret. Nanq́ ita erant fabrefacta, ut duplici facie diuersis usibus inseruirēt. Siquidem Delphi uasa elaboratæ artis habuere, ita ut poculorum uicem præstarent, & clypeorum loco usui essent. Trapezophoras uerò, mēsas fuisse ornatu magno, quæ effictis imaginibus sustinebantur, quales hodie in uetustis marmoribus sæpe uisuntur. Quippe mensarum species apud ueteres multifarias legimus: Scilicet Trapezas, quas Magidas Græci uocant & Tripodes, & Micotrapezas, in quibus modica parabatur cœna, & Epidorpias, Vrnarium, & Cylibantum, & alia mensarum genera, si cui illa prosequi libeat. Inter escarium uerò argentum etiam aquæ manaria, id est, uasa abluendis manibus accōmoda, quæ Latini Gutturnia uocant. Pomponius de auro & argento legato contineri putauit.

Delphica uasa. *Trapezophoræ.* *Microtrapezæ.*

¶ In qua ætate milites apud Rhomanos legi consueuere, & quæ fuerit disciplina militaris, quódue iusiurandum. Caput XX.



QVIDE militari disciplina libros posteris reliquere, eos haud ferè quenq̄ minorem VII & X annis, aut VI & XL maiorem, militiæ, & tyrocinio adscribi uoluisse constat. idq́ à Seruio Tullio uetere censione cautum fuisse primùm: quod æuo subsequente à C. Graccho lege sacrata sancitum fuit: causa autem hæc est, quòd citra eam ætatem aut supra, uelut immaturos, aut præduros, & effœtos, militiæ rudimentis minimè idoneos putarunt. Ideo uetus constitutum erat, Iuuenes nisi post pubertatem, & primo flore ætatis, dum per ætatem laborem militarem ferre possent, florentes uiribus, & eos ex urbana sæpius agresti iuuentute rusticis operibus duratos, militari sacramento, & muneri adigere, singulosq́ militiæ per numerum in iuniorum tabulis adscribere, qui Catalogi dicti, illosq́ ex corporis habitudine, si apti militiæ, si lato pectore, si ceruice erecta, si fortis, & strenuus: quæ species, qualisq́ uigor, & quod robur uirium foret internoscere, ut illorum forti fideliq́ opera, Respublica uti possit. Nam nimis pinguem, deformem, aut mancum, desidem, aut uæcordem, tanq̄ minus utiles, militiæ non adscribebant. Quippe Cato Censorius pinguem militem uelut Reipu. incommodum iurè incessiuit: cuius inter guttur & inguem, cuncta sub uentris dominio forent. In qua semel adscriptus, nisi propter demerita exauctoratus foret, ipso nolente, deleri nequibat. In quo id sedulò cauebatur, ut primum militiæ uinculum putarent sacramēti religionem. Secūdum, singulorum amorē uelut inexplicabilem nexum, cum his qui unà mererent. Tertium deserendi nefas. Quibus ad militiam admissis, primo anno custos, sub quo disciplinam ediscerent, & magister sub cuius imperio tyrunculi acuerentur, publicè dabatur, ne expertes operum militarium, arma tractarent. Diuus uerò Iulius Equites Rhomanos, aut Senatores armorum peritos, sub quibus militiæ nescij erudirentur, magistros dedit, quorum præceptis imbuti, perstando & peruigilando, militare rudimentum deponerent, legesq́ pugnandi, & prælij normam, ac dictata internoscerent. Primusq́. P. Rutilius COS. Collega Cn. Manlij, è ludo Cornelij Scauri doctoribus accersitis, plagas uitandi, & inferendi militibus præcepta dedit: Inde ne temere & sinè arte pugnarēt, utq́ tyrones sub disciplina essent, & militaribus imbuerētur præceptis, Tribunis datū negotiū fuit. Quos optimis disciplinis institutos tandem militiæ adscribebāt. Apud Persas uerò magistri rei militaris, grādiori ætate fuere, nec citra annū L, sub quib9 parata instructaq́ acie, parcè primùm & modicè, mox exactissima cura militiā ediscebant: apud quos Iuuentus à uigesimo ad quinquagesimū annum militare cogitur: ultra uerò arma tractare uetitum. Siquidem lex militaris etiam Rhomanis à quinquagesimo anno militem non tangebat. Apud alios inoleuit mos, ut post annum quadragesimum militiæ tyrocinio neminem adscriberent: post quinquagesimum

Tyronum & Rudiariorum ætas. *Catalogi. Habitudo corporis in militiam adscribēdorum.* *Militiæ uincula.* *Tyrunculorū custos & magister.* *P. Rutilij præcepta pugnandi.* *Tributorū munus.* *Magistri militiæ apud Persas grandæui.* *Aetas tyronū & rudiariorū apud diuersos.*

gesimum uerò militare desineret, hisque uelut perfunctis militia, missio daretur. Quod Scytharum legibus cauebatur, ne hominem sexagenarium militiæ admitterent. Aegyptijs in more fuit, ut Calasiries, qui præcipui habetur milites, à nullo doctore, sed à patre solùm militiæ præceptis erudirentur. Phocion uerò, ut Athenienses nimis bellicosos à belli furore, delectu acerbo cohiberet, quod libentes & cupidi appetebant, lecta Iuuentute, etiã octogenarios, emeritis stipendijs, coegit dare nomina. Camillus contra Latinos & Volscos magna mole dimicaturus, Seniores quibus aliquid uirium superesset, in sua uerba iuratos cẽturiauit. Rhomani quoque bello Hetrusco, & sæpe aliâs, Seniorum cohortes post emerita stipendia, quin etiam libertinorum ad militiam exciuere. Et Marius magnæ partis milites, Seniores qui multa stipendia meruissent, & capite censos, sacramento asciuit. Quod Alexander Macedo fecisse dicitur, ut ducturus cõtra Darium, ueteranos peritos belli, millitiæ adscriberet. Non sic Conon, qui ut exercitum suppleret, Atheniensium pueros immaturos annis, quibus uires nõ suppetebãt, & Senes legit. Milites uerò in castris, nisi Romanos ciues uel Latini nominis, Leuium tamen armorum auxiliares externos, sacramento Rhomani adigere solitauere. Contrà uerò Cyri consiliũ fuit, nõ modò ex ciuibus suppleri milites, sed uelut optimos e quos è longinquo quæri oportere. Idem apud Alexãdrinos uetusto more seruatum est, ut nullos milites nisi peregrinos militiæ admittant. Proditumque memoriæ est in fœdere quod cum Rhomanis & Antiocho ictum est, caueri, ne milites sub ditione populi Rhomani conducere, aut uoluntarios habere liceret. Inter auxilia tamen minor, in legionibus longè maior militum numerus ascribi assueuit. Sed tamen legionariorum, & arma grauiora, & disciplina fuit sæuerior: auxiliariorum uerò minor, nec tam exactæ diligentiæ: quibus in prælium euntibus, præter sagas togasque, & rectam tunicam, album, aut rubrum paludamentum, quo socios ab hostibus internoscerent, publicè dabatur. Aphris uerò, Caunis, Numidis, Lacedæmonijs, & Massagetis, in bellum profecturis, russatas uel puniceas ferre uestes moris erat: ut eo argumento uulnera, & sanguis effusus non innotescerent: confidentiusque & sinè pauore dimicarent: id quod apud Persas in usu fuit. Nanque Artaxerses ducturus contra Cyrum, milites rubro sagulo ornauit, Cyrus albo. Agesilaus quoque ita copias instruxit armis, ut omnia ærea puniceа uiderentur. Thraces pullas induti tunicas, in acies prodeunt. Cõtrà Mybæ & Aethiopes, candido amictu. Samnites discolori ueste præliantur, nonnunq̃ candida. Boi et Insubres auratis sagulis: Galli uirgatis cum torque aureo: Britãni Glasto infecti. Est enim fullonia herba, quæ atro colore inficit, & hominem decolorem facit. Geloni hostium cutibus ornati, quo truculẽtiores uisu, & aspectu formidabili essent. Aethiopes dimidiatum corpus Minio, dimidiatum Gypso solent illinire. Fertur C. Cæsar, ut in conflictu bellorum cunctis innotesceret, ad prima signa nouo colore amictus, & diuerso armorum habitu insignis prodijsse. Et Lucullus cũ Thorace squamoso, & amictu purpureo præliari. Gylippus uerò maximus Imperator, sordida ueste & semilacera, ac cultu neglecto conspicuus erat. Agis quoque Lacedæmoniorum dux à gregario milite nihil differebat. Sicut Agesilaus, qui cultu corporis uili exultabat, exercitu autẽ ornato. Contra Alexandrum Macedonẽ insignem, cùm Regio habitu, tũ Siculo amiculo, & lineo thorace, duplicita ac ferrea casside, auro & gemmis, arma honestabãt. In quo illud traditur mirum, dum in India prçliatur, concussis armis, uisum Barbaris lumẽ infundere, & monstrum ante se agere: Quòd compar fuit cùm Epizelo Atheniensi, qui (ut tradit Herodotus) in pugna Marathonia dum præliatur, uisum mõstrum, quod ante se conspiciebat, occidere nisus, luminibus captus perpetuò mansit. Etiam Tiberij equus in conflictu belli, ore flammas interdum emittere uisebatur. C. tamen Gracchus legem tulit ad populum, de uestibus publicè militibus dandis, sinè stipendiorum diminutione. Inde institutum, ut singulis militibus sagæ togæque in hybernis dentur. Præualuitque mos, ut in bellum profecturi Rhomani milites, singuli in tabulis describantur: illorũ ut qui prælio ceciderant, nõia reuersis innotescerent: utque in delectu cõscribendo, primus miles bono omine, tanq̃ inde faustum, felixque auspicium futurum sit, conscribatur. Id enim boni ominis esse, & prosperos euentus facere putabant. Apud Persas

Calasiries.

Senes in militiã ad scripti.

Romani externum militẽ in castris non admittebant.

Aliæ atque aliæ uestes habitusque militiam proficiscentiũ.

Glastum.

Imperatorum & ducum alij atque alij ornatus in bello.

Visiones monstrosæ in bello

Lex de uestibus publice Militibus dandis.

In bellum profecturi.

inualuit mos,ut profecturi in bellum, in cistã ante Regis tribunal singuli singulas sagittas immitterent,mox reuersi,quisq; repeteret suam,ut ex remanentibus,illorũ qui prælio cecidissent numerum internosceret.Hi ergo in castris militiam edocti, hyeme pariter atq; æstu diebus singulis mane,& post meridiem,locum tenere,signa sequi,ordinem seruare,fossam fodere, figere uallum, militari gradu incedere, & alia militaria

Tyronum institutio.

facere quotidiano usu ediscebant.Nam Ducibus,Centurionibus, & Tribunis, præcipuè curandum erat,in locis,ubi statiua habebant,cogere Tyrones milites, cùm primũ merere cœpissent stipendia,ne sinè consilio,sinè imperio in hostes tenderent,per turmas hinc inde crebrò concurrere,decurrere,clamare,locum tenere, imperium seruare,iussa exequi,seq; in orbem colligere,cuneum facere & phalangem, ut sequi signa, & pati tædium, æstus ac uigilias assuesceret,ne pulsi loco cederent,& in acie quisq; agnosceret ordines suos:ita ut usu quotidiano non minus ipsi sibi præscriberet quid facto opus foret,nec hoc incitãte ullo,nec imperãte,q̃ ab alijs edisceret. Quæ disciplina

Iphicrates.

præcipua Iphicrati tradit̃,ut sinè Ducis opera,milites ita instituerent consistere in acie, ut peritissimè dispositi uiderent̃.Iactu quoq; Disci,cursu,saltu,iaculatiõe,& lucta inuicem contendere,mos erat.Nandi quoq; post solitas exercitationes iuuentutis Rhomanæ summum studium in militari rudimẽto fuit,aliaq; opera iusta militaria,quib⁹ quasi simulacris pugnæ,animos corporaq; tanq̃ ad uerum bellum acuebant.Ad palum quo-

Ad palum exerceri.
Palus.

que exerceri,aut iaculis & sagittis ferire,nonnunq̃ fundis & lapidibus, disciplinæ militaris erat.Fuit enim Palus cubitorum trium,quem Tyrones scuto,& claua uelut hostem petere,in eumq; ictus & plagas inferre solebant: In quo id cauebatur imprimis, ne dum ad palum ictus intendunt,ipsi hostium telis pateant: proinde oportebat animo eos & corpore intẽtos esse,non magis ad inferẽdos,q̃ ad cauendos declinãdosq; ictus:

Sagitãdi exercitium.
Cyri disciplina militaris.

cui ludo Palaria nomen.Arcu quoq; & sagittis plerunq; Cretensibus & Cydonijs,exactissima cura milites instruebantur.Sicut apud Græcos palæstra. Cyri uerò disciplina fuit,ut milites semper opus facerent,& nunq̃ exercita iuuentus,nisi sudore præuio,cibum sumerent.Qui etiam,neq; prandebat,neq; cœnabat unq̃,nisi sudasset prius,& mi-

Agesilaus.

litaria obiuisset munera. Agesilaus quoque in gymnasio,ne ocio senescerent milites, exercitationis & uirtutis cuiusq; præmia proposuit, leuibusq; prælijs experiundo as-

Persarum Regum mos.
Alexandri Maced.
Aureliani
Maximini.
Anto.Caracallæ.
Seueri.

suefecit. Qui etiam Persarum Regũ mos traditur,ut cursus & pugnæ dona militibus proponant. Alexander uerò Macedo,ne ocio milites lasciuirent,certantibus uirtutis præmia Chiliarchas dedit.Præ cæteris Aurelianus Cæsar nullum reliquit uacuum diem: quin se pilo,sagittis, ac militaribus armis exerceret.Et Maximinus senior, q̃uis grandis natu,cãpestrium exercitationũ supra modum labores subijt. Antoninus quoq; Bassianus Caracalla,præterq̃ q̃ se cùm militibus exercebat,iter semper onustus armis, pedes fecit.Id quod de Seuero scriptum accepimus, ut hyeme sæua & gelida,aperto capite per niues & pruinas,per montes syluasq; cursitaret: in patientia laboris,& uictus abstinentia supra fidem assuetus. Quibus documentis redacto in disciplinam mi-

Cretenses milites sæpe inter auxilia Rhomanorũ.
Cydones.

lite,posito rudimento,& continuo usu firmato,legiones conscribebant.Præterq; milites peregrinæ militiæ,inter auxilia Creteses sæpe militasse accepimus.Hi enim terrestri naualiq; prælio,ad insidias,furta & rapinas,populando assueti: excursiones maximas facere promptissimi sunt,in prælio uerò segnes: Cydones uerò fortissimi, sicut Homerus inquit,illorũq; arcus caprinis pellibus ornari pleriq; literis adnotarunt. Idq; à Iuuenale uersibus mundis significari crediderim,dum inquit.

Iuuenalis locus

Tu scabie fruêre mali,quod in aggere rodit.
Qui tegitur parma,& galea,metuensq; flagelli.
Discit ab hirsuta iaculum torquere capella.

Notat enim illa ueteris disciplinæ rudimenta,quibus Tyro miles in emittẽdis iaculis

Galearum & loricarum insignia apud diuersas gentes.

apud suum Centurionem instrui solebat.Quinetiã Rhomanæ militiæ fuit,leuis armaturæ milites atq; equites,loricas & galeas ursinis pellibus tectas,quò truculentiores ui su forent,in aciem deferre: Sicut Græcorum ueteres pelles fluuiatilis canis pro capitis tegmento uice galeæ detulêre: equinasq; iubas,& caudas in galeis,aut pennas Struthiocameli,nonnunq̃ Leonis pellẽ pro conis apud Rhomanos fuisse constat,more Aethiopum,

thiopum, qui pelles equorum capitum cum ipsis auribus & iubis deferentes, nonnunq̃ Pardorum pellibus Leonumq́ue amicti, acies subeunt & præliantur. Thracibus in more fuit, è pelle uulpina cassides ferre, sicut Albanis & Hyberis cum ferinis galeis pugnare. Rhoxani non modo galeis, sed thoracibus & scutis ex crudis boum corijs uti solebant. Apud Græcos autem, Homeri testimonio, equinæ iubæ pro cristis fuere. Pyrrho & Philippo hircina cornua. Hammonijs arietis caput. Achæis pennæ uarijs distinctæ coloribus. Alij rubras cristas supra casside͂ deferebant. Cymbri & Theutones horrentium hiatibus animalium contexere galeas. Abradatæ Persarum duci conus hyacintinus erat. Cyrus cassidibus æneis & conis albis milites ornauit. Cares gallos gallinaceos pro conis habent. Alexandri cassidem cristata iuba, & pennæ candidissimæ circuncingebant. Nõnunq̃ insigne fuit Epiporpœma. Galli non modò scuta, sed corallio ornabãt galeas. Galatæ partim cornua, partim quadrupedum habuere effigies: Samnites cum pinnis muralibus degladiant: in prælio uero cristatis galeis: sicut Lusitani, & Sacæ scythica gens, quibus neruatis cristatisq́ue galeis pugnare in usu est. Teucri, Mysi, & Thraces, super æneas galeas bouis aures & cornua apponũt. Inter cæteros Conidus Centurio, bello contra Mysos fertur miraculo fuisse: quòd poculum supra casside͂, modò suscitans flãmam, modò remittens deferebat. Eratq́ue Rhomanæ militiæ uetus constitutum, ne miles sinè cõmeatu ab signis abeat, neue præsidio decedat, neue locum relinquat, aut è castris effugiat, neu discedat longius: sed exploratò, & sub signis atq́ue subsidijs positis, non modò in acies prodeat, sed lignatum & pabulatum uadat: omnia deniq́ue uelut si corã hoste, cauta, præuisaq́ue sint. Vtq́ue milites die simul ac noctu, iuxtà parati, instructiq́ue ad nutum, imperiumq́ue præstò sint: qui contrà fecerat, aut ignominia notaq́ue afficiebatur, aut seuera correptione capite luebat: tametsi nonnulli delicta eiusmodi lenius uindicarint. Nanq́ue Aemylianus Scipio, licet grauissimus exactor disciplinæ, quem milite͂ extra ordinem deprehe͂derat, fustuario plectebat, eumq́ue uulgato ad rem militarem exemplo, si Rhomanus ciuis esset, uitibus: si uerò externus, fustibus cædebat. Est quoq́ue lege militari sancitũ, ne lixæ permisti cum equitibus uagentur: neue frumentum publicè datum miles uendat: aut præda pecorum, uel mancipiorum uino commutet: neue gregarius miles, in acie uel castris seruum aut iumentũ habeat. Neu quis, ubi Tribunus militum fuisset, postea ordinũ Ductor esset: nec qui ordines duxisset, miles postea fieret. Vtq́ue milites manipulares, qui sub disciplina militant, semper cincti, caligatiq́ue sint: quæ quide͂ caligæ multiplicibus clauis munitæ erãt. discinctos enim uelut ignauos & militiæ minimè aptos putarũt: præcinctos uerò fortes & strenuos. Quare Macedonum lex erat militaris, ut qui miles hostem nõ occidisset, non militari cingulo, sed capistro cingeretur: quod apud Carthaginenses seruatũ legimus, ut discinctos postremos homines ducerent. Tametsi Aphrorũ peculiaris feratur mos, fluxa tunica & discinctos incedere. Quinetiam ut in expeditionem ituri milites, arma & uallum, nec nõ utrem, follem, scutum, gladium, tum siquid ad usum uelint, interdum plus dimidiati me͂sis cibaria, absq́ue seruorum aut iumentorum ministerio humeris ferant, antiqui moris & exempli fuisse. Illud quoq́ue animaduertimus, nemini in Rhomana militia extra ordinem, etiam in prouocantem, contra imperium pugnare licuisse: Idem Macedonibus, quibus iniussu Ducis, aut arma capere, aut in ordines ire uetabatur. Quodq́ue, nisi militari sacramento miles adscriptus foret, hostem gladio petere, aut militare minimè fas erat: perindeq́ue in eũ militaris animaduersio fuit, qui hostem militiæ sacramento nõ adscriptus occideret, aut qui classico reuocatus tardius pareret, q̃ qui ciuem aut socium iniuria occidisset. Ideo laudasse Cyrus dicitur militem, qui cùm hostem interfecturus gladium eduxisset, classico receptui audito, ictus cohibuit & hostem dimisit. Sed prius sua sponte decuriati equites centuriati pedites sacrame͂ta mutuò præstabãt: Paulo deinde Aemylio, & Terentio Varrone COSS. tũc primùm, quod nũq̃ antea factum, per Tribunos militum à uoluntario sacramento, ad legitimum iusiurandũ milites adacti fuere. Quod quide͂ Imperator præstare tenebat primus, suo mox ordine subsequebantur Legati, deinde Tribuni, deinde Ce͂turiones, postea Decuriones, mox Præfecti castrorum, demum Milites: quod singulis annis, Calend.

Militiæ Rhomanæ uetus constitutum.

Scipionis animaduersio in milites extra ordinem deprehensos.

Discincti.

Macedonũ lex militaris.

Aphri discincti.

Sua quisq́ue onera ferebant.

Pugnare extra ordinem iniussu Ducis non licebat.

Sacramento militari non adscriptis hostem ferire, aut militare, fas nõ erat.

Iuramentum legitimum militare.

Iuramenti militaris forma. CALEND. Ianuarijs denuò præstabat. Iurabãt enim per Deos solẽne iusiurandum: postea in acta Principum, se iussu Consulum conuẽturos, neq; è castris, eorum iniussu, quæsitis occasionibus abituros, non fugæ formidinisue causa extra ordinẽ recessuros, nisi teli sumendi, uel hostis feriendi, aut ciuis seruãdi causa. Neq; in exercitu propeue X passuum millia, pluris argentei nummi furtum facturos: extraq; hastam, ligna, pabulum, utrem, follem: siquid, quod pluris esset, nacti fuissent, id omne ad COSS. delaturos, aut Dominis reddituros. Nonnunq̃ alio sacramẽto milites adactos cõperimus: *Fortiter.* tunc cùm ingens subeunda dimicatio foret, & in extremum discrimen res uenit. Vt nisi uictis, debellatis, fusisq; hostibus uictores forent, se ad castra nunq̃ redituros iurarent. Tum illud notatum est, quod si ab uniuerso exercitu iusiurãdum Consuli præstãdum esset, satis fuisse, si Cẽturio uel Tribunus exercitus nomine, cõceptis uerbis, sublimi uoce iuraret, omnisq; multitudo & singuli milites, communi conspiratione & consensu, in eadem uerba silentio in se quisq; iuret. Hocq; iusiurandum, ac si cõcepta uer- *Lacedæmonij.* ba singuli expressissent, perinde tenẽre, atq; sanctum & illibatum haberi. Apud Lacedęmonios uerò, milites hoc etiam iuramentum præstare soliti sunt, eosdem cum Imperatore amicos, inimicosq; habituros, utq; bonorum malorumq; firma cõsentio inter eos *Atheniensium militũ in Megarenses consuetũ iuramentum.* & fœderatio esset. Neq; omittendum quod de Atheniẽsibus memoriæ proditum est, qui cùm propter quotidianas contentiones, & uiolatum ius gentium, infensi Megarẽsibus, & animo hostili essent: quoties milites solito militari sacramento adigebãt, hoc etiam iusiurandum illos subire coegisse, se intra militiæ tẽpus quotãnis quoquo modo possent, Megarensiũ agros finesq; infesto exercitu inuasuros, & peruastatis agris, nihil intactum relicturos, atq; in eos omni clade belli grassaturos.

¶ Dissentio inter duos Ludi professores, super uerbo, inuenio & reperio, contra obseruationes Grammatici cuiuspiam. Caput XXI.



AMBVLABAMVS in litore, dum Neapoli essemus, æstiuo anni tempore cùm iam aduesperasset, ego & Iunius Antonius, & pleriq; studiosi paribus disciplinis dediti, qui illuc ociandi causa aduenerant. Cumq; duos Ludi literarij professores, super uerbo reperio & inuenio graui cõtentione inter se iurgantes disceptantesq; uideremus: libuit eorum disceptationi interesse. Atq; ex his alter, cùm inuenire diceret esse, impẽso labore rem diu quæsitam assequi: reperire uerò, rem non quæsitam, sed forte oblatam, nancisci, idq; Ouidij authoritate, qui in suo maiori carmine, dum Inachum natam Io quærentẽ facit, post longos & irritos labores, his uerbis illam affatur. Tu non inuenta, reperta es. Quos ipse uersus sic explicabat, ut diceret, te ego cùm diu quæsierim, non inueni, sed casu oblatam comperi. Ouidium ergo de significatu uerbi, contra illum dijudicare as- *Laurentium Vallam notat Elegantiarum suarum lib. 5. Cap. 2.* serebat, qui uerbum reperio casus facit, non operæ. Quoq; minus dubites (inquit ille) habes Latinæ linguæ doctorem non ignobilem: nec mora commentatiunculas quasdam grammatici hominis non incuriosi, quas secum adduxerat, è sinu togæ depromit, in quibus ita scriptum erat. Excogitare consilij est, reperire uerò fortunæ, unde Ouidius, Tu non inuenta, reperta es. Hæc cùm ille, & pleraq; legisset, reclamabat alter, doctorem istum, nec uerba, nec mentem Ouidij intelligere quisse, labiq; errore manife- *Reperio unde.* sto. Siquidem reperire, est cum labore aliquid quæsitum assequi, deductũ ex re & pario. parere enim est cũ labore quærere, unde pecunia parta cum labore quęsita dicit, imo eundem Ouidium, quem in medium ille adduxerat, eodẽ uersu significãtius contrà demonstrare: Tu non inuenta, sed reperta es inquit, quasi, ego te non casu & fortuna nactus sum, sed studio & labore quæsitam, repperi. Quod & alio uersu eundem exploratius significare aiebat. Examinansq; artus primò, mox ossa requirens, Repperit ossa tamen: Præterq; hanc Ouidij authoritatem, idem apud authores probatissimos usu cõtinuo obseruati. Q. Curtius. Quippe Euphrates, inquit, altum limum uehit, quo penitus egesto, uix sufficiendo operi firmo reperiunt solum. Et idẽ. Quia duces asseruati profugerant, misit qui conquirerent, nec reperti. Suetonius in Cæsare, idq; eo studiosius

diosius facerent, quod aliquantum uasculorum operis antiqui scrutãtes, reperiebant. Vides, inquit ille, repirire esse operæ & consilij, non autem fortunæ? Atq; alter cùm contrà tenderet, & uoce immodica obstreperet, eadem sæpius & quædã nugalia repetendo, cupidus ego istius doctoris mentem planè perspicere, accipio libellum à magistri, atq; in eo lego pleraq; nimium audacis doctrinæ & confidentis. Nanq; eò processit, ut singulos ferme ueterum probatissimos, quorum uestigijs nobis inniti operæprecium est, à præscripta à se lege & dicendi norma dissidentes taxare nõ fuit ueritus. Præter quæ, in eo admiratus sum, offendo & nanciscor ferè idem esse quod reperio, quod procul à uerò esse apertè liquet. Etenim si reperire est, aliquid impenso studio inuenire, ut est modò ostensum: nemo ferè quisq; id in uerbo nãciscor, et offendo inueniet. Siquidem uerba hæc haud dubiè sub casu & fortuna sunt. Præterea qui rem exquisitius pensabit, inueniet nancisci id frequentius notare, rem scilicet forte oblatam, data occasione assequi, & habere. T. Liui⁹ tertio ab Vrbe condita, Pacuuius, inquit, Calanus malis artibus nactus opes: Idẽ, castris ponendis dispersos nactus: Cæsar idoneam tempestatem nactus dixit, id est, assequtus. Id quod, Festo Pompeio authore, scientissimè probatur: qui uerbo nanciscor significatum assequẽdi potius, quam inueniendi in suis commẽtarijs tribuit: & plerisq; ueterum authoritatibus, in quibus si nancisci inuenire dixeris, profectò absurdè & imperitè loqueris. Hæc & pleraq; in eo cùm legissem, cùm me iam tęderet, librum restituo, atq; illos inuicem altercantes disceptantesq; relinquo.

Offendo, & nanciscor.

¶ Ex quibus uictorijs olim Consules, & deinde sequti Duces, triumphare consueuerint. Caput XXII.



VETERES Rhomanos olim non ex quibuscúq; uictorijs triũphare cõsueuisse: sed cùm bellorum & uictoriarum causæ eo numere dignæ uiderentur, triumphos egisse accepimus. Causæ uerò triumphorum licet à prima origine exiles fuerint atq; tenues: quippe quia exiguis uirib⁹ & parua manu rẽ agebãt: postea, aucto dilatoq; imperio, maiores certioresq; fuêre, ut ad triũphi munus quisq; aspiraret. Cùm Veientes olim Tarquinienses q; pro Tarquinijs contra Rhomanos mouissent arma, & uelut æquo marte utrinq; pugnatum foret, quòd uno plus Hetruscorum in acie cecidisset, nec hostium quisq; postera die in conspectu erat, digna res triumpho uisa fuit. Itaq; Valerius COS. quis collega morte sublato, de Veientibus Tarquiniensibusq; triumphum egit. Et P. Valerius, & T. Lucretius COSS. cum infesto exercitu in agrum Sabinum profecti, primò uastatione, mox prælio ita hostium opes afflixissent, ut nihil inde rebellionis timeri posset, triumphantes Vrbem iniêre. Quinetiam ex deditis & non captis Vrbibus, aut hostibus fusis & auersis, stante Dictatore à Consulibus, sępe triumphatum est. De Priuerno & Pometia, deq; Sabinis & Samnitibus, etsi non ui captis, sed in deditionem acceptis, triumphare licuit: propterq; auersos & palatos hostes, Claudius Petilius Cos. Dictatore. Q. Seruilio Hala, de Tiburtibus & Gallis triumphauit. Et Cornelius & Bebius COSS. quòd Ligures Apuanos non expectantes bellum, in deditionẽ accæperunt, & ad XII millia in alias terras traduxerunt, de Liguribus uelut acie uictis triumpharunt. Procedente mox tempore, cùm propagato imperio, cum hostibus ualidioribus, magnis utrinq; uiribus bella agerentur, cautũ fuit, ne cui triumphũ, nisi quinq; hostium millia cecidisset, & iusta acie magnas copias fudisset, decernere liceret. Cuius rei fidẽ apud Quæstores, ut quid laboris exhaustum, quidúe cædis nosceret, amplissimo testimonio facere oportebat. Idq; non ab re uisum. Erat enim triũphus ingens honorum cumulus, quem multi duxerunt maximum uitæ bonũ, quo nisi magnis conatibus deuictis perduellibus, uictores bello Duces honestabant. Vtq; nisi pro aucto imperio, non pro recuperatis his, quæ bello amissa erãt, triumphus cuiq; decerneretur. Quinetiam nisi suo ductu, & auspicio, ac in sua & non aliena prouincia, eaq; pacata, & nullo manente bello, Imperatores hostes profligassent & uicissent, triũphare

Causæ triumphorum à prima origine exiles.

Triumphorum caussæ exiles abrogatæ.

Triũphus quibus admittebatur.

phare

phare nemini licuit. Ideo, Liuio & Nerone COSS. deuicto ad Metaurum Hasdrubale, Liuius, qui in sua prouincia rem gesserat, de Hasdrubale & Pœnis iustissimè triũphauit: Nero autem, qui potior uictoriæ causa fuit, quòd in aliena prouincia suppetias collegę dederat, ouans in Vrbem uectus est. Ex duobus Consulibus eãdẽ prouinciam sortitis, contraꝗ; eosdem militantibus, uni triumphum decretum, quòd hostes fusius egerat, eiusꝗ; ductu & auspicio parta uictoria fuerat, alteri negatum legimus. L. Valerio Potito & M. Manlio COSS. quòd cõtra Aequos in Algido prosperè rem egissent, Valerio triumphus, quòd perseuerantior in hoste persequendo, instando, urgendoꝗ; fuerat: Manlio uerò ut ouans Vrbem iniret, à Senatu datum est. Fuitꝗ; animaduersum, quòd tametsi uictis, fusis, fugatisꝗ; hostibus, res triumpho dignas Imperatores gessissent: si tamen neꝗ; Dictator, neꝗ; Cos. aut Prætor exercitui præfuissent: neꝗ; legitimum haberent magistratum, cuius ductu & imperio uicti essent & profligati, triumphare nemini fas erat. Propterea. L. Cornelio Lentulo, magnis rebus gestis, negatus triumphus fuit: quòd Proconsul Hispaniam prouinciã, non Consul obtinuisset. Tametsi Scipionem Proconsulem, & cui sæpe prorogatum imperium fuerat, de Hãnibale & Pœnis: & Cn. Manlium de Gallogræcis: Paulumꝗ; Aemylium de Ingaunis Liguribus, & Pompeium Magnum de Sertorio: Procõsules egisse triũphos legamus: Perrarò enim alicui triumphare permissum fuit, qui sinè legitimo magistratu, & sinè iusto Imperio rem gessisset: præter Pompeium Magnũ, qui tametsi in Senatum per ætatem admissus non fuisset, eques Rhomanus adhuc, id quod contigit nulli, deuicto in Aphrica Domitio, triumphauit: cui hoc ferunt præcipuum contigisse: quod è tribus orbis partibus, speciosos egerit triũphos: sicut Camillo, qui treis triũphos unà egit, triplici uictoria ouans. Sed nec eum qui magnis perpessis cladibus, & nimium cruenta uictoria esset potitus: tanquam lugubri, & parui compendij, quòd multis funeribus nõ multis commodis, Rempub. affecisset. Propterea Valerio Cos. uictori contra Gallos, ob cladem exercitus negatus triumphus fuit: cùm magis dolor ciuibus amissis, ꝗ̃ uictoria hostibus fusis præualuisset. Nec eum qui exercitus Rhomã non deportasset, nisi perdomitam pacatamꝗ; prouinciam successori dedisset, more maiorum. Est tamen memoriæ proditum, nonnunꝗ̃ stantibus COSS. Prætorem qui in sua prouĩcia res gesserat, hostesꝗ; fuderat, etiã sinè COSS. triũphasse: duosꝗ; COSS. de eisdem hostibus parta uictoria, triumphantes Vrbem inisse. Neꝗ; negauerim, non semel, sed pluries in eodem magistratu, & contra eosdem hostes, propter res feliciter gestas, magnis sæpe Ducibus triumphare permissum: quodꝗ; à principio Vrbis, non curru triumphali, nec equo uehi triumphãtes, sed pedibus incedere assueuerãt. Postea equo uecti: demum curru quatriiugo triumpharunt. Tametsi Rhomulũ de Acrone Ceninensium duce, curru quatuor equorum triumphasse, Dionysius asseuerat. ac ex duobus Imperatoribus in magistratu positis, illi qui in supremo gradu est, soli triumphare permissum. Ideo Cos. cum Dictatore, aut Prætore non triumphat, ne minor potestas maiori æquata uideatur, néue auspicia, quæ maioris magistratus sunt, cum minoribus confundantur. Licet Dictatorem & Magistrum equitum unà triumphasse sæpe legamus. Illud deniꝗ; ex annalibus constat, Rhomanum ciuem, ꝗuis Reip. perniciosum & infestum, si bello uictus foret, in triumpho deferri non licuisse: quodꝗ; si cõtra pyratas, seruos, aut fugitiuos, uel aliud genus hominũ Rhomano nomine indignũ, bellatum foret, tanꝗ̃ belli causa erubescẽda, ꝗuis parta uictoria, aut hostibus fusis, auersisꝗ;, nemini triumphare licere. Contra uerò ciues bello uictos, quia lugubris uictoria est, ipseꝗ; Dux minimè Imperator censetur, licet bene gerendæ rei occasione data: neꝗ; ouare, aut triumphare, uel supplicationes cuiꝗ̃ decernere, dum Respub. stetit, unꝗ̃ permissum fuit, nisi post aliquot ætates, cùm Aurelianus Augustus de Tetrico uiro Senatorio (quem in oriente uicerat) & Zenobia muliere triumphauit. Apud Græcos uerò seruatum diu est, ut qui Imperator hostem fugasset, trophęo donaretur: qui occidisset, aut funditus euertisset, triumpho, uel encomio & peplo. Fuisse autẽ peplum uelum, in quo qui facinora gesserant fortia, singula egregiè gesta, atꝗ; acerrima prælia, & maxima effingere, illudꝗ; pro immortali memoria exponere palam, & tẽplis dicare assueuerant,

Pomp. Mag. eques adhuc triumphauit. *Camillus treis triumphos unà egit.*

Triumphantes initio Vrbis pedibus incedebant.

Ro. ciuem in triumphum ducere non licebat.

Græcorum triumphi. Peplum.

re assueuerant, Scriptores produnt: in quo Deorum imagines, sæpe clarissimorum uirorum gesta effingebant. Quare Athenienses, Antigoni, & Demetrij imagines, cum Ioue et Pallade effinxere in peplo. Nōnulli peplum eximij candoris uestem sinè manicis, aureis distinctam clauis, fuisse autumant: quā quinto quoq; anno apud Hylen, mulieres sex & decem Iunoni contexebāt. Encωmion uerò carmen in uictoris laudē editum ad immortalitatem, quo ipsius res gestæ magnificæ, illustri præconio canebantur, quod Epinicion uocant. Trophæum uerò monumētum dixere, nunc marmoreū, modò æneum cum inscriptione & titulis, æuo perpetuo duraturis. Nōnunq̄, si materia nō suppetebat, lapides in ingentem cumulum aggerendo, uel insignem arborem excisis ramis, ibiq; hostiū spolia statuendo, in memoriā posteritatis, bonis & fortibus uiris pro trophæis erigebant. Tametsi qui primi Gręcis æneū aut lapideum statuere trophæū, non magnopere probati fuerint, quòd Regum tantū nomina illis inscriberent, nec militum operam aut fortitudinem, quibus uictoria parta fuerat, annotarent. Fuitq; moris in locis quibus cum hostibus decertassent & uicissent, aut aliqua insigni clade affecissent, ibi uictores Duces pro monumento laudis cum ampla inscriptione trophæū ponere, & fortium factorū posteris dare memoriam. Quare Pericles nouies pro patria uictor trophæū posuit: & aliud Agesilaus inter Anthracē Nartheriumq; erexit. Lacones quòd Persas parua manu uicissent, porticum Persicam de manubijs trophæi loco extruxere. Idem contigit Fabio Aemyliano, qui ad Rhodanum deuictis Gallis, ex candido lapide uelut monumentum magnæ laudis trophæū tulit. Sylla contra Archelaum potitus uictoria, fixit stemma, in quo Martem, Victoriam, & Venerē, & se uenustùm inscripsit. Marius uerò de Iugurtha & Cymbris duplici est trophęo donatus. Metellus autem deuicto Sertorio, aureum sibi poni iussit. Quod & Flaminius de torquibus Gallorum aureum statuit: cum elogijs monumentorum cladis illatæ. Claudius quoq; deuictis Boijs, ex torquibus Gallorum unum magni ponderis in Capitolio donum posuit, index uictoriæ & triumphi. Sicut Octauius, qui ex auro rostratæ columnæ in foro trophæum fixit. Germanicus uerò de uictis nationibus inter Rhenum & Albim, congeriem marmorum, structis molibus, Tiberio sacrauit. Proditumq; memoriæ est, Artemisiam, deuicta Rhodo, trophæi loco, duas statuisse imagines æneas, unā Rhodiæ ciuitatis, alteram illi stigmata inurentē pro æterna memoria dedecoris, ignominiæq; acceptæ. Mirumq; prodi de Numenio Antiochi duce, qui cùm in Arabia, æstuante uadoso & reciproco mari, prælio nauali contra Persas uictor fuisset: mox æstu reuerso, pedestri certamine ibidem uictor, gemina trophæa Ioui & Neptuno posuit. Sicut de Neoptolemo Mithridatis duce tradit, circa Męotim æstate nauali pugna, hyeme uerò equestri, glacie concreto mari ijsdem in locis uictoriam tulisse. Conuenitq; inter peritos rei militaris, quod tametsi Duces feliciter rem gessissēt, & insigni uictoria potiti essent, si tamē præcario ab hoste aliquid petijssent, nec trophæo donarentur, nec encωmio. Viriatus autem Lusitanus hanc temeritatis laudem tulit, ut potitus uictoria contra Rhomanos, trabeas & Consulares fasces triumphi loco in mōtibus figeret. Sic Pompeius, deuictis Hispanis, & Alpinis gentibus, Trophæa in Pyrenæis iugis, qua in Hispaniam iter est, excitauit. Et Domitius Aenobarbus, ac Fabius Maximus contra Allobroges, turres, fixis hostilibus armis, erexere. Inter cæteros memoriæ proditur Sesostris Aegypti Rex, si cum hostibus, qui magno certamine dimicassent, & præsenti animo restitissent, rem gessisset: ibi trophæum cum coleis & uirili membro erigere: si uerò remisso & languido animo, per ignauiam signiter uicti, aut nullo negocio pulsi essent, contra eos, muliebri genitali constituto, tanq̄ in desides & ignauos trophæum ponere consueuisse. Apud Lacedemonios uerò contrà: Nam qui Dux fortiter dimicasset, & cruento Marte, magnaq; hostium clade uicisset, trophęi loco, gallum Dijs immolabat: qui uerò deditione & pacto, nec nimium cruenta uictoria potitus, belli mala uitasset, Bouem, ut signarent, magis decere Imperatorem (iuxta Periclis sententiam) consilio & astu quàm gladio, aut multo sanguine fuso, uictoria potiri. Neq; prætereundum, quod tametsi ponendi trophæa, rebus prosperè gestis, apud Græcos frequens usus foret: Regibus tamen Macedonum fuisse

Encωmion.

Epinicion.

Trophæum.

Trophæa quibus statuerentur & quo loco

Trophæa diuersa uariarū gentiū, ex diuersis caussis.

Qui præcario ab hostibus aliquid petijssēt

Sesostridis trophæum.

Lacedæmij uictoriā incruētam laudabāt.

Periclis sententia.

Macedonibus trophæū erigere uetitum.

uetitum, ne illa erigerent: quippe cùm Caranus, deuicto Cisseo Rege, trophæum posuisset: noctu ueniẽs Leo, illud euertit & disiecit: inde uelut fœdi osteti maliq; ominis, uetitū est, ne in posterū Reges Macedonum quæsitis uictorijs trophæa ponerẽt

¶ Disceptatio Francisci Philelphi cum Grammatico, an Cicero aliquãdo ludum aperuerit. Caput XXIII.



FRANCISCVS PHILELPHVS, ætatis suæ homo doctus & fortunatus, inter sui æui Pœtas famam carmine primùm auspicatus est: à Principibusq;, qui eo tempore floruerunt, magnis honoribus, & re familiari auctus, & honestatus fuit. Cuius uitia ineuntis adolescentiæ, postquam deferbuere cupiditates, cùm iam ætate matura senesceret, magnis postea uirtutibus emendauit. Is cùm æuo ingrauescente celebris famæ haberetur, & Optimatum rogatu accersituq; Rhomam aduentasset: experiri, credo, uolens, q̃tum dicendo ualeret: Tusculanas questiones Ciceronis publicè in scholis legere aggressus est. Ad eum quotidie cõcursus studiosorum Iuuenum, & clari nominis Professorum frequens fiebat. Ipseq; inter legendum firma etiã tunc uoce & latere, nouis & exquisitis eloquentiæ generibus præceptisq; Discipulos imbuebat, exploratoq; iudicio singula dicendi genera, & Philosophorum scita multo cum nitore & cultu pensitabat & rimabatur. Eum ego adoloscentulus senẽ, inter cæteros coæuos meos colui & obseruaui: cumq; ad eum nos quoq; uentitaremus, memini ipsum inter legendum dicere, Ciceronem cùm eiusmodi quæstiones scriberet, conuentum suæ ætatis studiosorũ habuisse, ludumq; literarium quasi aperuisse, & pleraq; hoc genus satis scitè & elegãter, ut mos ingeniumq; eius fuit, non sinè multo ornatu in scholis recensere. Cumq; perorasset, & à lectione, ut fit, Discipuli apud eum se colligerent & fabularentur: ipseq; illa eadem sæpius repeteret: animaduerti quempiam Grammaticũ florentis facundiæ, cuius nomen libens prætereo, eius doctrinæ æmulum, qui ipsum perniciali odio prosequebatur, sæpeq; apud studiosos illum in inuidiam crimenq; uocabat, singulaq; non modò dicta factaq;, sed uerba & nutus obseruabat, contradicere: quæq; ille dixerat uera esse pernegare, neq; apud authores inueniri, Ciceronem ludum aperuisse, aut scholas studiosorum habuisse, asseuerare. Cumq; PHILELPHVS, mitis ut erat & placidus, non Rhetorum scholas, in quas homines passim uentitarent, sed tamen aliquos prestãtis ingenij uiros, studiosos disciplinarum Ciceronem edocuisse: & quasi ludũ aperuisse diceret: idq; testimonio probari illius ad Pætum epistola, qua se Dionysium superiorem imitari dicit, qui cùm Syracusis expulsus, Athenas commigrasset, ludum inibi aperuit: se pariter habere Discipulos asseuerauit. Hæc & pleraq; cùm ille diceret, cõtraq; cùm alter insectaretur, & iam non contentione, sed clamoribus & propè dimicatione rem agerent: nec res sisti uideretur posse: excandescens PHILELPHVS, tanta indignatione exarsit, ut illum indoctissimum ominum indoctorum uocitaret. Tandem cõmuni Discipulorũ amicorumq; intercursu, desita ira & ardore illo animorum, composita cõtrouersia, & lis dirẽpta est. Sed cùm postea in ipsius Ciceronis multiplici lectione uersaremur, inuenimus id ab eo apertius significari. Nãq; ad Volumniũ Cassiũ scribens, Cassium & Dolobellã suis auribus frui asseuerat. Ad Pẽtũ quoq;, Veniũt qui me audiunt, quasi doctũ hominẽ, quia paulo sumq̃ illi doctior. Et ad Papyriũ Pẽtum: Hircium ego habeo, inquit, & Dolobellã, dicendi Discipulos, cœnãdi Magistros: puto te audisse illos apud me declamitare. Vatini⁹ quoq; ad Ciceronẽ. De Catillo inquit: Defendit à Q. Volusio tuo Discipulo. Quod & M. Fabi⁹ de Cœlio & Pãsa testatus. Qui oẽs à primo ętatis gradu, Ciceronẽ in disciplinis bonarũ artium sectati fuẽre. Sed quod de Cicerone, idẽ nimirũ de Socrate, Platone, & Aristotele, alijsq; doctissimis uiris, q̃ sciẽtia pręcelluere, accepim⁹: qui bonis disciplinis Iuuenũ aĩos imbuẽdo, æternã sibi gloriã peperere, suisq; dissertationib⁹ & documẽtis diuersarũ opinionũ sectas inuenere. Ante oẽs Pythagoras Samius Iuuenũ æmulãtiũ studia, scholasq; Sophistarũ in Italia habuisse ferẽ: pluresq; Discipulos reliquisse magnæ & expertę uirtutis. Sic The

Ludus Ciceronis.

banum

banum Epaminundã Lysias Pythagoreus: Aristoteles Theophrastum: & Syracusanum Dionysium Plato erudiuit. Perraroq; eximius aliquis ingenio, & doctrina inuẽtus est uir, cuius nõ aliqua monumẽta studiorũ mandata literis, aut aliqui Discipuli sapiẽtiæ præceptis aucti & imbuti, uelut hæreditaria munera, posteritati relicti fuerint.

¶ In quo gradu cognationis apud plerasq; gẽtes matrimonia licuerint: & q̃ diuersi mores in contrahendis nuptijs fuerint. Caput XXIIII.



INTER omneis constare uideo, licuisse quondã passim & nullo delectu, aut modo, Veteres cõiugijs affiniũ cognatorumq; copulari: quod tamẽ non æquè apud oẽs seruatum est. Nam etsi apud nõnullas Indorum gẽtes, Arabas, Persas, Maurosq;, qui iuxta Bactrianos sũt, ac Magos, & Babylonios, quorum hoc institutum fuit, cum quibus Chrysippus sentire uisus est, filios Matres ducere uxores, & cum parẽtibus stupro coire, atq; ex eis sobolem gignere, passim licuerit. Idq; inter eos coniugium nullis fuerit legibus uetitũ: tamen apud reliquas ubiq; gentes, tam immane scelus, lege & moribus sub graui documento interdictum fuit: nefas scilicet existimantes, filios cum matribus turpi amore cõmisceri, ferarum ritu: quòd dictu audituq; fœdum & pudendũ est. Aegyptij uerò Sororum amoribus cõiugijsq; implicari, & cum his passim matrimonia inire solitauere. Quippe Ptolemæus, ut Sororis quam miro amore deperibat coniugiũ sortiretur, & suam libidinem expleret, passim id licere permisit. Itaq; ut dirum facinus, & notam turpitudinis nefariæ uelamẽto matrimonij obnubilaret, omnibus id permitti uoluit. Id quod Persis quoq; licuit. Nã Cambyses duas Sorores cùm desideriũ ferre non posset: & Darius Satyram ijsdem genitam parentibus connubio sibi deuinxere. Idem Epyrotæ & Macedones: siquidẽ & Ptolemæus Ceraunicus Arsinoem duxit: & Olympias Pyrrhi filia, fratris coniugio potita fuit. Cõtrà uerò omnis ferè Græcia, qui inter priuatas necessitudines cum Sororibus cõmisceri interdictũ habuere: nefandumq; putauere eodẽ parente genitos inuicẽ incestis nuptijs detineri. Tametsi Atheniensibus germanas ducere uxores crimini datũ nõ fuerit: quippe Cymon Elpenicẽ duxit: & ex illo traditũ, impune cum Sororibus cõiugari. Persis quoq; legitimũ fuit, neq; pudẽdum uisum est, non modò Sororibus, sed & Filiabus cõmisceri. Nãq; Artaxerxes, Athosim, atq; Mestrim filias iustæ uxoris loco habuit: & alij impunè id factitarũt, quod Græci, & plæraq; gens improbũ nefandumq; extimarũt. Præ oĩbus uerò Lesbij fœdissimæ Veneris fuisse tradunt: apud quos nihil synceri erat, aut incontaminati: adeo ut ne capiti quidẽ parcerẽt, & omni fœda libidine se inquinarẽt. Apud Rhomanos uerò tã informia coniugia, lege & moribus interdicta fuere: apud quos licet cũ affinib⁹, cum quibus summa erat necessitudo, cõiugalẽ inire copulã esset lege uetitũ, ea de causa, ut nouos affines agnationibus familiarũ, multasq; propinquitates & cliẽtelas mutuis affinitatibus sibi asciscerent cognationis iure: tamẽ cum Sobrinis aut defunctæ uxoris Sorore, uel mortui Fratris uxore copulari nõ uetabat. Cęcilius eñ Metell⁹, uxore defuncta, illius Sororẽ despõsam tulit. Et Brutus Portiã sobrinã, nulla prohibẽte lege, despõsauit. L. q̃q; Crassus ex defũcti Fratris uxore filios eduxit, et propagauit. Ex descẽdẽtibus uerò ad neptes usq;, cõiugia Rhomani uetuere, id quod etiã plebiscito cautũ fuit. Sed Fratris filiã ducere uxorẽ, licet antea lege uetaret, subsequutis inde tẽporibus, passim id licere Principes uoluere: postq̃ Claudius Cęsar rẽ desuetã usurpauit, ut Agrippinã, cuius amore deperibat, sibi uxorẽ despõsaret. Idẽ apud Græcos licuisse cõperimus: Nãq; Alexãdrides sororis filiã spõsam duxit: ex qua Doryeũ, Leonidẽ, et Cleombrotũ genuit: q; succedẽti æuo à Nerua fuit sęuera cõstitutiõe inhibitũ. Proditus tamẽ memoriæ est Antonin⁹ Caracalla, præter instituta maiorũ, nouercã Iuliam uxorẽ duxisse: nuptiasq; incesto prim⁹ polluisse: causatus Principi quodcũq; liberet, impunè licere. Et licet Socrus genero copulari nullis auspicijs posset: Sobrini tamẽ filiã uxorẽ ducere, nullæ leges uetuere. Scipio eñ Nasica Aphricani maiorẽ filiã, nullo prohibẽte iure, sibi despõsauit: q; alij frequẽtes factitarũt. PROCEDENTE mox tẽpore,

Babylonij.
Aegyptij.
Persæ.
Epyrotæ.
Macedones.
Græci.
Athenienses.
Persæ.
Lesbij.
Rhomani.
Fratres filiam ducere licebat Rhomanis, & Græcis.
Nouercam ducere.
Sobrini filiam ducere.

pore, Valentinianus Cæsar, ut soboles passim propagaret, gentesq; affatim redūdarēt, duas simul uxores ducere licere, duobusq; impunè coniugijs commisceri lege sacrata sanciuit: quam legem Iulius Cæsar decreuisse dicitur: ut liberorum quærendorū cau

Vxores quot quisq; uoluit du cebat.

sa, quot uellet quisq; uxores ducere facultas foret. Id quod apud Siculos & Atheniēses in usu fuisse quandoq; inuenimus: Siquidem Dionysius uno simul tempore cum Doride Locrensi & Aristomacha Syracusana nuptias celebrauit. Et Demetrius Antigoni filius, atq; Euripides poeta duobus simul cōiugijs nihil ueriti sunt copulari: Socratem quoq; tradunt, simul Xantippem & Myrtonem Aristidis neptē habuisse uxo

Demetrij libido.

res. Ipse uerò Demetrius tam inexhaustę libidinis fuisse fertur, ut postpositis armis & omni apparatu belli contra Megarenses, Lamiæ prostitutæ amore accensus, inseruiret. Vt haud immeritò Lysimacho ostentanti uulnera, quæ cum Leone miræ magnitudinis pugnans, passus fuerat: ipsius Legati respondisse ferantur, quasi alludentes, Demetriū quoq; meretricis Lamię in collo notas, et uulnera dētibus inflicta exhibere po

Athenienses urbanam ducebant uxorē.

tuisse. Proditum uerò memoriæ est, Atheniēses, ut exhaustam iuuentutem belli cladibus repararent, decreto cauisse, ut Vrbanam ciues ducerent: & ex altera liberos tol

Spartani.

lere non uetarentur. Apud Spartanos duas simul duxisse, crimini fuisse datum satis cōstat (licet aliqui contra uetitum pessimo id exemplo factitarint) Lycurgi lege, qui bi

Brachmanes. Numidæ. Mauri. Persarum & Assyriorū Reges.

nas uxores unas ædes incolere, atq; eadem domo habitare permisit. Brachmanes, Numidę, & Mauri, pro modo facultatum uxores habent. Itaq; multis denas, plerisq; uigenas habere permissum est. Reges quoq; Persarum & Assyriorum, plures, quibus Ciuitates pro redimiculis, & muliebri mundo largiuntur, habent uxores. SED SICVT

Ritus diuersi in contrahendis nuptijs. Thraces.

apud diuersas gentes, nationesq; dispares gradus affinitatis, cognationisq;, quibus cum iungerentur, definiti fuere: ita mores obscœnos & sordidos ritus, ac fœda quædā solennia in cōtrahendis nuptijs, plereq; gentes dispari obseruarūt modo. Quippe Thraces mulieres nupturæ non parentum arbitratu, sed præmijs nubunt. Virgines enim quæ forma præcellebant, à uiris precio exhibito, & certa subtaxata pecuniarum summa, emebantur. Contrà uerò deformes & minus decoræ precijs mercabantur uiros,

Babylonij & Assyrij.

quibus nuberent. Babylonijs & Assyrijs peculiare fuit, nubiles uirgines ad forum in unum cogere: circunstanteq; uirorum turba, per Præconem singulas auctionari: ut

Taxili & Brachmanes.

quæ complacita foret, precio exhibito, aut datis uadibus, sponsa duceretur. Apud Taxilos, Brachmanesq; siqua propter inopiam, uirum nancisci non posset, in forum uirgo producebatur, & classico euocata turba, pudibundisq; ostensis & reuelatis, cui com

Bœotij & Locri. Eucliæ ara. Rhomani. Futinus. Indi. Phasis flu. Athenienses. Crocoton. Samnites.

placita erat, nuptui dabatur. Bœotijs & Locris nihil erat in sponsalibus firmum, nisi sponsus & sponsa in ara Eucliæ uirgini dicata, prius libarent: haud aliter, nisi more solenni antea libassent, matrimoninm esse rati. Qui mos Rhomæ quādoq; inualuit: siquidem olim nuptura, in sinu Futini dei sedere cogebatur. At apud Indos, nisi nubentes unguento quod ex arboribus Phasis fluminis distillat, delibuti forēt: neq; matrimonium, neq; cognationis iura legitimè contrahi putarunt. Sicut Atheniensibus nulla dabatur nuptui, ni prius Dianæ sacra obisset. Nam uestem induebat, cui Crocoton dixere nomen: neq; initiari poterat decennio maior, uel quinquēnio minor: Samnitū institutio talis erat: non cuiuis homini nuptui locare filias, sed x deligebantur quotānis uirgines ex omni turba: quæ totidē magnæ indolis iuuenibus darent, cōpare uoluntate, ut si à suscepta uitę institutione, aut à bono, honestoq; decederent, per ignomi

Phœnices. Sica.

niam illi uirgo adimerēt, alteriq; locaretur. Proditū quoq; memoriæ est, Phœnices uirgines, in lustris & lupanari uulgo quæstū facere in fano Veneris in oppido Sica: exq; eo quæstu meretricio dotē parare, & ita uirū nācisci: de reliquo uerò donū Veneri

Cypri.

exhibere. Quod apud Cyprios usurpatū fuit. Nā uirgines nupturę, ad litora descēdere, & cū hospitibus cōmisceri, uulgatoq; corpore questū facere solebāt, donec dotes,

Harmenij. Anetis.

quibus uirū nancíscerent sibi cōpararēt: Harmenijs lex est, ut uirgines in fano uetustissimo & sanctissimo Anetidis deæ prostituant: ubi ipsius statua ex solido auro sita

Indi.

erat, quam Antonius expilauit: quibus emeritis, cuiusuis pręcipui hominis coniugiū sortiri fas erat, nemine abnuēte, aut tale cōiugiū detrectāte. Indi uerò maximū decus arbitrati sūt, si qua uirgo elegāti munere, aut insigni dono priscę artis digna foret. Qui

bus

bus in more fuit, ut parentes nubiles filias in cœtu præſtantiſſimorum iuuenũ produ-
cant: exq; illis uirum ſibi deligat, qui fortitudine, curſu, pugna, aut ſpecie corporis cę
teris anteſtaret, nullaq; dote exhibita, quem ſibi illa uirum delegerat, ſponſum adduce
bat. Quippe cùm non genere, aut nobilitate, ſed libentes cũ uiris inſigni corporis for
ma iungantur, ut ſpecies manaret ad poſteros. Quod & Catheorum dicunt proprium *Cathei.*
fuiſſe, ut ſponſa ſibi uirum deligat: ſed ut eo fœdere iungatur, ut uiro defuncto, eadẽ
pyra oppetere cogaт. Segoregiorũ uetus erat mos, ut paratis inſtructisq; mẽſis, inter *Segoregij.*
epulas uirgo introducatur: & cui ex conuiuis aquam dederat, eum ſibi uirũ delegiſ-
ſe uidebatur. Sicut apud Talcheas Libycam gentem, ubi multi unam expetunt: apud *Talcheæ.*
futurum ſocerum inſtructis epulis, coram ſponſa ſcommata iactitant, fabellas, & iocos:
cuiq; arridet mulier, illum ſibi delegiſſe cenſetur. Nonnunq̃ poſita uirgine, in uictoris
præmium decernebant. Indi luctatione & pugnis, uictorq; præmium ſponſam adduce *Indi.*
bat. Idem apud Sacas extimas Scythiæ gentes: nanq; hi ſolebant pro ſponſa cum riua *Sacæ.*
li pugnis decernere, uictusq; uelut deformatus ignominia, pudibundus, & merens in
latebra degere, & alterius aſpectum, lucemq; uitare. Circa Mæotim gens eſt, Laxama *Laxamatæ.*
tas uocant, apud quos uirgo niſi quæ hoſtem confeciſſet, nuptui dabatur nulli. Et ex
Carmanis uxorem ducebat nemo, niſi qui hoſtis caput ad Regem detuliſſet. Apud Sy *Carmani.*
ginnos Perſicam gentem, mulier aurigandi perita, quencunq; uult uirum ducere, ius *Syginni.*
habet. Troglodytæ uerò, fœminas uiris deſponſas, primis noctibus cognati, affinesq; *Troglodytæ.*
producunt: illasq; promiſcuis adulterijs patere ſinũt, poſtea perpetuæ pudicitiæ aſcri-
ptæ, ſeueriſſimis pœnis, uel minima cõiectatione, ſi deliquiſſent, coercebantur. Quem *Gymneſiæ.*
morem Gymneſiarum incolis, Balearibus, & Lydis inualuiſſe legimus: Tradunt qui *Baleares.*
dã Andrimachidis in Aphrica populis, uſum multa ſęcula uiguiſſe, ut uirgines nuptu *Lydi.*
ras Regi imprimis offerant, ut illarum pudicitiam ante ſolennia nuptiarum delibaret. *Andrimachia des.*
Quod à Volſinienſibus quandoq; ſeruatum legimus, ut ſeruili præſſi dominatu, inge-
nuas filias ſeruis delibandas darent. Ebulibus uerò inſulis Rex imperare dicitur, qui *Volſinienſes.*
ſine ſpe coniugij in quãcunq; commotus fuerit, uſuariam capit. Apud Aethiopes ple- *Ebules inſulæ*
raq; gens ſolennes nuptias non nouit, quia paſſim, & indiſcreto concubitu miſcetur. *Aethiopes.*
Garamantes quoq; nuptias non nouere, ſed ferarum ritu paſſim in Venerem licebat. *Garamantes.*
Quod quidem à Barbaris frequens uſurpatum eſt, qui turpi coitu ſe immiſcentes, ex-
pertes thori genialis fuere. Inter quos Lymirini populi traduntur, uulgato cõcubitu, *Lymirini.*
connubia habere promiſcua, filiosq; æditos poſt quinquẽnium in unum coactos, ſuum
quenq; ſimilem agnoſcere, & pro filio educere. Neq; omiſerim quod traditum eſt *Reges perſarum, & Medorum.*
apud Perſas, Medosq;, Reges q̃ plures habere uxores: mulieres uerò q̃ pluribus nu-
bere, quæ autem paucioribus quinq; uiris nupſiſſet, agreſtis habebaт & ſordida. Thra *Thraces.*
ces quoq; honori ducunt mulplici coniugio & numero uxorum gloriari: Sicut Ger *Germani.*
mani, qui licet ſingulis uxoribus contenti ſint, nobiliores tamen plures habere uxores
pro decore familiæ, & maieſtate putant. Apud Arabas, Nabatheos, & Britãnos, in uſu *Arabes.*
fuit, ut conſanguinibus, cognatisq; omnibus una uxor ſit, ad quam per uices quiſq; ſuo *Nabathei.*
ordine admittitur: ingreſſurusq; ad eam, baculũ pro foribus ponit: alterius uerò cõ- *Britanni.*
greſſum pro adulterio luit. Ac ne nimium multa complectar, neue ulterius Barbaros
ritus, moresq; recenſeam, de his hactenus dixiſſe abundè fuerit. Illud utiq; uerum eſt,
quod à Græcis & Rhomanis pariter factitatũ nouimus, ut uxorem quam quis duxiſ- *Græci & Romani uxorem alijs uſuariam dabant.*
ſet, etiam ſublatis liberis alij dare uſuariam, ex qua liberi gignantur, mox illam uendi-
care legibus & moribus permiſſum fuiſſe. Sic Cato Martiam uxorem amico dedit, &
Socrates Xantippem. Atq; alij id ſæpe factitarunt, quem morẽ apud Lacedæmonios
Lycurgi lege, Tapyrasq;, & plerasq; gentes inualuiſſe, documenta ſunt: qua cauetur,
ut ad Senioris uxorem, Iuuenis florenti ætate, tollendæ prolis cauſa, admittatur: legi
bus uerò Solonis ſancit, ut orbæ puellæ qui ſunt genere proximi nubãt: utq; ſi mari- *Solonis lex.*
tus ad rationẽ uenereã minus potens foret, mariti propinquus illius uxorem nanciſca
tur. Quare Attalus Aſię rex, cùm falſus rumor inuaſiſſet, Eumenẽ fratrẽ morte ſubla-
tum fuiſſe, protinus illius cõiugem unà cum regno ſibi uendicauit. Deinde Eumene
ſuperſtite, uxorem illi ſimul & regnum reſtituit.

 ¶Quid

¶Quid sit Artemon apud Iureconsultos: & quod dicatur plumbum in ripa positum, de quo ambigitur apud multos. Caput XXV.

Iaboleni lapsus.



MALVM nauis esse partem, licet plerǽque naues sinè malo sint: Artemonẽ uerò non esse nauis partem, Iabolenus ex authorite LABEONIS imprimis magni & docti uiri, de Verborum significatione notauit. Quęsiui ego à Iurecõsulto maximo temporum nostrorum, claro in iudicijs & foro, quid esset Artemon: qui quasi additamentum, non pars nauis à Iureconsulto censeretur: cumq́ue ille ex opinione Interpretis, Artemonem gubernaculum, seu clauum nauis diceret esse. Rursus quęsiui ab eo rationem tam uariæ decisionis. Cur malus nauis pars sit, cùm pleræque naues sinè malo sint: gubernaculum uerò pars nauis censeri non debeat: cùm extorto gubernaculo, nauis haud dubiè fluitaret, & incommoda fieret, arbitriumq́ue moderandi deperiret. Quippe sicut gubernaculum, sic malus naui facile demi & addi, figiq́ue & refigi potest: plusq́ue operæ & negocij gubernaculum naui, quàm malus præstet. Cumq́ue ille subdubitare aliquádiu uisus, nõ facile obiecta dilueret: tandem dixi, à nostris Interpretibus pleraque minus cõmodè & uerè definiri: ob quæ non solùm imperiti Legum & rudes, sed & docti in dissonos sensus dilabuntur: multiplicíque affecti errore, ueros significatus non planè percipiunt. Non ẽm gubernaculum nauis Artemon fuit, ut falsò illi opinati sunt: Quippe gubernaculum non esse nauis partẽ dicere, est improbissimæ insipientiæ: sed Artemon Trocleæ genus tractorium est, quod ἐπατον Græci uocant, quo fune ductario per orbiculos traiecto, & acto in gyrum, ut nostri moris est, facili ductu importantur onera, uel exportãtur: uulgóque, quãtum coniectura assequimur, Arganum dicitur. Is autẽ Artemon, nauis pars non erat: cùm non nauigationi, sed oneri inferendo machina commodè constructa fuerit. ITERVM idem Iabolenus plumbum quod pro tegulis tecto appositum foret, ædium partem esse, ex authoritate eiusdem LABEONIS asseuerat. Quod uerò in ripa tegendi causa locaretur, contrà esse dixit: quo fit, ut uendita domo, uel legata, plumbum quod esset in ripa, uenditioni, au legato non accedat. Quid esset plumbum in ripa, sæpe à Iuris professoribus quæsiui. Et tametsi nonnulli inani opinione ferantur, ipseq́ue Legum interpres alioqui facundissimus, ingenuè se id ignorare fateatur: animaduerti tandem plumbum quod esset in ripa, tegendi causa illud dici cõuenire, quod tecto destinatum, necdum appositum, aliquo in loco relictum, donec tecto apponeretũ commendatúmue fuisset: esseq́ue in ripa id commodè dici, quod parieti inhærẽs erectũ ita subsidet, ne humi iaceat penitus, unde uulgò arripare dicũt. Id autem plumbi quod ita hæsit, & subsidet, in ripa esse dictũ est. Fuit ergo opinio LABEONIS, quòd tametsi tegulæ plumbeæ quæ in tecto sitæ erant, edificij pars forent: illas tamen quæ se positę muro adhæserant, ut paulopost apponerent, edificij partem non esse, licet ad eũ usum destinatæ, ut pro tegulis tecto inseruirent. Itaq́ue legata domo, aut uẽdita, plumbũ quod in ripa ita situm erat, uenditioni, aut legato non accedere legitimè putarunt.

Artemon quid uere significet

Plumbum in ripa positum.

¶Quod esset Collegium fratrum Arualium Rhomæ institutum, quiue Salij Sacerdotes, & quot societatum genera fuerunt. Caput XXVI.

Primum Collegiũ Rhomanum.



PRIMVM Sacerdotum Rhomæ Collegium, fratrum Arualium fuisse multi asserunt. Hoc enim sacrum à principio originum, Romulus instituit primus. Nam cùm legibus armisq́ue Vrbem muniuisset, ne religio in bene instituta ciuitate deesset, XI fratres Aruales cõstituit Sacerdotes, seq́ue duodecimum. Fratresq́ue ideo appellauit, quasi mutua charitate & fœdere nexi forent. Refert tamen Massurius Sabinus, Accam Larentiam Romuli nutricem, XII eduxisse filios, & cùm unum fato amisisset, in defuncti locum Romulum asciuisse: ipsumq́ue & cæteros Aruales appellasse fratres, quòd socij essent & ferè pares, agresti & pastoricia sodalitate coniuncti. Horum insigne fuit, Spicea corona alba, infula alligata, quam, dum operantur sacris, singulos gestare solenni more decebat:

Fratres Aruales cur dicti. Romuli nutrix.

decebat: quo insigni ab Acca Larentia donati primùm fuere: isq; honor perennis illis perpetuò mansit: ita ut nullo successu uel casu, tanta societas nisi uita finiret: tantæq; fuit amplitudinis, ut etiam ab hostibus captos, & in extrema fortuna, aut exules, quãuis nullo postliminio redemptos, honor hic comitaretur. Apud Aquitanos uerò Solduni dicti sunt, quorum societas erat, ut ijsdem uitæ cõmodis, opibusq; promiscuo usu fruantur: siquid autem aduersi contingeret, eosdem casus, eandemq; fortunam, ac etiam uitæ interitum, unà subire cogerentur. Quod ab Aegyptijs usurpatũ legimus, quibus amicitiæ genus & sodalitiũ fuit, cui nomen συναποθνησκόντων, quasi cõmorientium: qua nulla sanctior firmiorq; fuit: quo genere Antonius & Cleopatra, cui plus nimio se addixit, mutuo affectu deuincti fuere, hac lege copulati, ut si fatale quippiam aut diri casus alteri contigisset, alter tanq̃ pœnæ socius, eundem fortunæ exitum esset laturus: socijq; & comites essent fortunarum & calamitatũ. Apud Hũnos tale fœdus inexplicabili nexu contrahebatur, ut XX uiri generosi spiritus, eisdem sacris initiati, unà comites essent consiliorũ & uoluntatum: eo uinculo ut in conuictu frequenti, & contubernio maneant: & ne punctum quidem temporis uacuum relinquãt: prosperaq; & incõmoda mutuis officijs ferant ad supremum diem: morte autẽ obita, superstites defunctum efferant & comitentur. Hyberorum uerò mos fuit, ut amici in familiaria iura assueti, Principi se deuoueãt, uitæ mortisq; ultores: quiq; ita in cohorte amicorum deuoti erant, omnium consiliorum secretorumq; participes fiant, & si quid timendum accidisset, omnes casus & Fortunæ minas, atq; unà mortem oppetere cogantur. Qui mos Cãtabris fuisse traditur, ut pro amicis & fœderatis, sociali fide, se immolare atq; interire non dubitarẽt, insigni testimonio mutuæ charitatis, & perpetui amoris. Ex Socianis quoq; Gallorũ gente, sexcẽti ex primoribus, Solduni uocati, unà cum Rege uiuunt, & cõmoriuntur: nephas putantes superstitem Principi suo esse. Apud alios uerò intimi familiares, qui manus, mens, lingua, & oculus, atq; aures Principis uocantur: in eodem cultu & conuictu sunt, rei nullius ignari, & amici Principis, qui arcana consilia & abditos sensus soli cognouerunt. Ab Aethiopibus seruatum est: ut familiares in Regis societate, per omne obsequium insinuati, unà cum Rege ad supremos annos uiuant, consociati & fœderati, qui summum inter amicos locum tenent, & si qua corporis parte Rex mancus fieret, eodem mẽbro se deformet, eoq; morte sublato, sponte intereant. Tauris apud Scythas cum Regibus præcipuè gratos, & qui magnò in honore fuissent, ex amicis sepelire in usu fuit: cui Rex tanq̃ pignus amoris aurem abscindere solebat. Apud Græcos usurpatũ est, ut cùm aliqui inexplicabili nexu copulantur, uno pallio inuicem se operiant, & morte obita eôdem tumulentur: quo significabant duo simul corpora concordibus animis, & una mẽte teneri. Priscis autem Longobardis, maximum fuit amoris uinculum, apud aliquẽ ponere barbam: Is enim intimo fœdere astrictus erat, apud quem lanuginem quispiam deposuisset. Sicut apud Persas donari anulo à Rege, fœdus inexplicabile, & summi amoris uinculum putabatur. Huic ergo Larentiæ quæ Flauia dicta est, Mense Aprili solennes dies, & sacra ab Anco instituta, Rhomani assiduè celebrant: quæ Larentalia dicta sunt, & X CALEND. Ianuarias, qui dies Ioui feriatus erat. Cui Martis Flamen plerunq; Põtifices in uelabro, ubi Larentiæ ara & statua erat, sacrum anniuersarium facere, ad eiusq; sepulchrum Decembri Mense conuenire frequentes, & dare inferias solebant, quòd populum Rhomanum decedens hæredẽ fecerat. Cuius rei causa, eius dies inter Fastos relatus fuit. Statáq; die Flamen Quirinalis illi quotãnis sacrũ facit. Huius postea exẽplo, inter Romulum & Tatium inita societate, retinendis Sabinorum Sacris. Sodales Titij à T. Tatio, uel à Titijs auibus, quas obseruãt augures, denominati sunt. Post quæ, Sodalitates, sacris Ideis Magnæ Matris receptis, Rhomæ sub idem tempus inuẽtæ, ueluti publica munera habita sunt, sicut sub Tiberio Augustales, qui numero V & XX ex primoribus Vrbis, sorte ducebãtur: quos Tiberius Iuliæ genti sacrauit. Et Antonini temporibus Antoniani sodales. Mox Eluiani, & Aureliani, & demum Faustidianæ puellæ ad imaginem antiquitatis nuncupatæ, qui in Principis comitatu, inexplicabili fœdere uincti erant, & post funera, illi Flamines & Sacerdotes consecrati.

[Margin notes: Solduni. — συναποθνησκόντες. — Hunnorũ fœdus. — Hyberi. — Cantabri. — Sociani. Solduni. — Aethiopes. — Tauri. — Græci. — Longobardi. — Persæ. — Larentalia. — Sodales Titij. Titij aues. — Sodalitates augustales. — Sodales Antoniniani.]

Sed cùm à Romulo hoc sacerdotium primùm institutum ferant, quin reliqua sacra Numa summus religionum cultor obiuerit, nulla cõtrouersia est. Nam & Pontifices, Flamines, Salios, atq; Augures ab ipso inuentos tradũt. Fuere enim Salij Martis Sacerdotes numero XII ex Patricijs liberi, & ciues, & qui neutro parente orbati essent, à Numa seu Tullo Hostilio bello contra Fidenates (ut Liuius author est) uoti causa nũcupati: qui postea numerum Saliorum duplicasse fertur: ita ut IIII & XX, belli pacisq; temporibus Collegio cooptarẽtur: Cuius sacri causa hæc & origo fertur. Cùm enim regnante Numa, morbo & afflatu noxio Ciuitas affecta esset, eaq; lues nullis sacrificijs aut piaculis, sedari uideretur posse. Peltam æneam è cœlo, in qua Rhomanorum fata sita erant, in manus Numæ decidisse ferunt. In qua cùm Vrbis salutẽ sitam crederent, ne inuentu facilis, & ob id furto exposita esset, alias XI elaboratæ artis eadem facie mensuraq; à Mamutio fabro, ne dinosci posset, cõstructas dicũt fuisse: illasq; in Martis sacrario asseruasse, illarumq; custodes Salios uocasse: quorũ Princeps Præsul, alter Vates, alius Magister, qui præsidebat, dicti. Illorumq; insigne tunica erat punicea, & æneũ in pectore tegmen, quod supra tunicam uersicolarem induebant: tum Balthei, & æneæ galeæ: quibus ornati Martio Mense, cum tripudijs ad Tibiã, solenniq; saltatu cœlestia Ancylia eiusmodi ferentes, culti ornatiq; prodibãt: ipsiq; gladiolis illa percutientes, cum gressu & gradu composito, pulsu pedum ad sonum uocis modulato, per Capitolium & Forum, perq; Vrbem incedebant. Inq; eo tripudio Mamutium fabrum, qui tam exactè illa molitus esset, in nominis memoriam sempiternam, ac pennatas impennatasq; agnas pro spicis & aristis, & Lucecium Iouem, Ianumq; deorum deum, aliosq; Deos, excepta Venere, quã in carminibus Saliaribus nominare nephas erat, uerbis subobscuris, Marti cõsecratis, quæ nec mutare licebat, ritu priscæ religionis, in fine carminũ referebant. Post aliquot uerò ætates, Imperatorum nomina suis carminibus Salios adnotarere cõstitutum fuit, ut illorum quoq; memoriam sempiternæ gloriæ mandarent. Quare Germanici nomen Saliari carmine, & mox aliorum Principum, intercursu temporum celebrata fuere, quo tẽpore Flaminica Dialis uxor capillum pectere, anteq̃ ancylia conderentur, uetabatur: quorũ sacra & festos dies cœnis sumptuosis, & cõmessationibus cum cantu & Symphonia opiparè celebrare soliti sunt: in quibus sutiles coronas & alia conuiuijs oblectamenta adhibebant. Hiq; dies religiosi & sacri mansere in posterum. Quod Sacerdotium quanti fuerit licet estimare, quòd nisi ex Patricijs ad hunc honorem admittebatur nemo: & nisi liber & ciuis patrimus & matrimus foret. Quodq; Appius Claudius triumphalis, Scipio Aphricanus, & L. Bibaculus inter Salios esse, & hæc sacra attrectare, gloriæ duxere. Et. T. Vespasianus, quòd numero Saliorum fuisset cooptatus, gratias egit. Antoninus quoq; Philosophus, natus VIII annos, ab Adriano Cæsare inter Salios adnumerari, laudi duxit, uelut magni splendoris munus ferret. Eratq; constitutum, ut qui consulatum aut Præturam, aliũmue Magistratũ gereret, Ancylia ferre, & inter Salios esse cogi nequiret. Præter quæ, etiam apud Larinates, Salios Martis Sacerdotes fuisse: & in sacris Herculis ad magnã aram, Salios sacrorum ministros cum cantu psallere cõsuesse comperimus. Et tametsi Martio Mense Ancylia deprompta è Martis sacrario prodirent. Si quando tamen gentibus, nationibusq;, iustum piumq; bellum per Feciales indicebatur, Ancylia in eodem sacrario, aut in curia Saliorum cõmouere, moris erat: quasi eo motu Martem è sua sede excitum, eoq; propicio & uolente, arma expediri, legiones conscribi, exercitus apparari, atq; omnia hostilia esse designarẽt: qui dies religiosi & infames habiti sunt, quibus anteq̃ conderent, Sponsalia inire, peregrè proficisci, aut pacis fœdera tractare, uel aliquid publicæ priuatæue rei inceptare, uelut mali auspicij, tristisq; maneret exitus, ominosum fuit.

Salij. — *Pelta cœlitus delapsa.* — *Insigne Saliorum.* — *Tripudia Saliorum & carmina.* — *Venerẽ in carminibus Saliaribus nominare nephas erat.* — *Saliorum sacra & festi dies sumptuosi.* — *Sacerdotij Saliorum dignitas.* — *Belli indictio.*

¶Quot Lictores Apparitoresq; habebat Dictator, quot COSS. aut Prætores, Quæstorésue, quiue secures habebant, & qui non. Caput XXVII.

Quod



QVOD Romulus parto regno, cum Sella curuli Trabeaq; & reliquo ornatu se augustiorem fecisset, tum maximè XII Lictoribus insignem fecerit, qui fasces, securesq; uelut insignia Maiestatis præferrent, à multis est memoriæ mandatum. Nonnulli Tullum Hostiliũ Rhomanũ Regem primò purpuratum, cum lictoribus & fascibus in publicum prodijsse ferunt. Sed perpendimus non Lictores modò cum fascibus & securibus, sed Apparitores quoq; Regem præire consuesse. Fuere enim Apparitores ministri Regij, qui astabant lateri, & corporis stipatores erant: ut si quando opus esset, ad Imperium nutumq; Regis præstò forent: Præter quos fuere Viatores in Regio comitatu, qui quoties Senatus cogendus esset, ex agris Senatores aduocarent, cõtumacesq; citarent & arriperent. Quippe cùm priscis temporibus Proceres ciuitatis morarentur in agris, si quando consilium publicum cogendum erat, à uillis accersebãtur in Senatum: ex quo qui eos euocabant Viatores dicti, quiq; ex Viatoribus ligandi cædendiq; ius habebant, Lictores nominati sunt: quibus iussu Regis delinquentes uincire, nudatosq; uirgis cædere, & si crimen exposceret, securi percutere negotium erat. Ideo lora in sinu gestantes, Regi apparebant, quibusq; mandatum erat, facinorosis & delinquentibus crura & manus ligabant, ut post uerbera nouissimo exemplo afficerent. Præter quos fuit Accensus & Præco, qui dicto Consulis alteriúsue Magistratus ad Imperium nutumq; præstò essent. Accẽsus, ut ad Concionem: Præco ut ad comitia Quirites aduocaret. Quod munus ut esset expeditius, Libertis dari cõsueuit, sicut ministrorum & Apparitorum, Brutiarijs, coactis seruilia exhibere, pro eo quod bello Punico secundo post cladem Cannensem, ad Hannibalem defecissent primi. Sed cùm post exactos Reges, COSS. creatis, omnia insignia quæ apud Reges erant, populus Consulibus concessa uoluerit, Brutus & Valerius Publicola, qui assertores & uindices Rhomanæ maiestatis fuere, cùm statuissent non formidolosum & ferum, sed mitem & Plebi percharum efficere cõsulatum, utq; offensionem & inuidiam uitarẽt, in publicum prodeuntes, cum eisdem quibus Reges insignijs, secures à fascibus dimouerunt: & cum solis fascibus ad Populum concionati sunt. Inde mansit in posterùm, ut cùm XII fascibus, totidem Lictores sinè securibus Consuli præirent. Hæc enim fuêre insignia summi honoris & Imperij Consularis. Illis ergo magistratibus secures cum fascibus in Vrbe præferebantur, qui sinè prouocatione summam imperij tenebant: ut Dictatori, & Decemuiris, à quibus ad maius Tribunal prouocatio nõ erat. Dictatori ergo pro honore summi Imperij, quòd plus iuris & Maiestatis haberet, IIII & XX Lictores cũ fascibus & securibus. Viatoresq; & Apparitores, qui summouerent turbas, præibant. Consulibus in Vrbe XII lictores cum fascibus tantùm, demptis securibus. Foris uerò, ut in decreta sibi prouincia, aut cùm castris & legionibus præessent, fasces cum securibus, unàq; Lictores Apparitoresq; præcedebãt. Idq; ideo cautum, ut prouinciam perniciosis hominibus purgare, illorũq; audaciæ & temeritati obuiam ire, flagitiaq; & dedecora pœnis & damno multare ualerent. In Vrbe enim Consuli cum securibus esse ius nõ erat: quippe supræma potestas, & ius de nece ciuis Consuli intra pomerium nõ datur. Obseruatumq; fuit, ut inter Consulem & proximum Lictorem, nemini officij causa nisi Consulis filio aditus esset. Prætori uerò in Vrbe nõ XII ut Consuli, sed VI tantũmodo Lictores apparere solent: Extra uerò Vrbem, aliquando cum securibus apparuisse inuenimus. Paulo tamen Aemylio in prætura priuilegio honoris XII secures apparuisse ferunt, ut Consularem maiestatem in prouincia præ se ferret. Tribuni autem plebis solùm Viatorem, Apparitoremq; à prima origine sinè Lictore habuêre: qui etiã Libertini erant: quippe cùm Tiberius Gracchus in Tribunatu Libertis Apparitoribus primus usus fuisse dicatur. Postea uerò q̃ prouincias sortiri cepêre, & illis cum imperio præesse, etiam Lictores habẽdi Tribuno facultas data est. Quæstores uerò, Aediles, Duũuiri, & minores magistratus, qui prehensionem & uocationem non habebant, in Vrbe, nec Lictore utebantur, nec Viatore: tametsi Prætorem XII secures cum fascibus: & Quæstorem Lictorem & fasces quãdoq; habuisse legamus: quod in prouincijs, quas sortiti, Prætores,

Lictores.
Apparitores.
Viatores.
Lictoris munus
Accensus.
Præco.
Brutiarij.
Secures abiecti post exactos Reges.
Secures cũ fascibus quibus præferebantur post exactos Reges.
Cõsulibus quot Lictores.
Ius necis intra pomeria Consuli non dabatur.
Prætori in Vrbe quot Lictores.
Trib. pleb. Viator & Apparitor.

tores,Quæstoresq́; fuerant : non autē intra pomeriū id licuisse apparet. Extra Vrbē
enim his uti fascibus & Lictoribus interdū cum securibus licebat,ut sceleris & per-
fidiæ pœnas à facinorosis expeterent : in Vrbe uerò minimè,nisi Quæstores parrici

Quæstor parricius qui & parricidius.

forent,quibus pro Imperio & maiestate cùm crimina uindicarent,in Vrbe Lictores
cum securibus sæpe prælati sunt.M.tamen Liuius Drusus dum Quæstor Asiā obti
neret,nullo Lictore aut alio insigni honorū uti uoluit : ne quid seipso insignius pro-

Lictores cū fascibus in Vrbe habere quibus permissum.

uincia haberet.His ergo quorum erat maius imperiū, & maxima auspicia : quiq́; cùm
adeunt magistratus, Vestæ & penatibus rem diuinam faciūt,ut Dictatori, Consuli, &
Prætori,passim Lictores cum fascib⁹ in Vrbe habere licuit : Dictatori etiam cum se-
curibus : Cæteris uerò qui minima auspicia habebāt.Lictore uti nō licuit, nisi Quæ-
stori parrico, ut percensuimus.Fuitq́; uetus constitutum, ut Præfecti prouinciarum
& Præsides,Senatoribus ex claris maioribus, & inclytæ familiæ peregrè agentibus,
quo conspectior dignitas & honoratior foret,plerūq; in prouincia Lictores cum ba-

Lictores cum bacillis.
Regibus externis Præses cū Lictoribus & fascibus præibat.

cillis darent : utq́; si Reges externi aut fœderati in prouincias Pop. Rhomani ueni-
rent,magistratus Rhomanus,aut Præses illi cum Lictoribus & fascib⁹ præiret. Mario
enim Prætore Asiam obtinēte, & in eam profecto Mithridate,semper cum fascibus
Marius præcessit Mithridatem. Qui quidem Lictores nō his modò magistratib⁹,sed
& Vestalibus,& Sacerdotibus,mox Cæsaribus & summis Imperatoribus cum uirgis

Lictores cum uirgis laureatis.

laureatis,& Augustis mulieribus pro muliebri fastigio præcessere. Quare Agrippi
næ matri Neronis,perpetuò Senatusconsulto Lictores duo tributi fuere : & Flami-
nium claudiale.Contrà Tiberius Drusillæ matri decerni Lictorē minimè passus fuit:
licet Augustus illam in familiam nomenq́; Augustæ testamento asciuisset.Illud quoq;

Lictores forē uirga percutiebant.
Lictorum munus.

obseruatum est,ut cùm Lictores iussu COSS.aliquē è domo euocarēt,forem ædium
uirga percuterent,quasi eo signo publicam adesse personam innotesceret.Sicuti tamen
ob claritatem dignitatemq́; deferebant,uirga fores percuti uetabāt.Cùm enim Pom-
peius Magnus Possidonij domum summi Sapientiæ professoris esset ingressurus : fo-
res uirga percuti uetuit,& fasces summisit.Et si quando Dictatori,Consuli,aut Præ-
tori præirent pro Imperij Maiestate,obuium quemq; semita cedere,denudare caput,
& obsequij honorisq́; causa,equo descendere iuberent,obuiamq́; turbam uirga subsi-

Athenienses lixas & uirgas loco Lictorum habebant.
λειτουργοί.
Summissio fascium.

sterent,& summouerent.Apud Athenienses & omnem fere Græciam, ut discrimen
personarum notaretur,Magistratus nō Lictores,sed Lixas simul & uirgas habuerūt
uice Lictorum,quos λειτόργους nuncupant.Fertur uerò Germanicus,Athenienses so
cios & fœderatos,uno Lictore uelut præcipuo munere donasse.Neq; prætereūdum
in occursu maioris Magistratus,minores summittere fasces consueuisse : ut signarēt
honori deferre & imperio parere.Quare Valerius Publicola in suspitionē affectati
regni adductus,dum concionatur fasces populo summisit : scilicet Populi q̄ Consulis
maiestatem,& iura potiora arbitratus.Lictoresq́; cum fascibus sæpe paludatos, COS.
etiam paludato in prouinciam profecturo præire solere : quæ quidem paludamenta
tunc sumebant,cùm in expeditionem,aut decretam sibi prouinciam COS.iturus esset.
Paulo tamen Aemylio Prætori in Hyberiam profecturo,album paludamētum, ac Li
ctores ministrosq́; albatos cum modico comitatu tributos comperimus. Sinè autem
Lictoribus proficisci in prouinciam,aut COSS.profectis,Lictores in Vrbe mansis-

Fasces laureati.

se,religioni est & prodigij loco habitum. Fuit quoq; receptus mos,ut quoties insi-
gni uictoria COSS. potiti essent : ob res prosperè gestas, laureatis fascibus prælatis

Literæ laureatæ.

incederēt,literasq́; laureatas Rhomam mitti,aut nuncios cum iaculis laureatis adueni-
re,nauemq́; laureatam aut uittatam,felicis uictoriæ nuncium esse : ac læta & magna si-
gnificare tunc,cùm depulsis & dissipatis copijs hostes uicti essent, & profligati ani-
maduersum est.Victo enim Mithridate,& fugato duplici prælio,Lauro ornatam na-
uem,& bellico apparatu instructam,ut in uictoria mos erat,Lucullus Rhomā misisse
dicitur.Ipsis uerò nuncijs tabellarijs,Græci πτεροφόρους dixere nomē,quoniam erectas

Tabellariorum diuersa noīa.

pinnulas gestarēt,quod Aelius Verus fecisse dicitur,ut cursoribus alas pennatas im-
poneret,illosq́; uentorum nominibus appellaret : quandoq; φανιώνας & γραμματοφόρους:
Persæ Ἀγγάρους & Ἀσάντας.Proditumq́; memoriç est,Columbas Tabellariorū uice apud
Maiores

Maiores sæpe fungi salitas: quippe Cecina Volaterranus harundines uictoriæ nũcias habuit. Cyrus uerò per interualla locorum Tabellarios ita disposuit, ut fatigatis recẽtes, & nocturni diurnis succederent: adeò ut uolantes grues superarent. Quod & Xerxes fecisse dicitur, ut cursores inuicem succedentes haberet dispositos, quos neq; imber, neq; noxa à cursu dimoueret. Inter alios Marrhes Aegypti Rex prodit Cornicem habuisse, cui cursoris uice literas perferendas dabat. Nec ab re fuerit meminisse ex uiridi Lauro fascium Luculli, Pompeij fasces languẽtibus folijs Lictores exornare, concessæ mox uictoriæ omen fecisse. Sicut superbus Tarquinius, ne suum Ducem Latini agnoscerent, néue discreta insignia haberent, ex Latinis Rhomanisq; fascibus, manipulos miscuit, singulosq; ex binis fecit. Ipse tamen Pompeius, licet se Imperatorẽ siuerit appellari, nunq̃ tamen in fascibus insignia laureæ coronæ detulisse legitur: quo exemplo arguitur, Imperatorum fascibus laureas apponi consuesse, quò iustum Imperium & legitimus triumphus notaretur. Apud Græcos uerò uetusto more receptum est, ut si quid faustè & feliciter nuncij afferrent, coronati aduentarẽt: ipsiq; ciues felici accepto nuncio, in cõmunis signũ lætitiæ coronati incederent, ouantes, gratantesq;. Carthaginenses, rebus feliciter gestis, præcipuum lætitiæ genus habent, uicti mas cędere, ludos celebrare, munera mittere. Quodq; fascib⁹, quos præferebãt Lictores Betullas uirgas maximè cõmodas duxere. Itaq; ex illarum uirgis, tum propter candorem, tum propter tenuitatem publicos fasces, qui magistratibus præirent, effecere. Atq; illud animaduersum est, quod tametsi ad reliquas prouincias Præsides & Magistratus cum Lictore, & fascibus irent: tamen Alexandriam Consulares fasces accedere, aut Vrbem inire, uetabatur: quod diuinis carminibus, & uaticinio prædictũ esset, tunc demum Aegyptũ fore liberam, cùm ad eã Rhomani fasces aduentarent: Tametsi Rhomani magistratus libera & fœderata oppida, uelut sociali fide copulata, plerunq; sinè Lictore aut fascibus adirent.

Tabellarij Cyri per interualla locorum.
Cornix literas perferens.
Græcorũ mos audito fausto nuntio.
Carthaginenses.
Betullæ uirgæ.
Alexandriam fasces non ingrediebantur.

¶Quod Regium Diadema, tam apud Rhomanos, q̃ apud exteras nationes, gentesq; fuerit, & quæ insignia. Caput XXVIII.



APVD Paulum Cortesium uirum doctum, & mihi perfamiliarem legebatur Luculli uita ex Plutarcho: in qua expeditionem, & prælia cõtra Mithridatem à Sylla primùm, mox à Lucullo suscepta, multa cũ facundia uerborũ refert, cum quo multiplex, uarium, & inexpiabile bellum fuit, quoq; modo fusus & profligatus, cùm de consciscẽda morte cogitaret, repẽtinæ incursionis metu, ac subito malo perterritus, Eunuchum è cubiculo ad sororem, & duas uxores, Monymam, & Veronicam, ut in tanto discrimine ne cunctarentur sibi uel honesta morte consulere, ante quàm uictor hostis adueniret, misisse dicit, & dum alij alio læto absumerentur, illarum alteram animo cõsternatam, Diademate detracto, quod capite gestabat, & collo circundato, suspendio uitam finire uoluisse: alteram ueneno mortem sibi consciuisse, & qualia in magnis discriminibus, & summæ fortunæ casibus euenire solent: in eandem sentẽtiam multa cõmodissimè aptissimeq; enarrat. Atq; hæc cùm legerentur, quidam uir curiosus & haud illiteratus, qui unà aderat: quonam modo potuisset quispiam Diademate, quod capite gestaretur, suspendio uitam finire demirabatur: quippe Diadema regiũ ex auro gemmisq; constare dicebat, neq; illo efficere potuisse quenq̃, ut laqueo deperiret. Quæ cùm dixisset, multiq; idẽ sentirent, dixi aliud fuisse sententiæ & opinionis meæ: Diademaq; Regium tam Rhomanis, q̃ exteris gentibus, candidam fasciã esse respondi: quod insigne à Libero patre inuentum Plinius notauit: ideo crimini datum Pompeio fuisse, quòd ulceris uelandi causa, crus fascia circũcingeret, tanq̃ Regium sibi Diadema uendicaret, nihilq; referre qua in parte gestaretur illi obiectum esse: tametsi ferãtur ueteres, quod caligis non uterentur, crura fascijs alligasse, femoraliaq; & tibialia habuisse. Et. L. Metellus, quòd ulceris causa, frontem fascia circundedisset, Vittati seu Diademati cognomen tulisse. Tigranes quoq; Armenius, candidam fasciam insigne Regum

Paulus Cortesius.
Plutarchi locus in uita Luculli.
Diadema quid.
Pompeius taxatus.
Metellus taxatus.

gium ante Pompeij pedes abiecisse dicitur, uelut dominationi cederet, & omni publico munere se abdicaret. Quin Alexander memoratur, cùm desiliens equo casu Lysimachum uulnerasset, medendi uulneris causa, Diadema sibi detraxisse (nam candida fascia erat) illoq; Lysimachi uulnus alligasse. Quod omen, illum futurũ Regem designauit, sicut euetus docuit. Idq; apud Authores assiduis exemplis patere. Medis uerò, Persis, & Armenijs Regibus, Cidaris cum cerulea fascia albo distincta, uel Tiara, amictusq; purpureus quadrangulari figura. Interdum Candys, quod Persarum Lydorumq; insigne regium erat: pro Diademate fuit. Quos quidem Reges anteq; sceptra inirent, sacris initiari oportebat: qui modus erat, ut uestem quam gestauit Cyrus primùm, induerent, mox Terebinthum & Caricas gustarent, poculumq; lactis ebiberent: sicut initiatos sacris Isidis, fores ædis aperire, arcanosq; libros euoluere, aqua ablui: ad sacraria deduci, duodecimq; stolis primò, mox ipsius Deæ picta ueste indui decebat. Quæ quidem Tiara pileus erat, ex qua redimicula quibus maxillæ uelãtur, defluebant, qua Phryges in solennibus utebantur sæpe. Quod quidem Diadema Armeniorum Reges, nisi à Rhomanis, assumere poterant. Nanq; experimento cognitũ erat, Barbaros malle Rhoma petere Reges, q̃ habere. Persici Reges obseruarunt ex Myrrha & Labizo odorata, capiti insigne Regium ferre, pallamq; picturatam, & auro distinctam induere. Numidis Regibus sceptrum in sinistra, & candida in fronte uitta, insignè est regale habitum. Macedonum Regum Chlamys, Chausia, & Crepida, ac Diadema. Assyriorum uerò Tiara Diademate obuoluta, & Tunica purpurea, & partim alba, quã nisi Rex induere nemo poterat. Sardis quoq; curru uehi, & rectam ferre Tiaram solis Regibus dabatur. Apud Siculos, purpurea uestis, argenteus baculus, & purpura gemmis extructa cum Diademate. Phœnicibus, Syris, & Cylicibus, Chlamys cum crepidibus, & candicans Diadema. Aegyptijs autẽ Regibus, nũc Leonis, nunc Tauri, aut Draconis effícti imaginem, aut ignem, arborémue effictam supra caput ferre principatus & Regij dominatus insignia fuere. Tametsi Regni cura & procuratio illis penes Regias uxores fuerit, quibus plusq̃ Regi honoris, obsequijq; tributum est. Nonnunq̃ Diadema aspidis imagine distinctũ Aegyptiorum Regum spectatissimum insigne fuit: Parthis duplex Diadema amplissimũ decus Regium dicunt esse, quippe quorum Reges magni, & Regum Reges habebantur: sicut Phrygum Reges adeò processere, ut Regum maximi nomina ferrẽt. Darij Diadema fuit purpureũ, albo distinctum: quod mox Alexander usurpauit ferre. Syrij quoq; stolam & sceptrum pro regio Diademate habuerũt. Apud prius uerò sæculum Reges tenuisse hastas quas sceptra nuncupant, pro Maiestate, proq; Diademate fuisse proditum est. Ferunt milites in exercitu Pharnacis, tumultuaria coacta manu, latiorem illi scyrpum, dum ipsum in Regem assumunt, pro Diademate dedisse. Sicut Amasi dum concionatur, pro Regali ornamento Galea data est. Bataui & Germani, Regẽ quem delegere, attollere humeris, & scuto exceptum subcollare per uices pro Regio fastigio obseruarunt. Rhomanis autem Regibus Diadema, Trabea, & purpureus amictus nõ quadrangularis, sed semicircularis insignia Regij dominat⁹ fuère. Sequutosq; postea Cæsares Diademate minimè usos comperimus: imo omne decus Regium, ut inuidiosum deuitasse. Quippe nomen Regium alibi magnũ, Rhomæ uerò intolerabile fuit. Frequens enim apud eos Laurea capitis decorum, & distincta radijs corona, ac purpurea Chlamys, insignia Imperij fuere. Tametsi, post temporum interualla ex Cæsaribus Aurelianum Cæsarem, præter mores, institutaq; Maiorum Diadema usurpasse, eoq; insigni primùm usum fuisse legamus. Demum eò uesaniæ processum fuit, ut sequuti Cæsares, sacrum ignem, qui tantùm Regibus Persarũ mos erat, uelut imaginem Imperij sibi præferri sinerent, eoq; præcipuo insigni & singulari ornatu uterentur. Fertur Clearchus Heracliensium tyrannus, cum effluxè fluerẽt opes, eò processisse, ut successu continuæ fœlicitatis, supra spem humanã insolens, se Iouis filiũ diceret: superq; cætera flagitia & dedecora, auream aquilam sibi præferri sineret, purpureamq; uestem, auream coronam, & cothurnos excellenti cultu instar Tragicorum Regum, pro insigni haberet, hanc Regalem existimans palmam, uelut eo ornatu, argumenta

Cidaris. *Tiara.* *Candys.* *Regni inauguratio.* *Sacrorum Isidis inauguratio.* *Tiara.* *Persæ.* *Numidæ.* *Macedones.* *Assyrij.* *Sardæ.* *Siculi.* *Phœnices.* *Syri.* *Cylices.* *Aegyptij.* *Reginarũ honos apud Aegyptios.* *Phrygum Reges maximi.* *Darij & Alexãdri Diademata.* *Syrij.* *Sceptrum* *Scyrpus latior loco Diadematis.* *Bataui & Germani.* *Rhomani Reges.* *Regis nomen Rho. intolerabile.* *Ignis sacer.* *Clearchi fastus.*

menta sui generis, non ambigua fide demonstraret: & Antigonus, quò Liberum patrem referret, insolenti dominatu eò uanitatis excessisse, ut hæderã capiti pro Diademate, pro Sceptro Thyrsum gestaret. Indi uerò Reges pro Regio ornatu habent, ut cùm foras prodeunt, aurea Mithra pluribus gemmis distincta, & Syndone amicti, Tympanisq́ѕ, & Tintinabulis præcedentibus, conspicui fiant. Quod autem de Cidari diximus, non abnuerim illam ab Tiara haud multùm abesse, sed specie fere pari, neq; inuenusta fuisse. Præter quæ fuere capitis insignia Atheniensibus, quod Crobylum uocant, Cyprijs quod Cordilen, Persis Nidarion, Aegyptijs fasciolum non Regium, sed clarorum uirorum & Principum. De regali autem sceptro illud memoriæ proditum est, externorũ Regum Sceptra in summo Ciconiam, in imo Hippopotamum habere effictum: quo argumento Regem Iustitiæ obsequi oportere, atq; feritatem & indomitas libidines, ne ira desæuiat, emollire significabãt: quòd Ciconia summæ pietatis, Hippopotamus uialentissimum animal foret. Lydiæ uerò Reges sceptri loco securim habuisse ferunt, sicut Labradeus Iuppiter in Caria, pro Sceptro & fulmine securim ferebat. Rhomanis uerò Regib⁹ lituus cuspide incurua, qui etiam uirga augurãlis erat, Sceptri loco est habitus. Tarquinio Prisco Sceptrũ fuit eburneum in summo Aquilæ figuram habens, & corona aurea quã usq; ad extremũ tulit. Indis autem, nisi ex Ebeno Sceptra sumere nõ licebat. Quorũ Reges cùm iura dabãt, aut exteros Legatos admittebãt, tunc capillum pectere, atq; ornari solebant eximiè. Babylonij uerò tanto studio Sceptra prosecuti sunt, ut extra domũ sine Sceptro prodire, aut conspici nephas ducerent: in quibus diuersas effictas species, figurasq; habebant, quippe mali, rosæ, uel lilij, aut aquilæ, alteriúsue auis in summo insignia ferebant. Hoc Diadema apud exteros hodie uidemus in usu frequens, ut imaginem præ se ferant antiquitatis. Nam candida fascia uelut Regio insigni caput obuoluti Regalem præ se ferunt maiestatem. Non ergo mirum, ubi in summa desperatione & diffidentia, Mithridatis uxor nihil prolatandum rata, cum mortem oppeteret, si arrepto Diademate, & insigni Regio (quæ fascia erat) eodem collo alligato, uitam finire uoluisset.

Antigoni insolentia. — *Indi.* — *Cidaris & Tiaræ affinitas.* — *Crobylum. Crodile. Nidarion.* — *Ciconia & Hippopotamus insigne Regum externorum.* — *Securis Iouis Labradei.* — *Lituus.* — *Aquila in summo sceptri.* — *Indi.* — *Babylonij.* — *Figuræ aliæ atq; aliæ in sceptris.*

¶Quæ fuerint Auspicia quæ è pullis emissis è cauea captarentur, & quæ secundos euentus, quæue infortunia afferunt. Caput XXIX.



INTER auspicia quæ ueteres maxima cura cultuq; obseruarunt, annotauere annales non paruæ æstimationis fuisse pullos, quibus è cauea emissis puls dabatur. Et tametsi antiquo augurũ decreto, omnis auis tripudiũ facere possit: tñ inter eas præcipui fuere pulli Melici, & Chalcidici, quibus tantum honoris tributũ est, tantumq; fabulosa uetustas religionis ascripsit: ut nisi his præmonentibus, comitia non haberent: nullos ad honores proueherent: nulli prouincias demadarent: nõ Senatũ consulerent: nõ bella uel paces inirent: nihil deniq; domi forisq; agerẽt, quod ab his nõ prædictũ uelut Deorum monitu magna cura pensitarẽt. Hæ enim quasi internunciæ Iouis & interpretes, futura præmonere dicebant, quibus Pullarius præerat: quotiesq; de ꝓmouẽdo negocio, aut re exequẽda pullos consultũ ibat, imperato de more silẽtio, pultẽ illis ante caueam aut offam obijciebat: eratq; tempus cõsulendi summo mane & primo diluculo. Quod si oblata esca, è cauea pulli nõ exirẽt, aut serò progressi escã nõ attingerent, retróue cederẽt, uel occinerẽt, aut nõ uescerent, seu planctu alarum alimẽta refugerẽt, aut euolarẽt penitus, Omen magni terroris, & sollicitudinis tristissimosq; euẽtus adnotabãt. Tũc enim Pullarius quasi monitu fatorũ, exitus animo præsumẽs, diẽ prælij, aut rei exequẽdæ tempus diffundebat. Quod nisi paritum fuisset, extremum exitium & pernitiem plerunq; attulere. Tiberio Graccho qua die in turba cæsus occubuit, pulli non addixere, sed emissi è cauea retro cessere euentu tristissimo, qui mox consequutus est. Et Claudius pulcher moturus aduersus hostes, non pascentibus in auspicando pullis, per contemptum religionis inito nauali prælio, terribili strage cum omni classe profligatus, pœnas dedit insignes. Sunt tamẽ exẽpla delusam religionẽ, &

Pulli Melici & Chalcidici. — *Ritus auspicij capiendi à pullis.* — *Signa mali ominis.*

F contempta

contempta auspicia, felices euentus, & successus plerunque habuisse fortunatos. Papyrius enim Cursor, cùm à Pullario admoneretur, ne cũ Samnitibus prælio decerneret, pullis nõ addicentibus, feliciter dimicauit. Et Flaminius COS. moturus aduersus hostes, contemptis auspicijs, fortiter pugnauit, & uicit. Si autẽ pulli è cauea egressi, obiectam pultem, aut offam uolenti animo depasti essent, ita ut illis uescentibus frustum ab ore decideret, & terram pauiret, quod tripudium faceret solistimum: rem haud dubiè fortunari & auspicia secunda esse, lætosque successus, & spem mirificam præsignarunt. Sed quod de pullis apud Rhomanos proditũ est, idem in Lycia in Apollinis fonte, & in Medorum lacu ad Neptuni aquas Lymiræ pisces facere tradunt, ubi à consulentibus euocati ad auitum ueniunt, qui si obiectas carnes diriperent & pascerẽtur, felicia portendere & præsens auspicium facere, imperiumque breui futurum interpretabantur. Contrà si caudis abegissent, aut aspernati cibum refugissent, tunc luctus graues & dira ac pestifera augurati fuere. In Epiro quoque in tẽplo Apollinis Draco colebatur: & in Aegypto Apis bos in fano antiquissimo & sanctissimo, intra septa magnæ religionis, in quibus coniectura diuinæ mentis, & prædictiones futurorum putabantur. Sicut in Memphi Vacca, & in Heliopoli Mneus bos, atque in Arsinoe Crocodylus. Hisque porrectam escam accipientibus aut auersantibus, felicia auguria & exitus fortunati, nonnunquã magna infortunia & repentinum incõmodum prædici & præmonstrari. Fuitque obseruatum in omni augurum responso, ut si Pullarius, seu quiuis Augur qui auspicatur, cuique monita Deorum prædicere, & de augurio respõdere, ac portenta interpretari curæ fuit, tacitum ferret quod Dij uulgari uoluissent: haud aliter contraheretur nephas, quã si occulenda diuulgaret, & abdita palam faceret. Si uerò augurio fallaci mentiri ausus fuisset, sinistrũque pro dextro, uel quid prodigij foret, cõtrà denunciasset: nõ id illi qui de auspicio cõsulit, sed in ipsius Pullarij uel Auguris caput, qui tam improbè mentiri ausus esset, quicquid fuisset infortunij recisurum.

Indicia boni ominis.

Auspicia ex piscibus.

Alia ex alijs animãtibus auspicia.

Augures in religionem delinquentes.

¶Pythagoras, Parmenides, & Zeno Philosophi, tum Ennius, Pacuuius, Accius, & Neuius Poetæ, unde originem duxere. Caput XXX.

Pythagoras.



QVOD de Pythagora Samio ueteribus monumentis memoriæ & literis proditum est, his etiam Genialibus adijcere non dubitaui. Siquidem hic Samo relicta, ex patrio & natali solo, primò in Aegyptum, mox Babyloniam ad Persarum magos, contemplandosque Siderum motus, originemque Mundi spectandam profectus est. Inde Cretam Lacedæmonemque ad cognoscendas Minois & Lycurgi inclytas ea tempestate leges, contendit: quibus instructus, tanquã ex mercatura bonarum artium Metapontum & Crotonem uenit: ubi suis monitis præceptisque tantùm processit, ut populum in uicia lapsum, ad frugales mores, modestiamque reuocarit. Ibique Archytam primò & Epicharmum, mox Philolaum & Alcmeonem: Deinde Zenonem, Parmenidem, ac Lysiam suæ disciplinæ sectatores habuit, qui eius monitis doctrinaque imbuti, diuina mente & consilio uiri euasere, lumenque & ornamentum suæ Reipub. fuere. Sed Archytas & Lysias ex Tarento, Alcmeon & Philolaus Crotoniatæ, ubi quondam magna Græcia fuit. Parmenides uerò, & Zeno ex Elea Lucaniæ urbe, quæ post Silarim iuxta sinum Posidoniatem sita est, oriundi fuere. Eam plerique Eleam dixere, alij Ileam, quæ à Phocensibus colonia deducta fertur. Hic enim ille Zeno fuit Dialecticæ primus inuentor: cuius pleraque extant egregiè dicta, factaque, qui Pythagoræ præceptis imbutus, cũ Phalaridi Tyrãno homini sæuo & sanguinario, ob crudelẽ dominatũ necẽ machinaretũ, ut ciues ab impotẽti seruitio tolleret, & arcano cõsilio detecto, captus ab eo in oẽs cruciatus laceraretũ acerbis quæstionibus, quòd cõscios cõiurationis nõ detegeret, nullis terrorib' adduci potuit, ut affines culpæ & cõscios facinoris palã faceret. Sed uultu ĩterrito & quadã sublimi cõstãtia, ea pñtia animi fuit, ut singulos Tyrãno intimos

Parmenides & Zeno.

Pythagoræ discipuli.

Zenonis constantia.

timos familiares q̄q̄ insontes, coniurationis capita esse diceret, quibus sublatis, multitudinem sæuientē magnifica oratione ita impulit, ut facto impetu lapidibus eum obruerint. Sed quod de Zenone, idem de Theodoro, qui in Hieronymum Hieronis filium iuuenem omnibus flagitijs coinquinatum propter turpitudinem sordesq́ue uitæ coniurauerat, scriptum accepimus. Is enim cùm tormētis per omnia exempla cruciaretur, qui fortissimi cuiusq́ue patientiam uincerent, ea fuit constantia animi, adeoq́ue fortis & magnus, ut omnes socios facinoris supprimeret: Tyranni uerò alumnos & familiares, uelut sceleris ministros & eodem crimine pollutos, per Carnifices & Tortores ad supplicium tradi fecerit: Leæna quoq́ue q̄uis mulier, cùm per omnes cruciatus uexaretur à Tyrannis, nunq̄ adduci potuit, ut consilia Harmodij & Aristogitonis Tyrannicidarū detegeret. Ob quod meritum simulacrum illi Athenienses erexere Leænam æneā, cui ob taciturnitatē linguam addi uetuerunt. Sicut Beroso Astronomo, ob uera quæ prædixerat uaticinia, in Gymnasio statuam lingua aurata effinxere. Cui non absimilis Epicharis libertina fertur, quam in coniuratione Pisoniana, iussu Neronis per omnia fœda exempla cruciatam, non uerbera, non ignes, non torquētium ira peruincere potuit, ut se consciam fateretur. Fuit quoq́ue alter Zeno philosophus insignis, & alij nominis eiusdem fama illustris. Sed quia Tarenti mentio, & Ileæ facta est, admoneor etiam Rhudiarum in Appulis sitæ Vrbis, quæ multi nominis & famæ non minoris habitæ sunt. Ex his enim Ennius poeta oriundus fuit: Tametsi ex Tarento ortum nonnulli credant. Ea enim Vrbs à Tarento haud multùm distans citra Brundusium in mediterranea sita est: ubi Lupiæ & Salapia oppida fuere. Salentini autem hi sunt, qui extimam oram Italiæ, & Chersonessum circa Iapigiam incolunt, qui Mesappij, Calabri, Iapiges, Peceucij, & Apuli communi nomine appellantur. Fuit ijsdem temporibus Pacuuius Tragœdiarum scriptor, Brundusij in agro Salentino Ennij sorore genitus, & Accius tragicus libertinis parentibus haud multùm ætate distantes: simul & Næuius poeta, qui ex Campania, ut frequēs opinio est, originem sibi uendicauit.

Theodori constantia.

Leænæ constātia.

Epicharis libertina.

Ennius.

Salentini.

Pacuuius.

Accius.

Næuius.

GENIALIVM DIERVM
LIBRI PRIMI
FINIS.

F 2

ALEXANDRI DE ALEXANDRO IVRISPERITI NEAPOLITANI GENIALIVM DIERVM LIBER SECVNDVS.

¶ Locus ex Propertio ab Accio Syncero Neapolitano in Conuiuio familiari commodè emendatus. Caput I.



Accius Syncerus.

SATVRNALIBVS cùm ego & familiares mei cõplusculi, sub idem tempus Neapoli cõueniremus: cunćq; à forensibus negotijs feriarum causa aliquando quies foret: ad Accium Syncerum, uirum ingenij cultu & facundia singulari, cum quo mihi peruetus consuetudo fuit à puero, nonnunq̃ uentitabamus: Cum eoq; uel honestis deambulatiunculis, uel sermonibus lepidissimis, id quod erat temporis ad multam sæpe diem conferebamus, quotidianoq; eius congressu & assiduo comitatu perfruebamur. Accipiebatq; nos homo ille suauitate insigni plerũq; nouo epigrãmate, aut elegia, uersibus mundis & graphicè factis, multo cum nitore & cultu. Nonnunq̃ festiuissimis epulis, & lætiore conuictu, cœnaq; non uulgari nec protrita, sed aut ueteris cucurbitæ ferculo cum lactucæ thyrso minutim cæso, & acino uuæ passæ insperso: aut olētibus pomis, anni frigore seruatis, & ficu sicca sinuessana cum rosaceo ex petrino suo, quæ ipse appellabat petrinia. Velut fuit illa die, cùm mihi & plerisq; doctis uiris cœna exhibita, Sanazario ex Aethiopia bonæ frugis liberto, scitissimo adolescēti, quem libertate & gentili cognomento donauerat, liberalibusq; disciplinis instruxerat, ita ut cuiuis ingenuo non impar uideretur, demandauit ut Propertij elegias à se pluribus in locis castigatas summissim leniterq; cantaret. Quod cùm ille cupidè faceret, uersusq; ad Tibiam modulis dulcissimis, scita & canora uoce canere inceptaret: nosq;, & proferētis uerba, & concentum, numerosq; admodùm suaues, summa cum uoluptate captaremus: & iam millibus modulatis uersibus, uentum esset ubi Cynthiam Baijs demorantem díu abfuisse conqueritur, his uerbis.

Ecquid te medijs cessantem Cynthia Baijs
 Quà iacet Herculeis semita littoribus:
Et modò Thesproti mirantem subdita regno
 Proxima Misenis æquora nobilibus?

Propertij locus discussus.

Accius carminibus pausam fieri iussit, & ad me conuersus, Quid tu, inquit, qui orbis situm tam díu legendo perscrutaris, Misenũ aut Baias cum Thesproti regno cõmune habere uidisti? Nunquid in memoriã uenit Thesprotium agrũ in Epyro iuxta Chaones & Acarnanes, aut (sicut Herodotus ait) Ambracijs & Leucadijs proximũ, longè à Cumano abesse? Quid enim isto in loco hic Poeta senserit, qui regno Thesproti æquora Miseno proxima subdita esse dixit, cũ tanto maris terrarumq; recessu discreta sint, nõ equidem intelligo. Neq; enim Thesprotios in Cumanum uenisse, aut in Italiam colonias deduxisse, uel armis nouas sedes cõquisisse, unq̃, quod meminerim, legi: nisi tu forte qui meliore memoria es, aliter sentis. Cunćq; me id arbitrari respõdissem, quod plerìq; studiosi sensere: ut Poeta loci confinio, & quasi cõmertio ductus, cũ ex Chalcide & Eubœa ꝓfecti, multùm in ora maris possent, lateq; fines propagassent, illosq; Cumanum tenuisse, & illuc colonias deduxisse, authores tradant. Siquidem Hypocles Cumeus, & Megasthenes Chalcidẽsis, multo emẽso mari, huc colonias deduxere, moniti

re, moniti oraculo, quippe cùm nullam coloniam sinè consilio Deorum Græci transmitterent. Vel ut multi ferunt, duce Parthenope Eumeli filia, quæ solum Neapolitanum delegit, columbæ augurium sequuta. In cuius rei monumẽtum, Apollini statuam Neapolitani erexere, columba humero insidente, quam ipsa inspicere, & adorare uidebatur. Thesprotiumq; agrum ab Euboea haud multùm distare certum sit, quasi ad hoc alludẽs Poeta, subdita regno Thesproti æquora Miseno proxima affirmarit: scilicet quia ex Chalcide Thesprotis proxima & Cumeis profecti, agrum Miseno finitimum, hoc est, ipsas Cumas tenuerunt, propterea ea loca subdita uideri: solereq; non ignobiles Poetas loca & recessus circunscribere, illaq; nõ expositè & apertè, sed quasi per tegmẽta, & figuras obliquis orationibus denotare. Idq; sensisse doctos uiros, itaq; uersus interpretatos fuisse dixi. Nunq̃, inquit Accius, quod ego scio, tam hispida, & agresti aure Propertius fuit, ut cùm Chalcidem aut Cumeos dicere cõtenderet, Thesprotiũ agrum quasi finitimum illorũ loco nuncuparit, cùm præsertim nulla societas, aut cõmunio cùm Thesprotijs agro Cumano fuerit, cõstetq; si omnes sinus, promontoria, litora, insulas, & Vrbes maritimas, ac maria uasta, & terræ infusa ex omni antiquitate percensere uelis, Thesprotios magno litorum flexu & multiplici sinu, longè à Chalcide Euboeæ, & Cumeis abesse: nec ita finitimos ut forsan arbitraris. Neq; ego huius Poetæ præstantis ingenij uim, hos nitidissimos & mundissimos uersus optimè æditos tam abstruso, & recondito significatu uerborum conculcasse putarim. Etenim si Chalcidenses & Heretrienses ex Euboea, classe huc aduectos Cumas condidisse, & pulcherrimam Campaniæ oram, ac loca Miseno proxima tenuisse fama fert, sicut Iapygiã, Phaliscos, Nolam, & Abellam tenuere, cur loca Miseno finitima potius Thesprotijs q̃ Chalcidensibus, q̃ Heretriensibus subdita dixerit, equidẽ ignoro: cùm & hi uerì incolæ sint, & longè aptius conuenientiusq; fuit, istos, q̃ illos, cum quibus nullũ erat cõmerciũ, nominasse. Verũ, inquit Accius, si uersus istos bene pensitare, & uerba ac sensus aure attenta rimari uolumus, non Thesproti, ut cõmunis error habet, sed Prochytæ à Poeta scriptũ fuisse facile contẽderim. Idq; ita esse, in quoduis pignus uocarim, nõ aliter scriptum carmen ab eo æditũmue fuisse. Sed hic error ita aliquibus insedit penitus, ut diuelli haud facile queat. Quod tamen ita esse, inclinat animus probabili argumẽto. Cum Prochytam & Pithecusas à cõtinente æstu marino euulsas, quãdoq; circunfluũ mare insulas fecisse, liquido cõstet, sicut Capreas, Leucosiã, Syrenes, & Oenotrias: seu quòd multi tradũt, Inarimẽ montẽ fuisse, qui motu terræ disclusus à continẽte, Prochytam fecit, insulam, angusto freto interfluẽte, quæ Græcis ab effusione dicta est. Ipsamq; & Pithecusas disclusas montis partes, proximas Cumanorum finibus tanq̃ moles obiectas ante agrum Cumanum & Misenum existere, antiqua monumenta annalium prodidere, quod & nunc uidere licet. Subdita ergo Prochytæ regno Miseni proxima æquora Poetã dixisse crediderim, cùm ipsa litora facili traiectu apta & cohęrentia sint, quippe cũ ante ipsam paruo freto distincta iaceant, propterea subdita uideri, potius q̃ Thesprotios, cum quibus nullum cõmercium fuit, extimos & remotissimos intellexisse. Insulas quoq; regna nuncupari Virgilij testimonio probatum est, VII Aeneidos, dum inquit. Fertur Theleboum Capreas dum regna teneret. Huiusq; erroris illud quoq; specimen est, quod alio in loco communi opinione, pudendo errore receptum erat, nauitam hunc Poetam fuisse: quod quidem ita fuit in confesso, ut in eius Vitæ commentarijs pleriq; id pro certo posteris tradere non dubitarint, ut altero uersiculo constare uidebatur. Et quãuis nauita diues eram, quo imperitius dici profectò nihil potuit, cùm neq; hoc usq̃ gentium tradatur, ut elegantissimus Poeta & honestissimus, uitæ genus Poetarum studijs piaculare & portentosum, nautæ munus concupiuerit. Et portenti ac prodigij simile est, hæc commenta in tanti ingenij uiro opinari. Sed quòd à uerò minimè abest, mendum etiam in hoc uersiculo facile (inquit) ostendimus: siquidem ubi legebatur perperam, q̃uis nauita diues eram, non ita diues eram dicendũ fuit. Huius quoq; rei haud improbabile documentum uideri, quod Iouianus Pontanus uir multæ eruditionis, antiquissimo firmabat testimonio, Propertij Elegias patrum nostrorum ætate, & se adolescentulo

Apollinis statua Neopoli erecta.

Prochyta insula.

Insulæ regna subinde nuncupantur.

Propertius falso nauta fuisse existimatus.

Locus alius Propertij.

Propertij elegiæ quando & ubi repertæ.

primùm in lucem prodiisse, cùm antea inscitia temporum incompertæ forent, & incognitæ: opusq; obliteratum & longissimo æuo absumptum, corrosis & labentibus literis in cella uinaria sub dolijs inuentum apparuisse, & cùm libelli uetustate, uerbis & nominibus absumptis, longo situ & senio, quòd in diuturna obscuritate latuerãt, ueram lectionem assequi nequirent, effectum ut mendosi inde codices prodirent: Paulatimq; discuti errores, & corrigi cœpti sunt: nec tamẽ effici quisse, ut posteris omnino integri inoffensiq; darentur. Ad hũc modum Accius Syncerus noster, scitè admodùm apud complusculos qui aderamus, sermocinabatur, itaq; mendaces libellos deprehendebat, erroresq; diiudicabat, ac perpenso iudicio uicia rimabatur.

¶Qui Quæstores Rhomæ, quotq; fuerint, qualisq; potestas, & munus erat, aut iurisdictio. Caput II.

Quæstorum origo.



ORIGO Quæstorum antiquissima est, ut Pomponius & Gratianus scribunt: quippe à conditore Vrbis Romulo: deinde Numa Pompilio, ut nonnulli putant: ut uerò plures certioresq;, à Tullo Hostilio Quæsturam primo inuentam fuisse autumant. Sed sicut hoc incertis authoribus traditur, ita exploratum est Valerium Publicolam, qui cum Bruto COS. fuit, cùm Saturni ædem & Aerarium condidisset, II Quæstores qui publicæ pecuniæ præessent, suffragijs Populi creari uoluisse. Fuere autem hi, P. Veturius & M. Minutius, qui primi ex Patribus Quæsturæ munus curiatis comitijs cæpere. Quæ res cùm bene & prosperè Reipublicæ cessisset, & Plebs cũ Patribus tumultuata, Quæsturæ se participem fore contenderet, eò deducta est, ut ex II, IIII Quæstores fierent: II qui Vrbanis negocijs & Aerario præessent: II qui Consulibus ad belli ministeria præstò forent: liberumq; esset, ut hi possent Populi suffragio ex Plebe uel Patribus creari: quo tempore tanto certamine in Quæsturam Plebs inuasit, ut ex IIII uix uni Patricio Fabio scilicet Ambusto locus relictus foret. Interiecto deinde tempore quo Picentes assiduis cladibus fatigati, in populi Rhomani societatẽ asciti sunt: Quæstorum numerus auctus fertur, ut seni crearetur. Coniectari licet, quòd auctis Populi Rhomani uectigalibus, & quæstu uberrimo ex prouincijs prouenien te, illorum numerum qui id munus exequerentur, quibusq; curatio hæc demãdaretur, augeri oportuisse: donec Syllana lege intercursu temporum, ultra XX excreuisse dicuntur. Quid autem Quæstorio muneri conueniat, separatim & intercisè authores tradũt. Nam COSS. Prætoresq; in prouincias profecturi, singulos Quæstores, quorum curæ captiua præda, & quicquid auri argentiq; inde adueniret, appẽsum adnumeratumq; demandaretur, apud se habebant. Quorum munus erat, uectigalia Pop. Rhomani in prouincia exigere: stipendia præbere militibus: singulaq; accepta expensaq; rationib9 inferre: multas quoq; pecuniarias, tam Rhomæ, q̃ in Prouincijs exigere: & in publicas tabulas notare: omniumq; rerum pecuniarumq; notas, & illustres rationes dare: illasq; cõfectas & cõsolidatas, absolutasq; per suos Scribas in ærarium deponere. Quos quidẽ Scribas maximæ ꝓbitatis, ne quid fraudi doliue admitteretur, huic numeri adscribebãt, Tãetsi Scribæ officiũ Rhomanis mercenarium fuerit, nec magni testimonij aut precij: Macedonibus cõtrà, apud quos nisi uiri expertæ uirtutis, magnisq; reb9 gestis, & pro cumulo magnæ gloriæ admittebantur. Siquidẽ Eumenes Cardianus Scriba Philippi Regis fuit: & alij uiri illustres hoc munere, uelut amplo honore, honestati fuere: Cato uerò in Quæstura ministros & Scribas rationibus obnoxios, grauiter increpitos, quòd parũ integra fide æra ꝑsoluissent, fœdũ in modũ uexasse, & magistratu deiecisse dicit: q tã accuratè Quæsturã gessit, ut unus ex Quæstorib9 quotidie ad ærariũ ueniret primus, & rationib9 cõfectis recederet postremus. Hos enim Quęstores à principio COSS. deligebãt, nõnunq̃ sorte illos accipere coacti sunt: donec eũ quoq; honorẽ Populus suffragijs Tribunicijs, quib9 libitũ est demãdauit. In qua re id obseruari meminimus, ut anteq̃ COS. Prouincia decederet, Quæstori magistratu abesse nõ liceret. Alij uerò Quæstores dicti, q Prouincias decreto Senat9 sortiebantur:

Primum bini quæstores creati.

Deinde quatuor.

Mox Seni.

Tandem ultra uiginti.

Quęstorũ officium.

Scribæ Quæstorum.

Cato in Scribas infideles.

Quęstores à quibus eligebãtur.

Aliud Quęstorum genus.

sortiebantur: qui etiam ius dicere, Lectores habere, & munera belli obire, ac magistratus insignia in Prouincia ferre poterant. Quibus & mandata, imperia, & exercitus commissos, illorumq; ductu & auspicio egregiè bella gesta, prouincias administratas & perdomitas, hostes uictos, & profligatos, atq; exercitus fusos, & multiplici clade affectos legimus. Præter quos Vrbani Quæstores fuere: qui etsi nullo imperio fungerentur: quippe qui nec uocationem, nec prehensionem haberent, nec sella curuli, ut pleriq; magistratus, neq; Lictoribus, aut Viatoribus insignes forent: & apud Prætorem possent à priuato in ius uocari: negociosa tamē & plena sollicitudinis administratio fuit. Nam & Aerarij, & uectigalium Popu. Rhomæ curam gessere: tum siquid pecuniarum publicè, uel priuatim erogari, uel in Aerarium condi deberet, Quæstorum curæ mandabatur: cumq; exercitus scribi, & in campum Legiones educi oporteret, signa militaria à Quæstoribus ex Aerario promebantur: eaq; ad COSS. in expeditionem ituros mittebantur. Quinetiam Regibus & Legatis ex ultimis oris terrarum Rhomam profectis, publicum hospitium & munera, quæ laucia dicta sunt, sæpe commeatus largè & hospitaliter, & uestimenta per Quæstorem Vrbanum publico nomine præstabantur: ipsisq; ac comitibus, nequid rerum deesset, Vrbani Quæstoris curæ mandabatur: Qui tamen non omnium gentium Legatis hæc munera præbere solitauerunt. Nam si quæ incognitæ Legationes aduentarent, anteq̄ admitterentur, exploratores minoresq; magistratus profecti obuiam: qui & quæ petentes uenirēt imprimis inquirebant: inq; æde Apollinis extra Vrbem Senatu euocato, postulata noscebant: quos, si uidebatur, admitti iubebant. Et si socij essent fœderati, aut bene de Repub. meriti, quò honoratius exciperentur, his obuiam prodire, illosq; liberali & largo uiatico, ac comi hospitio iuuare, benignè inuitare, comitatuq; & copia rerum omnium cumulare, nonnunq̄ apparatis excipere epulis, per oppida, perq; municipia solebant. Sed cùm lapsis post temporibus, propagato latè Imperio, Legati sociorum ab exteris & ultimis gentibus, Vrbem quotidie adirent: cùm uix tot commeatib⁹ Populus sufficeret, cautum fuit, ut sublato sumptu & uiatico, Legati Regum, Municipiorū, & Coloniarum, undecunq; Rhomam profecti, ædem Saturni petāt imprimis, ibiq; apud præfectos Aerarij nomina dare & literis adscribi debeant: ut cùm commodùm foret, noscendis singulorum postulatis Senatus detur. Et post mādata, singulis in Prouincias profecturis consulatur. Quinetiam absentibus COSS. comitia Quæstorem Vrbanum habere posse, non est controuersia. Præter hos fuisse Quæstores parricos, qui & parricidij dicti sunt, apud multos comperimus: tantæ dignationis, ut capitis reos agere, & Maiestatis postulare, diemq; perduellionis ad Populū dicere, capitales res quærere, & de sontibus quæstiones habere possent. A Quæstoribus Cæsone Fabio, & L. Valerio dies dicta perduellionis Cassio fuit. Et ab Aulo Cornelio & Seruilio Quæstoribus M. Volsio, quòd falsus haud dubiè testis in Cæsonem fuerat, diem dictam accepimus: qui postea seuera correctione damnati, suorum facinorum pœnas dedere. Hos etiam Lictorem & Viatorē habere, & ius dicere liquet: qui & Quæsitores dicti: quàm iurisdictionem Triumuiri capitales postea sibi uendicarunt. Quos quidem parricos Syllæ temporibus ad XX numerum propagatos, ut de sontibus pœnas exigerent, authores memorant. Per quos ius quotidie dici, & Senatū suppleri uoluit. Est quoq; illud animaduertere, quod licet Questura ex minoribus magistratibus in Vrbe foret, eius tamen dignationis erat, ut quisq; egregius & bonæ indolis adolescēs, ex illa, gradum ad reliquos honores faceret. Nanq; hinc aditum reliquis adeūdis magistratibus auspicabantur: siquidem primis experimentis, Quæsturæ initiati, qui nullis ante honoribus usi erant, inculpatæ uitæ testimonio, ad Aedilitatem, mox Præturam, & demum Consulatum, euehebantur. Quinetiā tanto honori Questura fuit olim, ut uiri Consulares magnisq; honoribus functi, illam gerere indecorum non putarent. Cū M. Valerio Volesi nepote, T. Quintius Capitolinus, qui ter. COS. antea fuerat, quiq; amplissimis magistratibus insignis erat, Quæsturā gerere nō dubitauit. Cato quoq; triūphalis senex Quæsturā ita gessit, ut Cōsularis potestas Quæstorio muneri adiuncta uideret. Quod & lege Pompeia cautū fuit, ut deinceps Quæstores nisi uiri Consulares,

Quæstores Vrbani.

Quæstorū Vrbanorum munus.

Quæstores parrici siue parricidij.

Quæstores parrici ad numerū uigesimū

Quæstura primus gradus honoris.

Quæsturæ honos & dignitas.

Lex Pōpeia de Quæsturæ munere.

 suffragio

ſuffragio Populi crearentur. Fuitq́; inde ſeruatum in exercitu, cùm pro re conſiliũ ca

Quæſtores initio gladiatoria munera exhibebant.

piendum erat, uel acie Duces congredi parant, ut Quæſtores unà cum Legatis, & Senatorij ordinis militibus, Tribunis militaribus, & primorũ ordinum Cẽturionibus, cõcilio aduocentur. Cumq́; anteà Quæſtores deſignati, gladiatoria munera exhiberent, quòd illis erat hoc munus à Principibus datũ, poſtea Neronis tẽpore Senatuſconſulto cautum fuit, ne deinceps Quæſtores exhibẽdi gladiatores ad ferrũ, neceſſitate polluerentur.

Quæſtores Principis candidati & quod illorum munus.

Nec præterierim Quæſtores Principis candidatos ultra præſcriptos, cæteris adnumerari: quorũ munus erat, acta Senat⁹ & Principis perſcribere: Orationes Imperatorũ, & libellos ad Senatũ miſſos cum poſtulatis recitare, & mandare literis: dictandiſq́; epiſtolis, & legẽdis aſſiduè uacare. Quare orationes Principũ, Senatusq́; edicta, ac militũ conciones, per Quæſtores ſæpe perſcripta, lecta, & audita fuiſſe legim⁹. Tametſi Nero Princeps miſſas ad Senatũ orationes, præterito Quæſtoris officio, per COSS. recitaſſe pro concione: & Veſpaſianus, orationes in Senatu Quæſtoris uice, frequẽti curia retuliſſe dicat.

Quæſtura annuus magiſtratus.

Sed cùm Quæſtura annuus magiſtratus foret (quippe finito anno, ex legis præſcripto, reditus Quæſtori permittebat) quoſdã tamẽ prorogato Imperio, cõtinuo triẽnio ærarij curã, & Quæſturæ munus geſſiſſe cõperimus: donec

Aerarij cura à Quæſtoribus oblata.

lapſis temporibus, deſito Quæſtoris officio, cura Aerarij à Quæſtoribus urbanis ad Prætorios Prætoresq́;, ac Præfectos ærarij lege promulgata ab Auguſto tranſlata fuit. Is enim ex numero Senatorum præfectos Aerarij delegit primus: deĩde forte ducti fuere ex numero Prętoꝝ: quã Claudi⁹ Cæſar à Pręfectis ad Quęſtores rurſus deuolui iuſſit. Deinde Nero curã tabularũ publicarũ à Quæſtoribus ad Pręfectos transferri uoluit. Donec ad Veſpaſiani tẽpora peruentum eſt, quibus rurſus à Prætoribus cura Aerarij gerebat.

Quæſtura apud Athen. Periander lapidatus. Aerarium in æde Saturni, & quare.

Apud Athenieſes uerò ampliſſim⁹ magiſtratus Quæſtura fuit, quã cùm gereret Periãder, grauiſſimã contraxit offenſam, quòd parcius frumẽtum Populo impartiret, proptereaq́; accuſatus, & à Plebe pro cõcione lapidibus obrutus fuit. Cur aũt in æde Saturni Aerariũ eſſe uoluerint, licet uaria opinio diſſentiat, illorum ſentẽtiæ accedo magis, qui cẽſuerũt id quod nõnulli tradunt, & ad fidẽ pronius eſt, Valeriũ Publicolã, qui Saturni ædẽ conſtruxit, loci oportunitate ductũ cùm omni aditu perſcpto, undiq́; præruptus & ab acceſſu munit⁹ locus foret: eandẽ Saturni ædẽ Aeris publici, legumq́; & Senatus conſultoꝝ, tabularumq́; publicarũ, & ſignorũ mili-

Nemis & Tibure etiã fuit ærarium.

tarium ſacrariũ eſſe uoluiſſe. Pręter quod Saturni ærariũ, Nemis quoq́; & Tibure, ſacrarum pecuniarũ theſauros ad incertos belli euẽtus, ſi externa uis ingrueret, lõgo tẽpore ſeruari accepim⁹. Illud quoq́; nõ ab re fuerit meminiſſe, in eadẽ Saturni æde fuiſ

Aerariũ Sanctius. Viceſimũ aurum. Incẽſimarium, Cimiliarchium.

ſe Sanctius ærariũ intentioris curæ: in quo aurũ uiceſimariũ, quod ex uiceſimis exigebat, ad ultimos caſus & in extrema fortuna Populi Rhomani ſeruabat: quod incẽſimarium, ab alijs Cimiliarchiũ dictũ eſt. Ex quo C. Cæſar primo ingreſſu ciuilis belli, laterũ aureorũ VI & XX millia: percuſſæ uerò monetæ, pondo CCC millia, quod erat tot triumphis partũ cõgeſtumq́;, & lacerpicij pondo CXI, protuliſſe fertur.

Aerarium militare. Saturni ædes ubi ſita. Carmentis fanum. Porta Carmẽtalis. Saturnia porta. Pãdana

Poſt quæ legimus ærarium militare cum uectigalibus nouis ab Auguſto æditum: unde prompta pecunia ſtipendijs ſufficeret. Aedem uerò Saturni in faucibus Capitolij fuiſſe conſtat: qui mons Saturnius dictus, ubi Carmentis fanum, à quo Carmentali portæ nomen datum: ibi quoque Saturnia porta, quæ Pandana, eò quod ſemper pateret dicta eſt: in qua æde Senaculum fuiſſe authores memorant. Apud Græcos illud fuit notatũ, Myniã Chryſæ filiũ, qui Mynijs imperitauit, condẽdis pecunijs theſauri locũ muniuiſſe primũ.

Delus belli ſedes.

Tũ ſi quãdo, cõſpirante Græcia, cõmuni cõſilio bellũ gerendũ foret: i Delo inſula, quã ſedẽ bello delegerãt, collatas pecunias ad belli opus tãq̃ Aerariũ deponere cõſueſſe: idq́;, quantũ opinione auguror, ideo uiſũ, quòd difficilis aditu, & arcis in modũ munitiſſimus locus foret. Cœtus quoq́; & belli cõſilia, in eiuſdem inſulæ

Athenienſium Theſauri. Lacedæmoniorũ. Macedonum. Syracuſanorũ. Aſſyriorum. Cambyſis.

tẽplo, nõnunq̃ apud Olympia habebãt: deq́; rebus maximis de cõcilij ſentẽtia decernebãt. Athenieſes uerò Delphis theſauros omni ætate intactos habuerũt: Lacedæmonij pecunias publicas in theſauris nõ coegere: ueriti ne uiolentiores cuſtodes nacti, illas expilarent. Macedones in oppido Quinda iuxta Tharſum omnẽ gazã & pecuniã ad belli op⁹ deponebãt. Syracuſani in Labdalo caſtello munito. Aſſyrij aũt Suſis: Cãby

ſis

sis ærarium oppidum Gaza in Palestina fuit. Nam Persæ gazam ærarium uocãt. Deiotari uerò in Peio Phrygiæ: Lysimachi thesaurus Pergami seruabatur: aliquando in Cetirizi promontorio: Iugurthæ in Thala & Capsa Numidiæ: Persarum Reges Barbaras opulentias in montibus ponunt. Hebræi in Thrace & Tauro Hiericuntis: nam sacrum thesaurum Corbonam uocant. Tigranis in Bambinsa & Olena. Mithridatis in petra Armeniæ. Babyloniorum autem Regum in Zeugma urbe iuxta Euphratem, uelut arce tutissima tributorum thesaurus, & ærarium esse consueuit. Gaza. Deiotari. Lysimachi. Iugurthæ. Persarum Regum. Hebræorum. Tigranis Mithridatis. Babyloniorum

¶Quid responderit super controuerso iure testamenti, in quo fundus seu ædes filiæ legatæ fuerant. Caput III.



APVD tribunalia iudicum, cùm in foro & iudicijs uersaremur, ibiq; assideremus ut postulata cognoscerem: testamentum exhibitum est in hęc uerba. T. Semproniũ filium honestissimum ex asse mihi hæredẽ uolo: Septiciæ uerò filiæ meæ impuberi, cùm uiri potẽs erit, fundum suburbanum seu ædes meas, quæ in uia lata sunt, do, lego, ut hac dote contenta, Aelio Campano nubat. Cumq; filia potens uiri, dotem sibi à Sempronio apud Iudices dari postularet & lege ageret, tamq; ad fundũ suburbanum quàm ædes admitti peteret ex legato, ideoq; ad iudices consciscendæ litis gratia uenisset. Sempronius cõtrà renitens reclamabat, & Septiciæ alterum tantum deberi ex testamento, ut siue ad fundum, siue ad ædes admissa fuisset, amplius ex legato peti non posse aiebat: cùm testamenti uerba non utrunq; dari, sed ad alterum admitti designarent, illamq; si alterũ fuisset assequta, ad aliud iure legati admitti non decere. Cumq; ad multam diẽ iurgijs, clamoribusq; obstreperent, & infinita contentio, atq; inexplicabilis difficultas Patronorũ esset. Tandem post immodicas altercationes, consultus ego à Iudicibus super hoc iure controuerso quid sentirem: Testamentum & tabulas mihi exhiberi iussi, quo prolato, cùm postulata cognouissem, discusso iure quod in controuersiam uenit, & testamenti uerbis maturè pensitatis: utrunq; Septiciæ deberi, & tam ad suburbanũ fundum, quã ædes iure legati admitti posse respondi. Quippe cùm parentis arbitrium tã super fundo quam domo Septiciæ consuluisse appareat, & hoc ex testamenti uerbis liquere. Dictio enim seu, ultimæ dispositioni apposita, in qua omne momentum rei est, & Testatoris uoluntas sita apparuit, non disiunctiua, sed coaugmentatiua est: illamq; copulare uerius quam disiungere: propterea utrunq; simul comprehendere dixi. Et hoc habere rationem explicatam ex perpetua legis dispositione, quam Paulus iureconsultus libro iuris ciuilis tertio de legatis aptissimè prosequtus fuit: qui de hac controuersia consultus ita respondit, uerba Pauli ex eo libro hæc sunt. Vxori meæ mũdum, ornamenta, seu quæ eius causa paraui, do, lego, placuit omnia deberi: hoc enim uerbũ seu ampliandi legati causa positum est. Quibus perlectis, Iudices secundum ipsius postulata Septiciæ, litem dedere.

Dictio seu, ultimæ dispositioni apposita.

¶Quæ Deorum ædes extra Vrbis pomerium sitæ fuerint, & ex his quæ in Vrbem postea receptæ. Caput IIII.



QVOD ædes Vulcani à Romulo primùm extra pomerium constructa, in Vrbem diu admissa non fuit, causam hanc ferũt fuisse, ut is Deus procul incendia arceret: neue confinio, & quasi cõtagio Vrbi quæ incendijs exposita erat, discrimini aut noxæ foret. Quos eñ Deos ui sua ueteres obesse sunt arbitrati, in Vrbẽ diutius non admisere. Hac de causa ædẽ Bellonę et Martis extra Capenã quarto ab Vrbe milliario cõstructã ferũt, ut à ciuium mẽtibus intestinas clades, ardorẽq; conserẽdæ manus, à ciuili cruore ad hostiles pugnas auocarẽt, utq; domi iugi cõcordia qetè uiuerẽt, illos ueluti fomẽta plior; intra Vrbẽ esse noluere. In hac æde Bellonæ summis Ducib⁹, q forte strenuãq; operã Reipub. nauarunt, post res gestas magnificè, Senatus sæpe dari, ibiq; de triumphis, deq; uictoria

Aedes Vulcani cur diu in Vrbem nõ admissa.

Aedes Bellonæ & Martis

ctoria consuli mos erat. Martis uerò ædem, qui gradiuus dicitur, Appia uia XV stadijs ab Vrbe: & alteram Quirini cognomento, quasi sedati & tranquilli intra pomerium fuisse, multi meminerunt. Sic Veneris Hericinæ templum extra portam Collinã magna mole constructum ferunt, cum porticu insigni, quod deuicta Sicilia, Marcellus fundasse dicitur, ne libido inualesceret. Vtq; luxuria à Matribus familias abesset procul, ideo ab Vrbe semotum extra pomerium locauere. Ad hanc Aedem si quãdo circus maximus Tyberis alluuione inundaret, ludos Apollinares sæpe celebratos comperimus: In quam uirgines ætate adolescente Veneri pupas uelut puerilia rudimenta offerre tradunt. In ea quoq; intercursu tẽporum, Veneris Verticordæ simulacrũ, quòd homines ab effusa libidine auerteret, dedicatũ fuit. Sed quæ fuerint Aedes Deorum extra Vrbis mœnia præcipuæ traduntur, Iouis & Fauni, atq; Aesculapij fanũ in insula Tyberis, quam ab Epidauro aduectus, sedem sibi delegerat, cùm ægra ualetudine Vrbs oppressa & latè uis morbi peruagata foret. Seu quòd feruente morbo, foris habitare salubrius ducerent. Neniæ quoq; Sacellum, quòd cantu querulo funeribus præesset, pari exemplo ab Vrbe semotum extra portam Viminalem statuerunt: Sicut fanum Quietis uia Lauicana, & Rediculi extra portã Capenam, quod secũdo Punico bello constructum fuisse constat. Cum enĩ Hãnibal Vrbem oppugnaturus, inter Anienem & mœnia Rhomana castrametatus foret, quòd nulla bene gerendæ rei occasione data, & spe Vrbis potiundæ abscissa, fatum Vrbis & propicij Dij illius mentẽ ab oppugnanda Vrbe auertissent, & inde parũ feliciter redijsset, Rediculo deo fanum ibi constructũ ferunt, dictumq; est Rediculi, quòd uisis quibusdam & ostẽtis inde deterritus, nullo ædito negocio redierit. Vltra quod cãpum Rediculi extra Appiã ad secundũ lapidẽ fuisse dicunt: in quo Hãnibal castrametatus fuerat. Aedẽ quoq; Apollinis extra portã Carmentalẽ sicut ędẽ Honoris cum ara quam Q. Maximus dedicauit: & collapsam M. Marcellus restituit: atq; Herculis tẽplũ diu mãsisse extra Collinã plerìq; asserunt. Sed hæc Apollinis ædes intra forum olitorium, & circum Flaminiũ fuit. Nãq; in altera extra pomerium, Legatis exterarum gentium, anteq̃ admitterẽtur, Senatus dari consueuit. Templum quoq; muliebris Fortunæ, latina uia, quarto ab Vrbe milliario ad fossas Cluillas: quòd inde Coriolanum Vrbi excidium minitantẽ, maternæ preces auocauere, quodq; mulier Vrbi laboranti pręsidio fuit, & Virilis ac fortis fortunæ templa iuxta Tyberim pariter extra pomerium fuisse liquet: in quo muliebris fortunæ templo solas mulieres litare, aut sacrificio admitti seruatum est. Aedes præterea Spei extra portam Carmentalem fuit: & altera in foro olitorio. Hanc ædẽ extra Carmentalẽ secundo Punico bello incendio deflagrasse à Triumuiris postea restitutam: illam uerò in foro olitorio sub idem tempus fulmine ictam fuisse, quo tempore Hannibale Italiam peruastante Respub. intestino malo laborabat, & cuncta bello ardebant, multi prodidere. Quæ res uastitatem Italiæ, & imminens excidium, quo terra, mariq; imperium agebatur, & fluctuabat, haud dubiè designauit. Apud Athenas uerò Cynosarges Herculis templum, Gymnasium, & Lucus, extra Vrbis mœnia uisebantur. Apud alios Timorem, Pallorem, Paupertatem, & Senectam tanq̃ noxia numina, procul à Ciuitate arcuere, nisi quod Spartæ Timoris tẽplum, iuxta eorum tribunal Ephori locarũt. Cum Rempub. nulla re magis quàm metu corrigi putarẽt. Alij Aesculapij templa extra Vrbis mœnia statuere: quòd foris degere salubrius ducerent. Ab Aegyptijs autem perpetua constitutione seruatum est: ut nunq̃ Saturni templa aut Serapis intra oppida admittant: sed uelut peruigiles & excubitores Deos extra Pomerium & in Suburbijs sedes habere sinant, tanq̃ illorum numine & fauore ualidis septi præsidijs forent: proq; aris focisq;, & Deorum templis, ac solo in quo nati essent excubarent. Illorumq; ministerio & opera, ab hostili incursu, & clandestinis insidijs se tutos adnotarent.

Veneris Hericinæ. — *Ludi Apollinares.* — *Pupæ Veneri offerebantur.* — *Venus Verticorda.* — *Næniæ Sacellum.* — *Quietis & Rediculi fanũ.* — *Campus Rediculi.* — *Aedes Apollinis.* — *Herculis templum.* — *Fortunæ muliebris.* — *Verilis & fortis fortunæ tẽplum.* — *Spei ædes.* — *Atheniensium templa extra mœnia.* — *Timoris, Palloris, Paupertatis.* — *Saturni & Serapis templa.*

¶ Quæ solennes cerimoniæ more Rhomano in sponsalibus olim & nuptijs esse consueuere, & quæ apud exteros. Caput V.

Nuptiarum



NVPTIARVM solennes cerimonias, quæ ritu Rhomano in spõsalibus adhiberi solent, quas nostri Maiores festo coniugij die seruare consueuissent, quasq; uetusto more prętermittere non licebat, has ferme accepimus. Vbi enim uirgo necessitudinis causa, futuro uiro spondebatur: ipso sponsaliorum die, signatoribus & auspicibus duobus nuptias castas & legitimas auspicabantur noctu, nonnunq̃ die luce prima: in quo id cauebatur imprimis, ne motus Cœli aut Terræ fieret, nêue turbatiore Cœlo & die inquieto fœdus inirent. Hæc enim pręcipuè nuptijs aduersari putabant. Auspicatissimum uerò signum esse Cornicem, maximæq; fidei & inuiolati fœderis indicium facere. Ea enim Cornicũ societas est, ut ex duabus socijs altera extĩcta, uidua altera perpetuò maneat: quod de Lyncibus proditur, ut post amissam coniugem, alij non iungantur. Qui tum pro marito auspicabatur Auspex idemq; Paranymph⁹: qui pro uxore, Pronuba dicebatur. Tunc qui sponsam ducturus erat, illam sibi in coniugem dari solenni stipulatione postulabat: qui uerò daturus, illi uxorem futuram spondebat. Qua de causa mulier sponsa (authore Seruio Sulpitio) & ipsa conuẽtio spõsalia dicta sunt. In qua sponsione, nec propria nomina sponsi sponsæue exprimere fas erat: sed uir Caius, uirgo uerò Caia dicebatur. Castum Caiæ Ceciliæ coniugium quæ Tanaquil dicta, Tarquinium priscum coniugem sortita fuit, felici nomine usurpantes. Idq; sacrificio perfecto, & consulto Deorum numine: primo diluculo & matutino. Siquidẽ prima & secunda hora sponsalibus olim & nuptijs dabatur. Nonnunq̃ per coemptionem nuptias contrahebãt. Ita ut mulier, an ei materfamilias esse uellet à uiro, inuicemq; uir an ei paterfamilias esset futurus, à muliere rogaretur: quo genere sponsaliorum, uir & uxor inuicem in bonis & fortunis omnibus succedebant. Mulierq; in mariti familiam ut filia, & sui hęredis loco admittebatur. Quippe cùm tribus modis contraherẽtur nuptiæ, usu, coemptone, & confarratione. Per coemptionem uxor in uiri familiã transit: quare mater familias dicta, quæ in mariti manu & mancipio sit. Vsu uerò & confarratione minimè, quæ quidẽ confarratio solis Pontificibus dabatur. Tametsi, sortitione nonnunq̃ uxores ductas, & sponsalia inita inueniamus. Stipulatione ergo facta & sponsione sequta, ignem & aquam in limine appositam, uterq; tangere iubebãt, qua etiam noua nupta aspergitur: quasi eo fœdere inexplicabili uinculo, & mutuo nexu forent copulati. Hæc enim elementa sunt prima naturæ, quibus uita uictusq; cõmunis constat, & quibus qui extorres ab hominum cœtu futuri sunt, interdici legibus solet. Apud Græcos uerò & Macedones panem gladio diuisum, sponsum & sponsam cum ineunt sponsalia, gustare solenne fuit. Apud Galatas, ut ex eodem poculo uir & uxor bibãt. Quare Camma Galata cùm uiri mortem illatam à Sinorige ulcisci uellet, dissimulato dolore, sponsalia cum eo inire finxit, uenenatumq; poculum illi propinauit: quo hausto, Sinorix & ipsa læta quòd ulta uirum esset, mortem obiuere. Coijs autem in more fuit, ut sponsi cùm ineunt sponsalia, muliebri ueste induãtur. Romulus quoque in communione panis & aquæ, matrimonij fœdus inisse traditur. Ab alijs est usurpatum ut uitta purpurea cãdido distincta, aut ueste uersicolori, sicut apud Latinos usus erat, noua nupta sponsusq; amiciantur, aut iugum pariter subeant: quare Iuno iugalis dicta, quasi æquissimo iure, & concordibus animis inuicem necterentur, societasq; & communicatio uitæ coita foret. Vel caput obnubant, ut ueteribus mos erat, unde nuptiæ: Persæ autẽ & Assyrij accepta, inuicemq; data dextra, fœdus matrimonij ineũt. Nihil enim apud illos fide antiquius erat. Apud Hethruscos in coniunctione nuptiali, uiri sublimes porcam immolant, quasi Dijs testibus, illud bene cessurum & futurum inuiolabile. Quod quidem dirimere non licebat, nisi diuortio, morte, captiuitate, uel seruitute. Dona uerò & munuscula uirum ab uxore, uel contrà accipere, legibus erat & scripto iure uetitum: nefas existimantes, quos legitimus amor coniunxisset, donis uideri potius allici, quàm coniugali amore conciliari. Annulus tamẽ sponsæ dono mittebatur à uiro, qui pronubus dictus: is enim erat ferreus, & sinè gemma, prisca uidelicet sæcula, & antiqui uictus parsimoniam, ac frugales mores designantes. Germanorum fertur mos non improbãdus, ut sponsus complacitę mulieri, quam ducere animo destinauit,

Cerimoniæ nuptiarum.
Cornix.
Auspex.
Paranymphus.
Pronuba.
Sponsa.
Sponsalia.
Prima & secunda hora spõsalibus accommodæ.
Nuptiæ tribus modis contrahebantur.
Cerimoniæ.
Græci.
Macedones.
Galatæ.
Coij.
Alij.
Iuno iugalis.
Nuptiæ unde.
Persæ & Assyrij.
Hetrusci.
Dona uxori dare prohibitũ
Annulus pronubus.
Germani.

destinauit, dotem det, qua exhibita, frenatum equum, & boues, scutum, gladium, & arma, tanquam pignus amoris uxori mittat. Cùm uerò sponsa ad uirum ire parat, in ipso nuptiarum celebri officio seruatum est, ut rectam tunicam & puram togã uestiat, uerbenaq́ue, quæ Veneri dicata est, & floribus herbisq́ue à se lectis corollam texat, eamq́ue sub
Locrenses. amiculo deferat. Id quod Locrensibus in usu erat, ut matronæ ex lectis floribus nectãt
Bœoti. coronas. Nam empta gestare serta uitio dabatur. In Bœotia usurpatum est, ut spõsam
Græci. obtegentes, asparago coronent: apud Græcos autem Sisymbrio, caputq́ue hasta gladia-
Celibaris. toris, quæ in corpore mortui stetisset (quæ Cęlibaris dicta est) comat, ac frontem & comam discriminet. Opinari licet, quasi fortes ea de causa uiros se genituram ominetur: aut quod sponsi disciplinæ se subditam fateatur. Debere enim uxores sub uiri di
Flammeum. sciplina esse & corrigi, seuerissimis exemplis ueteres uoluere. Flammeo etiam caput uelabat, pudoris causa, quod lutei coloris erat, quo matronæ spectatæ pudicitiæ tegebãtur. Quodq́ue eo Flaminica utebatur, cui diuertere à uiro non licet, ideo sinè dissidio
Spartani. matrimonium fore opinati sunt. Id tamen apud Spartanos in more fuit, ut uirgines innuptæ, & quæ nullo coniugij fœdere iunctæ essent, facie inuelata & aperta: nuptæ
Chelidonij. uerò nisi uelata parte oris, & oporto capite foras prodirent. Chelidonijs quoq́ue mulieres quæ se alienis uiris collocassent, dimidiũ faciei inuelare ius erat, ultra reuelare uetitum. Seq́ue cingulo cingebat ex lana ouis cõtexto, quod Herculaneo nodo uinctũ, nemini nisi in geniali thoro, & dum sacrum nuptiale fit, soluere permittitur, ominis causa scilicet, ut in sobole gignenda, educẽdisq́ue liberis sicut Hercules, fœcundus foret, eo argumẽto quòd illũ eximiæ fœcunditatis (quippe qui LXX ex se liberos reliqt) fuis
Zonæ solutio. se dicunt. Zona quoq́ue nouam nuptam circumcingi, quæ nuptiarum die à uiro soluebatur, nonnulli ferunt. Mox nuptiali mundo compta, in pelle lunata sedere iubebatur, eiq́ue
Lusitani. pellem sub pedibus strauere. Sanè uetustum morem, quo pellibus ueteres usi sunt, si-
Cerimoniæ dũ spõsa ad uirum proficisceretur gnificantes. Lusitanis uerò in roseis tantum ornamentis sponsas locare permittit, quibus omnes utuntur pariter, alterius generis non licuit. Cumq́ue ad uirum profectura, noua nupta egredi uult, ipsum limen transcendere sua sponte, aut uestibulum tangere non sinunt: sed quasi raptam, & inuitam è gremio, & sinu matris, transcendere limina uolunt, uidelicet nisi coacta suos relictura, aut proprios lares exitura non fuisset: uel quia ubi delibandus flos maritalis erat, inuitam ingredi uideri uolunt. Ipsa uerò domũ egressa, præcedente Tibicine, & eo qui canit Hymenæum, officio frequẽti affinium stipata, colum comptam secum defert, & fusum cum stamine: duo uerò patrimi, & matrimi pueri, eam tenentes deferunt: tertius uerò anteit, qui facem accẽsam pręfert, ex
Græci. Pino alba, qua prælucente, ad uirum nupta deducitur. Apud Græcos uerò (ut Pausanias ait) media locatur in nuptiali curru, sponso & necessario affini iuxta comitante, quem Parochum uocant: cuius axem pro foribus incendebant, ut signarent illam ibi
Chamæpus. perpetuò mansuram, neq́ue ulla tempestate inde recessuram. Quod si curru sponsa non
Rhodij. subuehitur, sed pedibus mariti domum peteret, Chamępus dicebatur. Apud Rhodios
Noctè inibant coniugia. noua nupta per Præconem in mariti domum aduocatur, & eo proclamãte, in thalamũ admittitur. Eam uerò facem, ideo accensam ferunt, quia nisi sub noctem, & in tenebris priscis sæculis inire coniugium non licebat: Alio deinceps far tostum præferente, sci
Confarratio. licet quia nihil confarrationis fœdere in sponsalibus religiosius fuit. Ideo in dirimen-
Diffarratio. dis nuptijs, etsi quando uir ab uxore diuertere contendit, diffarrationem fieri accepimus. Eandem uerò facem sub lecto uiri posuisse, aut in sepulchro comburendã curasse, fœdum erat auspicium & omem exitiale: maximaq́ue facere infortunia creditum.
Græci. Fuit quoq́ue Græcorum mos, ut cùm sponsa ad uiri domum traducitur, puer spinis & glande querna obsitus, canistrum panibus onustum deferat, Sponsæq́ue præcedens pas-
Nuces sperge bantur. sim clamitet, ἔφυγον κακόν, εὗρον ἄμεινον, quod est dicere, effugi malum, inueni bonũ, quasi
Sponsæ. post frugales mores, re & honoribus auctior sit. Dumq́ue ad uirũ uadit, intranti domum
Thalassius. nuces iuglandes flagitant, easq́ue pueris iaciunt & passim feliciter dicunt, Thalassiumq́ue
In Menãdrijs, & apud Aristoph in auib. repetitum. modulatis carminibus clamitant, sicut Græci ὑμὴν ὦ ὑμέναι ὦ ὑμήν, qui felices cõiugio fuere, quem morem inoleuisse opinati sunt, quasi felicem, ut Thalassium, cui Sabina uirgo honestæ formæ in raptu contigit, sponsum futurũ ominentur, dignamq́ue esse quę Thalassio

lassio uiro admodùm fortunato nubat, his uocibus significari. Varro tamen perhibet si- *Thalassio.*
gnum lanificij esse Thalassionem, quem ueteres quasillum seu calathū lanificijs aptum
nuncuparunt. Nuces uerò spargunt, uel quia iactu tripudium excitant, uel quòd gemi *Nuces quare spargebantur.*
no protectæ operimēto, fœtus suos muliplicìter muniūt, similia in fœtibus nouæ nu-
ptæ augurati. Athenis uerò inualuit usus, ut sponsi caput Caricis & palmarum fructi- *Athenienses.*
bus, legumine & colybijs inspergāt: Quod & seruis nouicijs, cùm primùm Domino-
rum ædes introissent, fieri usurpatum est. Sponsus uerò illam domi operiēs, in qua se-
des erat coniugij futura, paratu magno ianuam lana cingit & coronat: multaq; lauro *Ianuæ sponsæ ornatus.*
exornat, postesq; uittis laneis primū à noua nupta attingi & ornari, oleoq; & adipe suil
lo uel lupino inungi iubet: nequid perniciosæ pestis in domum irrepat, quod Mago- *Magorum cōmentum.*
rum commentum fuisse dicūt, ut felle nigri Canis suffitas domos, & genitale sub limi-
ne defossum habeant, contra mala medicamenta & amatoria maleficia maximè profice
re arbitrati. In foribus uerò uillarum, lupi rostrum, nequid deperiret, néue mala fasci-
natio in domum irreperet. Alij stellam marinam uulpino sanguine illitam, ne quid pe-
riculo foret, aut noxę, defixere. Ipsa autem cum uiro cōgressa primùm, treis ferebat as *Cum uiro congressa.*
ses, ex quibus unum uiro dabat, uelut imaginaria emptione sibi sponsum precio quæ-
siuerit. Alterum quem in pede haberet, in foco Larium ponebat, quem accensum, plu-
ribus ornabant coronis. Tertium quem in Sacciperio, in compito uicinali paulo post
resignabat. Dixere autem ueteres Sacciperium maiorem crumenam, & nummorū re- *Sacciperium.*
ceptaculum. Ac epulis instructis, ut porcum mactarent sponsaliorum die deducto ex
Hetruria more. Vtq; sponso bulbi cū nucleis pineis, erucæ succo, & pipere in nuptia *Sponsi obsonia.*
li cœna dentur obsonia, seruatum est. Pleriq; papaueris succum, lacte & melle dilutum
exhibuere. Apud Persas, nisi adeso malo aut Cameli medulla, ingredi ad nouam nuptā *Persæ.*
non licebat, neq; alio uesci cibo illa die fas erat, Babylonijs uir & uxor non miscentur *Babylonij.*
nisi Thymiamate pręgustato: Solō uerò nisi malo Cydonio epulis adhibito, uiri thala *Solonis institutum.*
mum sponsam ingredi uetuit. Repotia autem postridie nuptias, apud nouum maritum *Repotia.*
propriores affines lætiore conuictu percolebant, qua die noua nupta in uiri domum li
bertatem auspicari, & dominā agere simul & rem diuinam facere assuerat, quo tēpore
clauem sponsę dari ad signandum partus facilitatē, in more fuit. In cœnis uerò nuptia-
libus Naucraticarum obseruatum est, ne quis ouum aut mellita inferret. Apud Cartha *Naucraticæ.*
ginenses ut Thynnorum concisis carnibus uescantur. Et in lepta Lybiæ, ut postridie *Carthaginenses.*
nuptias ollam sponsa ad sponsi matrem petitum mittat, quam illa asperius abneget, eo
exemplo iurgiorum auspicium augurati. Apud Græcos ut postera die à nuptijs, Pater
mittat sponsæ nuptiale munus, quæ ἐπαύλια δῶρα uocitabant. Nanq; ingenuus puer, spe- *Ἐπαύλια δῶρα*
cie liberali, candida amictus toga, cum ardenti face præibat: Longo mox ordine suc-
cedebant, qui mundum muliebrem, deinde qui aurum & gemmas, deinde qui uasa &
pelues, qui pectines & alabastros, qui sandalia, & demum reliquam suppellęctilem fe-
rebāt. Parcius tamen apud Athenienses: Nam Solon treis modò uestes, & quædam *Athenienses frugaliores.*
modici precij uasa non elaboratæ artis, sponsam ad uirum ferre iussit. Præter quę fue-
re dona quæ domestici conferebant & amici, cùm primùm sponsa reuelata facie uisen-
dam se præberet, ἀνακαλυπτήρια dicta, Rhomani obseruarunt ut nuptialia munera soce- *Ἀνακαλυπτήρια*
ri generis non mittant, quod erat lege uetitum: sed uas artis eximiæ, quod Camillum *Rhomani.*
dicunt, ubi mundus & iocalia uxoris erant, opertum in nuptijs ferāt. Genialis pręterea *Camillon.*
lectus duabus culcitris in Genij honorem parabatur eximiè, ad quē noua nupta quinq; *Lectus Genialis.*
facibus noctu admittebatur: quas ab Aedilibus accendi, & ex spina arbore fieri erat
auspicatissimum, & fortunati euentus, cùm ex hac arbore in raptu Sabinarum pastores
faces accendisse ferant. Spartanis Lycurgi lege, sponsam rasis crinibus in ueste uirili, *Spartani.*
pronuba, patēte cubiculo cōstituit solā, cui spōsus exoluens zonā in tenebris primos *Zonæ solutio.*
congressus capit. Quas quidē faces pronubæ, & quæ uni semel nupserant, antè cōgres
sus coniugales nouæ nuptæ deferebant. Græcis uerò nubentiū matribus, tenere faces *Græci.*
in nuptijs negocium datur, quod δᾳδουχεῖν dixere. Simulq; carmina & Fescenninos *Dij coniugij*
uersus, atq; sacrum hymnum, quem Epithalamium uocant, decantare, atque in his V *præsides.*
Deos precari solebant, ut nouæ nuptæ uolentes & propicij adessent, prolemq; secun-

 darent,

darent, Iouem adultum, Iunonem adultam, Venerem, Dianam, & Suadelam. Nãq; hęc numina coniugijs præesse putabant: quas etiam pronubas nouam nuptam ad uirũ comitari, & domum deducere nonnulli tradunt. Dixere autem Fescenninos à Fescẽnio Campaniæ uel Sabinorum, ubi carmina nuptialia inuenta, & posteris memoriæ data sunt primùm: ea quidem fuerunt procacia, & lasciua licentia coniugali, in nuptijs decantari solita per ludum iocumq;, amores, gratias, & mistos leporibus lusus cõtinentia: quos Augustus in Pollionem scripsisse, eumq; mordaciter taxasse fertur: quib⁹ quòd non respõderet, increpatus Pollio, se non facilè dixit in eum scribere, qui posset proscribere. Græcis uerò Amœbæum carmen in nuptijs modulatis uocibus canere solẽne fuit: quod festo nuptiarum die Thetidis & Pelei Deos decantasse ferunt. Plato in Gorgia cantilenam in conuiuijs decantari prodidit hoc tenore. Formosum esse & diuitem, ac bene ualere, summum extimari bonum. Athenis uerò inconditum carmen canebatur: Bonos ama, timidos repelle: sciens timidorum paruã esse gratiam. Illud autẽ non præterierim, nuptias legitimas illas haberi, quæ inter Rhomanos ciues, aut cum eo cui Princeps Populúsue ciuitatem, aut connubia dedisset, contrahunt: quo iure nati liberi in familia & potestate sunt. Cum impare uerò, aut si Rhomanus cum peregrina, uel Latini nominis muliere, aut serua uel barbara iungeretur, nullum fuisse ius nuptiarum necessitudinisq;, itaq; nati liberi sub Patris iure, aut familia non erant, sed Matrem sequebantur: Tametsi tradatur in Græcia & Apulia, & Carthagine, seruiles sępe nuptias curari. Quod quidem connubium ut manaret ad Posteros, socijs & bene meritis, ac finitimis, nonnunq̃ externis dare solitauerunt. Siquidem Cãpanis ut Rhomanas ducere liceret uxores: natiq; liberi ut iusti hæredes forẽt, fuit olim pro magno munere datum: sicut Alatrinati, Verulano, & Ferentinati. Neq; enim cum Rhomano & peregrino connubium esse censuere. Nanq; impares nuptiæ, aut sine testibus, ac Patre nõ iubente, legitimæ nõ sunt. Idq; Senatuscõsulto Rhomæ cautũ fuit, ut si Rhomanis Latinas uxores ducere contigisset, aut Latinis Rhomanas, sui essent iuris & arbitrij, siue Rhomæ degere, uel in patriam redire uellent: atq; innuptæ puellæ ut Matrem sequantur. Quodq; uirgines publicis festis non dabãtur nuptui: uiduas uerò nubere fas erat. Ac Mense Maio quo Læmuria, ut occisi Remi umbra placaretur, instituta sunt. Et dũ feralia, seu parentalia fiunt, ac diebus impuris, & quibus Ancylia in tẽplo Martis nondum condita sunt, uel festis diebus & Mense Iunio, nisi post Idus, quęquam nuptijs copulari religiosum erat. Quinetiã animaduersum est, postera die à Nonis, Idibus, uel Calendis, uxorem sponsãmue ducere Rhomanis non licere: sed eos dies uelut tristi omine infames & detestabiles censeri: quoniã hi dies atri decreto Põtificum habentur: quibus Legiones educere, aut acies cum hostes cõmittere, uel quicq̃ publicę rei agere, religio nõ sinit. Persis uerò nuptias cõtrahere, aut maritale coniugiũ inire, initio Verni Aequinoctij tantũmodò permittit: reliquo anni tẽpore nõ licet.

Fescẽnini uersus. *Augusti in Pollionem fescẽnini uersus.* *Pollionis apophthegma.* *Amœbæũ carmen.* *Cantilena in conuiuijs.* *Nuptiæ legitimæ.* *Nuptijs quãdo copulari fas erat.* *Læmuria.* *Dies atri.* *Persæ.*

¶ Immane exemplũ Tulliæ supra corpus Patris ambulantis, & filij Eucratidis idem facinus admittentis. Caput VI.



DE Tullia Seruij Tullij filia, nequissima fœmina, quę Tarquinio Superbo nupta fuit, inhumanæ crudelitatis memorãdum facinus, & post homines natos inauditũ accepimus: Cùm eñ furijs eius Tarquini⁹ æquè ferox agitatus, Regni cupiditate im̃pba, Seruiũ Tulliũ socerũ, ut ipse Regno potiret, interficiendũ curasset, præteruehens ipsa carpento infestis furijs agitata, & muliebri spiritu inflata, supra Patris defuncti corp⁹, uulnerib⁹ & plagis affecti & cruẽtati, incedere nõ dubitauit. Ob cuius inhumanũ scelus & rei fœditatem, loco tanq̃ nefario & cõscelerato, Scelerati nomen factũ. Sanè detestabile facinus nominis diritate execrãtes. Fuerat eñ Cyprio nomen uico, in quo hæc gesta sunt, postea Sceleratus dictus, Cypriusq; nũcupatus, quòd cùm locũ Sabini insedissent, boni ominis causa, Cyprium, hoc est, bonum appellarunt. Scelerata quoq; porta, quæ Carmentalis

Sceleratus uicus. *Scelerata porta.*

talis olim fuit, subinde dicta est. Cùm enim CCC & VI Fabij uno agmine inde egressi, contra Veientes ad Cremeram acriter dimicantes, ad unū procubuissent, Portæ unde egressi sunt, Sceleratæ nomen indidere: scilicet memoria detestandi facinoris, indignitatem rei posteris relinquentes. Castra quoq; in quibus Claudij pater Drusus graui morbo afflictus, & tristi fato sublatus fuit, quia intempestiua morte præuētus, acerbo funere decessit, Scelerata etiam dixere: q̄ tā cum charitate milites prosequuti fuerint, turpi conuicio & infando nomine significātes. Fuit quoq; sceleratus Cāpus iuxta Collinā portā: in quo Vestales incesti damnatæ, uiuæ defodi cōsueuere. Sed quod de Tullia est modò dictum, haud absimile facinus in Eucratidem, qui Bactris imperitauit, admissum accepimus: siquidem cùm Demetrij ingentes copias parua manu fudisset, Indiamq; exterminato hoste, magno consilio subegisset: dum Bactras peteret, à filio impuro & flagitioso, quem sociū Regno asciuerat, ut solus potiretur Regno, imprudens ex insidijs occupatur, turpiq; nece in uia trucidatur: qui Patris cæde non contentus, pari scelere & audacia, per corpus uulneribus affecti currum agere, & sanguine inspersus paterno, insepultum abijcere non dubitauit, ausus facinus quod in nulla unquam Scythia Tyrannus admisit. Tantis sceleribus mortales uesana Regni cupido cœpit, ut effrenato furore cæci, ad cædem & cruorem agantur præcipites. Fuēre aūt Bactriani iuxta Sogdianos & Hyrcanos, horridis ingenijs haud procul ab Scytharū gente: q̄ppe Tanais ab Scythis illos diuidebat, bellicosissimi & rapto uiuere assueti.

Scelerata castra. *Sceleratus campus.* *Eucratis.* *Bactriani.*

¶ Tria errata interpretis Epistolarum familiarium Ciceronis commodè explanantur. Caput. VII.



TRIBVS erratis lapsum offendimus uirum sanè eruditum Epistolarū familiarium Ciceronis interpretem non infacundum, cuius scripta uulgò innotuere. Primò illa ad M. Cælium epistola, in qua uerba sunt Ciceronis. Oppugnaui quinq; & uiginti diebus, aggeribus, uineis, turribus, oppidum Pindenissum munitissimum, tātis operibus ut mihi ad summā gloriam nihil desit nisi nomen oppidi. Quid sibi Cicero uellet his uerbis non satis assequi uidebatur: cùm nomen oppidi nihil censeret aliud q̄ ipsum oppidum, ac si diceret, ad summam mihi gloriam nihil deest, nisi ut oppidū quod oppugnare adortus sum, deniq; expugnem. Quod tamen longè abesse à uero intellectu apparet. Quid quæso nomen oppidi cum ipso oppido cōmune habuit? aut quid tam insolens, aut à Ciceronis facundia tantū abesse potuit, q̄ uerba planè exposita poetico sensu, & quasi figuris circūscribere, aut coloribus infucare? Quod tamen aliter intelligi oportere ex cōtextu uerborum liquere arbitror. Cùm eñ ex oppidis ui expugnatis Imperatores plerūq; nomina ferrent. Quippe cùm ex Coriolis Martius Coriolanus, & ex Fidenis Sergius Fidenas: atq; ex Creta uicta Matellus Creticus dicti sint: quæ sibi cognomenta in testimoniū maximæ & expertæ uirtutis, rerumq; gestarum gloriæ adoptarunt: sic Cicero cùm spē haud dubiā potiūdi haberet oppidi: nihil deesse ad summā gloriam nisi nomē oppidi: & cognomentū ex Pindenisso asseuerat: uidelicet sicut Aphricani, Numātini, & Cretici, illi noīa tulere: sic ex Pindenisso ipse cognomentū ferat. Rursus alia ad eundē Cęliū epistola, his utitr uerbis: Mea uerò officia ei nō defuisse tu es testis, quoniā, ut opinor, Comicos accidit Phānia. Quod ille in Terētiano Phānia nō posse accommodari aiebat: sed aliū quēdā fuisse Phāniā, de quo sentiret Cicero, qui in noticiā nomēq; nō uenit. Quæ uerba si pēsitare quis uolet, atq; ingenij acie nō obtusa rimari, etiā ad Terentianū Phāniā saluo sensu accōmodabit. Cùm eñ Phānia ille Terētianus Chremetis frater fuerit, & Crito Andrius inopino aduentu oportunè introducatr aduenisse: quo significāte de Phānia Chremetis fratre, & filia Glycerio in noticiā uenit: Ipsamq; filiam sibi esse cōpertū habuit. Pariter Cicero per oportunè Comicū Phāniā aduenisse dicit, hoc est, aliq̄d secreti cōsilij, quod nondū emerserat, prodijsse in lucē: quo sicut in Phānia Terētiano Glycerium Chremetis filia, & Phāniæ neptis apparuit: sic ipsius opera oportunè sit intellectū, Cicerōis officia illi nō defuisse: & se de Appio bñmeritū significari.

Ciceronis locus. *Alius locus Ciceronis.*

Ciceronis locus alius.

ficari. Tertio ad eundem Cælium Ciceronis uerba sunt. Vtor ætatis uitio, uelim ita sit: sed tamen Togam prætextã texi apio, puto te audisse. Quid uerba signarent haud perspicuè capere uisus fuit. Dicebat enim his uerbis id notari, quasi meam togam mœrore circundedi, cùm apium amarum esse constet, quòd animo afflicto & iacenti esset. Id tamen aliter intelligi conuenire, qui sensum eruere uolet, haud dubiè animaduerterit. Cùm enim Apium funeralis herba fuerit, exq; apij corona defunctorum tumulos ornari, atq; in ludis funebrib9 apio coronari Victores proditum sit, meritò inquit, cùm tot calamitatibus Respub. opprimatur, ob immodicas simultates & ingruentia bella, cùm in atrocissimos fluctus Reipub. inciderim, ipsiq; cadenti nihil opis afferre ualeã: meã, inquit, togam prætextam, quæ magistratum decet, texi apio, hoc est, funere: quasi eo indignationis uenerit, ut cùm ulterius labantem Rempub. ferre nequeat, deq; illius interitu crucietur & sollicitus sit, sibi iam in extremo uitæ curriculo mortem proposuerit: quam pro Repub. libenter subiturus fuit, quod est dicere, si Respub. morietur, se nolle uiuere. Sicut Asinius Pollio ad Ciceronem. Nam nec Reipub. deesse uolo, nec superesse, inquit. Ideo Togam prætextam, quæ Prætoria & consularis est, apio, hoc est, funere texuerit, quod etiam Græco est prouerbio usurpatum, ut in mala ualetudine & rebus accisis, & deploratis, apio opus esse dicant. Quos intellectus, qui rem assequi uolet, ex uerborum contextu planè redundare perspiciet.

Apium funeralis herba.

Parœmia.

¶Quot Rhomæ Pontifices, quódue officium, & quæ fuerint insignia, quibusq; legibus Maximus Pontifex astrictus erat, & quid apud exteros. Caput VIII.



NON sordidum neq; obscurum apud ueteres olim nomen Pontificũ fuisse traditur. Nam cùm inter sacerdotia à Numa instituta, ipse se Pontificem in primis: ut uerò alij, Martiũ M. filium ex Patribus legisset. Postea interiectis temporibus, collegiũ Pontificum ad IIII, mox à Tribunis plebis rogatione promulgata, ad VIII auctum fuit, mansitq; hic numerus longo æuo inuiolatus, donec Sylla ad XV collegium amplicauit. Inter quos Maximus Pontifex, genere & dignitate præcipuus erat, & aliorum longè Princeps. Horum igitur fuit, religiones & cerimonias publicas, priuatasq;, sacra & res diuinas sanctissimè tueri, & interpretari, illaq; omnia exscripta signataq; habere, ut quib9 aris, quibus Dijs, quibusq; hostijs, quibus diebus, & ad quæ templa sacra fierent, perspectũ haberent, ne qui Rhomana sacra negligerent, peregrinosq; ritus asciscerent, aut Deorum cerimonias turbarent. Ad quos tam de cœlestiũ Deorum sacrificijs, q̃ de funeribus, iustisq; exhibendis, placãdisq; Manibus, ac supernis infernisq; Dijs: de sepulchris & uotis ritè exoluendis, de ferijs, de religione, pietate, sanctitate, cerimonijs Deorum, deq; fide, & iureiurando, sacrificijsq; solẽnibus, plebs quoties uidebatur, tanq̃ ad Antistitem Deorum immortaliũ, cerimoniarũ & sacrorum consultũ ibat. Ipseq; Maximus Pontifex præcationes, supplicationesq; Deorũ, cum pontificali carmine præire, comitia habere, diesq; feriatos indicere, quo quisq; Deus ritu, quóue die colatur, quibusq; precibus aduocetur, & quid quaq; die operis fieri, uel nõ fieri publicis ferijs cõueniret, edocebat. Eundẽq; Pontificẽ Maximũ, singulorꝶ annorũ, res gestas & memoratu dignas, diurnis actis mãdare literis, illasq; nõ solùm monumentis tradere, sed in Albo proponere & referre, ut populo excribẽdi potestas fieret solitũ esse, traditũ est. Qđ Album nõ apud Pontifices modò, sed penes Senatores, Iudices, Pretores, Decuriones, ac Citharœdos, & Centurias fuisse constat. Deniq; apud Cæsares & oẽs Magistratus, qui coertionẽ habebant, Album fuisse apparet. In quo singula cõstituta decreta, & mãdata publicè ædita proponebantur. Quare Alexandrum Seuerum Imperatorem illorum quibus magistratus delegebat nomina, in Albo proponere accepimus, ut uitia uirtutesq; innotescerent: & quo quisq; honore dignus foret, populi iudicio exploraret. Ac non solùm Respub. sacra, cerimoniasq; curare, sed de rebus quæ ad religionẽ pertinent iudicia ferre: contumaciæq; minorum Magistratuum uindex esse, sacrificantes

Pontificij collegij numerus diuersus.

Pont. Max. Pontificum munus.

Põtificis Maximi munus.

Album.

cantes

cantes obseruare, piaculaq́ iræ Deûm conquirere, ne secus q̃ præscriptum esset, sacra fierẽt, néue incerta auspicia, aut turbatæ religiones aduersus mores institutaq́ Maiorum obseruarentur. Vtq́ super impetranda uenia uenerandisq́ Dijs iusta solẽnia exhibeant, cauere debebat. Tum religionis arcana, & diuinas traditiones cognoscere, & siquid religioni minus uerè adscriptũ esset religione liberare, aut numinibus obligare, de Vestaliũ capite decernere, & ferre sententiã, quæ sacra quæue profana essent dijudicare, néue quis praua religione Populũ alligaret, Maximi Pontificis officium & munus erat. In quo fuit obseruatum, ut nunq̃ infausta die & ominosa, Collegium cõsulat, quòd dirum foret, & auspicij mali. Quare Vitellio Principi, quod Pontificatũ Maximum adeptus XV CALEND. Augusti, die cladibus insigni Collegiũ cõsuluerat, magno exitio fuit. Tum si pons sublicius collaberetur, illũ reficere, unde illis nomen factum. Is enim ligneus erat, & nullo ære aut ferro cõpactus, quẽ sacrũ illi æstimarũt. Ita ut in aliqua parte labantem, nisi cæsa uictima & sacrificio perfecto, reficere non liceret: diuq́ Rhomæ lignei pontes fuere, donec post interualla temporum ab Aemylio Quæstore lapideus constructus fuit. Vota etiam solẽnia, quibus uerbis cõcipi, quibusq́ pecunijs exolui deberẽt, Pontificũ decretis cauebañ, illorũq́ arbitratu, uel exoluebantur, aut non ritè emissa denuo concipiebanẽ. Quod siquis sui iuris arrogandus foret, quæ causa adoptionis, quæ ratio generis, quæ dignitas, quæue essent sacra, apud Pontifices lege quærebatur, quæ lex curiata dicta est. Idq́ ideo cautum, ne qua calumnia, neu quis dolus compositus, in arrogando sui iuris homine adhiberetur. Ita ut adoptiones contra ius Pontificum factæ, aut sinè Collegij decreto, nullæ & pro irritis forẽt. Et q̃uis proprium Sacerdotis esset, nec imperia, nec magistratus gerere, nec equo uehi, aut trinoctio ab Vrbe abesse: poterat tamen idem COS. uel Censor esse & Põtifex, pariter religioni & Reipub. præesse, ab Vrbe trinoctiò abesse, equo uehi uel pedibus ire. Crassus Licinius Pontificatum Maximũ & Cõsulatum, mox Censurã Præturamq́ simul gessisse. Et Liuius Põtifex pro Prætore ordinibus prefuisse tradiẽ. Ipsum tamen qui simul COS. foret & Pontifex, ne Reipub. aut sacrorum deserañ cura, néue lõgius ablegaretur, extra Italiã sortiri prouinciã non decebat ex Senatus decreto, postq̃ idem Crassus Prætor & Põtifex, cui belli summa cõmissa erat, quod nunq̃ antea factum, sortitus Asiam ab Aristonico Attali fratre prælio uictus, occubuit. Donec post interualla temporũ, extra Italiam sortiri prouincias cepere. In tãtumq́ honoris culmen Põtificatus & eò excellentiæ creuit, ut Cn. Cornelio Prætori, quod cùm M. Aemylio Lepido Põtifice Maximo cõuiciũ fecisset, multa dicta fuerit. Ipsumq́ regiæ dignitati proximũ crederẽt. Nam & Lictor apparebat, & curuli Regia sella, ac lectica insignis erat, quam ante uestibulum conspicuam habere assuerat: ad cuius fores pro splendore dignitatis uiridis Laur⁹ affixa uidebatur. Cumq́ cæteri honoribus functi, rationem administrati muneris reddere cogerentur, Pontifex tamẽ Maximus pro maiestate, gesti honoris rationem dare minimè cogi poterat: ipsiq́ pro imperio & potestate, quoq́ plus dignitatis ferret, cum galero esse & carpẽto, ut reliquis Sacerdotibus ingredi licebat. Quippe Pontifici proprium insigne, erat galerus, sicut lituus Auguribus, Paludamentũ imperatoribus, Diadema regibus. Et cùm in Capitoliũ nulli fas foret carpento uehi, solis Pontificibus, Sacerdotibusq́ Tarpeium ascendere carpento licuit. Ad eumq́ siqui noxij confugissent, ea die à pœna immunes erãt. Ideo non uulgares, neq́ obscuros, sed qui nobilitate generis & multo splendore illustres forent, quiq́ authoritate & opibus anteirent cæteris, ad Pontificatum admisere. Diuq́ Rhomę Põtifex, qui antea curuli sella non sedisset, nemo creatus fuit: donec lapsis temporibus, etiam qui nullos curules gesserant magistratus, ad Pontificatum admisere. Prim⁹ enim T. Coruncanus ex plebe homo Pontificatum Maximum meruit, quo tempore M. Attilius Regulus, primo Punico bello graui supplicio excruciatus, pœnas dedit. Et deinde M. Drusus, quod antea cõtigit nulli, Tribunus plebis simul & Pontifex creari meruit. Postea ex plebe & Patribus nullo delectu, aut discriminè admitti cępere. Cũq́ ad collegium Pontificũ pertineret, in demortui locum aliũ cooptare, Cn. tamẽ Domitius Tr. pl. offẽsus Collegio, quòd se in numero Pontificũ nõ cooptassent, ius subrogã

Pontifices unde dicti.

Lex curiata.

Cõsul & Censor poterãt et simul esse Pontifices.

Culmen honoris pontificij.

Pontificis insigne.

Qui pontifices crearentur initio.

dorum Pontificũ Sacerdotũq; à Collegijs ad populũ transtulisse fertur. Ipseq; Pötifex Maximus primus populi suffragio, alijq; deinceps creari cœpere. Sunt uerò qui credant Liciniũ Crassum de cooptatione Collegiorũ ad populi beneficiũ transferenda legem tulisse primùm. Inde comitia à populo Pontificibus creãdis sæpe indicta fuere. Id tamẽ in admittendo Pontifice sedulò cauebãt, ne quẽ eligerent, qui cuiq; ex Collegio inimic⁹ foret, hicq; per Collegiũ admissi capi dicebant. Atq; licet uetus fuerit cõstitutũ, in demortui Põtificis locũ aliũ nominari: si tamẽ exacto anno, Põtifex mortẽ obijsset, in eius locũ alterius nominatio nõ erat, licet alter suffici cooptariq; oporteret. Tũc em̃ Põtificis nominationẽ fieri necesse putarũt, cùm nondũ exacto anno, mortẽ obijsse cõstaret, postea uerò nõ licebat. In locũ enim T. Octacilij Crassi Põtificis Maximi, quia exacto anno mortuus fuerat, alterius nominatio nõ fuit. Tametsi in locũ uiuentis Põtificis alium substitutum legamus. Claudius uerò Cæsar tanti Sacerdotium fecit, ut in cooptandis Sacerdotibus neminẽ nisi iuratus nominaret. Est tamẽ memoriæ proditũ, ut siqd ad religionẽ pertinẽs inter Põtifices discreparet, uariatis sentẽtijs ubi aliud alij sentiunt, id satis fuisse crederent, stabiliq; sententia esset ratum, quod tres Põtifices cõmuni decreto statuissent. Et licet à collationibus multi ferant Sacerdotes immunes: sunt tamen exempla Pontifices & Sacerdotes, pecuniam per bellum conferri solitã in stipendium contulisse, illamq; Questores sæpe exegisse, frustraq; Pontifices Tribunos appellasse, cùm se ob Sacerdotium immunes dicernt. Sed præter hos qui Collegio cooptabantur fuere Pontifices minores. Nam scribæ Pontificum, qui fastos & commentarios habebant, fidelem custodiam rerum gestarum, qui annales maximi dicebantur, quiq; illis ministri aderant, quòd omnis æui gesta mandabant literis, minores Pontifices dicti sunt: à quib⁹ in Curia calabra Iunoni singulis CALEND. sacra fiunt, nouamq; Lunam obseruare, & quot dies à CALEND. ad Nonas superessent referre solent, ut populo causas feriarum à Rege sacrorum recipiẽdi facultas foret. Ad quorum Collegium etiã interpretãdi iuris, & an posset lege agi, quæq; competeret actio in iudicijs, declarandi ius spectauit & pertinuit. Quippe ius ciuile inter sacra cerimoniasq; multa sæcula abditum, solis Pontificibus patebat. Ex his quoq; minoribus distinctio gradus fiebat. Nam qui primus Collegio ascitus erat, Maximus, qui uerò ultimus Minimus dicebatur Pontifex. Illud quoq; uerum est, solos Pontifices nouo more, cõiugalem copulam sacro confarrationis iure inire solitos: quippe cùm matrimonia apud Maiores tribus modis fierent, usu, coemptione, & confarratione. Confarrationẽ solis Pontificibus dederunt, cùm alijs modis per cæteros contrahãtur. Animaduersum quoq; est, Pontificis uxorem singularis exempli & magni documẽti esse oportere, ut sicut ab omni noxa & libidine ipse mundus erat, ita uxor casta & innocens maneat. Quodq; Pontifici Maximo cadauer uidere nefas fuit, nequid triste aut lugubre oculis acciperet, multo magis si hominem insepultum reliquisset. Si tamen in occursum cadaueris imprudens incidisset, interposito uelamẽto, ne uisum offenderet, saluis cerimonis prodire poterat, cui etiam per Liberos iurare non licebat, per Deos autem permissum fuit. Quodq; ex octo Pontificibus, Pontifex Maximus reliquis præest & propè dominatur, cui Rex sacrorum, Augures, & omnes Flamines, ac Vestales uirgines, parent, quibus multam indicere, & pœnam irrogare poterat, cuius arbitratu, publica et priuata sacra gerebantur, Vestalesq; uirgines ad sacri & æterni ignis custodiam, qui in penetralibus Vestæ colebat, eligebantur, ipsiusq; curæ custodiæq; mandabant. Atq; ex decreto Pontificũ enunciata prodigia sæpius procurata fuere, licet Augurũ propriũ munus foret. Nãq; Augures auspicijs, Põtifices uerò sacris pręfuere. Cũ em̃ C. Seruilius Põtifex Maximus L. Corneliũ Dolabellam inaugurare uellet, nec se magistratu abdicaret, & propterea comitijs indictis, illũ populi iussu cogeret, quia fœda tẽpestate comitia turbata fuere, religio fuit ex illo Pontificibus inaugurãdi, indeq; inaugurare desiere. Neq; solùm ab omni sanguine puras manus Pontificem seruare decuit, sed ne participem quidẽ, aut consciũ alicuius necis fieri. Eundẽq; duplici Sacerdotio functũ sæpe animaduersum esse, siquidẽ Q. Fabius Maxim⁹, & Põtificatũ, & Auguratũ unà gessit; alijq; utriq; simul Sacerdotio præfuere. Ex Cæsarib⁹ uerò C. Cæsar auguratũ

Cautio in admittendo Pontifice.

Pontificis nominatio quãdo fiebat.

Substitutus Põtifex in locum uiuentis.

Sacerdotij æstimatio.

Decretum ratum Pontificũ.

Pontifices & Sacerdotes collectiõibus pecuniarijs contribuebant.

Pontifices minores.

Pontificum minorum munus.

Pontifex minimus.

Põtificis uxor casta & innocens.

Quæ Pontifici uidere nefas.

Pontificũ iuramentum.

Pontif Max. quibus præerat

Per Pontificẽ enunciata prodigia.

Põtifex à sanguine purus.

Pontifex & augur simul.

simul & Pontificatum. Galba autem Sacerdotiũ triplex gessisse dicitur, id quod à Regibus Spartanorum usurpatum fuit. Nam cùm primùm in eam assumpti sunt dignitatem priuilegio honoris præcipui, Iouis cœlestis & Lacedæmonij Sacerdotio funguntur: quibus ex omni scrofarum fœtu porcus debebatur, ut si Dijs immolare uellent, nunq̃ uictima deesset. Est quoq; literis proditum, apud Græcos unum uirum aut fœminam nonnunq̃ sacris præfuisse: apud Opuntios duos, quorum alter Deorum, alter Dæmonum sacrificia curat. Indis uerò Solis sacerdotes numero diuersi sunt, & nunc plures, nunc pauciores cooptantur. Aegyptijs plures, qui easdem traditiones atq; auita & paterna Sacerdotia & imperia filijs tradunt, qui post Regem secũdi sunt. Apud alios autem Pontifices diuerso iure & nomine censentur. Nam Græci Pontificẽ summum Archierosynem uocant, ad quem ius & moderatio sacrorum pertinet. Babylonij Chaldæum Isidis sacerdotem Grammatheam, alium Mithram. Sicionij Charnium, quorum collegium Pastophorum nuncupant. Delphis V Pontifices per omnem uitam sacri erant, qui Osij dicti, quorum primus qui hostiam immolabat Ositer, qui uerò ædebat oraculum, Aphetor nuncupati sunt: qui unà cum Prophetis sacra obibãt, diuinasq; prædictiones & cerimonias, & quo cultu, quibusq; exemplis fierent sacra prædicebant. Apud Athenienses Daduchus maximus erat Sacerdos, Herculis Stephanophorus, Palladis Eteobutades, à Bute propagati, ex qua familia longo tempore Sacerdotio præfuere: sicut Buzigia familia à Buzige Heroe, qui Athenis diu Sacerdotium tenuit. Et posteri ex Cirta & Myrta in Paphiæ Veneris templo sacris cerimonijs præfuere. Quod de Veientana Iunone proditur, quam nisi certi generis Sacerdos attrectare nemo poterat. Clazomenijs Palladis sacerdos Isichias. Bacchi uerò Thias nomen habet. Poliei Iouis sacerdos, Buphonus in Troezene Hippolytus nuncupatur. Apud Cretenses Matris magnæ sacerdos Melissa, Ephesiæ Dianæ Megalobizus qui eunuchus erat. Alexandrinorum atq; Atheniensium Phæcasij, quibus candida solùm ferre calciamenta licet: ex quibus Antistes sacrorum purpuram induit. Dodonei uerò oraculi Pontifices, pedibus semper illotis erant qui tanq̃ sacrosancti super nudam humum cubare coguntur: Isiaci linea stola amicti sunt, capite raso, calceis papyraceis, sistrum tenẽtes, aut ramum absynthij marini, uel nuces pineas & Anubim supra caput deferentes. Sicut Indi uates tanq̃ religiosum, corallium ferebant. Et Cybelis Sacerdotes flagrum, & Matrẽ Deûm colentes iuxta Sueuos, formas aprum, quo insigni ab hostibus tuti sunt: Panthei Sacerdotes omnium Duces fiunt, quibus causarum iudicia & publicarum rerum arbitria tribuuntur. Apud Hebræos Pontifex festis diebus Mithram gestat, cum Nebride auro distincta, aut Tunicam talarem, & Cothurnos cum tintinnabulis, quem Maiestate decorum tanti Alexander fecit, ut uenerabundus uenienti occurreret, & uelut sanctissimum numen adoraret. Fuitq; animaduersum Bellonæ Cybelis, & Isis Sacerdotes eadem sacra obire, ijsdem pro cerimonijs teneri. Sed Cybelis Sacerdos uarijs coloribus fucatus, & faciem pigmẽto delitus oculoq; obunctus, cum Mitella & Crocoto, linteo calciamẽto, ante simulacrum Deæ incedebat, cui erat proprium cũ tinnitu cymbalorum, & sonitu tympanorum sacrum facere. Arabum uerò Pontifices lineas uestes induunt, Mitras gestant cum sandalio. Apud Pedasios Palladis sacerdos sacram barbam nutrire cogitur, neq; erasa incedere fas erat. Albanis cerimoniarum Antistes ea fulgebat dignitate, ut post Regem haberetur secundus. In Aritia Artemisiæ Dianæ sacerdos Rex uocatur. Idem in Cappadocia Bellonæ fanum obtinuit: & in Comanis Ponticis tantæ dignationis erat, ut annis singulis bis Diadema gestaret. In Zela quoq; tanti Imperij fuit, ut suprema fulgeret dignitate. Traditumq; est in Meroe Iouis Sacerdotes adeò superstitione impleſſe animos, ut nonnunq̃ misso nuncio, necem Regi Aethiopiæ demandarent, nullo detrectante, aut mandatum iussionẽmue abnegante: donec ad Erganem Regem peruentum est, qui omnes occidit, & Sacerdotium substulit. Apud Germanos nulli uerberare, aut uincire, uel animaduertere nisi Sacerdoti permissum. Narualis iuxta Sueuos præsidet Pontifex, qui muliebri ornatu ingreditur semper. Fuitq; memoriæ proditum, Trallibus regiam Regibus destinatam, illi quoq; qui summum gerebat Sacerdotium,

Marginal notes: Sacerdotiũ triplex. — Porcus ex oĩ scrofarũ fœtu sacerdotibus debebatur. — Indi. — Aegyptij. — Pont. apud exteros. — Archierosynes. — Grãmatheas. — Mithras. — Charnius. — Osij. — Ositer. — Aphetor. — Daduchus. — Stephanophorus. — Eteobutades. — Buzigia familia. — Iuno Veientana. — Isichias. — Thias. — Buphonus. — Hippolytus. — Melissa. — Megalobizus. — Phæcasij. — Dodonei. — Isiaci. — Indi uates. — Cybelis Sacerdotes. — Panthei. — Pontifex apud Hebræos. — Cyb. Sacerd. ornatus. — Arabum Pontifices. — Palladis sacerdos. — Sacerdotũ dignitas. — Sacerdotes Iouis in Meroe. — Sacerd. apud Germanos. — Pon apud Naruales. — Tralliũ mos.

Sacerd. Herculis in Tyro. Aegyp sacerd.

dotium, priuilegio honoris dari. Sicut in Tyro Herculis Sacerdos, qui cùm infula & purpura incedit, post Regem proxima dignitate fungitur. Apud Aegyptios qui sacra ministrant Sacerdotes, capite rasi sunt, cùm apud alios comati incedãt, à quibus est usurpatum ex philosophis Sacerdotes, & ex Sacerdotibus probatissimum in Regem eligere. Vnde Mercurius trismegistus, id est, ter maximus nomen tulit, quòd Philosophus maximus, Sacerdos & Rex maximus esset. Apud Phœnices Solis sacerdos, ueste auro & purpura uaria manuleata, ad imos pedes fluxa incedebat, & tanq̃ splendoris signum, & amplissimi honoris prærogatiuam coronã ex auro gemmisq; ferebat.

Mercur. trismegistus unde. Phœnices.

¶ Mira exempla à compluribus experta de umbrarum figuris & falsis imaginibus, & quæ ipse didicit atq; expertus fuit. Caput IX.



PROFECTO rem mirificã, & dictu æstimatuq; admirabilẽ de umbrarum figuris & falsis imaginibus quæ homines uaria specie & aspectu uano plerunq; illudunt, familiaris meus quispiam modò mihi enarrauit, quod equidem fabulosum aut cõmentitium uideri posset, nisi grauioris esset ingenij & præstabilis homo doctrinæ: ipsiusq; uirtutis & nõ ambiguæ fidei plerisq; in rebus multa & magna documenta forẽt. Refert enim quòd Rhomæ quondam ipsius amicus diutino & graui morbo ægrotabat, cum quo coniunctissimè uixerat, & quia corpore inualido affectoq; esset, ualetudineq; minus prospera uteretur, uisum est ad illa apparatissima balnea quæ Cumis sunt, uegetandi corporis & animi leuandi causa proficisci: cùm ferè constet homines ex ancipiti morbo, locorum mutatione, & sereniore cœlo plerũq; leuari. Hi ergo cum fidis aliquot comitibus Cumas cùm iter intenderent, & aliquantulum uiæ emensi forent, æger cùm esset & uita & spe tenui, ui morbi coalescente & labore uiæ, in hospitium in quod forte diuerterant, suum obijt diem. Is ergo amicus qui unà accesserat, q̃tum prouideri hominis diligentia potuit, pro loco funere satis amplo illum efferri, rem diuinam fieri, atq; in honorato urbis loco sepulchro cõdi curauit: ibiq; cùm mœstos aliquot habuisset dies, curatis rebus omnibus, ipse & comites Rhomam, unde digressi fuerãt, reuerti cœpere. Sed cùm aliquantum uiæ remensi essent, & nocte appetente in unum quod uiæ proximum fuit hospitiũ diuertissent, ibi se animo & corpore fatigatũ quieti dedisse. Cunq; solus degeret, & adhuc uigilans foret, fert repente amici nuper defuncti imaginẽ summo pallore & macie, ac eo ferme habitu oris, quali illũ cùm ægrotaret dimiserat, ad se accessisse, quem cùm fuisset intuitus, & præ timore, nec animo, nec mente satis constaret, quis nam esset interrogauit. Ille autem cùm nihil respõdisset, exutis, ut uidebatur, uestibus, in eodem quo ipse iacebat lectulo, se collocauit, ac propè accessit, quasi eum amplexibus petiturus foret. Alter uerò cùm propè iam metu exanimis uideretur, ad lectuli spondam secessit, illumq; propè accedentem abegit: qui cùm se abigi expelliq; uidisset, fert in eum toruo & minus familiari uultu inspexisse, resumptisq; mox uestibus illum è lectulo surrexisse, cinctumq; & calciatum inde abeuntem nunq̃ apparuisse. Quo timore familiaris ille percitus, subita ui morbi correptus, ac propè ad internetionem grauissima ualetudine oppressus fuit. Ferebat etiam dum in lectulo cum illo luctaretur, nudum illius pedem usq; adeò gelidum ac rigentẽ attrectasse, ut nulla glacies illius frigori comparari potuerit. Equidem memorabile hoc, & cuiuis mirũ uideri posset, nisi peruulgata res esset, Aedes quasdam Rhomæ euidentissimis ostentis ita infames, ut nemo illas incolere ausus fuerit, quin uarijs umbrarum illusionibus, & tetris imaginibus, noctibus ferè singulis inquietetur. Gordianus amicus meus spectatæ fidei homo, mihi retulit cùm Aretium ipse & familiaris suus iter unà intenderent, & à semita, ut fit, longè deuiassent, loco infami & deuio ubi ne uestigium quidem apparebat humanum, per ardua & propè inuia diuersis tramitib⁹ aberrare cœpisse. Ibiq; cùm nec oppida aut uicos, neq; aliquid culti uiderent: sed nemora tantum saltusq; inuios & inaccessos, omniaq; uasta, muta, & deserta ab humano cultu peragrarent, in quibus ipsa solitudo terrebat animos: uergente iam ad occasum die, fessos labore ac

uia

uia consedisse. Cunctaque hominis uocem audire procul uisi fuissent, ad illam propius accessisse, homines obuios, quos de uia interrogarēt, dari sibi arbitrati. Nec mora, in proximo iugo trium hominū imagines immanes & formidabiles ultra humanū modum, nigris & demissis tunicis, in ueste lugubri funestaque, barba capilloque summisso, horribili facie conspexisse: qui cùm uoce gestuque ad seipsos aduocarent, ac iam propè esset ut illuc accederent, illos interim ingenti mole corporis longè hamana maiores apparuisse. Atque alium specie non absimili nudum & nullo amictū uestitu, mirificos ædentem saltus gestusque indecoros conspexisse. Quo timore consternati, ꝓperè fugam cæpere, uiamque arduam & præcipitem emensi, uix rustici cuiuspiam uile hospitium ubi reciperentur, inuenere. Sed quod ego certum habeo, & satis certa probatione tradiderim, profectò haud minus est. Cum Rhomæ ægra ualetudine oppressus forem, iacerem'que in lectulo, speciem mulieris eleganti forma mihi planè uigilanti obuersatam fuisse, quam cùm inspicerem, diu cogitabundus & tacitus fui, reputans nunquid ego falsa imagine captus, aliter atque res esset, aspicerem? Cunctaque meos sensus uigere, & figuram illam nusquā à me dilabi uiderem, quæ nam illa esset interrogaui: quæ tum subridens, & ea quæ acceperat uerba respondens, quasi me planè derideret, cùm diu me fuisset intuita, discessit.

¶ Quæ sint pedamenta apud Iureconsultos, cuiusue generis, & quid Buprestis, & Pityocampa. Caput X.



CVM IN Legum cōmentarijs uersaremur, & rusticorum prædiorū seruitutes scrutaremur, inuenimus Vlpianum ex Neracij sententia censuisse, rusticam seruitutem posse constitui, ut pedamēta ad Vineam fulciendam, ex uicini prædio mihi sumere liceat. Quæsiui ego à Iurecōsulto, qui omissa modestia, multa sibi ineptè arrogabat, quid pedamenta essent, quibus sumendis ex alieno, seruitus constitui poterat? Atque ille in re uulgari, cùm diu cogitabūdus hæsitasset, haud multo post, nescio quæ inuolucra uerborum, & falsarum opinionum ineptias, ambiguos magis quā ueros sensus denotātia profudit, quibus nihil ueri animaduerti cognoscique potuit. Et tametsi pedamen munimen esse & palum quo Vitis caduca fulcitur, neminem fallit, unde pedatio dicta: tamen id triplicis generis fuisse animaduertimus. Nam & pedamen, & Ridicam, & Statumen eiusmodi fulcimenta nuncupari, Cato asseuerat, Græcè Charax: quarè pedamento fultæ Vites Characatæ dictæ. Sed pedamen quodlibet fulcimen esse cui uitis inhæret, Ridicā ex querna arbore, aut ex iunipero, olea, uel cupressu plerūque fieri: tametsi nullo discrimine ex his quoque cōponi pedamen opinio fuerit, Statumē è palis & pertica: Quod uerò ex arundinibus pedamentum fit, arundinetum. Quod autem natiuum ex arboribus in arbores traductis uitibus, nonnulli traduces, quidam rumphos, plerique arbusta dixere, quas in transpadana Italia ex cornu, populo, tilia, acere, orno, carpino, & quercu frequenter arbustari tradunt. Quare multi in eadē atque in Campano agro harum plantaria instituunt: quæ si recto ordine digesta fuerint per æqua interualla quaque uersum, in quincuncem metata dicūtur. Interque uites simplici iugo porrectum ordinem, Cantherium, Transuersamque hastam inter pedamēta, qua Vitis innititur, Cato & Varro, iugum. Quadruplex uerò iugum, à cauis ædium compluuium, unde cōpluuiatas uites dixere: Palmitem uerò pluribus annis duratum, & quasi emeritum, Draconem, qui in bifulco medius inter duo nascitur, Focaneum: qui uerò per tabulata scandit ad superiora, Emissarius dictus est: superior pars malleoli, sagitta: surculum autem qui nihil affert fructus appellant Spadonem, quasi sterilem. Ea uerò iuga in agro bene culto, plano, & minus uentoso altiora: in arido & gracili, ac uentis exposito, humiliora fieri oportere Plinius notauit. Tametsi Cantherium equū dici, cui testes adempti sunt, neminem præterit. Sicut uerres castrati Maiales fiunt, & galli capi. Ex quo licet intelligere, ut ex tuo fundo pedamenta ad uineam fulciēdam mihi sumere liceat, posse constitui seruitutem. Censuitque Paulus iureconsultus, quòd tametsi ex tuo

Pedatio.
χάραξ.
Pedamen.
Ridica.
Statumen.
Arundinetum.
Traduces.
Romphi.
Arbusta.
Cantherius.
Iugum.
Draco.
Focaneus.
Emissarius.
Sagitta.
Spado.
Cantherius.
Maiales.
Capi.

tuo fundo pedamenta sumere licere, in fructu sit, tamē hoc ius capiendi apud Legum peritos seruitutem, nō usumfructum putari. Rursus alium celebri fama iura Rhomæ profitentem, in auditorio professorum interrogaui, quid esset quod Vlpianus legem Corneliam de Sicarijs interpretatus scripsit, Pigmentarios si cui temerè dederint Pityocampas aut Buprestim, legis Corneliæ de ueneficijs sanctione teneri. Quid essent Pityocampæ, & quid Buprestis, ut me doceret, quæsiui. Cunq; ille portenta uerborū longè à fide deuia effudisset, quæ cùm pudendi sint erroris, referre nō necesse habeo. Paulo post dicti pertæsus, se hoc ignorare ingenuè asseuerauit. Nos autem perscrutati uerbi significatum, animaduertimus Pityocampas erucas esse, seu teredines uirulentas, uiru exitiali, quæ in pini sæpe nascuntur arboribus, unde illis nomen factum. Nam πίτυς pinus est, κάμπη eruca, quippe erucas Græci κάμπας dicunt, ueneni præsentissimi. Buprestis uerò animal inuetu rarum in Italia, simillimum Scarabæo, qui inter herbas fallit sæpe boues, quo deuorato, ita concitantur rabie, ut actæ in furorē, terrorem afferant, pauloq; post rumpantur, ex quo perniciale uirus confici dicunt, quod fœdissimè uexat, contra cuius exitium præsentaneo remedio Græci succurri prodidere, & Plinius author est. Qui ergo tanti facinoris conscius, uel Buprestim, uel Pityocampas, aut monstrifici quid ueneni ad necem properandam dederit, eum iudicio capitali, & pœna legis Corneliæ teneri, iura & leges uoluere.

Pityocampæ. *Buprestis.*

¶ Qui Rhomani Duces ex oppidis & prouincijs ui subactis cognomenta desumpsere, & de Scipionum familia, & quid apud exteros. Caput XI.

CONSVEVISSE Rhomanos ex oppidis uel ꝓuincijs captis aut ui subactis plerunq; cognomēta ferre, memoriæ datum est: Martium Coriolanum quòd fortem strenuamq; operam Reipub. nauasset, capto Volscorum oppido Coriolis, Coriolani nomen sumpsisse ferunt. Et Sergiū Fidenatis, ex bello quod ad Fidenas gessit. Ex trib' uerò Metellis un' deuicto Iugurtha, & ui subacta Numidia, Numidici: alter. Q. Cæcilius. L. Metelli filius ex Macedonia Macedonici. Tertius ex Creta Cretici cognomenta sumpsere. Fuit quoq; Metellus Balearicus ex deuictis Balearibus cognominatus. Sed Numidicus. L. Luculli auunculus fuit, Macedonici; Metellum Balearicum pleriq; filium, nōnulli fratrem dicunt. Creticum uerò, & alium Dalmaticum eiusdem Macedonici filios fuisse, nulla controuersia est. L. quoq; Mummius deleta Achaia & Corintho, Achaici cognomen tulit. Sed Corinthi superati prima laus Macedonici fuit. Is enim omnem Achaiam ita bello afflixit, ut rebus abscisis, Mummius superueniens, leui certamine expugnatam Corinthum uictoriæ suæ ascripserit. Messana quoq; in Sicilia & Isauria in Cylicia bello domitæ. M. Valerio &. P. Seruilio, Messalæ & Isaurici cognomenta dedere. Is enim Seruilius uir acer fuit & strenuus, qui in Cyliciam cum Imperio profectus, illam collatis signis, ui atq; armis domuit: Lyciæq; urbes clarissimas iusto prælio uicit. Isauros primùm bello aggressus, Imperio adegit, Victor deniq; triumphum ex hostibus, & Isaurici cognomen reportauit. Ex Allobrogibus quoq; Fabius Allobrox, & ex Caucis germanica gente Gabinus secundus Caucius, Atq; ex Callecis Brutus cognomento Callecus, Et ex Getulis Cossus Getulici nomina sumpsere. Calleci enim ulterioris Hispaniæ populi sunt, duri & agrestes, qui extima & montana incula, ac difficiles saltus & impeditos ad Oceanum incolunt. Ideo bellacissimi & subactu difficillimi fuere. Fertur tamen. Q. Turnius, qui Garamantes ultra Aethiopes horridos & incultos bello uicit, ob modestiam & uitandæ inuidiæ causa Garamantici cognomento abstinuisse. Scipionem præterea Aphricanum, qui Dux fatalis contra Hanibalem fuit, Aphrica superata & Carthaginēsibus bello uictis, Aphricani cognomen tulisse: & alterum ex deuicto Antiocho, & Asia subacta, Asiaticum cognominatum inuenimus. Sed hic Asiaticus frater Aphricani fuit, quorum alter. P. Scipio nomine à se uictæ gentis Aphricanus: alter. L. Scipio frater Asiaticus dictus est, qui COS. aduersus Antiochum primus Rhomanorum in Asia signa intulit: cum eoq; Consule

Coriolanus. *Fidenas.* *Numidicus.* *Macedonicus.* *Creticus.* *Balearicus.* *Achaicus.* *Messala.* *Isauricus.* *Allobrox.* *Caucius.* *Callecus.* *Getulicus.* *Scipionum familia.* *Aphricanus.* *Asiaticus.*

Aphricanus

Aphricanus frater Legatum se gerẽs pariter profectus est: illiusq; ductu & auspicio pleraq; egregiè gesta in hostes fuere. Victo deinde Antiocho & pace Eumeni concessa, ob Asiam uictã Asiatici cognomen reportauit. His enim duob⁹ fartribus Aphricano, scilicet & Asiatico, pater fuit. P. Scipio ex Corneliorum gente, cũ quo primùm Hannibal Pœnus signa in Italia cõtulit: cuius fuit Cn. Scipio frater, summi ambo Imperatores, uiri ornatissimi, qui paucorũ dierum interuallo in Hispania cæsi occubuere. Sed ex Publio hi II quos dixi Scipiones, Aphricanus scilicet & Asiaticus, filij extitere. Ex Cn. autem. P. Cornelius Nasica ortus fuit, qui unus uir optimus à Senatu iudicatus, Matrem Cybelem ex Pessinunte suscepit, Tiberiumq; Gracchum seditiones in Vrbe molientem interemit. Fuit quoq; & alius Scipio cognomento Aemylianus, prioris Aphricani nepos adoptiuus, qui ob Aphricam & Numãtiam bello domitas, minor Aphricanus & Numantinus appellatus est. Sed hic Aemylianus quem dico, minimè ex Corneliorũ gente propagatur, sed adoptiuus in nomẽ & familiam uenit. Siquidem cùm Scipio maior Aphricanus filium haberet natura admodùm tenui & imbelli, unde & ualetudinarius uocatus, quòd non ea uis animi foret uigorq;, nullosq; liberos substulisset, ne decederet sinè liberis, hunc Aemylianum. L. Pauli filium, ut multi credunt, ex filia nepotẽ, in familiam nomenq; adoptauit. Fuerat enim Scipioni Aphricano uxor filia Pauli Aemylij, qui COS. ad Cannas ne tãtæ cladi superesset, in conflictu belli cæsus occubuit, ex qua unicum filium tulit, filias uerò duas, quarum altera Scipioni Nasicæ, altera Tiberio Graccho nuptæ fuere. Aemylio uerò Paulo IIII filij extitere. Duo in adoptionẽ alterius familiæ dati, Scipio uidelicet, & Fabius, duo in potestate retenti, quos ex altera cõiuge substulerat. Horũ alter, V diebus ante triumphum, quem speciosissimum de Rege Perse, & omni Macedonia habuit: alter tertia post triumphum die, adhuc impuberes mortem obiere immaturam. Hic ergo Aemylianus ex reliquis Pauli Aemylij filius iunior fuit, gloria militari illustris, qui Aphricani nepos adoptiuus, auitæ uirtutis memor, prouocatorem Barbarum Tribunus adhuc militum occidit. Cum patre aduersus Persen acriter pugnans, egregia facinora gessit. In Aphricam deinde cum exercitu profectus, tertium Punicũ bellum cõfecit. Carthaginem & Numantiam funditus euertit, parta deinde uictoria, & rebus cõfectis cognomentum Numantino & minori Aphricano inditũ fuit. HORVM postea exẽplo, sequuti Cæsares ex prouincijs quas ui & armis subegêre, illustria cognomenta ob immortalem gloriam tulerunt: sæpe populi decreto, nonnunq̃ acclamatione Senatus. Siquidem Seuerus Imperator, & reliqui post eum Cæsares, ex Arabia, Adiabena, Parthia, Armenia, & Germania, alijsq; bello domitis Gentib⁹ nationibusq;, quas suo ductu & auspicio conquisiuere, Arabici. Adiabenici, Parthici, Armenici & Germanici, sicut Sarmatici, Aphrici, diuersis titulis cognomẽta cepere. Fertur tamen Valeriano Cæsari, quòd promptus ad arma & bellicosior esset, milites militari studio manu ad ferrum nomen indidisse: qui postea in Imperio delatum Carpici cognomentum refutauit. Alexander uerò Seuerus Imperator, licet Imperatoris patris Patriæ, & Magni cognomenta renuerit, asserens magnis rebus gestis ea sibi nomina parare oportere: Tamen ob deletos Azauenos Azauenci cognomen sumere non dubitauit. Traianus autem contra Parthos uictor, Parthici appellationem non accepit. Cui cùm multi deferrentur honores, reliquis posthabitis, sola Optimi agnominatione gauisus fuit. Commodus uerò eò uæcordiæ processit, ut pro Cõmodo Hercules & Iouis filius dici maluerit, quod sibi postea in inuidiã perniciemq; cessit. APVD Græcos non ab oppidis & prouincijs, sed à rebus gestis magnificè, Soter & Callyneos dicti: à forma & specie corporis, Phystos & Cyrippus: ab excellẽtia crurũ, Eucnemos: à uirtute, Euergetes & Philadelphus: à Fortunę felicitate, Eudæmos: à multiplici uictoria: Nicanor: ab Vrbium expugnatione, Polycrates: à fortitudine, Achersites, aut Aquilæ uel fulminis nomina fuere: quare Pyrrho ab Epirotis Aquilæ nomen inditum. à multiplici doctrina, Polyhistor, ab optimo consilio, Aristobulos dicti. Quibusdam Regibus liuor & uitium, nonnunq̃ ignauia, & nequitia cognomentum dedit: quippe Antiocho Regi Macedoniæ, quòd multa promitteret, parũ efficeret, Doso. Ptolemæo Lamyro ob uitæ

Aemylianus.

Aphricanus minor & Numantinus.

Cæsares ex prouincijs à se subactis cognominati.

Carpicus.

Azauenicus.

Optimus.

Cõmodi uæcordia.

Externa. Græci

Ab habitu, Fortuna & rebus gestis.

A uitijs.

ob uitæ turpitudinem nomen fuit. Antigonus quoq; à rapacitate Hierax, & à genuũ magnitudine Gonatus. Alij à uerborum obscuritate, Scotini, & ab amentia Choalemi, atq; ob fictos mores Laconistæ notam nominis tulere: sicut Xenarchus Rhodius à bibacitate, Metretes. Et Atheniensis Diotinus, Chone, hoc est, infundibulum, quòd illo apposito affatim hauriret. Demochares uerò ob procacem linguam, Parasyades: & Demosthenes ob morum feritatẽ, Arges serpentis nomine appellati sunt. Inter quos Varro Sophistæ à forma nasi Ciconiæ comparis, Pelargus nomen factum. Nonnullis uerò ob claritudinem, Lychni dixere nomen, sicut Artaxersi Mnemoni, quod memoria ualeret, Pericles summus orator ob dicendi elegãtiam & sermonis magnitudinem, Olympius. Dion Chrysostomos. Phocion ob frugalitatem, Chrestus seu bonus. Cleomenes & Ptolemæus Benefactor nuncupati. Aristides ob morum sanctitatem, iusti, Callimachus propter studium miræ artis, Calotechnos, sicut alter ob artis calumniã Cacotechnos sumpsere nomen. Alcæus tamen Pittacum Sarapodam, quòd latos haberet pedes, cognominauit. Antiochus uerò Syriæ Rex elatus supra modum hominis, cùm uanum titulum uendicaret, cognomento Deus dici uoluit: sicut apud Rhomanos Domitianus, & C. Princeps, qui Optimum Maximum, & Latialem Iouem se dici iussit. Proditus tamen est Mariccus quidam è plebe Boiorum, cùm Dei nomẽ sibi arrogasset, & non spernendam manum perditissimorum asciuisset, quos ingentibus promissis corruperat, ita ut in Rhomanos ferret arma, postea captus & occisus, falsi inditi nominis grauissimas pœnas dedisse. Sicut Selurus ignotus homo, qui se Aetnæ filium mentitus erat, cùm loca circa Aetnam cum perditissimis & facinorosis prædaretur, à Rhomanis captus, in ludo gladiatorio ictibus bestiarum occisus fuit. Cui haud absimile est quod de Euno Syro proditur, qui cùm nuce iuglande in os inclusa ignem euomeret, simulans se Deæ Syriæ numine afflatum, apud seruos & infimam plebem diuinus habitus, primò II hominum millia in Sicilia spe rapinarum asciuit, mox effractis carceribus ad LX millia coegit. Manliumq; & Lentulum prætores iusto prælio uicit & profligauit. Deniq; à Rhomanis coercitus, post multiplices clades suæ temeritatis meritas pœnas dedit.

¶ Quid sit triplex forum, de quo in Martiale fit mentio: quæue fora olim Rhomæ fuerint, quæue apud exteros præcipua. Caput XII.



Martialis locus à Domitio deprauatus.

DOMITIVM Calderinum uirum disertũ & studiosum uidimus aliquando dum Rhomæ ageret, interpretabatur tunc Martialis epigrammata, in quibus hos uersus meminimus legisse.

Causas inquis agam Cicerone disertius ipso,
Atq; erit in triplici par mihi nemo foro.

Quos ille in scholis cum suis sectatorib' sic definiebat, ut tria fora Rhomæ esse diceret, in quibus iudicia redderentur. Latinum scilicet, Rhomanum, & Vetus: Quod in commentarijs à se æditis referre non dubitauit. Sed cùm legissemus fora multiplicia Rhomæ, in quibus forensia negotia & iudicia actitarentur, Rhomanumq; forum, Latinum quoq; & Vetus dici, tenuit nos admiratio, quòd uir ille ingenio alioqui exculto, strictim & inexploratè rem non prætereundam, pertransierit. Nam & Rhomanum forum in Comitio legimus inter Capitolium & Palatium, ubi Rostra, Aedes Saturni, Castoris & Pollucis templa fuêre, quod Latium forum dictũ est. In quo Rhomani magistratus, finito honoris tẽpore, Imperij insignia dimittere assuerant: ad quod Populus frequens conueniebat, sicut ad Comitium Senatores, ibiq; Pauli Basilica M & CCCCC talentis taxata, quæ mox Fuluiæ dicata fuit, licet aliam Opimam in qua Senaculum erat, quòd in ea Seniores assidebant: & aliam Iuliam, cuius construendæ præfectus Vitruuius fuit: & aliam Portiam, quam Cato Censorius magna mole construxit, Basilicas fuisse legamus. Alterum uerò Cæsaris forum dictum est, ubi Veneris templum ab eo extructum ferũt. Et Augusti forũ, quod cum æde Martis Vltoris Augustus sua impensa instruxit, ornauitq;. Vetus quoq; forum boarium legimus, in quo

Forum Rhomanum.

Comitium.
Basilica opima, Iulia, Porcia.
Forum Cæsaris.
Forum Augusti.
Forum uetus. boarium.

in quo ædes Herculis rotunda, Matris Matutæ, & Pudicitiæ patriciæ Sacella. Ibi etiã bos ex ære Aeginetico fabrefactus. Quintũ fuit Olitoriũ, iuxta quod ædes Spei & Pietatis (quã M. Acilius Glabrio Duũuir dedicauit). Iunonis Matutæ & Fauni tẽpla fuere: ubi lactariam columnã fuisse Pompeius memorat: in qua infantes lacte alẽdos deponebant. Forum quoq; Cupedinis macellum appellari, quod cupedinarium dicũt, cuius generis in Thessalia & omni Græcia frequentia fuere. Præterq; Piscarium & forum Neruæ, cui Transitorio nomen erat, Pistorium in Auentino, & Vlpium, & Palladium. Sed Piscarium iunctum Boario dicunt fuisse, secundum Tyberim, iuxta Iani templum ad Ianiculum, quod quidam Iunonium uocant, sicut fora publica iuxta Veneris Fanum: & alia, ut Traiani, ubi columna integra mirabili structura hodie superest, iuxtaq; forum Neruæ & forum Suarium, à sequutis Principibus, præcipuis operibus ornata. De foro autem Veteri, quòd in eo causæ actitarentur, q̃tum cõmemini, nec reperitur quicq̃, nec traditur, nisi unum idemq; Rhomanũ, Vetus, & Latinum forum dicant fuisse. Sed quod nos sentimus, quodq; probabilius putamus, de triplici foro, profectò sic est. Primum forum Rhomanũ iuxta Comitium fuisse, in quo de iure controuerso responderi solebat, eumq; Cato Censorius, ne populus litibus assuesceret, acutis lapidibus sternendum putauit: quem postea Marcellus Octauia Augusti sorore genitus, quò salubrius disceptantes operam forensi labori darent, uelis inumbrauit, cõstatq; Iulium Cæsarem, cum ius quotidie seuerissimè diceret. Alterum de manubijs unà cum æde Veneris genitricis magnifica impensa & profusis sumptibus construxisse, cuius Aream supra sextertium millies, & immẽsò constitisse authores tradunt: ipsumq; suo nomine imposito, Cæsaris appellasse, in quo iudicia etiam reddebantur. Tertium Diuus Augustus inter publica opera præcipuè forum cum æde Martis Vltoris construxisse fertur, cum porticu duplici, ubi Apollo eboreus uidebatur, foriq; extruendi causam fuisse, hominum iudiciorumq; multitudinem quæ uidebatur (ut Tranquilli uerbis utar) non sufficientibus duobus foris tertio indigere, quod Augusti nuncupatur. Ex quibus sinè controuersia liquet, triplex de quo quærimus forum, de Rhomano, deq; Cæsaris, & Augusti foro, in quibus lites actitari, & iudicia reddi consuerant, non de alijs intelligi oportere. Succurrit tamen in hac re notare, Spartæ forum Clarium uocari: Apud Iones Panium: Argis Gymnasium quod Cyllarauium dixere: Athenis aliud quod Ptolemæum, & apud Samios & Alexandrinos duo fora Larua nuncupari: Athenis quoq; Diphilum & Ceramicum, atq; Helieum, quod erat omnium maximum, & Delphinium, & Palladium pro foris fuisse, aliaq; ignobiliora ut Parabiston maius, quasi absconditum, & Trigonum. Fuit quoq; Parabiston maius, in quo XI considebant iudices. Et aliud forum, ubi Olæ ara quam præcipuè Athenienses colunt, & Batrachium, & aliud Puniceum à coloribus: & in Thessalia Liberum: atq; in Pyræo Hippodromia, & Capuæ Albanum. Celebratur inter cætera Argiuum forum sepulchro Donabi, qui insigni prudentia & astu, præcedentes Reges anteisse fertur: in quo lupus æreus cum tauro pugnans fatum Pyrrho Regi prædixere: Et Magnetum sepulchro Themistoclis: Sicut forum Antiochiæ Germanici funere insigni fuit: & Megarensium sepulchro Corœbi: in quo mirum proditur, ut Oleaster longo æuo suspensa, diu arma intra corticem admiserit, mox incisa, ocreas & galeas peperit. Et Celenarum, ubi Marsiæ pellis detracta ab Apolline, appensa uisebatur. Mirumq; prodi de Ariciæ foro ingenti chasmate in profundum hausto, magno & exitiali portento calamitatis futuræ. Tradunt Thaletem in loco Milesei agri, uili & contempto sepeliri uoluisse, prædiuinans animo, in illo Milesiorum forum celebre quandoq; futurum. Apud Persas uerò fora duplicia fuere, unum quòd Liberum uocant, in quo honorati & præcipuæ nobilitatis uiri Principem locum tenebant, ubi Regia erat: Alterum in quo mercenarij & negotiatores, aliaq; humilis turba diuertebant. Capuæ quoq; fora distincta fuere, alia Plebeiorum, cùm plebs à patribus dissentiret: alia nobilium. In quibus enim nobiles erant, ne essent in contubernio sordidissimorum, ad illa infimo ordini accedere non licebat.

Forum Olitorium. *Colũna lactaria.* *Forum Cupedinis.* *Piscarium.* *Pistorium.* *Vlpium.* *Palladium.* *Forum uetus.* *Quid per triplex forum apud Martilem intelligendum.* *Fora apud exteros.* *Olæ ara.* *Donabi sepulchrum.* *Themistoclis sepulchrum.* *Antiochi sepulchrum.* *Corœbi sepulchrum.* *Oleaster peperit.* *Thaletis sepulchrum.* *Fora duplicia apud Persas.* *Fora Capuæ.*

¶ Quæ multæ militares maiores, & quæ minores militibus, & ob quæ delicta inferri solebant. Caput XIII.



MVLTAE militares nonnullæ maiores, quæ capitis supplicio luebantur, pleræq; minores, prout grauiter aut leuiter delictum esset, facinorosis & delinquentibus militibus, necessariò ad rem militarem exemplo, à Ducibus inferri solitæ sunt: quibus sanciuerunt militaris Imperij disciplinam, ut ignauus & contumax miles, prout segnis negligensq;, aut affinis culpæ fuisset, ita acri & seuero iudicio uel leniori pœna notaretur. *[Capitalia crimina militum.]* Nam desertores, seditiosos, & fugitiuos, aut si loco, statione, uel præsidio cessissent, tergáue dedissent, aut è castris effugissent, tanq̃ pessimo facinore astrictos, capitali pœna plectere solebant. *[Punitio ubi multitudo peccasset.]* Nonnunq̃ ubi multitudo obnoxia foret, authores turbarũ ad Palum deligare, aut securi percutere: reliquæ uerò multitudinis decimũ quemq; sorte ductũ ad supplíciũ petere, peruulgata pœna fuit. *[Cæsar.]* Cæsar uerò cùm conniueret in cæteris, seditiosorum & desertorum acerrimus inquisitor, & punitor dicitur fuisse maximus. *[Alexander.]* Traditur Alexander Macedo quendam castelli custodiæ præpositum, ob desertam stationem nece multauisse, alterum desciscentem sagitta confixisse. *[App. Claud.]* Appius tamen Claudius humanius agens, ex his quos loco cesisse nouerat, decimũ quenq; in conspectu exercitus fuste percuti iussit. *[Iuba.]* Iuba Rex asperior & durior, desertores qui loco amisso in castra aufugerant, cruce afflixit. *[Auidius Cassius.]* Inter cæteros Auidius Cassius memoriæ proditur, nouo exemplo multis desertoribus manus detruncasse & pedes, asserens maiori disciplinæ fore, miserabiliter criminosum uiuere, quàm occidere. *[Seuerus.]* Seuerus autem Imperator exactor alioqui grauis, Vrbanas cohortes, quòd neci Pertinacis consenserant, satis habuit, militaribus insignibus exutos, nudos destituere & dimittere. *[Antiqui moris punitiones.]* Antiqui tamen moris erat, ut qui aciem reliquissent, aut infrequentes ad signa conuenirent, fustuario plecterentur. Præsidio uerò decesisse semper capitale fuit. Si quæ uerò cohortes signa fœdè amisissent, nisi noxam cuius arguebantur purgassent, in eas more maiorum quādoq; capitali supplicio, plerunq; leuiori pœna sæuitum est. Quare pro frumento ordeum dare, uel extra uallum sinè Tentorijs relinquere, nonnunquàm milites in prima acie inducere, aut districtis gladijs discinctos destituere, uarijsq; ignominijs afficere solebant, ut his contumelijs coherciti, intentius mandata exequerentur, deincepsq; ad subeunda pericula paratiores forent. Eos uerò qui pugnam detrectassent, aut secesionem fecissent, quiq; erant fugæ & pauoris insimulati, quiq; segnes & contabundi arma cepissent, leuisima nota erat iureiurando adigere, non aliter quàm stantes quoad stipendia facerent, cibum potumq; capturos, aut traditio pugillarium quos taciti statim legerent, quæ leuior censebatur nota. Augustus tamen Decimam legionem contumacius parentem cum ignominia tatã dimisit. *[Minorum criminũ punitio.]* Ob minora uerò & leuioris noxæ crimina, uel locum & ordinem in acie mutare, uel stipendium anni differre militibus, neq; his æra procedere, *[Aere diruti.]* qui ære diruti dicebantur, aut in politia uel in frequentia notare, uel citra commoda stipendiorum exauthorare, uel locum in quo tenderent in castris adimere: illosq; sinè pellibus tabernacula habere, ut humi & sub diuo accubarent, uel ne in oppidis hybernarent, inhibere solebant. *[Notati in politia.]* In politia autem & in frequentia notabantur hi, qui rudibus & parum nitidis armis, uel strigosiori equo, & macie affecto utebantur, quiq; prædicto ad pugnã die, occasionibus quæsitis, contumacius parent: quæ mora excusabat, si funeris paterni uel sacrificij gentilis, auspiciíue, aut morbi sontici, uel feriarũ causa, ad constitutã diem non adessent. Qui uerò arma alienasset, aut illa amisisset propter inertiæ turpitudinem æquè ac desertor morte luebat. *[Græci.]* Apud Græcos uerò, militari erat iure cautũ, ut qui miles scutum in acie amisisset, capite lueret: qui uerò gladium, leuiori pœna notaretur: quia maioris disciplinæ se ab hoste tueri & præstare incolumẽ, q̃ cum sua pernicie hostẽ perdere, semper summi Duces putauere. Quod » Scipionis Aemyliani uerbum fuit, malle se ciuem seruare, q̃multos hostes perdere.

Quarè

Quarè Lacedæmonij Archilochum poetam Vrbe exegere, quòd carmen scripserat, in quo suadere uisus fuit, satius esse arma q̃ uitam in acie amittere. Germanis quoq; qui scutum amisisset in bello, à publico concilio & sacris arcebatur. In transfugas uerò uelut maiori crimine obnoxios, & patriæ ac ciuiũ proditores, capitali pœna plerunq; sæuitum est. Hi enim semper uenia indigni fuere, sicut proditionis insimulati. Quamuis. Q. Fabius Maximus illorum qui contra religionem iurisiurandi, ad hostes transfugerant, dextras amputari mandauit: hoc animaduersionis metu sub disciplina & in officio fore arbitratus. A Publio tamen Scipione in perfugas & fugitiuos fuit acerbè consultum. Siquidem ex Rhomanis qui rupto Imperio, ad hostes transfugerant in crucem efferri: Nominis uerò Latini securi percuti iussit. Posterior Aphricanus transfugas bestijs obiecit. Paulus Aemylius elephantis. Germani arboribus suspendunt. Ignauos & imbelles palude mergunt. Qui uerò captiui in hostiũ potestate sua desidia uenissent, his arma & ordo militandi mutatus fuit, ut equites in peditum, pedites in funditorum alas transcriberent, utq; locum extra castra assignatum uallo & fossa non communirent. Quare Domitius Corbulo à Nerone in Armeniam missus, II alas, & III cohortes, quòd hosti cesserant, extra uallum sinè munimento tendere iussit. Artaxerxes Medum qui transfugerat, & rursus rebellarat, pro insigni ignominia iussit scortũ capite circunferre nudum. Qui etiam summis Ducibus siquid deliquissent, ignominiæ loco detractas uestes flagellari, & pro capite depilando Tiaram depilari iussit. Titus Vespasianus tã seueræ disciplinæ fuit ut militem ab hostibus captum, qui solutis uinclis ad castra refugerat, ultra militare non siuerit, nec illi arma crediderit, quòd uiuus ab hostibus capi permiserit. Sertorius uerò ut disciplinam exemplis stabiliret, cohortem propter obscœnitatem morum & immodicas rapinas ad unum interfecit. Daci cùm malè pugnassent, hac fuere ignominia notati, ut cubantes capita loco pedum ponere, & ministeria uxoribus præbere cogerentur. Xerxes quoq; ut Babylonios, quorum ductu defectiones ad hostes fiebant assiduè, reprimeret, cauit edicto uti arma ne ferrent, sed cauponæ indulgerent, tibijs psallerent, & scorta alerent. Sicut Leontini, ne res nouas molirẽtur, à Phalaride conuiuijs & uinolentiæ relicti sunt. Cyrus quoq; Lydis superatis, cùm essent infidi, & damnosi, imperasse fertur, ut dimissis armis, iocis & nequitiæ uacarent, talaresq; tunicas ferrent. Ideo Lydius ornatus mollis & parum uirilis habitus: quod de Aristodemo Tyranno proditur, qui optimatum filios ne quid contra se moliri possent, calamistratos incedere, & tortis crinibus ornari, talares pictasq; tunicas induere iussit. Cato autem in Hispania contra cõtinuas defectiones salubri remedio prouidit ne desciscerent, ut oppidorum mœnia sub idem tempus dirui iuberet. Seuerius Rhomani: nam Legionem licentia corruptam, quòd Rhegium in cuius præsidio erant, occupassent, Genutius COS. millia hominum IIII exauthorauit totam, & in foro percussit. Sæpius uerò exiliũ, ut relegati & capite minuti procul à Lare senescerent, & ita ignominiam finirent, ignauis & contumacibus datum comperimus. Marcellus autem, milites à quibus orta esset fuga, quiq; pauore signa reliquissent, sequenti pugna inter primas acies frequenter induxit, ut quod ignominiæ acceperant, alijs prælijs periculo expiarent. Fuit illa etiam nota ignominiæ non parua, quali Chalphurnius Piso. COS. & demum Octauius Augustus affecit milites, ut tunicatos discinctosq; per totum diem, cum decempedis plerunq; cespitem portantes, ante Prætorium stare, uel obsoleta toga, & tunica discincta, nudis pedibus ante principia adesse iuberent. Vel ut fossam fodere discincti cogerentur, ut eo habitu & specie deformi in omnium conspectu præ se ferrent insignem memoriã flagitij ignominiæq; acceptæ. Est autem decempeda lignum quo latifundia metiuntur, & in partes diuidunt, oblongum pedibus X. Tametsi diuerso quisq; more agros metiri soleat: quippe in Aegypto æstuaria & fossas funibus metiuntur, aut passibus: In Hispania iugis: In Campania uersibus: Circa Persidem Schœnis: Alij Parasangis: alibi Pertica cui nomen Acæna, Agricolæ iugeribus: Nonnulli stadijs metiri solent agros camposq;. L. uerò Calphurnius COS, haud absimili exẽplo Præfectum equitũ,

Archilochus à Laced. eiectus.
Germani.
Fab. Maximus
P. Scipio.
Aphrica. posterior.
Paul. Aemylius.
Do. Corbulo.
Artaxerxes.
T. Vespesianus.
Sertorius.
Daci.
Xerxes.
Phalaris.
Cyrus.
Lydius ornatus.
Cato.
Genutius consul.
Marcellus.
Ignominia.
Decempeda.
Agrorũ apud alios alia dimensio.
L. Calphurnius.

quòd arma hosti tradidisset, Lacinijs abscissis, discincta tunica, & nudis pedibus ad principia per omne tempus militiæ adesse iussit. Fertur Pescennius niger, ob subtra-ctum Gallinaceum Commanipulones hac affecisse ignominia, ne focum facerent, neue cocti quid obsonij sumerent, sed pane & frigidis uescerentur. Tiberius uerò nimis seuerè: nam Prætorianum militem ob subtractum Pauonem, capite puniuit. Militem uerò militiæ gradu deijcere, aut exauthorare, uel equum illi adimere, ipsumq; uitibus aut uirgis cædere, seu equo detrahere, uel hastas dare iubere, quæ censio hastaria dicta est, hæc & eiusmodi, non pro leui noxa, sed pro acri delicto, magnæ animaduersionis loco, à Ducibus inferri solita sunt. Hastas dare iubebantur milites, quibus propter probra ignauiæ & luxuriæ hasta adimebatur. Etenim sicut gloriæ causa fortes uiri donabantur hasta pura, hi qui primùm uictores in prælio fuissent: ita ignauis & contumacibus adimebatur. Hoc notabat tanquàm spes merendi stipendia illis adempta foret. Quinetiam militi obeso & præpingui, quòd cutem nimis bene curasset, & nimia sagina grauis esset, aliquando equum Duces ademere: id quod magnum Agesilaũ fecisse legimus. Augustus tamẽ his qui maiores V & XL annis equũ retinere nollent, reddendi equi gratiã fecit, illosq; uelut emerita militia dimisit. Apud Thurios lex erat militaris, ut contumax miles, desertor, uel transfuga muliebri ueste amictus ob ignominiam uinctus teneretur. Spartanis tã seuera militiæ disciplina fuit, ut miles qui in acie scutũ amisisset, capite lueret. Iidem probro milites, aut ignominia notabant, qui probro notabatur, eum nemo igne, nemo alloquio impartiuit. Ignominia notabatur, qui fugax esset, desertor, aut transfuga. Apud Aegyptios qui milites ordines reliquissent, aut dicto non parerent, uel iniussi in castra redijssent, de gradu deiecti ad inferiorem redibant statum. Si uerò Ducis consilium hostibus palam fecissent, lingua multabatur. Fuitq; moris apud Syracusanos, ut hipparchi, hoc est, equitum præfecti, militum nomina in tabulis scriberent, illorum qui in acie ordines deseruissent, ut post prælium pœna notarentur. Quod & Xerxes fecisse dicitur, ut uirtutis & ignauiæ cuiusq; testis & spectator esset. Cyrus autem quem militem extra ordinem inuenit, quiq; proditionis causa dedisset terga, capite puniuit. Nec prætermittendus est Agesilaus, qui cùm in bello Peloponessiaco quosdam Asiaticos in in ueste munda & nitida, corpore uerò desides uideret & ignauos, ea affecit ignominia, ut uestibus nudatos per castra incedere cogeret, illorumq; amicula fortibus uiris, quorum in bello uirtus enituit, dono daret. Hoc quoq; loco pœnæ militaris fuisse traditur, Iubere ignominiæ causa militibus audacioribus, qui nec animi, nec consilij satis habarent, uenam solui, quæ non tam pœna quàm medicina fuit, ut superflua sanguinis parte defluxa, se magis intra gyrum rationis continerent. Illud quoq; notandum, quòd inter animaduersiones militares leuissima est admonitio, castigatio minor: deprensa maior, ignominia maxima. Ideo milites in quos lege militari castigatione, aut admonitione animaduersum est, non propterea ignominia notati erant. Quodq; milites quamuis graui ignominia affecti essent, si tamen ad officium redeuntes, semel atq; iterum bene nauatam Reipub. operam præstitissent, singulaq; aut bina ex hostibus spolia retulissent, aut digno aliquo facinore flagitij labem aboleuissent, tunc demum uno atq; altero felici prælio priori culpa correcta, & obliterata memoria dedecoris, noxa atq; ignominia soluti, & in eo quo prius erant gradu restituti, pristinam dignitatem, & honoris gradum quibus antea functi erant, quandoq; reciperent. Notatumq; & illud est, perrarò bis delictum Imperatores uenia dignum putasse, quia iuxta uerbum Lamachi summi Ducis, non est in bello bis errare, ubi si quid offenditur perperam temeritate uel inscitia, emendari non potest. Paruaq; in bello offensa, magnarum sæpe rerum momenta facit.

Pescennius niger in furta militum — *Tiberius.* — *Censio hastaria.* — *Hastam dare uel adimere.* — *Milites obesi.* — *Agesilaus.* — *Augustus.* — *Emeritorum ætas.* — *Thurij.* — *Spartani.* — *Ignominia notati.* — *Aegyptij.* — *Syracusani.* — *Xerxes.* — *Cyrus.* — *Agesilaus.* — *Militibus præter modum audaces uena soluebatur.* — *Ordo animaduersionum in milites.* — *Ignominiæ solutio.* — *Lamachi dictum.*

¶Quæ solennia in Herculis sacro ad Aram maximam seruabantur, & quæ apud exteros, quæue Aræ Herculis Rhomæ fuerint. Caput XIIII.

POST

OST Vrbem conditam Romulum Vrbis authorem sacra Græco Herculi, Ara illi erecta quæ maxima dicta est (ut ab Euandro constituta erant) fecisse, eaq; posteris mansisse, literis proditum est. Quæ ara ante Romulum religiosissima fuisse traditur, eamq; ipsum Herculem Ioui Inuẽtori, si amissas boues repperisset, dedicasse fama uulgauit. Hoc enim sacrum Euander instituit primus post Marathonios, qui primi diuinos honores Herculi dedere: Poticijs & Pinarijs, qui ex clarissimis familijs ea loca incolebant, ad sacrum adhibitis. Traditumq; memoriæ est, Poticios sacris præsto fuisse, & propitiato Deo, extis solennibus depastos: Pinarios uerò extis adesis, ad reliquam dapem uenisse. Inde institutum mansisse, ne extis solennibus uescerentur in posterùm: ipsiq; Poticij eorumq; posteri ab Euandro edocti, multis post tempestatibus Antistites templi, sacris & cerimonijs præfuere: donec sublata Poticia gente, seruis publicis tradita sunt. Appius enim Claudius Censor, sublato Poticiorum genere, cui ad Aram maximam familiare id sacerdotium fuit, seruis quos docuerat, sacra delegauit. In quo id traditur mirum, ut XXX puberes, qui reliqui Potitiæ familiæ manserant, cum omni stirpe intra annum extincti fuerint. Ipseq; Appius huius author facinoris, ob hoc admissum in extremum uitæ exitium penè lapsus sit: & siue casu, siue consilio Deorum immortalium, luminibus orbatus calamitosam uitam egerit. Fuit autem hæc Ara in Capitolij faucibus, iuxta Carmentalem portam, & forum Boarium. In qua proprium erat, ut iuuencus indomitus sua Herculi uictima mactaretur: cui & Fauno uiam profecturi sacrum facerent. In qua propria quædam huic Aræ debita solennia, præter aliorum instituta mansere, quæ præterire non erat fas. Siquidem in ea Prætor, aut Pontifex qui rem diuinam facit, sola lauro, nec alia coronatur fronde. Cumq; mulieribus adesse sacris & rem diuinam facere omnibus ferè liceat, Herculis tamen sacrificio adesse, uel exta tangere, aut uesci, Aræue admouere manus, aut solennia uidere, religio non sinebat. Et cùm in sacrificijs Deorum, qui rem diuinam facit, capite operto numina adire, adorantesq; ueste ad caput obducta sacris interesse debeant: apud Aram Herculis maximam, dum sacra fiunt, dumq; litatur, omnes capite aperto & inuelatos esse decet. In qua præter aliorum morem, nec lectisternium fieri, nec puluinar suscipi poterat: in quibus quoq; sacris seruatum legitur, ut sedentes epulis uescantur solennibus, cùm in cæteris stantes, & saltabundi uesci soleant. Cumq; in omni precatione qui uota effundit sacerdos, Vestam & Ianum, aliosq; Deos præscriptis uerbis, & composito carmine aduocare soleat: illos tamen qui ad Aram maximam sacrum faciunt, alium q̃ Herculem Deum aduocare non decebat. Quippe cùm in Herculis templum Deorum nemo admittatur, neq; alterius Dei Aram effigiémue, sicut in cæteris fanis, uidere fas est, ita more tradito ut mane simul & uespere ad Aram maximam sacrum fiat, cùm in cæteris matutinũ tantummodò tempus hostijs immolandis dicatũ sit. Fuitq; obseruatũ ut ab eiusmodi sacris ne dum serui & liberti, sed & canis arceatur, sicut ab arce Atheniensiũ, ubi Mineruæ, & à Delo ubi Dianæ templũ fuit arcebatur, quod impurum & procax animal esset. Neq; fas uisum, sacra Herculis qui Libertatẽ impartiuit, quiq; ex seruitute gentes exemit, nisi Liberos attrectare. Quod Plateẽsibus in usu erat, & dum Manibus illorũ qui pro Græciæ libertate ceciderãt, parentant, & supremũ exhibent officiũ, mancipia procul arceãt. Cuius exẽplo Coi, rem diuinam Iunoni exhibentes, à solenni epulo seruos abegere. Traditũ uerò est Rhodi, Lindi incolas nouo ritu Herculi immolare: nã maledictis ludibrijsq; uerborũ Herculi litant, iunctis bobus. Si quid uerò honesti probiq; in sacrificio prolatum dictũmue fuisset, tanq̃ omninosum spretæ religionis crimen erat. Idem in sacris Eleusinis, quæ magna dicta sunt, factitatũ comperimus, in quib⁹ mulieres mutuis probris, conuicijsq; se incessere & maledictis solent conuiciari. Et in festo quod Lenæum Athenienses uocant, fœda conuicia, per risum & iocum inuicem poetæ iactitant, & contumelijs se lacessunt. Apud Coos autem Sacerdos muliebri ueste amictus & Mitra caput ornatus, Herculi sacrum facit, & uictimam cædit; sicut in Attide, uiri ornatu muliebri, mulieres uirili Veneri rem

Ara maxima Herculis.
Iupiter inuentor.
Marathonij.
Poticij.
Pinarij.
App. Claudij facinus.
Aræ Herculeæ locus
Sacrificium.
Cerimoniæ solennes in aræ max. Herculis obseruari solitæ
De hoc ca. xix. huius lib.
Canis sacris eiectus.
Plateenses in parentationibus mancipia arcebant.
Coi.
Lindorũ sacra maledica.
Sacra Eleusina & Lenæa maledica.
Veneris sacra in Attide.

diuinam faciũt. Cui persimile est quod in Mutinini sacello mulieres togis prætextatis uelatæ Rhomæ sacrificant: Nonnulli Coturnice ut Phœnices, pleriq; humana uictima, ut Carthaginenses Herculi litant. In Pantheo quoq; statis diebus in sacris Herculis mactabatur homo, fœdo facinore & perniciali exemplo. Fuitq; literis proditum ab ignauis uota Herculi & preces effusas non exaudiri, quod soli strenuo & peruigili prosperos successus faceret, & propitius foret: sed præter hanc Aram fuit alia Victoris Herculis in foro Boario, qui triumphalis dictus est, cuius statua ab Euandro sacrata triumphi die, habitu triumphali ornabatur. Alia ad circum maximum Cereris, & Herculis, qui custos cognominatur, à Sylla ex prædicto Sybillinorum carminũ, ut multi autumant, erecta, & cõstructa. Templum quoq; Herculi iuxta Tyberim mirabili structura olim fuisse legimus, in quo ex decimis sacrum fit, ubi duæ Aræ, exq; earum altera mulieres degustare, ex altera uiros tantũ uesci fas erat. Ad portã quoq; trigeminã Hercules Victoris cognomento fuit, atq; in eodem Boario foro ædes Herculi rotunda precipuæ admirationis, ad quam nec canes, nec muscas ingredi opinio est, sicut Achillis ædem ante Boristhenem nulla ales ingreditur. Fuit præterea Hercules cognomento Oliuarius, & Hercules Cubans: Fuisseq; Herculi & Musis cõmunem Aram in circo Flaminio à Fuluio nobiliori ex Censoria pecunia constructam, mox à Martio Philippo Augusti tempore sacratam, fama uulgauit. Sed præter hæc Templa quæ in summa religione & cultu maximo fuere, fuit Hercules Conopios apud Oetheos. Ab Erythræis Hippotonos, à Celtis Ogmyos, ab alijs Alexicacos, quasi depulsor malorum cognominatus. Feruntq; templum Iolao nepoti ab Hercule constructum tantæ maiestatis incolis fuisse, ut si à solitis deficerent sacris, muti euaderent, rursus si sacra se perfecturos uouerent, in pristinã restitui sanitatem. Præcipuæ uerò admirationis apud Persas colitur Hercules in monte cui nomen Sambulos, qui per quietem Sacerdotes monere dicitur, ut equos uenatui sistant ornatos, qui cùm per nemora & saltus diu uagati fuerint, nullo rectore, nocte redeunt ad stabula uacuis pharetris, mox omnes saltus feris confossis constratos reperiunt, ita ut multo uenatu incolæ ditentur. Apud Athenas uerò Cynosarges templũ Herculis, Gymnasium, & Lucus maximi nominis erant, quæ Philippus impotenti ira deuastauit & incendit. Hoc etiam licet animaduertere, ab Iliensibus Herculi sacra celebrari uetitum, quod Ilium Hercules olim depopulatus esset, eum propterea odio prosequuti perniciali. Sicut apud Thraces, mulieres tanto flagrarunt odio, quòd Orpheum discerptum à mulieribus dicerent, ut uiri uxoribus stigmata inurerent, in Orphei ultionem. Et Lemnij cùm Vulcanum colant quòd apud eos enutritus foret, Venerem quòd Marti se miscuisset uelut adulteram adeò contempserunt, ut nemo illi sacrum faceret; Tenedij quoq; Achillem, quòd Tenedum deuastasset, ita infensum habuere, ut supplicio afficeretur, si quis restituto templo, Achilem nominasset. Contrà uerò Syracusanis Herculem promptum numen, & maximi cultus fuisse, quòd ope Proserpinæ Cerberum ex inferis eduxisse diceret. Caucasij etiam produntur, Herculem summis percolere honoribus, quòd Prometheum uinclis exoluisset: Ioui & Mineruæ infensi, pleni persuasionis, tanq̃ Prometheo satisfaciant, quòd igniferis sagittis aquilas & illorum nidos incendant, fœtusq; euastent & depopulentur. Ferunt Sibas circa Indum, adeò Herculem uelut gentis authorem coluisse, ut pellibus amicerentur, ut Hercules clauas gererent, illasq; bobus & equis inurerent. Sicut Tyrij & Gaditani Herculem, magni numinis instar habuere. Fuitq; memoriæ proditum Herculem non unum fuisse, sed plures. Nam præter Tyrinthium, etiam Argiuum, Thebanum, Lybicum, Cretensem & Aegyptium legimus. Deniq; Varro Hercules III & XL, ac Ioues CCC enumerat. Cicero VI fuisse dicit. Græci uerò Orpheos V fecere, & Veneres IIII. Sicut enim præstãtissimos & summa prudẽtia uiros Iouis filios, ut Eacum & Minoa, & semideos qui à Ioue genus ducũt: ferocissimos Neptuni tanq̃ è mari genitos, ut Cyclopes & Lestrigones: Mõstrosos uerò & ignobiles è terra æditos uetustas nũcupauit, ut Titiũ & Antheũ. Ita oẽs qui uario & solerti ingenio, fortissimum aliquod facinus gessere, uel periculis subleuandis hominibus profuere;

Sacra alia & diuersa Herculis. Carthaginenses. Ara uictoris Herculis. Ara Herculis custodis. Herculis templum. Hercules uictor. Herculis ædes rotunda. Aedes Achillis. Hercules oliuarius & cubãs. Herculis & musarum ara cõmunis. Temp. Herculis à Iolao constructum. Hercu. cultus apud Persas. Apud Athenienses. Her. Iliensib. inuisus. Mulieres apud Thrases odiose uiris. Sic Venus apud Lemnios. Et Achilles apud Tenedios. Syracusani. Caucasij. Sibæ. Tyrij. Gaditani. Hercules plures. Ioues CCC Orphei V Veneres IIII Iouis filij. Neptuni. Monstrosi. Hercules qui appellati.

re: aut alicuius ingenuæ artis author uel Princeps foret, à maioribus Herculis nomina tulere. Sed quod de Lybico Hercule dictum est, meminisse oportet quòd hic Lybicus Aegyptius nuncupatur, qui Nilo natus phrygias literas primus inuenisse & per manus posteris dedisse traditur. Hercules lybicus.

¶Quo tempore primùm Prætores creari cœpere, & quod ius, queue illorum potestas fuerit. Caput XV.



PRODITVM memoriç est ab ortu Vrbis ad annum fere trecentesimũ & nonagesimum, Prætorem qui ius in Vrbe diceret, nullum Rhomæ extitisse. Fuerat enim hoc Consulis munus, & illorũ qui in summo erãt magistratu, super iure cõtrouerso respondere. Sed quia à iure dicũdo, ingruente bellorum tumultu, persæpe eos auocari oportebat, Prætore ac proprio magistratu, qui ius in Vrbe diceret, opus esse uisum fuit. Igitur quo tempore Tribuni militum consulari potestate esse desiere: cùm iam de Consulibus ex plebe creandis magnis contentionibus agitari ceptum esset; eaq; res inuisa Patribus infamisq; haberetur: neq; aliter sedari uideretur posse: tum primùm leniendæ multitudinis causa, ut COS. etiam de plebe fieret à Patribus est impetratũ, inuicemq; ipsa plebs ut Prætor unus ex Patribus crearetur, qui ius in Vrbe redderet haud dubiè assensit. Fuit enim is Sp. Furius. M. filius primùm Prætor ex Patribus, eiq; ut aliquibus honoris insignijs conspicuus foret, curulem sellam ut Consuli Dictatoriq; & eadem auspicia esse uoluere. Nec diu apud Patricios honos iste mansit: Nanq; haud diu post, Q. Publius Philo primus de plebe, auersante Senatu, Prætor factus est, communicata tam Prætura quàm Consulatus cum plebe fuit. Sed cùm Prætores magis ex usu Reipub. uiderentur, ita breui illorum numerus auctus fertur, profectò ut mirum sit quã facile coalueriut. Quippe latius propagato & aucto imperio, quo tempore Attilius Calatinus primo Punico bello Dictator extra Italiam duxit exercitum, cùm obire tantũ munus solus non posset, II Prætores creati, exq; his alter Vrbanam, alter Peregrinam iurisdictionẽ sortiti fuère. Et quia plerunq; usuueniebat, ut urgentib⁹ hinc inde hostibus, & multiplici bello ingruente, ferro & armis decernendum foret, Prætores sicut COSS. prouincias sortiri, hisq; & exercitibus cum imperio præesse cæpere: ibiq; nõ solùm ius dicendo, sed armis imperitando imperium exercuere. Ipsis enim licet ad ius dicendum creatis, non tamen à belli cura uacatio dabat. Qui tametsi in imperio essent, iura tamen prouinciæ sinè decreto Senatus, aut populi iussu mutare non poterãt. Neque diu post, primo Punico exacto bello, cùm Galli transalpini in Italiam irrumperẽt, IIII Prætores creati lege Bebia fuere: quæ iubebat à ternis ad quaternos creari licere. Mansitq; hic numerus ad primum fere Macedonicum bellũ, quibus & belli summa commissa fuit, illorumq; auspicijs ægregiè res gestæ plerunq; sunt. Tunc quoq; additis prouincijs, & magno incremento rebus auctis, cùm M. Cato Sardiniã obtineret, Siciliaq; & Hispania imperio accreuissent, magisq; indies Prætores ex usu forẽt, illorum numerus auctus fertur, ut seni crearentur. Post temporum uerò curricula quib⁹ Cor. Sylla rempub. in dominationẽ uertit, cùm plures de Parricidijs, de Sicarijs, de falsis leges tulisset, ut essent qui eas tuerentur, IIII qui de criminibus inquirerent ueteri numero adiecere: ita ut X crearentur. Mox Iulius Cæsar numerum ampliauit. nam præter hos, annonæ & rei frumentariæ præfecit duos, ad inuehẽdos commeatus, qui frumentarij seu Cereales dicti: quibus ut ne quid commeatus frumentiq; Vrbi deesset, præuidere præcauereq; negocium erat. Et mox alios qui ærarij curam agerẽt adiecit. Diuus deinde Augustus XVI expleuit numerum; tametsi Præturæ candidatos XII ab Augusto æditos, Authores sint: quem numerum non excessurum Tiberius iure iurando firmauit. Demum diuus Claudius alios constituit, qui deficientiũ uoluntates tuerẽtur: & de fidei commissis ius dicerent, quos fidei commissarios uocauit: quo tempore ad X. & VIII Prætores, quod nunq̃ antea factum, excreuit numerus. Et cum pupillis tutores à COS. antea poscerentur, M. Antoninus Philosoph⁹, omni

Sp. furius primus prætor.
Prætorum numerus auctus.
Prætor urbanus & peregrinus.
Prætores prouincias sortiti.
Prætores iiij. Lex bebia.
Prætores seni
Prætores x.
Prætores xij.
prætores xvi.
Præturæ candidati xij.
Prætores x. et viij.

doctrina homo eruditus: cuius pleraq; extant egregia facinora militaria, ut diligenti disquisitione tutores pupillis darentur, proprio magistratu eam curam demãdauit, qui tutelaris dictus est. Deniq; nullo præfinito numero tot fuere, quot expedire Reipub. uisi sunt: quod lege Prætoria cauebat: cuius uerba subieci. Iuris disceptator qui priuata iudicet, iudicariue iubat, Prætor esto: Iuris ciuilis custos esto: Huic potestati parento: quotcũq; Senatus creuerit populusq; iusserit, tot sunto: & infra. Quàm lata aũt in iure dicundo Prætorum iurisdictio fuerit, multis documentis ostenditur. Nam & bonorum possessionem dare, & ad defuncti bona hæredem admittere: Nonnunq̃ ius constituere, & uetus abrogare poterat, Seruos manumittere, iudices delegare, Tutores pupillis minimè inuisos constituere, Dolo uel metu lapsis, aut ui deiectis subuenire, de fide, deq; iureiurando: Tulæ: Mandati: pro socio: Fiduciæ: deq; empto, uendito, locato, conducto ius dicere suæ cognitionis erat: Læsos quoq; immatura ætate uel sexu, in integrum restituere: Edicta proponere: legem ad populum ferre: Neue probitas aut innocentia fraudi cuiq̃ esset, cauere debebat. Quinetiam ferias cõcipere: ludis præesse: quadrigis emittendis signum dare: Aquæductuũ curã gerere: Acdẽ dedicare: de gestis cuiusq; magistratus disquirere. Duũmuiros & Decemuiros creare: bonis interdicere: quæq; ad disciplinam publicam pertinent, curare & prospicere: tum criminosos reos facere, officij Prætoris erat. Rei autẽ criminis fiebãt, ut Accusator criminosum in ius ducat, & apud Prætorẽ reũ agat, his uerbis: Aio te prouinciam depeculatum fuisse, aut crimen aliquod admisisse. Tũc si Reus tacuisset, tanq̃ in conuictum lis dabatur: si uerò esset inficiatus, inquirendo crimini præfixo die, à Prætore accusatio cõstituebatur, & tunc in Reum ut noxam cuius arguebatur dilueret, lege agebatur. Deniq; illud receptum est, absentibus COSS. & in prouinciã profectis, habendi Senatus Prætori Rhomæ ius fuisse, Comitijsq; præsidendi, de rebus quæ ad Rempub. pertinent, cõsultandi, Vrbi præessendi, atq; idem ferè iuris quod COSS. habere, nulla controuersia est. Nec me præterit, memoriæ datum esse, non modò super priuatorum causis, sed inferiorum quoq; magistratuum, uidelicet Quæstorũ & Aedilium Prætori, more prisco, ius dicere licere. Itaq; tam plebeios & humiles, quã Aediles & Quæstores, reliquosq; magistratus, qui nec uocationem, nec prehensionem habent, apud Prætorem in ius uocare cuiuis potestas est: quos in uincla duci iubere pro imperio & potestate, & legitimis pœnis afficere poterat. Fertur quoq; Octauius Augustus hoc munus Prætori urbano dedisse, ut popularium litigatorũ appellationes cognosceret: Prouincialium uerò cognitionem Consularibus uiris ipse delegaret. Si tamen ipsi Prætores prauè quid deliquissent, ex consulto Senatus nonnunq̃ Præturа deiecti fuere. Nam & P. Lentulus Prætor, & alij magnis criminibus circumuenti, abdicato magistratu, de gradu exturbati, malè administrati muneris pœnas dedere. Moris præterea fuit, ut sicut Dictatores Magistros equitum, COSS. sub se Legatos habebãt, qui eorũ uices gerere, & quoties oporteret, munia obire possent: sic Prætores Quæstorum ope niterentur: Itaq; Prætores Quæstoribus parentis affectu, & coniunctissimorum loco esse uetusti iuris fuit. Tametsi Prætores sicut COSS. non modò Quæstorem, sed Legatum unum plurésue in prouincia habuisse, ipsisq; quoties abessent Legionum & exercitus curam demandasse, compertum sit. Illud quoq; non ab re fuerit meminisse, Prætorem urbanum plus X cõtinuis diebus Rhoma abesse non licere: ipsisq; non XII sicut COS. sed ut inferior magistratus notaretur, VI tantummodo Lictores cum fascibus Rhomæ: in prouincia uerò sibi decreta pro maiestate imperij, etiam cum securibus preire. Paulum tamen Aemylium cùm Prætor in Hyberos duceret, cum XII Lictoribus Præturam gessisse authores tradunt. Credo equidem, ut dignitas Consularis adiuncta Prætoriæ uideretur, utq; plus maiestatis inesset: ideo XII Lictores preter prescriptum, Aemylium in prouincia habere Senatũ uoluisse. Fuitq; animaduersum Prætorio uiro, & qui fuisset Prætura functus, toga prætexta uti licere: eundemq; Aemylium non in purpura modò prætexta, sed trabea candida, & ministris dealbatis, atq; in equo albo Præturam gessisse. Neq; præterierim, nomen Prætoris & munus non Rhomæ tantùm, sed apud Latinos populos & Siculos, atq; in Sannio, &

Campanos,

Magistratus tutelaris.

Prætorum in iure dicundo iurisdictio quàm lata fuerit.

Rei criminis quomodo fiebãt

Prætoris potestas absentibus COSS.

Præt. etiã minoribus magistratibus ius dicebat.

Præt. de gradu deiecti.

Ordo mgrãtuum Rho.

Quæstores prætorum uicarij.

Præt. urba. pl. x. diebus urbe abesse non licebat.

Lictores prætoris.

Toga prætexta prætorum.

Prætoris dignitas apud exteras gentes.

Campanos, exterasq; gentes præcipuum fuisse. Nanq; Aegyptijs loco Censoris erat, cui portoria exigendi munus impendebat. Achæis bini Prætores longo tempore imperitarunt, mox unũ accepere. Apud Macedones, Sagũtinos & Syracusanos, domi forisq; iura dabant, in quo magistratu cùm esset Dionysius, gradum ad tyrannidem fecit. Apud Thebanos summam imperij tenebant, sicut fuit Epaminundas, & nisi præsente eo, Magistratus eligi nequibant. Sardium Prætor de bellis consultabat, & fœdera inibat. Aetolis, cùm de bello aut quouis negocio Senatum consuluisset, dicendæ sententię ius non habebat. Epirotis & Atheniẽsibus Prætor, Themotheta, & belli Dux, singulis annis sortitò creabantur. Is autem siquando bella mouenda, & armis decernendum foret, militum delectus habere, Legionesq; & Turmas conscribere solebat, quã Præturam Nicias cum Pericle aliquando gessisse fertur. Nonnunq̃ Atheniẽses x Prætores militiæ præfecere, qui per uices Castris & Legionibus imperitarunt. In quo magistratu cùm esset Aristides Milciadi cessit, ne in pugna Marathonia aduersus Datym Darij præfectum, in dissidium ueniret, cùm multitudine Prætorum, Patriæ discrimen impenderet.

¶ Locus ex Ciceronis oratione pro Milone, quando delicta non consummata, ac si perfecta fuissent, puniri debeant. Caput XVI.


VM Ciceronis orationem, quam pro Milone magna cura, & summo ingenio elaboratã in Senatu dixit multo cum uerborum põdere & nitore, quandoq; legeremus: in qua ad exaggerandam inuidiam, Clodij seruum in æde Castoris cum sica, ut Pompeium trucidaret deprehensum dicit, in hæc uerba ipsum loqutum offendimus. Nisi quia res perfecta non est, ideo punienda non fuit, quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus uindicentur. Minus dolendum fuit re non perfecta: sed tamen puniẽdum certè nihilominus. Hactenus Cicero. An semper inq; omni negocio, praua hominũ consilia, quę exitum sortita non sunt, perinde legibus uindicanda sint, ac si cogitatũ facinus esset admissum, in congressu æqualium tunc me præsente quærebatur. Vt siquis cum telo hominis occidendi causa deprehensus, ipsum non occiderit: uel qui uenenum parauit, hominem non necauerit: an tanq̃ necem intulerit, perinde multandus & coercẽdus pœna sit? Rursus, si extra cogitationis fines peccatum nõ excessit, ut quia mente conscelerata quis agitat facinus, illudq; adhuc opere non inceptauit, neq; actu exequtus est: an nihilominus pari supplicio afficiendus fuerit? Et quantum intelligi ex ueterũ monumentis dabatur, distingui oportere putant: ut si homo magnum aliquod scelus, aut extremum facinus patrare inceptat, ut quia Deorum templa funestis facibus incendere, Fana depeculari, sacra profanare, Patriam, parentes, Lares, focosq; hostibus prodere, necem parenti aut Principi parat, aut eiusmodi damnata crimina, in quibus magna calamitas, aut fœdum exitium futurum est, proculdubio leges inceptum facinus, ac si consummantum esset, puniri uoluerunt: nec solùm authores sceleris, sed facinoris cõscios. Non enim secus censuere eum qui tam atrox dirùmue facinus moliri ausus fuit, quiq; ad tam exitiale scelus animum induxit, perinde affici oportere, ac si illud opere consummasset. Idq; exemplis patere, quod lex Iulia in mœchos animaduertit, ac fures, & proditores, æquè punit, qui adulterium furtũmue patrarunt, quam qui id inceptarunt, & si crimen nõ perfecerunt. Ideo Græcis lege cauetur, ut Tyrannorum filij uelut facinoris conscij parentum crimina luant, & haud secus morte exilioq; multentur, fœdaq; in eos exempla iræ inuidiæq; exerceãtur, tametsi Rhomana lege caueatur secus. Quod in leuioris noxæ criminibus, & ubi non est tanta sceleris magnitudo aliter statutum est. Tunc enim delinquentes peccato nondum absoluto, non usq; adeò criminibus obnoxij fiunt, nec sceleri ita se obligant, ac si opere exequtum esset. Sed Prætoris arbitratu pœna modò maiore, modò minore, pro noxa, & quoad usq; ad facin⁹ progressum fuerit, puniri oportet: ut nec à pœna immunes fiant, nec tam seuera legũ disciplina, quàm qui effecere, puniantur. Idq; Ciceronem sentire nunc arbitrari, cùm legibus

Græcorũ lex.

gibus hominum consilia, non euenta rerum uindicari dicit. Vt quia immanissimo reatu obnoxius fuit, qui cum sica Pompeij trucidandi causa deprensus fuerat. In quo totius Reipub. salus & maiestas imperij periclitabat, haud dubiè pœna detestabili dignus erat, tametsi illud non consummasset, tanq̃ eo casu foret quo hominum consilia incepta ac si exitum sortita fuissent, pœna coercentur. Non sic autem ubi cogitationis fines crimen non excessit. Tunc enim cogitato, necdum incepto facinore, quia intra cordis arcanum facinus retinetur, neq; satis apparet nequitia, quo ad usq; deducta est, etsi Deo obnoxius fiat, qui scelus, quanuis minimum, animo presumit: tamen crimen conceptum aut cogitatum facinus legibus pœnam non meretur. Quippe uoluntates (ut Cato inquit) neq; legibus, neq; pœnis fiunt obnoxiæ. Huc pertinet illud Iuuenalis, Nam scelus intra se tacitus qui cogitat ullum, Facti crimen habet: scilicet Deo obnoxium inuisumq; fieri, qui læsa conscientia, infandum facinus animo agitauit.

Iuuenalis.

¶Quod Theophrastus sensit quibusdam uiperarum morsibus Tibicines mederi, probatum experimentum. Caput XVII.



THEOPHRASTVS Philosophus pręstabili uir sapiētia, Academiæ post Aristotelē successor, in rebus Physicis & Mathematicis magna doctrina & æstimatione fuit, eum literis mandasse accepimus, quibusdam uiperarum morsibus, cantus Tibiarum, aut fidicinum, atq; alia organa artis Musicæ modulatè adhibita, aptissimè mederi, quod & Asclepiades medicus literis prodidit, qui Phreneticos mente imminuta & ualetudine animi affectos, nulla re magis q̃ symphonia & uocum concentu, ac modulis resipiscere, & sanitati restitui censuit. Fertur quoq; Ismenias Thebanus plures Bœotiorum Ischiadicos, & coxendicum dolore laborantes incentione Tibiæ bonæ ualetudini restituisse. Tanta hominis naturæ cum harmonia consensio est. Quod cùm credi uix posset, nuper id nobis cùm casu ad id incideremus, pro explorato & comperto fuit. Siquidem tarātula, id est, phanlangio percussos, quos uulgo tarantatos dicunt, haud aliter ex ancipiti morbo cōualescere uidim⁹, quàm si Tibicen uel Titharista iuxta eos diuersos modulos incinat, ut pro ueneni qualitate ita harmonia & audiendi illecebra capti, uenenum illud, uel ex intimo corpore dilapsum effundant, aut sensim per uenas diffusum dilabatur. Tarantula enim aranei genus est, dirum animal, tactu pestilēs, eam si casu spectes, futilem & sinè noxa putabis, & sanè reliquo anni tēpore minimè perniciosa aut exitialis, uix aliqd neruorum, aut uirium ad nocendum habet. Cùm uerò æstu anni flagrantissimo, assiduo Sole, Apuliæ campos, ubi peculiare hoc malum existit, torreri certum est, tū maximè, seu afflatu noxio, seu æstu accensa, morsu uirulento pestiferam perniciē affert: cui tāta malo uis est, ut quęcumq; morsu percusserit, nisi celeri remedio succurratur, aut stupor exitialis primò, deinde certa nex subsequatur necesse est, aut si qui forte uitæ damnum euaserint, ueluti abalienati mente, & semiuiui, continuo stupore & hebeti sensu oculorum auriumq; affecti, uitam miserabilem ægerrimè ducant. Huic pesti, & tam presenti malo, quantum prouideri humana diligentia ualuit, unum hoc salubri remedio esse compertū est, si protinus Tibicen aut Citharista uarios concinat modos: tūc enim morbo eiusmodi percussus, qui moribūdus, & sermonis & oculorum sensus amiserat, quiq; nec ingredi, nec fari, neq; aliquo sensu frui ualuerat, mox ubi Tibiam, aut Citharam admotam propius audit, illo miti sono & concentu captus & demulsus, uelut è graui somno excitus, oculos attolit parumper, mox se in pedes erigit, ac sese recipiēs, paulatim pro modulo & pulsu sonorum, seruata psallendi lege, ingreditur: tunc enim augescente sono, quasi permulsis animis & confirmatis, exultabūdus, maximo nisu, atque impetu, in saltus gestusq;, nec indecoros, neq; à pulsu Citharæ dissonos erumpit: ita ut etiam rudes & ignaui psallendi modos docti in ludo uideantur. Memoria repeto dum per loca illa diutino situ squalida, & ardore solis feruentia cum aliquot comitibus iter intenderem, undiq; oppida, & uicos, alia tympanis, nonnulla fistulis, pleraq; Tibicine circunsonantia adisse, cuius rei causam quærentibus nobis relatum est, tarantulę morbo

Phrenetici uocum concentu resipiscunt.

Tarantati.

Tarantula.

morbo affectos undiq; per oppida curari. Cumq; eius rei gratia in pagum quendam diuerteremus, inuenimus adolescentem morbo eiusmodi affectum, qui uelut repentino furore ictus & mente abalienatus, corporis motu non indecoro & manuum pedumq; gestibus ad tympanum psallebat, non incōcinniter, utq; uehementius modos acciperet, quasi illo pulsu demulceri animus & leniri dolor uideretur, sensim & placidè aures tympano admouere, mox caput, manus & pedes crebro motu cōcutere, & demum in saltum se attollere uidebamus. Quæ res cùm ludo & risu prorsus digna uisa foret: interim is qui tympanum pulsabat, sonitu parũper intermissio, pausam fecit. Atq; illum morbo affectum, ubi pęcentio illa quieuit, uelut attonitum, stupentiq; similem, repētè animo linqui, & omni sensu destitui cernimus. Rursus resumpto tympano, ubi primū modulos audiuit, pristinas illum uires resumere, & acrius in choreas insurgere spectabamus. Creditum est, quod à uero non abhorret, uim illam ueneni uirulento morsu & sanie conceptam, harmonia & uocum concentu, per totum corpus diffundi, atq; inde fato nescio quo, dilabi, & exinaniri. Ideo illos qui morbo eiusmodi laborarunt, siquid reliquiarum residuum fuit, quod penitus curatum non sit, si quādo sono extrinsecus uel concentu illorum aures affici contigerit, ueluti mente consternatos toto corpore & animo concuti, ac manibus pedibusq; gestire compertum est, donec uis illa tabifica penitus extincta fuerit. Nos etiam quædam aranearum genera & scorpiorum, pręcipuè apud Albanos & Iberos gigni literis mandatum legimus, lætifieri morsus, quib⁹ affectos homines tam dira inficiunt tabe, ut quosdam ridēdo, nōnullos flendo, alios diuerso animorum habitu, mortem oppetere compellant. Illud tamen proditū memoriæ est, in Arabia uiperas minus esse lætales, nec morsus lætiferi, quòd odoratis depastæ uirulentæ non sunt. In Phœnicia uerò & omni Aphricę tractu, truculētiores, & uel solo halitu afferre necem, & in Syria angues ne lacessitos quidem, Syros attingere: in peregrinos autem ictu perniciali iras acuere. Contrà uerò, in Altenio Cariæ mōte Scorpiones Aduenis innocuos esse: Incolis uerò perniciosos & infestos.

Araneæ & Scorpiones apud Albanos et Iberos.
Viperæ in Arabia.
In Phœnicia & Aphricæ tractu.
In Syria.
In Altenio mōte.

¶Qui Vici, Viæ, uel Cliui præcipui Rhomæ fuerint, & unde nomina originis sumpserint. Caput XVIII.



DVERTI sæpe animū sicut Fora, ita & Vicos urbis præcipuos, partim à Conditoribus, nonnunq̄ ex uarijs euentis nomina sumpsisse: plerunq; qui loca Vrbis incoluere, ad posteros denominationes ex suis nominibus transmisere. Thuscum uicum ideo dictū ferūt, quòd cùm Porsenna Rex Vrbi castra admouisset hostiliter, & repentinas incursiones faceret, neq; ut admitteretur efficere quisset, re infecta inde discedens, contra Aricinos admouit copias, unoq; prælio fusi Hetrusci, lassitudine & uulnerib⁹ saucij Rhomam petiere, ubi maiore cura habiti, & culti in calamitate, amore Vrbis, locum quē incolerent petiere, quibus in Vrbe datus est, quem Thuscum uicum appellarunt. Sunt qui credant Cælium Iubenium Hetruscum bello egregiū, cū expedita manu Romulo contra Latinos præsidio uenisse: cumq; in mōte Cælio loca æditiora tenuisset, post Cælij obitum, nequid moliri possent, in æqua deducti, infima Vrbis coluisse, à quibus Thusco uico, ut ait Varro, nomen datum. Ea autem fuere inter Capitolium & Palatiū loca iuxta Comitium stadiorum ferme IIII, prope Velabrū, quantum à foro ad circum maximum latitudinis est. Ex uico enim Thusco & Velabro per Boarium forū in Cliuum publicum flectebatur, atq; in ædem Iunonis Reginæ, ibiq; ędem Vertūni fuisse authores tradunt, qui Deus instar magni numinis apud Thuscos, & multo in honore fuit. In capite enim uici Thusci, inter circum maximum & Auentinum, Argiletum & sepulchrum Argi uisebatur. Patricij autem uici nomen dictum accepimus, quòd regnante Seruio Tullio, cùm timor incessisset Patres, nequid Rhomana nobilitas moliretur, locus in Vrbe semotus, quem incolerent, datus fuit, quem Patriciū, quòd ea loca Patricij tenerent, uocatum ferunt. Præter quem fuit Angiportus Patricius ad ædem Dianæ: ad quam uiros ingredi religio non sinit. Cyprium uero dictū autumāt: quòd

Thuscus uicus.
Cliuus public⁹.
Aedes Iunonis & Vertumni.
Argiletum.
Vicus patrici⁹.
Angiportus patricius.
Cyprius uicus.

De hoc cap. vi huius libri. quod cùm Sabini locum insedissent, boni ominis causa Cyprium, hoc est, bonum nuncuparunt, cui postea propter Tulliæ inhumanum scelus, quòd infando facinore carpẽtum supra defuncti patris corpus egerat, Scelerati dixere nomẽ. Ex summo enim Cy

Vicus Vrbic⁹. Vicus Aphricus. Vic⁹ Fregellæ Vic⁹ iugari⁹. prio uico eunti dextra in Vrbicum flectebatur: inde ad Exquilias iter erat. Sic uicus Aphricus, quòd in eo ex Aphrica diuertebant hospites, quiq; obsides dati erant, denominari cœpit. Et Fregellę, quòd ea loca Fregeæ ciuitatis hospites incolerent. Iugariũ uerò dixere ab ara Iunonis iugæ, quæ præcipuo ibi honore colebatur Iunonem enim iugam uocant, quòd iungere matrimonia & nuptijs præesse putarunt. Hunc iugarium in infimo Capitolini montis prope Aequimelium & templum Fortunæ fuisse, iuxta ædes Matris magnę, indubia argumenta sunt: quibus in locis etiam Opis & Mineruæ

Vicus sobrius. ædes erant. Sobrium autem uicum, uel quòd nulla ibi Caupona foret, aut uinaria officina: uel quia lacte non uino Mercurio litabatur nomeñ uendicasse Pompeius author

Longus uicus. Febris fanum Ara pudiciciæ plebeæ & patriciæ. est. Vicus uerò longus, sicut uia lata à latitudine, sic à longitudine nomen fecit. In eo enim Febris fanum, & ara Pudicitiæ plebeię, quam Virginia Auli filia nupta plebeio, templo sacrauit, esse traduntur. Nanq; aliam patriciæ Pudicitię ad ædem Herculis rotundam in foro Boario fuisse uulgatissimum est. Cuius Pudicitiæ signum præterq̃ ab ea quæ uni nupsisset, castissima matrona attingi, aut in æde litari nulli permissum fuit.

Via lata. Cliuus Capitolinus. In uia uerò lata, lacus Ganymedis, Solisq;, & Spei, ac Fortunæ templa in magno fuere cultu. Præter quos erat Cliuus Capitolinus, ex quo ad æqua Vrbis ex Capitolio descensus patuit, iuxta quem Saturni & Concordiæ templa, haud longè ab æde Iunonis

Cliuus publicius. monetæ: & alter Publicus seu Publicius à Publicijs Aedilibus, qui locũ statuerũt, uel quòd publica impensa constratus foret, sicut uia publica, sita apparent. Perq; hunc Cliuum publicum ad Velabrum, & Boarium, ac Piscarium forum ex Capitolio, atq; arce

Cliuus urbicus Fagutal. descensum patuisse, & inde in Exquilias iter esse tradũt. Nam Cliuũ Vrbicum iuxta, quem Seruius Tullius habitauit, & Publium uicũ, ad quem lacus Fagutalis, Fagutalq; Iouis sacellum, in quo fagus arbor sacra uisebatur, pariter in Exquilijs fuisse proditum est. Fuit quoq; Cliuus proximus non incelebris, ad quẽ florales ludi celebrati plerũq;

Vicus Cosconius. Vicus sandaliarius. sunt, & uicus Cosconius & Histrius, qui, ut multi autumant, à Conditoribus nomen uẽdicarunt. In hoc uico Histrio secundo Punico bello, aquarum magnã uim erupisse, T. Liuius memorat. Legimus quoq; Sandaliarium uicum ab Apolline Sandaliario, cuius effigiem ornatam sandalio, quod est calceamenti genus, in quarta Vrbis regione authores ponunt. Sicut in sexta regione malum punicum fuisse memorant, & ad Capita bubula, ad Pirum & Scalas anularias. Sed quod de Vicis, idẽ de Vijs dictum accepimus.

Viæ Carinæ. Via Suburra. Via Sacra. Nam Carinas à Cerione dictas Varro significat, iuxta quas templum Telluris & Põpei domus. Hæ enim & Suburra celebres & primæ uiarum habitæ. Hãc uerò ab agro Succussano, uel quòd sub muro Carinarum foret, denominari tradunt. Post quas uia sacra non minoris celebritatis & famæ adnominatur: siquidem per eam frequens in Capitolium iter erat, per quam triumphalis pompa, captiua præda, et hostium spolia, subactis gẽtibus & nationibus domitis, solenni apparatu triũphi die procedebant: eamq;

Sacra cur dicta. Comitium. sacram nuncupari, quòd inter Romulum & Tatium ictum in ea fœdus fuisse tradunt. Quãuis in Comitio inter Rhomanos & Sabinos percussũ fœdus, atq; ideo à cõuentu Comitium ueteres appellasse contendant. Nõnulli quòd per eam sacra in arcem quotquot Mensibus deferri, indeq; Augures captare auguria solerẽt, dici opinati sunt. Cu

Via sacra apud Athenienses, & Mylasas. ius cognomenti etiam Athenis uiam fuisse legimus, quòd Eleusina sacra in ea peragerent. Et alia Mylasæ in Caria eiusdem nominis proditur, ab Vrbe ad Iouis templũ stadijs LX, per quam sacrorum pompa ferebatur. Inter uicos autem Athenis pręcipuę

Via Melita. Via Colonides Cloeliæ statua dignationis Melita, ubi Photionis Aedes erant, & Achæis Colonides memorant̃. Hęc quidem sacra Rhomæ à Carinis oritur, & ab Streniæ sacello, ubi statua Cloelię uirginis insidens equo, ibiq; ad ædes Larium, & demum ad Scauri ædes procedebat, ubi tẽ

Cluacinæ Veneris templum Cluo. plum Cluacinæ Veneris situm memorant fuisse, quòd inibi Sabinæ mulieres infestas acies, & usq; accensum prælium inter Rhomanos Sabinosq; diremissent. Cluere enim antiqui pugnare dixerunt. In ea quoq; Regia fuit, ubi Ancus Martius primò, & post

Fabius fornix aliquot tempestates, Iulius Cæsar habitasse fertũr. Ibiq; Fabius fornix arcus marmoreus

reus à Fabio Cęsore extructus, qui quondã de uictis Allobrogibus triumphauit: & haud procul Calphurnius fornix apud quem. C. Gracch⁹ fragmẽto subsellij ictus occubuit. Præter quas fuit uia fornicata in Campo, ubi flaminia & septa fuere. Exquilinã uerò & Cęlimontanam, quòd in Cęlium & Exquilinum montem ferrent, denominari ferè uulgatissimum est. Septa uerò frequẽtia fuere in Martio campo loca, quib⁹ olim ouilia nomen, tabulatis cincta. Aeuo mox succedente, sumptu magnifico & excellenti cultu marmorea facta, quæ excelsas porticus & ingentes ambulationes accepêre: in quibus populus ad Comitia frequens conuenire, & de dandis honoribus deq; Repub. decernere solebãt, ibiq; res cẽsu & extimatione dignæ, & quæ magno parantur, uenales exponi. De noua autẽ uia, quòd supra ædem Vestę, iuncta Rhomano foro, & Velabro fuerit, quodq; ex Velabro ad eam iter esset, ibiq; ante aduentum Gallorum, Gallos primùm aduentare auditum sit: Proptereaq; Aij Dei aram, & Alloqutionis templũ illic à Furio Camillo extructum diu mansisse à multis scriptum & memoratum est.

Calphurnius fornix. Via fornicata. Via Exquilina Via Cælimontana. Septa. Ouilia. Via noua. Aij ara. Allocutionis templum.

¶ In quibus membris in homine insit religio quædam, propter quam illa sanctè coli debeant & obseruari. Caput XIX.



QVIBVSDAM membris in homine religionẽ inesse, eaq; sanctè obseruari & coli decere multi arbitrati sunt. Siquidẽ in capite hominis tanquã in arce ubi mens & sedes animæ creditur esse, quæ pars longè sanctissima homini est, quòd inde originem sumunt sensus & nerui, religio, & quoddam numen inesse fertur. Ideò si quem reuerebantur ueteres, aut honore dignum putabant, ad omnem occursum caput reuelare & assurgere, ac de uia decedere solebãt, scilicet existimantes, nudo & aperto capite, in exhibẽdis honoribus esse oportere, ueluti omnia nostra patefaciamus: credo etiã ualetudinis causa, ut Varro significat, quod ad fidem proximè accedit: Detecta enim capita cõtra uim algoris, calorisue, haud dubiè firmiora esse, & ad ualetudinem mirè proficere multi censuere. Ideò Aegyptij, quòd detecto sunt capite, habent firmiores. Persæ uerò quòd cum mitra & pileo, debiliores, adeò ut leui ictu offendantur capita. Hinc Hannibal, Diuus Iulius, & alij summi Duces, detecto semper capite, seu sol, seu imber esset, uelut cõtra frigora tẽpestatesq; obdurato, incessêre. Masinissa quoq; Numidiæ rex, nullo frigore aut imbri adduci potuit, ut caput tegeret. Quod de Hadriano & Seuero prĩcipe traditur, tantæ firmitatis fuisse ut hyeme sæua & gelida per niues & frigora aperto capite incesserit semper. In quo quidem id longè præstantissimum fuit, suis nominibus quenq; uereri & salutare, salutantibusq; reddere salutem. Ideò nomenclatorẽ, qui nomina suggereret, iuxtà ueteres habuere. Si autem nomen non succurreret, illum honoris causã, dominũ appellabant. Græci uerò non proprio sed officij nomine, aut muneris quod gerebat, salutare, religiosius putarunt. Defunctis uerò corpus exanime, aut urnam tangere, uenerationis signũ erat. Si qui tamen præcipua dignitate & honoribus fulgerẽt, illos proprijs salutare nominibus, haud decorum uidebatur. Fertur tamen Alexander Macedo postq̃, profligato Dareo, Magnus est cognominatus, nulli nisi Antipatro & Phocioni literis dedisse salutem. Et Demetrius pręter se & Antigonũ patrẽ, Regem, nec nominasse quenq̃, nec salutasse. Nero quoq; Cæsar ne dum salutẽ, sed ne resalutatione quidem aliquem impartiuit. Crassus contrà: nam infimi ordinis singulos proprijs nominibus resalutauit. Reges Numidarũ pro maiestate habẽt, nulli mortaliũ impartiri osculũ, nec salutẽ. Pyrrhus uerò in salutatione literarũ adulterinas Lysimachi literas deprehẽdit: Nã cùm Ptolemæus Pyrrhũ epistolis filiũ salutaret: in adulterinis quas Ptolemæi noĩe Lysimach⁹ destinerat, Regẽ nũcupauit. Tigranes aũt qd' à Lucullo nõ Rex regũ salutarẽt, quasi coarguẽs imperitiã suã, ipsum pari modo retaxauit. Nãq; ad eũ ut Imperatorẽ scribere cõtumaci epistola recusauit. Cui haud absimile est qd' Menecrates Iupiter cognominat⁹, cũ literas ab Agesilao hoc tenore accepisset, Menecrati Rex Agesilaus felicitatẽ, quasi cõuicio affect⁹ foret, rescripsit, Menecrates Rex Agesilao sanitatẽ. Dareo quoq; cùm se Regẽ ascripsisset, neq; idẽ noĩs Alexãdro imptisset,

Religio in capite. Capite reuelato assurgere & de uia decedere. Capite aperto esse salubre. Sub nomine salutare. Nomenclator. Officij aut muneris nomine salutare. Defunctorum corpus aut urnam tangere. Salutationes. Alexander. Demetrius. Nero. Crassus. Reg. Numid. Pyrrhus. Tigranes. Menecrates. Dareus.

„ set, Alexander rescripsit, ut de cætero meminisset se non tantum Regi, sed & suo scri
Cassander. „ bere. Cassander uerò cùm omnibus libellis, & epistolis Rex salutaretur, tantæ mode-
Porus. rationis fuit, ut nunq̃ sibi Regium usurparit nomen: sicut Porus Indorũ Rex ab Ale
Perses. xandro uictus, in posterum nunq̃ se Regem appellari sustinuit. Contrà Perses Philip-
pi filius cùm rebus deploratis, & euerso Regno supplex ad COS. scriberet, tãq̃ in al-
Hannibal. tiore fastigio positus, se Regem ascribere non dubitauit. Inter cæteros proditur Han-
nibal eò insolẽtiæ processisse post uictoriam ad Cannas, ut nulli ciuiũ suorum nisi per
Pallas. interpretem responsum, aut salutem dederit. Et Pallas Claudij libertus eius proteruię
fuisse, ut non modò nulli ministrorum salutem impartiuerit, sed ne uocem quidẽ cum
Sapor. familiari communicarit. Fertur tamen Sapor Persarũ rex cùm ad Constantiũ scriberet
Imperatorem, Solis & Lunę se fratrem dixisse. Et Artaxerxes cùm minacibus literis,
Vrbium excidia, uastationes Agrorum, cędes & incendia Lacedæmonijs intermina-
Laconum breuiloquentia. ret: Spartanos Laconico more unico uerbo respondisse, scilicet ut faceret: Cui haud
absimile est, quod cùm Lysander post multiplicia bella ad Ephoros scripsisset, captæ
sunt Athenæ. Ephori suo more paucissimis responderunt. Sat est capi. Philippo quoq;
Macedonum Regi, iniqua postulanti, Lacedæmonij rescripserunt, his tantùm uerbis,
περὶ οὗ ἡμῖν ἔγραψας, οὔκ: de eò quod ad nos scripsisti, nõ. Sicut iterũ cùm Spartanos fi-
„ nes ingressus, quæsiuisset, utrum uellẽt amicum an hostem se uenire? ijdem rescripse-
„ runt; οὐδέτερον, id est, neutrũ. In qua quidẽ re Atheniensium moderatio ad notãda suc-
„ currit, qui cùm Philippi hostis literas, quas ad Olympiadẽ scripserat, intercepisset, eas
Honos in Deos inuiolatas reddiderunt, ne thori genialis & secreta coniugij panderent. Verum aliter
cùm Dijs immortalibus honores dabant, fieri seruatum est. Tunc enim capite operto
& uelato sacra facere & numina adire mos erat: ut Deorum honores longè dispares
ab his qui dantur hominibus, magnamq́; in eo uim diuinitatis ostenderent, cùm semo-
to uisu, à rerum conspectu, religiosè & uenerabundi diuina peragerent. Ideo in sacris
Caput sanctior pars in homine. uelare caput, & ueste operiri antiqui moris fuit. Regũ quoq; capita insigni fascia or-
nari sicut Imperatorũ aurea corona, uel lauro: quoniã ea pars corporis sanctior in ho
Oscula impartiri. mine est, propterea ibi insigne honorũ & Diadema esse uoluerunt. Persarũ mos erat,
ut si pares essent, osculo impartirent quos honorabant: Inferiores uerò salutãdo, potẽ-
tiorum genas manu tangerent. Cognatos tamen reliquosq́; necessarios, ubi diutius ab-
fuissent, aut lõgius essent abfuturi, se inuicẽ osculari frequens usus erat: quod à Rho-
manis usurpatũ inuenimus, ut cognatis obuiã factis frontẽ suauient. Apud Persas, Me
Adorati Reges. dos, & Indos, Reges adorari & in salutando homines toto corpore procidere, inueni-
mus. Quare Thebanus Ismenias iussus Artaxeren adorare, ne cõtra decus faceret,
prolapsum annulũ sustulisse, & ita adorantis speciem præbuisse dicit. Id quod Rho-
manis longè est habitũ nefas, nisi quòd C. Caligula cùm Cæsares salutarẽtur prius, ado-
rari se iussit capite uelato ut Deũ. Mox Diocletianus secordia intolerabilis, contra in-
stituta Maiorũ, idẽ exequi ausus fuit. Apud exteros uerò Cyro Persarũ Regi adorãdi
cultum primùm delatũ cõperimus: cui proximum Dijs immortalibus honorẽ decre-
Oct. Aug. & Alex. Seuer. adorationẽ repudiarunt. uere. Quod mox Indi & posteri Reges exequi magno studio curauerũt. Id quod O-
ctauius Augustus & Alexãder Seuerus præcipuè detestati sunt. Nã siquis inter salu-
tandũ flexisset caput, aut assentaretur blandius, foras detrudi, atq; exigi iussere. Frõtem
uerò sacrã Genio nõnulli tradunt: Sicut eñ Iunoni brachia, pectus Neptũno, cingulũ
Marti, renes Veneri, pedes Mercurio, digitos Mineruæ consecrauit antiquitas: ita
Frons. frons Genio dicata fuit: quippe Deũ uenerãtes frontem tãgere, & indita ad frontem
manu, numina adire solebãt. Quare Pompeio magno frontis honorẽ, & os probũ, ue-
lut maximũ naturæ munus, tribuerunt. Ipsa eñ seueritatis & clemẽtiæ index est. Ideo
Frons minor. minorem frontem uenustum facere & mitem, remissum & quietum, multi cẽsuerunt.
Frons magna. Cõtrà frons magna segnes; parua mobiles, rotunda iracundos, lata, mẽte flexibiles de-
Frons parua. Frõs rotunda. signauit. Quod etiã carmine Homerus prosequutus fuit, ut singulos mẽbris honestaret
Deos. Nãq; Iunonem facit candidas ulnas habere: Aurorã roseos lacertos: Mineruã
Osculorum religio. oculos glaucos: Thetidẽ argẽteos pedes: Hebẽ uerò talos pulcherrimos. In oculis q̃q;
religio fuit, in quibus imago & natura hoĩs, ac tacitus sermo mentis maximè exprimi-
tur.

tur,ut enim cauda Leonibus,aures equis animorum indicia prestant : sic oculis homi-
num mentis imago apparet : Nã cordis nuncij sunt. Ex his enim uirtutes uitiaq; agno
scimus,iratũ uel propitium animũ,lętum,aut affectum perpedimus. Dignitatemq; oris
exhibere cõsueuerũt,uitamq; à morte distinxerunt. Hos osculari & amplecti,ac præ-
cipua charitate prosequi solemus. Refert uerò Aristoteles caprinos oculos et modicè *Physiognomia*
conniuentes,aut paruos : morum prestare indicium optimorum,contrà oblõgos pes- *ex oculis.*
simos notare : candidos & protentos,impudentes : carnosos uersipelles : mobiles in-
constantes. Nasum quoq; morũ facere indiciũ multi arbitrant : Ideo Persæ adunco na *Ex naso.*
so (quos Grypos uocant) præcipuè honorant,quòd talem fuisse Cyrum crederet : Si-
mos uerò mites facere & gratiosos. In eo enim irrisionis sedes est : quare nasuti & ha-
bere nasum irrisores dicti. In supercilijs aũt notatur fastus,qua parte negamus uel an- *Ex supercilijs.*
nuim⁹. Ea quidẽ porrecta,molles significat,nimis deflexa austeros : inflexa derisores,
demissa maleuolos: Nam si quẽ fastidimus,truci supercilio designamus. Ideo Rhoma-
næ mulieres supercilia Lucinæ consecrarunt,quia inde lux ad oculos fluit. In Genis *Ex genis.*
autem est sedes pudoris. Has enĩ cùm pudet,primùm rubore suffundi uidemus, pudi-
bundumq; animũ ex illis pensitamus. Quare in pueris rubere genas, & ingenuo pudo
re affici,probitatis signum est : in his enim pudor,integritas, & uirtus ostendit. In quo
proditum memoriæ fuit,Populum Rhomanũ tantũ pudori tribuisse, ut Philippo Re-
gi Macedoniæ pluribus criminibus impetito,nihil æquè profuerit,quàm Demetrij fi
lij pudor in Senatu obiecta minimè diluere ualentis. Domitiano uerò Cęsari crebra o-
ris confusio pro modestia putabatur,cùm esset summa immanitas. Ideò qui pudorẽ ab-
iecere,perfricuisse faciem dicti. contrà in auriculis rubor : nam læsæ consciẽtiæ & ad-
missę turpitudinis signum est. Magnas tamen auriculas stultum designare uoluerũt & *Ex auriculis.*
loquacem : mediocres uerò mores optimos præmonstrare. In auribus mulieres binos
ternosq; uniones,aut elenchos ferre nobilitatis signũ fuit. Sicut in Oriente uiris gesta-
re aurum. Sylla tamẽ tunc maximè truculentus fuisse dicit, & aspectu minaci,cùm eius
faciem rubor infestaret. Plato uerò homines rubicundos dixit animosos,nigriores ui- *Platonis ex co*
riles,Albos Deo deuotos,Mellei coloris & decoloris uultus nimium amatores. Tam- *loribus physio-*
etsi cõmuni feratur adagio iracũdissimos esse flauos rubentesq;. In pectore aũt sedem *gnomia.* *Pectus sedes*
esse consilij,eapropter prętextatis bullam pẽdere pro pectore,quòd ubi sedes erat cõ- *consilij.*
silij,ibi cordis insigne maneret,multi prodidere. Hominis prætereà genib⁹ quandã es-
se religionẽ & pietatem nouimus. Etenim supplicantes, & qui piè exorare aliquid uo *Genua.* *Supplicum ge-*
lunt,Deorũ hoĩumq; genua amplectunt,manus apprehendũt,ad genua procũbũt, il- *stus apud di-*
laq; tanq̃ sacra suppliciter uenerant & colunt. In his numẽ & sedẽ miserationis esse ar- *uersos.*
bitrati. Quãuis apud Græcorũ antiquissimos,in supplicando mentum attingi, & altera *Mentum attin*
manu genua apprehẽdere,aut oleæ ramũ uelamenta supplicũ offerre,usurpatũ sit. Et *gere.*
apud Molossos cũ Regis prole ad Sacrariũ confugisse,eumq; sedentẽ erexisse : Spar-
tanis cruda exta in manus obtulisse : Persis per Solis iubar obtestari, uel manu ignem
excipere, & si uoto caderet,se in aquã iniecturum interminari : Apud Scythas & La
tinos populos supplicẽ in Lare sedere tacitũ,abiurationis & maximũ supplicãdi gen⁹
notabat. Sicut Græcis humi inter cineres cõsidere ad ignẽ. Eratq; Macedonũ mos si-
quid suppliciter exposceret,seminudos, & interiori tantũ amictos tunica,obtestari,qđ
à Rhomanis quoq; usurpatũ meminimus,ut nudo pectore et deiecta toga ab humeris,
deprecent genu nixi,nõnunq̃ humi deiecti,que infima obtestatio putabat. Siculorũ ue
rò & Græcorũ inualuit mos, squalida ueste,capillo & barba promissa, illuuie & squa-
lore obsitos ad miseratione adducere : pedibus quoq; obuolui, & humũ uerrere crini-
bus,aut passis protensisq; manibus obtestari,præcipuũ supplicandi genus fuisse multi
prodiderunt. Sicut manus in cœlum tẽdere,à Dijs opem exposci,uel puluerẽ crinibus
spargere,intimum doloris signũ notabat. Est quoq; in dextris religio : eã porrigimus *Dextræ reli-*
siquid data fide futurũ pollicemur : In ipsa enim fide sacratam Numa Põpilius uoluit, *gio.*
sacrumq; Fidei instituit,ad quod Flamines curru arcuato,manu ad digitos inuoluta so
lenni põpa uehi iussit,magno argumẽto illã in dextris sanctã sacratamq;, & propterea
minimè uiolandam ratus. Apud Persas quoq; siquid firmum, illibatumq; uolebant,

illud dextræ & fidei pignore sanciebant: itaq; nihil apud eos fide antiquius fuit. Ad dextram uerò locari, præcipuè apud Ægyptios, magnus est honos habitus: in medio uerò maximus. Quod æquè apud Rhomanos seruatũ est. Idem apud Aphros Numidasq;. Etiam in dextra magnam uiro inesse authoritatem, maiestatemq; hoc argumento notari, cùm tumultuãtem multitudinẽ dextra cõpescimus, aut indicere silentiũ, pacẽq; manu protẽta afferre significamus. Inde nos principum statuas pedestres equestresq; ad hoc æui dextra porrecta inspicimus. Marius quoq; cùm in Rhomanos maxima clade sæuiret, quos seruare uoluit, dextra porrecta, aut salute data, incolumes fecit. Refert tamen Xenophon Cyrũ singulari prudentia uiros adhibitos conuiuas, quò honoratius exciperenť, in sinistra locare solitum, eamq; partẽ uelut cordi affinem, digniorẽ duxisse. Legimus quoq; uictrices dextras Imperatorũ, ob fortia facinora milites deosculari, apud Rhomanos patrij moris fuisse: Pedes uerò nũq;, nisi quod de Maximino prodiť, tantæ perfidiæ regnasse, ut in salutationib⁹ sibi pedes osculari siuerit. Tametsi Iulius Cæsar Põpeio Pœno agẽti gratias, pedẽ cum socculo aurato osculandũ dedisse legatur. Fuitq; apud Lingones seruatũ, ut dextræ effigies hospitij symbolũ ferret, & incolumitatis tesseram. Sinistram uerò attigisse ominosum erat, & infortunij loco habitum. In ima uerò aure memoriæ sedes locabať: ideo si quem facti alicuius admonebãt, aut antestari in iudicio uolebant, imã aurẽ ueteres tangebant: propterea tinnitu ferũt aurium, absentium de nobis sermones præsentiri. Quare Aegyptij qui per notas & figuras sensus effingunt, siquem memorẽ significabant, leporẽ aut uulpẽ auritis auribus, quòd summi essent auditus & insignis memoriæ, effingebãt: si uerò malum, crocodylum: si uelocem, accipitrẽ: si inuidũ, anguillam, quòd cum piscibus esset insociabilis: si iustum, oculũ: si liberalem, dextrã manũ digitis passis: si auarum, ijsdẽ cõpressis marmori insculpebant. Etiam cùm ueniã sermonis à Dijs poscimus, proximo à minimo digito secus aurem locũ Nemeseos tangere, & os obsignare solemus. In eo uenã quandam tenuissimã usq; ad ima cordis penetrantẽ peruagata opinione arbitrati. Ideo in spõsalibus & solẽni die nuptiarũ, digitum minimo proximũ annulo excolebãt, & uelut pignus amoris præcipuũ ducebant, ut is in summo honore foret, quo duce mutuus amor usq; ad cordis ima penetraret. Sed meminisse par est, hunc annulũ nuptialẽ, non ex auro, sed ferro Veteres cõiugibus dono dare consuesse: quẽ quidẽ prior ætas in sinistra ferebat, credunt, ne usu attereret: quod erat propriũ nuptialis annuli: reliquos uerò, siue ex ferro, siue auro, quacunq; manu deferre licuisse, eoq; Veteres nõ ornatus, sed signandi causa usos fuisse. Populumq; Rhomanũ sinè hoc insigni longo tẽpore stetisse: Solitumq; primò Legatis ad exteras gentes profecturis annulum aureũ uelut insigne munus dari. Hiq; foris aureo, domi ferreo utebanť. Postea iudicib⁹ & equestri ordini, hisq; quib⁹ & auo paterno sestertia CCCC census fuisset, ferreos primũ anulos, deinde aureos dari ceptum: quo insigni Equester ordo à Senatorio discret⁹ noscebatur. Idemq; Lacedæmonijs in usu fuit, quibus ferrei annuli frequẽtes fuere. Morisq; fuit aureos annulos in luctu & funeribus, funestisq; casibus Reipub. deponi, & ferreos sumi. Scilicet arbitrati sinè auro in luctu esse oportere, in quibus Imperatorũ & Principum, aliorumq; quos colebant & præcipuo honore prosequebanť, aut Maiorũ imagines effictas exculptasq; habebant. Primi ẽm saxi fragmentũ ferro inclusum gẽmæ loco gestasse feruuť. Superior Aphricanus Sardonycen, quòd sola gẽmarũ cerã non auferret, Polycratis annulo celebratam, Lẽtulus aui figurã, Aphricani fili⁹ patris effigiẽ insculpsit annulo, Augustus Octauius Sphingis, mox imagine Magni Alexandri. Nõnulli Harpocrate & Aegyptijs Dijs usi sunt. Notaq; est Pyrrhi gẽma, in qua Apollo & Musæ cum suis insignijs nõ effictæ, sed natiua specie uisebanť. Et Annulus Syllæ, in qua traditus Iugurtha insculptus erat: Celebrať quoq; rana Mecœnatis, & ensifer Leo magni Põpeij in gẽma, & Seleuci annulus fatalis, in quo ancora effigta uisebatur, cuius imago in femore posteris familiæ natiua apparuit: sicut Thebis habere lanceã, genitiuis notis Satorũ nomini & familiæ datũ erat. Inter quos ferť in brachio Dacorũ, notã originis quarto quoquo partu regenerari. Et Augustus corpore maculoso in modum & ordinẽ cœlestis ursæ notas habuisse. Præ cæteris autem magnis effertur

Ad dextrã locari.
Dextræ authoritas.
Ad sinistram locabat Cyrus Ma. deosculatio.
Pedum osculatio.
Memoriæ sedes in ima aure.
Digitus à minimo proximus.
Annulus nuptialis.
Annulos qui initio gestabãt
Gemmarum usus in annulis unde.
Notæ genitiuæ.

tur laudibus Nonij Senatoris annul⁹ gēma xx millibus sestertijs taxata, proper quā ab Antonio proscriptus fuit. Proditumq; memoriæ est Macrianorum familiam hoc ha buisse proprium, ut Magni Alexādri imagines tam uiri quàm fœminæ in annulis de ferant, & reliqua supellectile effictas. Ipse tamen, deuicto Dario, quas destinabat in Asiam literas, Darij annulo imprimebat, quas uerò in Europam, suo. Quibusdam uerò Epicuri imagines non annulis modò, sed & poculis habere magnæ curæ fuit: hoc fau sti ominis generi & nomini suo esse arbitrati. Claudij uerò Cęsaris pricipatu compertum est, non gemma signare, sed auro: quod uiolare signis gemmas nefas ducerent. Quomodo Commodus imperator signo Amazoniæ signasse dicitur: donec sequtis temporibus passim id insigne appeti cœpit: annulorumq; frequens usus fuit & promiscuus, ita ut Rhomani milites sinè delectu, & demum libertinæ cōditionis homines, quin etiam fœminæ & extrema mancipia, quod antea nō licuit, annulorum aureorum iure donarentur. Qui enim libertus eo munere donatus erat, uelut ingenuus censebatur uiuēs, ita ut haud secus quàm quiuis liber, magistratus & honores gerere, & reliqua ingenuorum munia obire posset: morte autem obita, hæreditatis & bonorū partem, ut quilibet libertus & seruitute exemptus, patrono dare cogebatur. Eratq; cōstitutum, ut qui libertus annulo donaretur, exploso ueteri nomine, Equestre assumeret. Apud Persas uerò donari annulo à Rege, amicitiæ signum erat, eo argumento illos in intimam sodalitatem, & uinculum maximi fœderis admittere significantes. Atheniensibus autem etiam seruis nequissimis ferreo annulo signare permittitur. Sicut Babylonijs, qui annulo signatorio utuntur omnes. Apud Cattos licet fortissimus quisq; annulum ferret, ignominiæ hoc ducebat loco, tanquā uinculo nexus foret, nisi aliqua hostili cæde eo se exoluisset. Carthaginenses pro numero expeditionum milites donabāt annulis pluribus. Nec fuerit alienum meminisse, Heliogabalū singulis diebus nouos uariasse annulos, eundemq; nunq̄ bis induisse. Atq; Apollonium Thyanæum annulos ab Iarcha dono datos instar numinis habuisse, ita ut singulis diebus per uices uariatis, maximorum secretorum particeps fieret. Sed quia de Harpocrate mentio facta est, non omittendum hunc Deum inter numina Aegyptiorum reputari, qui ex Isi & Osiride natus, quoniam præmaturo partu æditus erat, tanq̄ mutus & elinguis præsul silentij & taciturnitatis habitus est: ideo digito obsignante ora effingebatur. Fuitq; animaduersum hunc Harpocratē Serapidem, & Isim, Pisone & Gabinio COSS. cùm reliquos in Capitolium admisissent Deos, euersis illorū aris Rhomanos exegisse: illosq; diuinis coli honoribus uetuisse: sæpeq; actum in Senatu fuisse, de Aegyptiorum & Iudęorū sacris, cerimonijsq; Vrbe pellendis, quòd turpium religionum & nouarum superstitionum causa & seminarium forent. Athenienses uerò Serapidem à Ptolemæo acceptum, non solùm in Vrbem introduxere, sed magnis percoluere honoribus, cuius tem pla in Memphi uetustissima uisuntur, ad quæ nec peregrino, nec sacerdoti, priusquā Apim sepelissent, ingredi fas erat.

No. Senatoris annulus. — *Epicuri imago in annulis.* — *Annulorū aureorū iure donatus libert⁹, habebatur ingenuus, ac nomen mutabat.* — *Apud persas à Rege donari annulo.* — *Heliogabali in annulorum usu, luxus. Harpocrates.*

¶ Quibus finibus, quaq; mensura Iter, Actus, aut Via constet, & quid Pes, Cubitus, Palmus, Iugum, Dipletrum, Stadiumue sit. Caput XX.



PRAEDIORVM rusticorum seruitutes apud iurecōsultos qui iura Finium, Possessionū, Aquarum, Itinerūq; notauerūt, has esse nouim⁹, Iter, Actū, Viā, & Aqueductum. Iter esse cōstitit ius eūdi per fundū alienū hominis tantū: Actū hominis & iumēti: Viā uerò hoīs, iumēti, & uehiculi. Sed qua mēsura, quaq; finitione Iter, Actus, aut Via constet, nec exposite, nec satis apertè illorū documentis traditur. Cùm uerò in nonnullorum authorum lectione uersaremur, qui hæc compertius tradiderunt: inuenimus Lege XII Tabularum, Viam in porrecto VIII, in anfractu pedū XVI constitui: illiusq; dimidium, hoc est, pedes IIII Actui tribui debere: siquidem Actus latitudinis pedum IIII, longitudinis pedum XX supra C definitus est. Iter uerò dimidium quod Actus, hoc est, pedes II tantum latitudinis habet. Et enim cùm Palmus ex IIII

Iter. Actus. Via. — *Via.* — *Actus. Iter. Palmus.*

digitis constet, prout Sidonius & alij metiti fuere, isq; quater multiplicatus pedem ef-
Lichas. ficiat, ex IIII palmis, hoc est, digitis XVI, pedem constare nemo dubitauit. Nõnul-
Palma. *Lichas.* li Licham IIII digitorum, Palmum uerò (qui Spithama dicitur) XII effecerũt. Est
Spithama maior. autem Spithama mensura manus expansæ à magno digito ad minimum, quantum pro-
tenditur palma. Sed si pollicem tantum explices & indicem Lichas nuncupatur. Maior
Passus. *Pes.* uerò Spithama in XII partes diuisa II efficit pedes & quadrantem. Passum uerò nõ
Cubitus. nulli V, alij VI pedum, siue IIII cubitorum descripsere. Pes autem cũ dimidio Cu
Cubitus Aegyptius. bitum facit: Illum nanq; ex VI palmis, hoc est, IIII & XX digitis confici. Aegy-
ptiumq; Cubitum Samio parem esse consentiunt omnes. Regius uerò Cubitus quàm
Cub. regius communis, III digitis habetur maior. Si aũt ambas explices manus & in longum pro-
Vlna. trahas à pectore linea deducta, Vlna dicitur. Rursus qui mẽsuras & interualla scrutati
sunt, II Actus quadratos Iugerum efficere uolunt. Iugum enim dixerunt quòd iugo
Iugerum. *Iugum.* boum una die exarari posset: qui Iugeri modus in longitudinem XL & CC pe-
Actus quadratus. dibus: in latitudine uerò CXX definitur. Actus uerò quadratus ita præfinitus est, ut
ex quoquo latere pedes CXX efficiat. Hunc nonnulli Pletrum: nam II Pletra singu
Pletrum. *Dipletrum.* lis Iugeribus tributa sunt. II Iugera dipletrum. Dipletrumq; Stadij tertiam partem es
Stadium. se. Atq; ex VI Iugeribus Stadium effici uoluerunt. Quod quidem Pletrum nonnulli
Scrupulus. longitudinis pedum C definiere. Iugeriq; partem minimam, Scrupulum dici, qui X
pedum longitudinis simul & latitudinis habet. Communi tamen dimensione, Stadium
Diaulus. passibus CXXV. Diaulon uerò M & CC pedibus longitudinis metiri solent. Græ-
ci tamen curricula Stadiorum CC passibus in terris Græciæ communiter fecere. Sũt
Hippicum. *Mille passus.* qui tradant Stadium quater multiplicatũ, Hippicum: occies uerò M passus efficere.
Attica siticulosa. Tametsi Hippicũ mensuræ genus esse multi contendant: quippe cùm omnis fere At-
tica siti culosa sit, & effossis utatur puteis, Solon lege sanxit, ut ex publico puteo, ne
homines sitirent, ad Hippicum haurire liceret. In spacijs uerò sicut IIII Hippicum,
Dolichus. sic XII stadia Dolichum efficere haud dubiè liquet. Ex hoc igitur tanq; ex fonte siqs
metiri uolet, & ulterius progredi continua spacia addendo, in infinitum usq; procedet.
Siquidem ex Scrupulo ad Sextulam, & Sextula ad Siciliquũ, & inde ad Semiunciam,
Scrupulus. & demum ad Vnciã, & ultra progredi posset. Etenim X pedes cùm undiq; quadrãt,
Sextula. Scrupulum efficiunt. Ex tribus uerò Scrupulis, hoc est, pedibus XXX, Sextulam ef
fici eam uerò sextam partem opinantur Vnciæ: est enim æris minima pars. Sex autem
Siciliquum. scrupulos Siciliquũ conficere, qui unciæ quartam efficit partem: Drachmas scilicet
Semiuncia. duas, & ex duobus Siciliquis, id est, XII Scrupulis Semiunciã, nec non ex IIII &
Vncia. *Parasanga.* XX Scrupulis Vnciam effici uolunt. Sed præter hæc fuerunt Parasanga, & Stathm⁹.
Stathmus. Hanc Parasangam multi ex CCC conficiunt stadijs. Stathmum uerò, IIII parasan-
gas penè conficere, haud dubium esse, ita ut ex CXX stadijs stathmũ effici dicerẽt, &
hunc XV milliarium spacij efficere. Persæ uerò Schœnos & Parasangas diuersis effi
ciunt modis: quippe Persicum Parasangam alij LX stadiorum, nõnulli ex CCCXL
Modus. effecere, prout cuiq; commodum fuit, & pro uoluntate. Mensurarum uerò alius Mo-
Chœnix. dus est, Nam IIII Chœnices modum faciunt: Chœnica semodium. Medimn⁹ autem
Medimnus. ex VI modijs constat: Atheniensis uerò ex VII, qui duas Amphoras & XC
Modius. *Modiolus.* sextarios parit: Modius II & XX sextertia: Modiolus quartam modij habet: Cu
Culeus. leus XX Amphorarum capax est: Vrnarium XL. VIII autem congij Amphorã
Vrnarium. *Amphora.* efficiunt. Sed tamen Amphorarum aliæ minoris mensuræ, ut Italicæ: aliæ duplo ma-
Cadus. ioris ut Antiochicæ censentur. Italica enim urnarum II fuit. Attica III, quæ Ca-
Metreta. dus & Metreta dicitur. Cadum tamen à Græcis pro Amphora sæpe accipi legimus.
Artaba. Nãq; Antiochius Cadus Amphoram capiebat Italicam. Artabarum uerò una medica
Congij. est, altera Aegyptiaca, capiens modios III Italos, & tertiũ alterius. Singuli tamẽ Cõ-
Sextarius. *Quadrantal.* gij VI sextarios habent, Heminas scilicet XII, quippe duæ Heminæ sextarium cõ-
plent. Quadrantal autem VIII & XL sextarios capit, quod Amphorã Italicam non-
Vrna. nulli dicunt esse, cuius dimidium Vrna dicitur, quæ ex IIII & XX sextarijs fit.
Italus uerò Sextarius XX unciarium fuit, Cotylarum scilicet II: quippe
Cotyla. X unciæ Cotylam efficiebant. Apud Arabes uerò Sextarius medium cõtinet unciæ:

est

est enim nomen ponderis, qui à Græcis Stater dicitur: is enim Latinis semiunciam facit. Scutula VII habet uncias, Cotula quãdoq; VI: ea enim VI recipit Cyathos: siquidẽ Vncia & Cyathus eiusdem extimationis fuere. Cyathus uerò Atticus X Drachmis appẽdebat, cõmunis XII, qui efficit unciam & semissem, quæ est Sextarij pars duodecima. Alij sextã partẽ sextarij Cyathum capere dixerunt. Chus uerò, qui Græcè χοῦς, Cotulas VIII habet. In ponderibus autem Drachma VI obolos facit. Obolus VI siliquas. Siliqua uerò & Scrupulus idem æstimatur. Ea enim apud Rhomanos minimum habuit. Drachma ex III scrupulis, hoc est, X & VIII siliquis cõstat. Post Drachmam nummus erat argenteus, qui fit ex scrupulis IIII, hoc est, Drachma & scrupulo, qui etiam Denarius dicitur. Post hũc uncia ex VIII Drachmis uel VI denarijs prodijt. Et post Vnciam libra Italica, quæ ex XII uncijs, hoc est, Denarijs II & LXX, siue Drachmis XCVI constare dicitur. Heminam uerò ex LX Drachmis fieri uoluere: est enim dimidiũ sextarij, habet enim Cyathos VI, sicut Cotula. Acetabuli autem mensura Heminæ quartam efficit partem, hoc est, Drachmas XV. Cõmunis tamen habet opinio, Heminam dimidium Sextarij esse, & Acetabulũ ex VIII & X Drachmis constare. Sed tametsi mensurarum & ponderum pro gentibus & nationibus uaria dimensio sit, eaq; nec definiri, nec explicari satis ualeat: tamen Sextarium minoris mensuræ fuisse argumento est, quòd Hannibalem Italia pulsum, post accisas Carthaginensium res, tantæ abstinentiæ dicunt fuisse, un nunq̃ sextario uini indulserit. Parcissimo enim uini poculo contentus erat. Et quia singulas mensurarũ species exequi longum esset, ne pluribus morer, de his hactenus dixisse abundè fuerit. Illud tamen annotare succurrit, quòd licet Schoenũ ex II & XX Stadijs, nõnulli ex XXX, uaria opinione, cõstare dicant: & Herodotus Schoenum LX Stadiorum scribat, & ex dimidio Parasangã: tamen ex Stadijs XL, hoc est, passibus V millib⁹ Schoenum uerum confici, communi opinione, quæ longè præstantior fuit, receptum est.

Stater. Scutula. Cotula. Vncia. Cyathus. Chus. Pondera. Drachma. Obolus. Siliqui. Scrupulus. Drachma. Nũmus argenteus. Denarius. Vncia. Libra. Hemina. Acetabulum. Hemina. Acetabulum. Sextarius. Schoenum.

¶ Miraculum de homine qui plus in mari q̃ in terris degebat, maximaq; æquora uelocissimè tranabat. Caput XXI.



QVI Siderum motus, statusq; & interualla ac certos constitutosq; cursus & recursus, illorumq; uires & qualitates, mensurasq; Solis ac Terræ animo metati sunt: inter quos apud Græcos Berosus, Eudoxus, Gnidius, Aristoteles, & Empedocles: Apud nostros, Aratus, Iulius Firmicus, M. Manilius, & alij clari sapientiæ authores, quos fama uulgauit, periti cœlestium, qui diuinas prædictiones, decreta stellarum, ac uim fati, potestatemq; subtili inquisitione collegere, hoc inter cætera adnotarũt: illos qui sub Delphini sidere in lucem æditi fuissent, Petaminarios esse, hoc est, præcipua pedum pernicitate ualere: prorsus ut admirabile uideatur, q̃ pernici cursu, & q̃ uolucri meatu magna spatia terrarum breui interuallo emẽsi fuerint. Quãuis pleriq; Physici rerum non ignari, quòd his splen deficiat, propterea cursu ualere contendant. Constat enim quanto minor in corporibus splen foret, tanto perniciores homines esse. Hinc Ladas ille cursor apud Authores tantopere celebratus, memoria dignus fuit: qui longum itineris spacium cursu tam citatissimo emensus est, ut nulla pedum uestigia extarent, ita ut sæpe uisum falleret. Quod uerum falsũmue fuerit nonnullis ambiguum est. Philonides quoq; Alexandri magni cursor, qui ἡμεροδρόμος dictus est, pernici cursu ualuisse fertur: cui adnumeratus est Lasthenes Thebanus pernicitatis eximiæ, ita ut ab Choromo Thebas usq; cum equo cursore contenderit, & uictor fuerit. Inter quæ nimirum maiori miraculo uisum est, quod Plinius notauit, annos nouem genitum puerum, à medie ad uesperam V & LXX passuum millia præcipiti celeritate confecisse. Quod penè à fide deuium & dictu mirabile, quantum uix credi diciq; possit, plerisq; uisum est. Inter cæteros produntur Marsi populi, singulari sidere seu fato geniti, ut præcipua pedum leuitate cæteris præstent, ingentiaq; spacia uix credibili celeritate peragerent. Tradunt quoq; Troglodytas & extimos Aethiopes natiua quadam per-

Nati sub Delphino. Ladas. Philonides. Lasthenes. Pueri ix annorum miraculosa celeritas. Marsi. Troglodytæ. Aethiopes.

Nati sub piscibus.

Ichthyophagi.

Scillis sicyonius.

Colan urinator.

nicitate tantũ ualuisse, ut fugacissimas feras rapido cursu assequi non dubitarent. EOS quoq; qui sub Piscis astro, certo cursu stationibusq;, sideribus constitutis, æditi essent, nando plurimùm ualuisse, & præcipuos natatu nonnulli tradunt. In his quoq; lienis defectus multùm profuisse credit. Nam quib⁹ deesset lien, natatu plurimùm ualere cõtendũt. Horum præcipui sunt Ichthyophagi Troglodytis proximi, ceu maris belluæ, immensos tractus natatu peragrantes. Inter quos Scillis quidam Sicyonius proditur apud Græcos, omnium ea tempestate maximus urinator, qui ex Aphetis Artemisium usq;, LXXX ferè stadia natatu breui spatio peregit. Nostra uerò ætate nonnulli extitere memorandi & multi nominis, qui nando ingens maris interuallum & maxima æquora emensi fuere. Ex omnibus autem quos nostra uidit ætas, recentiore memoria, nouimus quempiam haud sanè ingenitæ nobilitatis, sed extremæ sortis hominem, qui nauticam operã exigua stipe locare solitus, sæpissime piscatu uictum quæritabat, qui ab Enaria (quæ inter Pithecusas è conspectu Neapolis insula sita est) Prochytam usq;, quod intermedij pelagi est stadiorum ferme L, naufrago nunnunq̃ & fluctuante pelago, ac tẽpore anni difficillimo, eadem die nando measse, & nonnunq̃ remeasse inuentus est. Quod cùm uix credibile uideretur, eundem pluribus ad spectaculum effusis, quo res testatior esset, promptissimum sui perculum fecisse, & cùm in Enaria se præcipitem in mare dedisset, Lembum post sequentem longius ipsum nantem obseruasse: donec terræ appulsus, ad Prochytã incolumis elapsus est. Sed super omnia quæ post hominum memoriam, unq̃ audita, quæq; ab authoribus prodita sunt, quòd à Iouiano Pontano relatum audiuimus, dictu mirabile, & supra omne miraculum fuit: siquidem patrum nostrorum memoria, Catanæ homo fuisse traditur, cui nomen Colan inditum ferunr, cognomento piscis, singulari fato seu fortuna genitus, qui plus in aquis degere q̃ in terris uictitare solebat, eumq; diebus singulis mare & aquas petere necessum habuisse: Ibiq; naturæ ui & necessitate coactum diutius degere consuesse: alioqui dicebat fore, ut si ab Aquis abesset diu, quasi respirate, & ducere uitam nequiret, idq; sui exitij mox causam fore asseueraret: Quod illi quo fato, aut sidere euenerit, in ambiguo pleriq; omnes reliquere, eumq; tantùm nando profecisse, ut haud secus q̃ marina bellua, maxima pelagi interualla, spaciaq; immensa CCCCC & ultra stadiorum, fœda tempestate & reluctantibus aquis, excellenti ui & uelocitate, natatu peragraret. Notumq; & illud est, dictu mirabile, cùm medio cursu naues plenis uelis per æquora ferrentur, uiolentissimis interdum tempestatibus, per uastũ & apertum mare, interq; agitationes fluctuum & turbines, huic natanti obuiã fuisse: ipsumq; nantem ab undis nautas suis nominibus aduocare solitũ: Et quia omnibus notus erat, Nautas subitæ rei miraculo percitos, lætissimis animis illum in naui excipientes, unde ueniret, quóue iter intenderet, & quantum pelagi nando emensus foret, quantasq; tẽpestates tulerit, sciscitari consuesse: ipsumq; Colan singulis omnia significasse: mox cum socijs in naui pransum, aut potum, postq̃ acquieuisset, mandata ad suos, quid illis dici, referriq; uellent, & quid faciundum arbitrarentur à singulis accepisse: nudumq; ut erat, è naui medio iam cursum pelago tenente, se præcipitem in mare dedisse, Mox Caietam, modò in Salentina Brucia & Lucana litora, modò in Siculos fines, & natale solum, ad quod frequens uentitabat, incolumem nando peruenisse, mãdata quæ à nautis acceperat, singulis necessarijs & affinibus significasse. Idq; non semel facere consuesse. Donec festo annuo solenniq; die in Siculo freto effusa multitudine ad spectaculum, in portu Messanæ, ut aiunt, experiri credo uolens, quantum præ cæteris uiri nando ualeret: dum poteram auream, munus natantibus tunc à Rege in mare deiectam ab imo eripere conatur, cùm se in mare mersisset, dum illius studio profunda exquirit uada, diu expectatus ab imo maris fundo, in quod se deiecerat, nunquàm emersit, neq; postea inuentus apparuit. Creditur in concauas illius pelagi cauernas, quibus totus ille sinus refertus est, incidisse: ipsumq; in imas uoragines uorticibus rapidis semel delapsum, cùm se recipere uellet, & ad superiora niti, reuerti nequisse: cunq; diutius reluctatus, respirare nequiret, inter occursantes scopulos undiq; inundantibus aquis oppressum, uitam interisse.

¶ In quibus Deorum sacrificijs, uictimas aut hostias, antiquo more, cædere non licebat. Caput XXII.


IN Deorum sacrificijs seruatũ est, ut non omnibus Dijs uictimas aut hostias cæderent. Nam in quibusdam sacris cæde uictimarum abstinetur. Siquidem in Termini sacro nihil animatum sacrificari olim mos habuit, quia eum Deum ueluti pacis custodem, à cæde immunem esse uoluere. Primus enim Numa Pompilius Terminum & Fidem templo sacrauit, incruentumq; sacrum instituit, ac lege sanxit, ut qui Terminũ exarasset, ipse & boues Deo sacri fierent. Libo ergo, & farina, ac fruge, & mola salsa, ut ferè omnia Numæ sacra fuere, Termino apud Priscos litabatur sub diuo. Fuit enim Numæ institutũ, ut sinè farina quæ horna esset, id est, huius anni, sacrum nullum fieret. Apud prius uerò sæculum, herbas aut fructus manu excerptos pro holocausto Dijs consecrabant: illarũq; exhalatione & fumo superis litabant. Quo exemplo Pythagoras nihil animatum Dijs immolandum censuit: sed usq; ad farinam & mel, terræq; fructus & flores offerendũ. Quod etiam Lycurgum fecisse legimus, qui tenuissima & nullo paratu Lacedemonijs sacrificia instituit, ex herbis, & his quæ parabilia in promptu sunt, ne quandò difficultate parandi omitteretur sacra. Nullaq; ficta apud eum uel picta imago fuit, quippe hominum, aut animalium species Dijs tribui uetuit. Templum uerò in quo colebatur, desuper patens foramen habuit, quia nefas duxerunt, Terminum, deum pacis & iusticiæ custodem, sub tecto conspici. Sic Ioui, Soli, Lunæ, & Diosidio in aperto mundo templa hypetra & sub diuo Veteres extruxere: Quod à Græcis sæpe factitatũ nouimus, ut his Dijs hypetra templa constituant: sicut ædes Iouis Puluerij in Attica semper sinè tecto erigebatur. Græci uerò Mineruæ in summa parte ædium sinè uictima sacrificant, Aesculapio in montibus. Apud Persas nulla dicabantur templa Dijs, quia cùm Solem præcipuum numen & Deorum maximum colant, mundum uniuersum illi templum esse dixerunt. A Bithynis usurpatum legimus, ut adoraturi, montium cacumina conscendant, & sinè templis Iouem Pappam salutent, sicut Scythæ papeum, quæ etiam Diogenis opinio fuit, qui mundum fanum dei sanctissimum existimauit. Aegyptijs uerò, licet Tẽpla marmore & auro essẽt elaborata, luxu ingenti, & mira arte, tamẽ Deorum imago erat deridicula. Nam Simia, Ibis, uel Crocodylus, aut aliæ id genus pestes Magorum & Aegyptiorum portenta, pro Dijs colebantur. Fuere autem Termini & Fidei tẽpla iuxta ædem Iouis Optimi Maximi, in Capitolio primùm à Numa constructa, cui sacrum festis Terminalibus in agris, VI ab Vrbe millario sub patenti cœlo fieri solebat: cui festi nomen, in quibus ex lapide silice uel molari, nonnunq̃ ex trũcis oleagineis sacrificalibus Terminus erigebatur. Aegyptiorum quoq; erat iste mos, non pecudibus & sanguine uictimarum, sed precibus & thure placare Deos. Ideo Serapin non cæde animalium, sed uerbenis, coronisq; & panificijs placabant. Quod Numam Pythagoręa præcepta sequentem, in suis sacris instituisse nõ ab re fuit: quamuis procedente tempore agnam aut suem, intermisso more prisco, in sacris Terminalibus cædi seruatum sit. Palilibus quoq; intentiori cura custoditur, ne qua mactetur hostia: quòd eum diem qui patriæ natalis erat, à cæde & sanguine decet esse purum. Fuit enim is dies xij. CALEND. Maij, quo fausto & felici omine Vrbis fundamẽta iacta sunt primùm, quo die mos erat ouilia purgare, transilire flammas, sapa & milio sacrũ facere, Geniales dies agere, cœnas apparare, à litibus abstinere: quæ prosperos successus decernebãt. Deum uerò, in cuius tutela Vrbs foret, nec nominare, nec quærere licebat: eumq; nominasse, aut quæsiuisse, noxæ futurum erat. Ideo Valerius Soran⁹ mortis supplicio pœnas dedit, quòd numinis nomen, in cuius præsidio Vrbs esset, efferre in publicum ausus fuisset: Idq; ideo cautum, ne euocationes, quæ ab hostibus ad placãdos Deos qui Vrbibus præsunt fieri solent, contra Deos præsides Vrbis Rhomæ fierent. Festa tamen Palilia etiã ante Vrbem conditam, à pastoribus qui proxima Vrbis incolebãt, celebrari solita, inuenimus. Pales enim dea pabuli et pastorum est, quam pleriq; Vestam, alij Matrem deũm nuncupant, cui pro partu & prouentu pecorum, lacte & libo

Sacra sinè cæde

Termini sacrũ incruentum.

Numæ institutum.

Farina horna.

Sacra ex herbis apud sæculum prius.

Lycurgi sacra frugalia.

Imagines à Lycurgo prohibitæ.

Termini templum apertum.

Templum Iouis puluerij.

Mineruæ & Aescul sacra.

Apud Persas nulla templa.

Bithyni.

Iupiter pappa.

Diogenes.

Deorũ imagĩes ridiculæ apud Aegyptios.

Festa Terminalia.

Aegyptiorum sacra incruenta.

Palilia.

Deum Vrbis nominare nefas.

Pales.

& libo sinè uictima litabatur, eiq; Palilia dicauere, qua die Vrbē à Romulo conditam
Nataliciafe-sta.
fuisse tradūt: Nec solùm Vrbis natalem, sed singulorum dies natalicios, pulte, fritillo,
mero, libis, floribus & thure, sacra Genio sinè animali hostia, læti libentesq; concele-
brarunt: quibus diebus effudisse cruorē aut animal mactasse, mali portenti erat, & fœ-
Terræ sacrum
Fidei sacrum.
di auspicij. Nanq; erant hilaritatis & læticiæ pleni dies. Terræ quoq; sacrum fieri non
uictima, sed frugibus, floribus, & lacte, pleriq; decere putant. Etiam solenne Fidei sa-
crum sinè cæde & sanguine uictimarum idem Numa instituit, eiq; albo panno uelatos
sacra facere, & ad id sacrū Flamines curru arcuato, manu ad digitos inuoluta uehi ius-
sit, solenni pompa, magno argumento, quo fidem tutandam, & in dextris sacratam san-
Decem.
ctamq; ostenderent: Idq; propterea asserunt, quòd dextra iūcta, decem numerum qui
sacratissimus est, efficiat. Suffimenta quoq; ex faba milioq; aspersa mulso Dijs offerri
Carnæ.
absq; uictima, quo tempore uuæ calente prelo premuntur, sępe notatum est. Et Carnæ
Deæ, quæ uisceribus humanis præesse, & uitalia fouere credebatur, sacrum à Bruto
institutum posteri seruauerunt, ut pulte fabacea, & lardo, absq; uictima sacrificet. Hic
enim cùm excors putaretur, latentem animum nimium diu reconditum suo tempore
detexit. Quas quidem fabas, nisi post Iulias CALEND. adultæ forent, sacris adhibe-
re non licebat: uires nanq; corporis his maximè augeri confirmariq; opinati. Quam
Saturni & Maniæ.
Deam in monte Cælio sedem habere, illiq; CALEND. Iulij sacrū fieri uoluere. Sa-
turno quoq; & Maniæ humanis uictimis, quod licuit antea, postea, admonitu Hercu-
lis, animali hostia sacrificari desitum est: Ideo ad aram Saturni accensis luminibus sacrū
Cereæ in Saturnalibus missæ.
fieri cœpit, unde cereis missitandis in Saturnalibus mos inoleuit, qui apud Cyrenenses
aliter seruabatur. Nam Saturno rem diuinam facturi, ficis ornant: placentasq; missitāt,
Cyrenenses.
quòd mellis repertorem esse ducerēt. Maniæ uerò quæ mater Larium fuit, in compi-
talib9 à Bruto institutis, ut omnis antiquitas fabulata est, non humana uictima, ut olim,
(Nam pro familiæ incolumitate antea pueros mactabant) sed alliorum & papauerum
capitibus supplicari ceptum fuit: In quibus sacris serui interesse, & exęquato omni-
Serui in Saturnalibus.
um iure, sublato discrimine liber an seruus esset, ut in Saturnalibus, unà cum liberis sa-
crificia in compitis facere, & commessari, ac largiore potu indulgere assuerant, ut hac
comitate obstricti, in Dominorum obsequijs paratiores forēt, odiaq; inuicem offensi-
onesq; dimitterent. Quippe festis Saturni diebus, seruos ingenuorum mysteria occu-
pare, pileos sumere, & à liberis nullo discrimine differre, stipesq; inuicem dare, & mu-
nera missitare, seruatum est. Regna quoq; sortiri inter æquales, & tanq̄ Reges impe-
ritare, Magistratus purpuram induere: reliquos in ueste candida diem concelebrare.
Qui etiam mos cum Græcis & exteris communis fuit: Nanq; apud Babylonios, Sa-
Sacea festa.
Peloria.
Hermea.
cea appellantur festa, quibus V dies serui dominis imperitabant: ex quibus unus, stola
sumpta, dominabatur. Apud Thessalos Peloria, Cretenses Hermea, anniuersarios dies
festos habent, quibus exæquato iure, serui dominiq; socij & penè pares, cōmuni liber-
Panagyra.
Thebanorum Saturnalia.
tate fruuntur. Sicut Troezenis panagyra, in quibus serui cum dominis pari exemplo
uiuunt. Thebanis uerò ludi musici Saturno dicati erant Saturnaliorum loco: Ideò in
compitalibus manet constitutum, ne humano sanguine sacra pollueręt, utq; pilas, & ef-
figies uiriles, & muliebres ex lana in compitis suspenderent. Laribusq; tot pilas quot
essent seruorum capita, & tot effigies quot essent liberi, noctu pro uictimis darēt: ut
si quod periculum familiæ immineret, aut triste fatum, hoc sacrificij genere expiarēt.
Sicut Mense Maio, cùm prius de ponte Sublicio in Tyberim homines mitterēt, qua
de causa Flaminicam tristem esse, & animo afflicto conuenit, quæ nec eo Mense lauat,
nec aliquo cultu utitur: Postea ab Hercule admonitas, non homines, sed hominum effi-
gies Vestales abijcere cepisse, quæ XXX numero fuere. Casta quoq; mola & sale tu-
so, & in ollam fictilem cum aqua immisso, eædem uirgines sinè uictima sacrū facere so-
lebant, cæteri farre & uino: In quibus sacris Asellum panibus coronatum adhibuêre.
Laris.
Lari quoq; familiari CALEND. Idibus, & Nonis, corona in foco indita, pro aris fo-
cisq;, proq; familia non sanguine uictimarum supplicatur: Quæ quidem sacra ex or-
deacea pulte, libo, farre, uino, & thure, cum sale & salino sunt fieri solita: cui etiā par-
ticulas cœnarum & singulorum fructuum primitias sacrarunt. Ignē enim familiarem
fauilla

fauilla & cineribus excitatum sanctissimis cerimonijs taciti adorabant. Fuitq; antiquorum mos, ut profecturi uiam, simulacrum Dei, tanq̃ Larem familiarem & Fortunę comitem secum ferant: cui festis diebus thure & melle uota effunderent & supplicarẽt. Etiam in Quinquatrijs Mineruæ, prima dies sinè uictima aut cæde fuit: quòd illa in lucem primùm æditam fuisse putãt: quinquatrumq; ideo dixere, quòd diem quintũ post Idus, festum haberẽt, sicut Triatrum, Sexatrum, Septemmatrum, & Decemmatrum. Quidam quòd cùm V diebus operarentur sacris, & reliquis omnibus uictimas cæderent, atq; exertis ensibus, pugnas committerent & digladiarentur: prima die uelut pacata & festa, à uictimarum cæde abstinerent. Vltima uerò Tubulustrium dicta, qua in atria Saturio tubæ lustrabantur agnæ. Iano quoq; libo & placẽta, ac mola salsa, nõnunq̃ thure & mero. Cereri autem lacte, uino, & melle sinè uictima sæpe litatum est. Hoc quoq; adnotare non pigebit, quod cùm in reliquis sacris qui rem diuinam facit, ueteri instituto, capite uelato immolet. & adorantes uestem ad aures usq; attollãt, ut se humiliores exhibeant Dijs: uel nequid inter sacrificandum triste auribus aut oculis accipiant: Saturno tamen sacra facientes, uelut ueritatis cultori, capite aperto immolãt & inuelato. Honori quoq; & Opi ex uetere instituto dum sacrum fit, semper aperto capite & sinè uelamento sunt. Apud aram quoq; Herculis maximam, omnes aperto capite supplicare uetusto more seruatum est: uel quia ipsius Dei, qui capite operto est, habitum imitari non liceat, uel quòd magis adducor ut credam, ut ante Aeneam, qui ritum uelandi capitis inuenit primus, aram maximam fuisse, uetustissimasq; illius cerimonias signarent.

Mineruæ. *Tubulustrium.* *Iani.* *Cereris.* *Caput in sacris uelare.* *Sacrificia capite aperto.* *Honoris & Opis.*

¶ Nunquid quod lege Falcidia cautum est, de quarta bonorum hæredi debita, possit uoluntate Testatoris comminui uel tolli. Caput XXIII.



VERBA legis Falcidiæ, quibus modus Legatorũ præfinitus est, hæc fuere. Quicunq; ciuis Rhomanus post hanc legem rogatam, testamentũ faciet: is quantam cuiq; ciui Rhomano pecuniam iure publico, dare, legare uolet, ius potestasq; esto. Dum ita detur legatum, ne minus quàm quartam partem hæreditatis eo testamento hæredes capiant, eis quibus ita datum legatúmue erit, eam pecuniam sinè fraude sua capere liceto: Isq; hæres qui eam pecuniam dare iussus, damnatus erit, eam pecuniam debeto dare, quam damnatus est, & infra. Cùm ea legis uerba in conuentu Iuris peritorum legerẽtur, præsente me, quærebatur, nũnquid quod hac lege sancitum est, ut nõ minus quarta hæreditatis parte, testamẽto hæres capiat, possit uoluntate Testantis ita comminui uel tolli, ut si omne patrimonium & totũ assem legatis distribui iusserit, ita ut nihil aut minus quarta parte scriptus hæres ex bonis capiat, an id contra legem factum, ius, ratumq; foret? Cunq; nõnulli egregiè patronorum censerent ex Scæuolæ sententia, licere cuiuis non insano, præter legum solennitatem, ita ut uolet testari, si modò id uellet haberi legitimè factum, palamq; id antea testatus esset, plurimumq; in eo momenti forè. Quippe cùm ipsa decedentis uoluntas lex planè censeatur, & hoc Pomponium iureconsultum, hanc legem interpretatum censuisse, contenderent: decernentem Testatoris uoluntatẽ qualiscunq; foret, ad omnem successionis speciem extendi oportere: multiq; in eius sentẽtiam irent, & uelut cũctis obuium id palam faterẽtur. Nos contrà sentire uisi fuimus: Nam Papiniani responsa relegentes, hoc ipsum improbasse animaduertimus, atq; respondisse, in hæc uerba. Priuatorũ pactionibus, legi refragari non decere: Itaq; triẽti quæ per legem ex defuncti bonis debetur, neq; per Testatorem extimationem minui, neq; ius quod debetur, auferri posse: ne uidelicet Testator scriptos hæredes aditione ludificatus foret. Quæ sententia cùm diu nobis insedisset, tamen refutari & dilui potuit. Quippe cùm in eandẽ lectionem, ut fit, incideremus, animaduertimus minus probabili, nec uero iudicio, sed falsa nos duci opinione, nouissimoq; iure multis post seculis ædito, contra Priscorum decreta, secus cautum fuisse: atq; abrogata Papiniani sententia, ex placito Principum lege ædita sancitum esse, ut si Testator trientem dari hæ-

redi

redi inhibeat, totumq́; assem legatis absumi uolet, ut pro uoluntate de bonis disponere illaq́; sicut libitum est, & quantam partem uolet, cuiuis legare ius potestasq́; foret, liberum esset hæredi scripto, si nimium tenuiter sibi cōsultum esset, minusq́; commodi tot legatis distribuendis, hæreditatem allaturā putaret, aditione abstinere, & ius succedendi abnuere. In quam sententiam, quæ notior & probabilior fuit, nouissimæ Iurisconsultorum opiniones postea concessere.

¶ Loci ex Iuuenale parùm ab Interpretibus diligenter habiti, contra nonnullorum opinionem explanantur. Caput XXIIII.



DEFESSVS ego à forensium causarum contentione, & iudiciorum strepitu, aliquando uacuus cura & labore, ad hæc mitiora studia nostra iam, uelut in aliquod oportunum diuersorium, me recipiebam: & quoscūq́; aut ueteres, aut nostri æui libellos nactus eram, in his legendis, perscrutandisq́;, aut uerborum & sententiarum uiribus pensitandis, exercebar. Cunq́;, ut fit, in cuiuspiam non equidem indocti, nec spernendi authoris, commentarios super Iuuenalis Satyris, quos nuper ædiderat, & posteritati tradendos curauerat, forte incidissem, super his uersibus Septimę. Rara tamen merces quæ cognitione Tribuni, Non egeat: in hanc sentētiam ipsum loqutum offendimus, ut diceret, apud Tribunos plebis agi necesse fore, & post impensos labores erudiēdis pueris Ludi magistrū in iudicio experiri oportere, ut mercedem laboris, & impensæ doctrinæ assequatur: idq́; Iuuenalem in fine Satyræ apertius sentire, dum inquit, Et cùm se uerterit annus, Accipe uictori populus quod postulat aurum. Tanq̄ post lites iudicio à Tribuno plebis diffinitas, tandem populus aurum quod petebatur, uictori magistro & mercedem tradi postularet: qui sensus etsi à multis mira persuasione receptus, quàm absonus sit, quanq́; pudēdo errore coarguat imperitiam Interpretis, nemo mediocris solertię uir ignorarit. Vbi enim queso apud Authores compertum fuit, Tribunum plebis iuris cognitionem, aut in ius uocationem apud suum tribunal Rhomæ habuisse, ita ut an stipēdium magistro debeatur, suę cognitionis & arbitrij fuerit? Nō enim ut de cōtrouerso iure cognosceret, aut super eo dijudicaret: sed ut à maiorum magistratuum iniuria tenuem plebem defenderet, in re præsenti Tribuniciam potestatem inuentam ueteres uoluere. Prehendere enim licebat Tribuno, & in carcerem mittere: non autem super controuerso iure dijudicare, quod omnes annales & omnia monumēta uetustatis percalluere. Præterea quid imperitius dici potuit, aut tam præposterū, quàm ut in exactione uilis stipendij populus, tanq̄ si plebs aut plebiscitum aliquod rogaretur, intersse debeat, ita ut rogatione promulgata, an stipēdium magistro debeatur decernat? Sed quod est uerò propius, quodq́; ab Authoris sensu non absonum putam⁹, profectò sic est, ut Poeta non de Tribuno plebis, qui iuris non habet cognitionem, sed de Tribuno ærario, apud quem leuiores expēduntur causæ, intellexisse credatur. Etenim liquere arbitror, leues & nummarios iudices, Tribunos fuisse ærarios, causarumq́; cognitionē habuisse in minimis: quippe ab Aurelio Tribuno plebis rogatione promulgata, iudicia in tres ordines diuisa fuere, Senatores, Equestrem ordinem, & Tribunos ærarios, quorum cognitio in minoribus fuit causis: Ideò in subsellijs, nō pro Tribunali ius dicebant: Raram dicit ergo mercedem, quæ cognitione non egeat Tribuni, nō plebis, apud quem nulla erat iuri cognitio, sed ærarij, qui de minoribus causis ius reddebat, intellexisse probabile est: quod & nos sentire salua fide possum⁹. Rursus quod dicitur in fine Satyrę. Accipe uictori populus quod postulat aurum. Neq́; de rogatione populi aut scito plebis, quod illi asseuerant, intelligi arbitramur: sed uetustum potius morē præsignari, qui apud Rhomanos in sacris certaminibus inoleuit frequens. Fuit ēm antiqui moris, ut qui in Theatro præstabant munera, multitudini effusę ad spectaculū stipem spargerent: Victoresq́; certaminum & multarum palmarū, Gladiatores ære collato & stipe donarent: Quinetiam non Ludiones modò, sed Elephantos, & eos qui in certaminibus fortiter quid aut dignum laude gessissent, à Populo collatione stipis, & assibus

Is locus in fine Satyræ vij.

Trib. ærarius.

Versus postremus eiusdem Satyræ.

Stipis sparsio in populum. Populi in ludiones.

assibus donari legimus. Constatq; populum Rhomanum Sp. Posthumio, & Q. Martio COSS. primùm stipem in ludis spergere cæpisse. Nam Drachma grandinis in morem, atq; odorati imbres instar pluuiæ & alia missilia effusè spargebantur. Quod sequuti Cæsares opulentius uberiusq; ad leniendam multitudinem factitarunt. Siquidem C. Cæsar nummos non mediocris summæ effudit in Populum. Nero tesseras frumentarias, aurum, argentum, gemmas, margaritas, naues, insulas, agros, uestes, tabulas pictas, mancipia, & iumenta missilia dedit. Domitianus cùm omne genus rerum in Theatro sparsisset, & pars maior intra popularia decidisset: ne indonati abirent Senatorius & Equester ordo, per singulos cuneos quinquagenas tessaras pronunciauit. Heliogabalus uerò aurea & argentea pocula, ac uestes magni census in plebem sparsit munuscula. Multi quoq; ex Theatro missas è sinu columbas fecere, quæ cùm per caueam diu uolassent, reuertebantur ad dominos. Fertur tamen Scipio infamiæ notam subijsse, quòd pecuniã in Populum ludis publicis iecisset, uelut istis muneribus auram popularem aucuparetur. Quæ quidem cùm in diripientium manus mittebantur, non sinè discrimine & rixa in concursatione & tumultu assequi poterant. Itaq; optimus quisq; cùm primùm missilia induci uiderent, nequid discriminis in conflictu turbæ elisi paterentur, è ludis excedebant, quæq; apud Authores monumentis testata clarissimis comperta sunt. Post euersum ergo annum, & edocendis pueris labores impensos, Accipe, Poeta inquit, mercedẽ, qualem Victori in ludis Populus postulare solet: ac si dicat, uilem assem, & nimis tenuem mercedem, qualis est stipes exigua, quę à Populo in ludis postulatur, cùm ære collato Victor à plebe donaẽ, consequeris. Quod nos quantùm ingenij captu assequi possumus, lectioni magis conuenire, & uero sensui congruere putamus.

Cæsa. in pop. pecunias spargebant.

Scipio infamia notatus.

¶ Variæ apud diuersas Gentes puerorum institutiones, & infantibus Rhomanis quæ documenta fuerint. Caput XXV.



QVAM uariè apud nationes exteras & gentes ultimas, pueri postquam in lucem æditi essent, educarẽtur, quæq; institutio fuerit, à nõnullis literis memoriæ proditum est. Siquidem apud Thraces Trausosq; ac Cesias & Causianos, assuetũm erat, ut puero in lucem ædito circundati cognati, affinesq; puerum lamententur, & afflicti iaceant, ac recensentes calamitates & uitæ incommoda: cui tantum restet malorũm, quæ mox ille passurus aduenit, pectora plangant. Iidem in funere exultantes iubilant: scilicet cui defuncto omnibus incommodis & infortunijs quæ uita fert, ex hac luce, & imminentibus malis, atque omnis sæuicia Fortunæ tãdem excedere datum sit. Quod ab Indis quoq; seruari meminimus. Nam Gymnosophistæ & Brachmanes, castè & piè uiuentibus mortis diem natalem uitæ ducebant. Spartanos Lycurgi legibus institutos, infantes primùm æditos, ut labore firmentur, rigidissima aqua fouẽre, nudosq; in patientia laboris enutrire, nihilq; somni causa sternere, proditum est. Necnon cibi potionisq; modo præfinito, cum æqualibus in sobrio conuictu, inq; eodem sodalicio & societate studiorum, humili cultu educare, duraq; & horrida disciplina seuerissimis moribus assuefacere, ne qua uitia mentẽ adhuc rudẽ inficerent, nèue moribus incompositi euaderent, illis magnæ curæ fuit. Quare prouerbio increbuit, solas Lacenas uiros parere. Quod à Cretensibus & Germanis usurpatum fuit, ut pueri ab ineunte adolescentia calores & frigora pati assuescerent, utq; uilibus tecti amiculis, hyeme pariter atq; æstu eodẽ cultu incederẽt, & postq̃ satis uiriũ assequi uidebantũ, ut militię per ętatẽ patiẽtes forẽt, nõ in mũditijs, ne langueret aĩus, sed in laboriosis exercitationibus, currẽdo, algẽdo, æstuãdo, famẽ sitimq; tolerãdo, arduasq; & pdifficiles uias peragrãdo, exercerẽt: ac pugnę simulacris, in qb[us] uerbera & plagas dare & accipere cogebãt. Quinetiã fuit Lacedęmoniorũ mos solẽnis, ut agrestes quos Ilotas uocãt q̃ maximè posset uino ingurgitẽt, ad potumq; & crapulam

Thraces. Trausi. Cesiæ. Causiani.

Indi.

Spartani.

Prouerbium Cretenses & Germani.

Lacedæmonij.

εἵλωτες.

crapulam appellant, illosq; uino madidos & distentos in cœtum adolescentium iuuenum introducant, ut iuxta Anacharsis & Platonis consilium, temulentiæ turpitudinē intuentes, quasi pertæsi ignauiam, à uino & luxu promptius abstinerent: ac tam tetri aspectus, tantiq; dedecoris non solùm pigeret, sed puderet. Tātaq; disciplina fuit, ut iuuenum corpora ne lasciuirent, statis diebus apud Ephoros exhiberent, nudosq; inspicerent, ut siquid insolitæ pinguedinis contraxissent, parsimonia & uictus abstinentiā emendarent. Ad aram uerò sic uerbere afficiebant, ut plerisq; sanguis manaret ad necem.

Galli. Iberi. Apud Gallos quoq; & Iberos Zonæ mensuram habent magistratus, quam si capere non posset mulier succiplena, aut puer obesus, magno afficitur probro. Quibus amatores, imitatoresq; uirtutum & adolescentium bonæ indolis permissi fuere, ut laudati & donati, facilius ad res magnas & magno uiro dignas se accingerent: qui etiam

Cretenses. Lucani. Cretensium fuit mos, quibus non fuisse amatos iuuenes est ignominiæ datum, ex quibus amātem φιλήτορα dixere, amatum uerò κλεινόν. Quorum exemplo Lucani, liberos à prima infantia sinè ueste aut ministerio seruili, in duricie & parsimonia educabant in syluis, quibus præda uenatica erat cibus, potus uerò fontium liquor.

Colchi Aethiopes Troglodytæ, Aegyptij, Syrij, Phœnices. Colchis, Aethiopibus, & Troglodytis atq; Aegyptijs, Syris, & Phœnicibus, pudēda ęditorum infantium circuncidere in usu erat, hoc non mediocriter uitæ cōmodis conducere arbitrati, quo commento labes corporum, & eluuiones dilui putabant, seu, quòd multi putāt, ut diuersitate noti fierent, uel ut omne arcanum & pudendum facinus inuelatum fieri ostenderent.

Arabes. Andramis Lydorum rex castrauit mulieres. In Arabia gens est, Creophagos uocant, quibus ne dum uiri, sed mulieres Iudaicè excindi solebant: sicut de Andramite Lydorum rege, qui primus Eunuchas fecit mulieres, sermo proditus est: quo exemplo in Aegypto aliquando mulieres excindebantur.

Arcades Lacedæmonij Thraces. Arcades uerò pueri, tum Lacedęmonij, & Thraces, quanq̃ ferum genus, à teneris insuescunt inter prima rudimenta in modulis & cantibus uersari, Musicasq; artes, & uocum concentus ediscere ad annum trigesimum, uelut hoc amplissimum iuuentuti munus darent: qui non didicisset, rudis & ignauus, atq; infamiæ nota inustus putabatur.

Græci. Artes liberales. Græci uerò adolescentes, Musicæ & Poeticę, liberalibusq; potius uacabant disciplinis: in quibus excellere pulchrum putabant. In his enim tribus artibus, quas liberales uocant, literis, palestra, & musica, plus operæ & studij conterebant.

Gymnasticæ disciplinæ. Natare. Canere ad Tibiam. Nec minore studio primæ adolescentiæ iuuenes imbuebant, ut prærer literas & Gymnasticas disciplinas, iuxta Aristotelis præceptum, quò ad reliqua munia firmiores essent, etiā natare discerent. Et tametsi canendi ad Tibiam ars libero homine indigna prius uisa foret, ad eamq; sola mancipia admitterentur: æuo mox succedente, tanti fuit honoris, ut ad illam nisi liber & ingenuus admitteretur nemo.

Pingendi ars. Sicut pingendi ars primùm Sicyonæ, mox per omnem Græciam tanti fuit studij, ut pueros ingenuos picturā tanq̃ præcipuam liberalium artium imprimis edocerent magistri, perpetuò interdicto, ne ad illam mancipia admitterentur: indoctusq;, & omnium postremus habebatur, quisquis huius artis nescius, aut expers foret.

Musica. Platonis quoq; institutum erat, ut iuuentus Musicæ disciplinis inter primas artes instruatur, ut grauiora studia honesta uoluptate lenirent. Id quod Pythagoras censuit, qui repentinos motus animi, & mentis perturbationes, nulla re magis, quàm uocum concentu mulceri putauit. Cuius tanto studio Græci

Ad myrtum canere. Timotheus tibicen. affecti fuere, ut etiam ad myrtum canerēt, cantorq; cantorem, myrto tradito, inuitaret, quod postea prouerbio increbuit. In qua Timotheus Tibicen multùm floruisse proditur, qui duplicem mercedem exigebat ab his, quos ab alijs magistris malè institutos acciperet: quòd hi prius dedocendi quàm erudiendi erāt: à rudibus uerò & ignaris, simplicem.

Pœni. Pœnorum uerò mos patrius erat, æditorum infantiū uenas capitis lana succida inurere, defluentēq; pituitā hoc modo sistere, quod salutare experti aduers⁹ morbos, hoc tāq̃ peculiari remedio se muniuere.

AEthiopes. Aethiopes quoq; ab ipso natali die, æditos infantes in fronte inurunt, & stigmate notāt, quò capitis & oculorū humor exiccetur.

Hyberni. Quinetiā in Hybernia, quę in penitissimo Oceano extra terras insula sita est, cultu indomito & fero, pueri ita alti, educatiq; sunt, ut inter arma & cædes uersent assiduè, matresq; natura īmites, ingenio barbaro, primos cibos ędito infāti gladio admouere ferāt.

Baleares. Tenet famā apud Baleares matres infātes pueros ab ipsis uitæ incunabilis his discipli-

nis

nis assuefacere, ut nisi oblatũ cibum baculo, aut funda petierint prius, cibo uesci prohibebant: Quem usum uetustissimum apud Cadurcos, Acarnanes, atq; Aethiopes inualuisse legimus, ut saxa ingentia fundis intorquere, aut sagittas & iacula ingentis põderis uibrare à teneris ediscãt. Idoneos Authores habeo, Aegyptios impuberes filios apud se alitos & educatos, his disciplinis exercere, ut nisi CLXXX stadia prius confecerint cursu, uesci cibo nullo modo sinerent: quos à puericia & primis annis, nudis pedib⁹ ingredi iubebãt, ne delicatior cult⁹ corpora emolliret, eneruaretq;. Indi & Brachmanes ædito infanti curatorem & uitæ magistrum custodemq; adhibent, ut sub legibus & magistratibus, bonis disciplinis formatus, salutaribus exemplis erudiatur. Apud quos infans in lucem æditus, post Menses II, in medium producitur, & cuius indolis & formæ sit, publico concilio decernitur; ut ex faciei & corporis specie, si pace uel bello bonus, & an uita sit uel morte dignus iudicet. Et si cuius indoles probaretur, bonis ille formabatur doctrinis: qui uerò minus, morte afficiebatur. Id quod apud Spartanos erat Lycurgi lege sancitum, ut speciosus puer & forma liberali publicè educari, mancus uerò & deformis, in loca uasta, & prærupta exponi, uel in ultimas terrarum oras ablegari deberet. Idem legibus Romuli à primo ortu Vrbis constitutum ferunt: ut si mancum quid æditum, aut monstrificum fuisset, statim à partu in flumen, aut mare exponatur. Produnt Aethiopes æditos pueros cùm paulùm processere, super aues quas diuersi generis educant, sublimes imponere, eosq; cuius spei futuri sint, periculo internoscere. Nam si uolantes intrepidi manent, uelut generosos & se dignos magna educant cura. Si uerò consternantur animo, & trepidi pauent, tanq̃ degeneres in loca deserta exponunt & abijcitũt. Quod de Psyllis quoq; proditum est, qui partus obijciendo serpentibus, si illæsi manent, an suæ originis sint experimento internoscunt. Nonnullæ Indorum gentes, pueris adolescentibus etiam si magnæ fortunæ & amplis opibus forent, pro seruis utebantur, ut eam sortem experti, quantum decus liberatis foret, agnoscerent. Quod cùm Cretensibus & Laconibus commune asseuerant fuisse, ut ingenuos filios seruilia exhibere cogerẽt. Phrygibus uerò familiare fuit, proprios uendere filios in eximio ætatis flore, & seruilem in modum educare. Nabatheis quoque adolescentes ingenuos, seruilia pręstare officia consanguineis assidua exẽpla sunt. Persæ autem æditum infantem ante septennium in conspectu parentum non adducũt. Alij nisi post pubertatem filios à parentibus conspici sinunt: qui mos apud Heduos, plurimasq; Gallorum & Germanorum gentes frequens fuisse traditur. Quod ita institutum non ab re fuit: scilicet ut si quid grauius accidisset, aut si qua calamitas & aduersi casus puero euenturi forent: illos parentes qui ipsorum conspectu tam diu caruerunt, facilius ferant. Eosdemq; Persæ apud se educatos tam sanctis moribus imbuebant, ut illorum disciplinæ nihil addi uideretur posse. Siquidem per omnes ætatis gradus hæc illis rudimenta fuere, Iustitiam colere, & æquum ab iniquo dinoscere. Tum iaculari, æquitare, arcu & cursu contendere, & præcipuè uera loqui. Cibus uerò tam frugalis & modestus, aduersus famem & sitim tantũmodò paratus, ut iuuentus nasturcio, pane, aqua, & sale uelut exquisitis ualde obsonijs uesceretur. Tantiq; pudoris fuere, ut pro lege seruarent, ne in publico, aut spuerent, aut nasum emungerent, néue in conspectu parentum, nisi iussi, considerent. Et cùm natalẽ diem festum singuli & pręcipuum habeant: illis tamen etiam indulgentissimi parentes uino abstinere uelut immani scelere præcipiebant. Vtq; nullis errorum maculis notarentur, nudos cõspici uiros, nec fas, nec ius esse dicebãt. Itaq; nudum conspicere hominem, ac si immane scelus admissum foret, capite luebatur. Scythis uerò à patribus traditur mos non improbandus, ut iuuenes Ephebos plurimos sibi amicos comparare, uelut firmissima uitæ præsidia, iuberẽt. Is enim habebatur affluens & beatus, qui pluribus familiaritatibus fultus foret, pro certo arbitrati in rebus deploratis & afflictis, nulli unq̃ satis fuisse amicorũ. Rhomanis uerò præualuit usus, ut quæ uterũ ferunt, antequã ædatur partus, Postuertæ & Prosæ, quibus duę aræ dicatæ erãt, ne partus peruersi fierẽt, néue fœtus præpostere exiret, immolarẽt. Egeriæq; Nymphæ, & Fluoniæ Iunoni sacra facerẽt, quia putabant, illarũ ope, conceptũ egerere, & fluorẽ sanguinis cohibere. Cui⁹ rei causa apud Tibarenos

Cadurci. Acarnanes. Aethiopes. AEgyptij. Indi Brachmanes. Spartani. Romulus. AEthiopes. Psylli. Indi. Cretenses. Lacones. Phryges. Nabathei. Persæ. Hedui. Galli. Germani. Persæ. Vini abstinentia. Nudum uidisse hominem capitale. Schytæ. Amici. Rhomani. Postuerta. Prosa. Egeria. Iuno Fluonia.

Tibarenorum maritorũ mos.

Tibarenos inoleuit mos, ut mariti post uxoris puerperium, capite obuoluto tanq̄ ipsi enixi fuissent, in lectulo decumbant, ea accubatione uxoris labores & uentris profluuia cohiberi arbitrati. Fuere autẽ Tibareni iuxta Cappadoces, qui in risu & iocis, atq; indulgentia Fortunæ uersari solebant. Idem Thracibus & Scythis, Cantabris & Celtiberis proprium, ut puerperæ uiris ipsarum uice decumbentibus ministrent & famulentur. Apud Athenienses præcipuum edulium puerperæ brassica dabatur, uelut parturienti commodissimum, mox stolis iniciatorum infantem obuoluere, ad ualetudinem mirè proficere putantes. In Cyrno mulier puerpera æditæ prolis nullam curam gerit: sed uir domi abditus infantilis educationis curã atq; onus fert. In Liguria quoque & Illyrico mulieres tam patiẽtes laborum sunt, ut post puerperium minimè decumbant: pregnantesq; inter opus enixas pueros domum referre tradunt: quos non peperisse, sed inuenisse credas. Cunq; infans æditus primùm lucem hausisset, Rhomanis erat in usu, ut ab obstetrice exceptus, humi sterneretur, quasi diuinationem futuri exitus inde auspicati, lectoq; Pilumno & Picũno in ædibus parato: ita augurabantur, ut his præsidibus Dijs, uitalis foret. Néue Syluanus in domum irrepere ualeat, quẽ uexare pueros opinio erat, ad fores ædium tres uiros, qui peruigiles domum circuirẽt, aduocabant, quorum primus limen securi, alter pilo feriebat, tertius uerò scopis euerrebat. Mox nomen & tempus æditorum filiorũ apud Præfectos ærarij publicis actis testarentur & scriberent. Quæ quidem in Saturni æde tanq̄ publica monumenta seruari proditum est. Deinde cùm cibo & potu eum initiarent, Edusæ & Potinæ sacra facerent. Eodemq; adolescentæ Maiæ, quæ fatua dicta est, ac Statano & Fabulino more patrio, immolarent. Fuitq; receptus mos, ut in testudineis alueis, aut ex tergore marinarum testudinum factis, calda pueros abluerent, mox oleo & butyro perungerẽt. Spartani quandoq; mero abluebant: quòd uino admoto, resolui ægritudines putarẽt. Nõnulli sale & aqua, Galli prægelido amne, ut à teneris calores & frigora pati ediscerent: Idem Thraces, Scythęq;. Fertur tamen Cato Censorius tam accuratè procurandis liberis studuisse, ut nisi se spectante nunq̄ infantem ablui, aut uelamẽtis obuolui siuerit: néue pueri recens æditi è cunis forte deciderent, & terra corpuscula afflictarẽtur, culcitras iuxta cunas undiq; sternerent, ut inde excepti innoxij fierent. Maribusq; nono die postq; æditi in lucẽ fuissent, fœminis uerò octauo, nomina imponerent, nonnunq̄ septimo, qui dies lustricus nomen habet. Quod teste Aristotele ideo cautum, quòd ante septimum pluribus infans casibus expositus manet. Ab Atheniensibus uerò & omni fere Græcia decima à Natali die infanti nomẽ indere seruatum est. Apud Troglodytas fuit patrij moris, ut non hominum sed arietis, pecoris, aut ouis imponant infanti nomina, quòd bruta, quorum ope uictitabant, suos genitores ducerent. Athlantes uerò Aphricæ populi, nulla infantibus indere nomina consueuere: sed uelut bruta anonymi fuere. Diuus autem Antonin⁹ philosophus, natos liberos apud Præfectos ærarij profiteri, & tertio die à partu nomina ferre iussit. Nono uerò die nomina infantibus indere antiqui moris fuisse, illud exemplo est, quod Nundina Dea apud Rhomanos magnæ religionis erat. Ipsumq; infantem æditum in gremio & sinu Matris, ac ipsius lacte educari potius q̄ apud coemptas nutrices ali permitterent, cùm ingenuitas à Matre sola, non Patre proficiscatur: aut si permisissent, magna cura præcipuas illi nutrices Laconicas, uelut educationis magistras, admouerent: cùm propter lactis & educationis uitia sæpe infantes degenerasse compertum sit. Quod æquè Germanis est habitum nefas, apud quos Mater filium suo lacte alit, nec nutrici educandum delegare licet. Græcorum uerò inualuit mos, ut quinto die à partu, mulieres comites puerperij, manus abluant, & puerum Laribus circunferant: Polyposq; & Sepias munuscula à cognatis ferant: deinde cùm puer paululum processisset, Prætexta illum donabant Rhomani & Bulla: Ea enim erat aurea, insigne nobilitatis, figurã cordis habens, ut signarent eam ætatem alterius consilio regendam, qua primùm à Prisco Tarquinio donatũ eius filium tradunt, quem in Prætextæ annis hostem dicunt occidisse. Hac Rhomani pueri honestè geniti, & liberaliter educati Patricij, aut illorum qui equo meruissent filij, postea usi fuere. Lorum uerò erat insigne libertorum, plebeiorum, & pauperum.

Marginal notes: Thraces. Scythæ. Cantabri. Celtiberi. Athenienses. Cyrnæi. Ligures. Illyrici. — Rhomanorum mos & cerimoniæ post æditũ infantem. — Syluanus pueris infestus. — Spartani. Galli. Thraces. Scythæ. Cato Censorius. — Quoto die infanti nomẽ dabãt Rhomani. Dies lustricus. Athenienses. — Troglodytæ. — Athlantes. — Nundina. Matres ipsæ nutrices suorũ infantum. — Laconicæ nutrices. Germani. — Græci. Rhomani pueros Bulla donabãt & prætexta. Bulla qualis & quorũ insigne. Lorũ quorum insigne fuerit.

Proprius

Proprius uerò est, quòd fœdere icto cum Sabinis & Tacio, cautum fuit, ut bulla, prętextaq; per eas tempestates Sabinorum ornatu, raptarum filij uteretur. Fuitq; antiqui moris, ut parentes bonis exemplis artibusq; honestissimis liberos educerent, pleruncq; apud patruos, ne nimia parentum indulgentia lasciuiret. Maximaq; dabatur opera, nequid insolens aut perniciosum, nêue quicq̃ quod minus esset decorum, coram infante, pater faceret, aut diceret, nêue uir mali exempli qui seruilibus uitijs imbueret animos, in conuictu esset: magni enim interest quos quisq; audiat domi, quibus cum loquatur puer. Quare Cato censor, tanti exempli fuit, ut Manlium Senatu mouerit, quòd interdiu pręsente filia, uxorem suauiasset: asserens nunq̃ nisi cùm tonaret, à sua complexũ. Et Hieron Epicharmum comicum multasse & pœna affecisse dicitur, quòd coram filia lasciuos ædidisset uersus. Tum ut socij consiliorũ, magistriq; & comites puero probatissimi darentur: qui acueret iuuentutem ad studia & bonas artes. Nam prauis impulsoribus multos degenerasse compertum est. Quod etiam à Græcis summo studio seruatum meminimus, ut dum puerilis ætas prona esset ad uitia, magistros adhiberent probatissimos, magnæ & expertæ uirtutis, quorũ conuictu domesticis disciplinis exẽplisq; formarentur. Sic Achilles Chirona & Phœnicẽ, Agamemnon Nestorẽ, Hector Polydamanta, Telemachus Menelaum, Alexander Aristotelẽ, Antigonus Zenonẽ: atq; alij uitæ magistros habuere non pœnitendos: sicut Augustus Appollodorũ Pergamenum, Tiberius Theodorum Gadareũ, Homerus Prognopidẽ, Virgilius Silonẽ, Cicero Diodorum, qui illos egregijs artib⁹ instructos, ad bonam frugem prouexere: quorum doctrina, integritate, & fide magni postea uiri euasere. Primus enim Carbilius prodit, qui iuuentuti Rhomæ ludũ aperuit: eius Carbilij libertus, qui uxorem repudiauit primus. Cato uerò Censorius tam sanctè filiũ edocuit, ut non alium quæsiuerit magistrũ: sed seipsum, quia pater erat, filijs exhibuerit præceptorẽ. August⁹ quoque Octauius, Caium & Lucium, quos sibi filios asciuerat, non alterius, sed sua ipsius doctrina imbuit, itaq; literas & natare illos scientissimè docuit. Vtq; in ludum literariũ non solùm ingenui pueri, sed & Virgines nondum adultæ, literis & bonis disciplinis formandæ uentitarent. Eligebaturq; aliqua matrona insignis, spectatæ uirtutis toto generi propinqua, aut uir grauissimæ disciplinæ, cuius sanctitate & moribus, tota familia & infantilis cognatio, bonarũ artiũ cupiens imbueret. Apud eumq; in domo honestissima Hetruscas primùm literas, mox Græcas, & haud multò post circũscriptas sentẽtias, quas Chrias Græci uocant, ediscebant: Deinde studia liberalia & animi cultũ. A quibus siquid esset offensum, prætextati anguillarũ tergore, pueri ferula, à parentibus uerò leuioribus flagris uel plagis, aut puerili uerbere plectebant, quibus exciti disciplinis, ad uirtutem uegetabant animos corporaq;. Quod apud Thurios & omnem fere Græciam lege cauebatur, ut pueris cùm primùm adolescerẽt, magistros studiorum, doctos ætate & usu, in primo tyrocinio publica impẽsa præficerent. Vtq; plures uni⁹ curæ & disciplinæ mandarentur, qui magister esset & comes, sicut de Thuscis & Massiliensibus traditur: Idem apud Iberos Sertorius fecit, ut magistris sciẽtissimis, qui artes docerent liberales, ingenuosq; educarent, stipendium de publico daret. Alexander Macedo, multis millibus puerorum ex Perside Magistros dedit, qui Græca instituta, mores, militaremq; disciplinam præciperẽt. Quod de Vespasiano proditũ est, ut Gręcis Latinisq; Rhetoribus annua centena daret: & de Antonino Pio, qui Rhetoribus per omnes prouincias annua salaria constituit. Traianus quoq; adolescẽtes ad V millia bonæ indolis, ex omni imperio selectos, publicè ali, & parentis effectu paribus disciplinis erudiri curauit, ex præcepto Lycurgi, qui ingenuis adolescẽtibus uirũ pręesse uoluit peritum ac uigilantem, ex his qui summi eliguntur magistratus, quem Pædonomum nũcupauit. Persarum uerò pueri non literas, quemadmodum consuetudo fert, sed iustũ ab iniquo secernere, & qua pœna improbus homo dignus, qui pace uel bello bonus, & quæ sit turpis & honesti distinctio, in scholis ediscebãt. Aegyptij Geometriam & Arithmeticam: puerum uerò Regium Magicas artes edocebant imprimis, tanq̃ studia sanctiora. Ea ẽm erat diuinorũ scientia, qua imbui Regũ filios uolueret, qm̃ ad magnę Fortunę cultũ ingenia excitaret. Qui mos Persarũ regũ freques fuit,

Educatio. *Exempla parentum coram pueris.* *Cato censor.* *Hieron.* *Magistri & consortia puerorum.* *Carbilius primus ludi magister Rhomæ.* *Cato Censorius filium instruxit.* *Aug. Octaui⁹ filios ascititios edocuit.* *Virgines ludũ literarium adibant.* *Ordo instituẽdi in literis apud Rhomanos.* *Quo instrumẽto uapularunt negligentiores* *Stipẽdia professoribus constituta.* *Thusci, Massilienses, Iberi.* *Sertorius.* *Alexander.* *Vaspasianus.* *Anto. Pius.* *Traianus.* *Pædonomus.* *Persæ.* *Regium pueri. apud AEgyptios.* *Magica ars.* *Reges persarum.*

Spartanæ uirgines.

ut Magicis artibus imbueretur. Spartanæ uerò Virgines nondũ adultæ, in Discorum iactu, cursibus, & palæstra exercentur omnes nudæ, quod studium à Laconibus, qui summi palæstritæ fuerunt, excolebatur imprimis: id quod Plato non improbauit, cēsuitq́ ut non modò puellæ, sed & anus luctarentur cum uiris, ut patientes laborum, facile res arduas subirent, quorum studio in posterum adeo affecti sunt, ut Gymnasia & palæstras, quibus tota Græcia dedita erat, ita occupasse animos tradant, ut pro fortibus militibus se bonos palęstritas & Athletas dici potius exoptarint. Apud Pythagoręos, discipuli licet disciplinis imbuantur bonis: illis tamen annis V obstinato silentio tacēdum erat. Quippe primum rudimentum erat tacere, & meditari. Cretensium pueros cogebant magistri, imprimis leges, mox Deorum hymnos, atq; egregia Ducum facta modulatis uocibus mandare memoriæ. Apud Siginnos, qui Persicè uiuunt, quadrigas agitare, erat puellare studium. Nondum enimadulta uirgo, quadrigas flectere & circumagere magna facilitate callebat, quibus hoc erat priuilegio datum, ut quem uellet ex iuuentute in uirum deligere, liceret. Tanta porrò Rhomanæ uerecũdiæ obseruatio & morum exempla fuere, ut nec pater cum filio pubere, nec socer cum genero lauaret, nudosq́ conspicere parentes ducerent nefas. Hoc tamen ad memoriam insigne est, quod quamuis pueri tam castigatæ disciplinæ forent, ut omnis esset uita plena grauitatis: calculum tamē ediscere & computationibus dare operam, in usu fuit Rhomæ non improbando, tanq̃ inde redũdaret ingenij ratio exactissima. In quo id fuit animaduersum, solos Thraces ad IIII usq; numerare didicisse, Græcos & Barbaros ad X. Albani uerò ultra C computare non nouerunt. Mirumq́ prodi Meletidem adeò uęcordem fuisse, ut uix toto ingenij captu ad V numerare disceret. Veteres uerò Rhomanorum ultra C millia numerare nesciuisse, multi asseuerant. Tum salationis genera, & motus Ionicos Rhomanam iuuentutem ediscere, quandoq; in usu fuisse. Siquidē Iones psallendi normam & molles saltus primi inuenisse tradunt. Itaq; ingenuos pueros, etiam Senatorum filios schola egressos ad ludum saltatorium frequentes commeare, & cum crotalis neruorumq; & Tibiarum cantibus ad numerum certo motu psallere antiquæ disciplinę fuit. Quod apud Græcos, Persas, atq; Indos dignum laude & exquisitæ artis fuisse, Homero teste probatur, qui inter cætera ludrica liberalia, salationē ponit. Quippe saltare habent Persæ & equitare præcipuũ. Lacedæmonij quoq; saltationem tanq̃ ad bella utilem, ut gressu composito incederent, inter quotidianas disciplinas habuere. Et ut concinna fieret motio in congrediendis hostibus, pueri nudi saltare didicerunt. Quare Epaminundas, & saltasse, & tentasse dicitur probè: quas etiã per genera & modos distinxere: ut Podismus, & Siphismus modus, Comus, & Tetracomus in hostium congressu fierent. Ascoliasmus uerò Baccho dicatus erat, ubi in Theatro super utres obunctos uno pede saltãt: Colabrismus, Phalicus, Bactriasmus, Srobilus, Apocinus, & Aposisis, aliaq; saltationum genera, diuerso quæq; gestu & modo erant in quotidiano magis usu frequentia. Ea tamen saltatio non ubiq; & passim; sed in tēpestiuo conuiuio delitiarum causa si quando præstabatur, laudi fuit. Quippe cantus & saltatio, Homero teste, conuiuij appendices sunt, modesta tamen non impudens, qualis fuit Hippoclidis, qui apud Clisthenem futurum socerum, dũ intempestiuè saltat & gesticulatur, illum desaltasse matrimonium Clisthenes dixit: Appius quoq; Claudius uir Triumphalis, & Gabinius, M. Cæcilius, & Licinius Crassus optimè saltare gloriæ duxerunt: Sicut fidibus sonare. Discebant enim fidibus antiqui apud magistros & artifices. Nam Decius Sylla optimè cantasse dicitur, & Cato Censorius simpliciter cantare, non seruile duxit opus. In tantumq́ honoris culmen apud Veteres Musica processit, ut illam sacris & publicis cerimonijs adhiberent. Cum in Deorũ puluinaribus & epulis magistratuum fides præcinerent. Et apud Græcos ijdem Musici uates & sapientes erant. Apud quos post cœnam circunferebatur lyra, quam cùm recusasset Themistocles, est indoctior habitus. Cimonq́ & Epaminundas, quòd fidibus scirent, antelati fuere. Canebant enim ueteres ad Tibiam clarorum uirorum laudes, & uirtutes. Tametsi principibus hoc fuerit probro datũ. Quare uerbum Philippi fertur in Alexandrum, debere ipsum pudere, quod tam pulchrè caneret. Et Pyrrhus an Caphias uel Python melior

Gymnasia palestræ. Græci. Pithagoræorũ discipulorũ silentium. Cretenses. Siginni. Rhomanorum pudor. Arithmeticam discebant pueri Rhomani, & quare. Thracum numerus. Græcorũ, Barbarorum, Albanorum. Meletidis stupiditas. Rhomani. Iones. Ludus saltatorius. Persæ. Lacedæmonij. Epaminundas. Modi & saltandi genera. Hippoclidis de saltatio. Fidibus discebant ueteres. Musicæ honos. Lyra post cœnam. Themistocles. Cimon. Epaminundas. Musica uitupe rata à quibus.

melior Musicus uideretur interrogatus, Polyperconta meliorem Ducem respondisse fertur. Scipio tamen Aemylianus Rhomanæ iuuentuti, quòd in ludum hostrionum ingenui pueri uenirent, & cum Sambuco & Psalterio canerent & psallerent: & Cicero Gabinio Consulari studium saltandi, ut probrum obiectauit. Domitianus quoque in Cēsura ciuem Rhomanū Senatu mouit, quòd Choreis plus nimio indulgeret. Id quòd Aegyptijs seuera fuit lege inhibitum, apud quos pueri nec palæstræ uacant, nec Musicæ. Quod de Alcibiade proditur, qui Musicam tanq̄ ingenuo indignam odio prosequutus fuit. Contrà Pythagoræi: nam tanti Musicam fecere, ut excitarentur ad lyram, & quietem capturi, sono inuitarentur. Inter puerilia uerò rudimenta, hastilia iacere, sudē torquere, equū agitare, arma tractare, Rhomanæ iuuētutis peculiare fuit. Cur autem citius Fœminis, serius uerò masculis inderēt nomina, credo propterea uisum, quia fœminas citò pubertatem assequi compertum est. Ideo ueteri lege cauetur, ut mulieres duodecimo, mares uerò quartodecimo anno ætatis, pubertatem assequi censerentur: Eo enim tempore iura publica masculis pubertatem definiere.

Musica laudata.

Exercitamēta puerorum.

Fœminis cur citius quam masculis inderentur nomina.

¶ An inter Auguria Sternutamenta sint & offensiones pedum, & quæ illorum prædictio fuerit. Caput XXVI.



ESSE inter Auguria sternutamenta & offensiones pedum, in naturali historia Plinius notauit, quæ Symbola dicta sunt. Plerîq; contrà: nam sternutamenta non facere auspicium cēsent: sed cùm captatis augurijs superueniunt, illa rata facere, siue boni prænuncia sint, siue mali. Qualiaq; prædicta, præuisaq; fuerant affirmare, & probare sermonis ueritatem, putauerunt: Homeri exemplo, qui Penolope malum Procis futurum ab Vlysse referente, Telemachum facit sternutasse. Et Xenophonte ad milites cōcionante, sub idem tempus sternutans quidam omem fecit felicissimum, ita ut totius Dux militiæ crearetur. Themistocle uerò ad aras sacrificante, à dextra sternutans homo, augurium fecit, quò præcipui captiui immolarentur. Hippiæ quoq; dum sternutat excussus dens, magnum auguriū fecit calamitatis futuræ. Inde apud Veteres incussa fuit religio, in sternutamentis bonum omem & salutem precari, quod Tiberium Cæsarem mirificè exegisse dicūt, ut siquid infandi diriq; immineat, ea precatione & salute auertatur. Aristoteles autem, quòd è capite hominis tanq̄ ex arce ducunt originem, quæ pars diuina & sanctior homini est, propterea prodeuntem inde spiritum, tanq̄ signum augurale & diuinum numen, nos uenerari decere censuit. Ea quidem apud eos qui ista peruestigare adorti sunt, miræ obseruationis fuere. Nam si essent matutina, nefanda ominari & rei inceptandæ irritos conatus facere. Si uerò meridiana, firmissimi auspicij esse, præcipuè à dextris arbitrati sunt. Sæpe tamen symbolum ueritatis, & prognosticum liberationis facere ab insidiarū metu uoluere. Fuitq; animaduersum inter epulas medio accubitu, sternutamento reuocari ferculum. Si non postea gustetur aliquid, inter dira & certissimo exitio haberi. Sed tametsi de sternutamento uariata opinio sit: offensiones tamen pedum infausti semper ominis fuisse ac portenti & prodigij mali, uulgò proditum est. C. Gracchus qua die ciuili seditione oppressus fuit, domo egrediens, ita pede limen offendit, ut non parua uis sanguinis efflueret. Neroni quoq; in expeditionē Alexandriam profecturo Lacinia surgenti adhæsit. Crassi etiam filius cōtra Parthos proditurus in aciem, ita pedem offendit, ut humi prostratus concideret: quos omnes uehementi discrimine, & immani strage oppressos, atq; indignissimam fortunam expertos satis constat. Patentq; abundè exempla, quæ singula exequi longum esset. Illud tamen annotare succurrit, adeò Rhomanos olim, in magnis minimisq; rebus auspiciorū euētus, atq; omina obseruare solitos, ut ab inceptandis prosequendisq; negocijs leui suspitione auguriorum uelut tristia portēderent, & magna infortunia facerent, auocarent. Nec modò auspicia, sed sacrificia, ludosq; solennes ita obseruarunt, ut ob minimas sępe causas illos instaurarēt & reficerēt. Sacrorū uerò cerimonias tā sanctè coluerūt, ut ex leui offensione idē sacrificiū trigesies instauratū, & denuò ac sæpius procurarū fuerit.

Salutem precari in sternutamentis.

Obseruatio ominis ex sternutatione.

Omen ex pedum offensione

¶ Quæ potestas Procõsulis foret, quiue erant Procõsules, & an idem iuris quod Consules haberent. Caput XXVII.



QVOTIES instãtibus curis mihi animus laxatus fuit, sæpenumerò quæsiui quæ potestas Proconsulis foret, illorum quibus finito cõsulatu, prorogatum esset imperium. Et dum quæro, ab authoribus traditũ memoratumq; inueni, quòd ubi finito magistratu annuo, non expediret Consulem prouincia decedere: illi, ne sinè honore esset, imperium sæpe prorogari, ut eam prouinciam Proconsul, non ut Consul administraret. Continuabat prorogabatq; illi Senatus imperium, nonnunq̃ Populus sinè Senatu, ex authoritate Tribunorum plebis. Nam si in decernenda prouincia Senatus auersaretur, Tribunus ad populum ferebat, Plesq; sciebat, & ex scitu Plebis & suffragatione Populi Proconsulatũ decernebat: Idq; quod à Populo scitum erat, ratũ firmumq; manebat. His ergo à Populo uel Senatu prorogabatur sępe imperium ad VI Mẽses, modò ad annum aut donec debellati hostes uel reuocati à Senatu forent, prout ex Repub. esse uidebatur. P. enim Philo COS. narratur primus, cui prorogatum imperium fuisset, & ex eo Proconsulare officium cæpit pro munere dari. Scipioni deinde Aphricano in Aphricam profecto, ne finito Consulatu, incommodo Reipub. prouincia decederet, Imperiũ consulare, donec debellatum esset, propagatum fuit. Nonnunq̃ stantibus COSS. siqui in prouincia tumultus, aut motus orirent, pluresq; prouinciæ oporteret præesse: nouos Proconsules Senatus, nunc ijsdem, nũc alijs decretis prouincijs creauit, ipsisq; plerũq; Legiones & exercitus commisit & mandauit, poteratq; non modò Consuli, sed Prætori proconsulare munus dari: sicut exemplis pluribus extat. Sempronio enim Graccho, & Q. Fabio Maximo COSS. cùm Hannibal Italiã omni clade belli peruastasset, Claudius Marcellus ex Prætore, Proconsul designatus, uires Hannibalis multis prælijs ita fregit & comminuit, ut facile uinci posse documentum daret. Quin & illud animaduersum est, easdem Legiones atq; exercitus, quibus antea COSS. præfuissent, ipsis Procõsulibus, prorogato imperio, demandari, uel nouos comparari contra repentinos motus, quibus hostibus obuiam ire, & magnis opibus rem gerere possent. Habebatq; Proconsul proconsulatus insignia eadem quę & consulatus. Nam & lictores, fasces, secures, prætextam, curulemq; sellam in prouincia sibi decreta uelut. COS. retinebat, quibus insignijs pro imperij maiestate, proq; splendore dignitatis conspicuus erat. Nisi eam adiret prouinciam, in qua COS. præsens foret, aut è Prouincia decedẽs, Rhomam aduentaret. Tunc enim finito honore, sinè imperio aut insigñjs erat. Proconsuli enim portam Rhomæ ingresso, minuebatur honor, priuatusq; & sinè imperio cẽsebatur. Neq; enim Proconsulem habere imperium, ubi unà esset Consul consentaneũ erat, nisi par illi imperium delegatum fuisset. Tunc enim & consularia ornamenta, & potestas utriq; erat par. Hoc tamen intererat, quòd Proconsules aut Proprætores auspicia non habebant: quippe inauspicati erant, cùm COSS. Prætoresq; auspicia haberent maxima. Si tamen COS. in prouinciam ueniret, in qua Proconsul degeret: ipse sinè lictoribus & fascibus Consuli obuiã ire, & uelut priuatus equo descẽdere, & obsequium prębere debebat. Quod uerò æquatum imperium Proconsuli unà cum Consule fuerit, pluribus patet exemplis. Nam & cum T. Claudio COS. qui Aphricã prouinciam sortitus erat. P. Cornelij Scipionis, qui illam Proconsul administrabat, æquatũ imperium fuit. Et cum Vrbs ab Hãnibale admotis hostiliter legionibus premeretur, metusq; de summa rerum esset. Q. Fuluium proconsulem Capua profectum, ne ei minueretur imperium, quòd Vrbem inisset, exæquato cum Consulibus imperio, Vrbi præfuisse legimus. In Vrbem tamen reuersus Proconsul poterat, absentibus Consulibus, eorum uices gerere, Vrbi præesse, Senatũ habere, Comitia futuris Cõsulibus indicere, & si in prouincia sibi decreta quid triumpho dignum gesserat, etiam de uictis hostibus triumphare. P. Philo Proconsul, & cui prorogatum imperium sæpe fuit, Gręcis in Cãpania debellatis, qui rupto imperio desciuerãt de Palępolitanis simul & Gręcis triumphum egit. Et Seruilius Proconsul de Cilicibus & Isauris, quòd indomita ingenia

Proconsul.

Procõsulis insignia.

Proconsul & Proprætor auspicia non habebant.

AEquatum imperium Procõsuli cum Consule.

Proconsulum potestas in Vrbe Consulibus absentibus.

Proconsulum triumphus.

genia debellasset,triumphasse fertur. Tametsi Proconsulem non gerere magistratum ligitimum,& ideo triumphare minimè posse pleriq; asseuerent. Fuit tamē animaduer sum,Proconsulem sinè prouincia nonnunq̄,ut milites in officio haberet & obsequentes imperio,à Senatu creatum exercitui præfuisse. Qui etiam Legatum & Quæstorem,quorum cōsilio niti, quibusq; adiutoribus & ministris tam in administrāda Prouincia,quàm gerendo bello uti posset,sicut COS. habebat. Illud etiam non præterierim,Proconsuli VI tantummodò fascium insignia præire,apud nonnullos scriptis mādatum fuisse. Licet alij XII fasces,lictoresq;,& eadem insignia honorum Proconsuli sicut Consuli apparere argumentis asseuerent. Quæ quidem insignia statim atq; Vrbem egressus est,Proconsul accipit : contentiosam uerò iurisdictionem,nisi in decreta Prouincia non exercet : uoluntariam autem ubiq;. Quippe manumitti apud eos tam liberi quàm serui ubiq; possunt. Apud Legatum uerò Proconsulis,non possunt. Hoc tamen interest,quòd Proconsul in decreta statutaq; sibi Prouincia ius tantum dicit. COS. uerò etiam extra Prouinciam,& ubiq; dicit : quodq; ante successoris aduentū, Legatum dimittere non decebat Proconsulem. Id enim lege Iulia repetundarum uetabatur. Fuitq; memoriæ proditum,non Cōsulibus modò prorogato imperio ultra tēpus finiti honoris Proconsularem iurisdictionem fuisse : sed & Consulem designatū, ante Consulatum proconsulare imperium gessisse. Siquidem Nero Cæsar & alij designati COSS. ante initum honorem sæpe proconsulare imperium gessere. Et Prætores prætura functi,& Quæstores post Quæsturę munus ex Senatus decreto Prouinciæ pręfuere ultra præscriptum,qui non Prætores,aut Quæstores, sed Proprætores Proquæstoresq; dicti nominatiq; sunt. Eundemq; Proprætorem,& Consulis legatum fuisse simul,Quæstoremq; Consulis pro Prætore prauinciæ præfuisse , ibiq; insignia Prætoria,aut Quæstoria habuisse,multiplici exemplo probatum est. Illud quoq; admonitu non inutile duxerim, quasdam Prouincias proconsulares fuisse, ad quas soli mittebantur Proconsules : quasdam Consulares,nonnullas Præsidiales,plerasq; Pretorias, quibus Consules,Præsides,Prætoresq; præfecti erant. Nam Carthago Proconsularis erat prouincia. Numidia, Lybia,& Asia citra Taurum,& Cyrenę,Consulares. Tripolis,& utraq; Mauritana,atq; Aegyptus sub Pręsidibus fuere. Cyprus, Iberia, Sardinia, Sicilia, Illyricus, Achaia, Creta, & Bithynia, Prætoriæ. Sardiniam & Corsicam, olim Prætorias,postea sub Præsidibus fuisse comperimus. Soli uerò Massilienses & Nemausenses ab onere prouincialis prætoriæ feruntur immunes. Cunq; omnis Hispania in VI prouincias diuidatur,ex his Bæthica & Lusitania consulares fuerūt,reliquę sub Præsidibus. Ea uerò in IIII cōuentus diuisa fuit,in quibus dabātur iura, Gaditanum, Cordubensem, Actisatanum,& Hispalensem. Lusitania uerò in Emericensem, Pacensem,& Scalobitanum. Norici & Pannonij in IIII prouincias, Valeriam, Suauiā, Dalmaticā & Mesiam. Cappadocia in X Præturas,postea in Satrapeas diuisa fuit. Armeniæ magna pars in XII gubernationes. Chatramotitæ,qui iuxta sinum Arabicum incolunt,in IIII nomades. Paphlagonia in Tetrarchias. Mysia in administrationes. Aegypt⁹ in præfecturas & regiones. Syria in Toparchias. Thracia in Strategeas. Troas in IX principatus. Indi in VI quinterniones,singulas præfecturas diuisere. Nonnulli in Satrapeas sicut Laodiceam. Alij in Ethnarchias : multi in Tribus: pleriq; in Classes aut Centurias partiti fuere. Gallia, Aquitania,& Britannia prouinciæ X & VIII numerantur : ad quas Præsides mittebantur,quas Cęsar in Prouinciæ formā redegit primus. Macedonia VII Prouincias habuit, Totidē Illyric⁹, Thracia VI. Augustus Galliam & Aegyptum, Claudius Cappadociam, Cæsar, Archelao uita functo, maiorē Cappadociam Rhomanorum prouincias fecit. Proditur tamen Ciaxares primus Asiæ populos in Prouincias distribuisse,& in suum quemq; ordinem distinxisse, Hastatos, Sagittarios,& Equites. Nero Cæsar pontum Polemoniacum & Alpes Coctias, Polemone rege uita functo,prouincias fecit : & nationes Alpium maritimas in ius Latij trāstulit. Fertur uerò de Cappadocia mirū,quòd cùm liberi essent, libertatem à Rhomanis deprecati sunt : asserentes illam se ferre non posse , & sub Regibus esse maluere. Vespasianus Achaiam, Lyciam, Thraciam, Ciliciam, Comagenem, Rhodum, Bizantium,

Proconsul sine prouincia.

Fasces Proconsuli VI. tantū.

Consul in quo à proconsule differat.

Proprætores Proquæstores.

Prouinciæ proconsulares, cōsulares, præsidiales, & prætoriæ.

Hispaniæ prouinciæ.

Norici & Pānonij.
Cappadocia.
Armenia.
Chatramotitæ
Paphlagonia.
Mysia.
Syria.
Troas.
Indi.
Gallia.
Aquitania.
Britannia.
Macedonia.
Illyrici.
Thracia.

Cappadoces libertatem deprecati.

tium,& Samum, libertate adempta, prouincias fecit. Traianus Daciam, Mesopotamiã, Assyriam, Arabiam, & Armeniam. Fuitq; hæc dignitas apud Rhomanos in usu frequens, maximiq; splendoris: donec temporis interuallo, post Hadrianum Imperatorem, & ordo, & honor Proconsularis desiere. Siquidem M. Antoninus imperator, prouincias ex Proconsularibus, Consulares aut Prætorias pro belli necessitate fecit: ipse uerò Augustus pacatas imperij prouincias & ab hostili tumultu ociosas, Populo Rhomano regendas dedit, sibiq; tumultuantes & operosas, aut hostium incursionibus inquietas desumpsit: ad quas modò Proconsules, Præsides, aut Præfectos cum imperio, modò præsidia & exercitus, nonnunquam Legiones & auxilia destinauit. Tiberius quoq; Achaiam & Macedoniam onera deprecantes, Proconsulari imperio exemit, sibiq; illas regendas asciuit.

Proconsulũ dignitas quando desijt.

¶ Licere uti Accusatiuo casu nonnunq̃ in uerbis localibus, contrà regulas Grammaticorum. Caput XXVIII.



ADHIBITVS sum in concilium, magis q̃ in Concilio, & in causam descẽdi potius q̃ in causa dici cum frequentius, tum ornatius sæpenumerò uidemus, fuitq; hic sermo ueteribus, non frequens modò, sed cõcinnus & elegatus. T. Liuius de Macedonico bello, Si ex quo traiecimus in Græciam, ad hibitus essem in concilium. Idem. Si semel, inquit, in causam descenderit, nihil integrum futurum sit: Et alibi, in euentum eius Vrbis positum, sperni ab uniuersa gente Thessalorum aut timeri. Et rursus, in quę conciliũ dedi. Et de Macedonico octauo, in ædem Herculis signum ipsius Dei positum, & seiuges equi. Quẽ dicendi modum habuisse proprium & perpetuum ausim contendere. Quinetiam illud animaduertimus, uerbis localibus per Accusandi casum eundẽ frequenter usum: contraq; Grammaticas regulas nouo exemplo multa usurpasse, ubi minimè conuenire putaretur, quæ oratio à regula Latinitatis procul abesse uisa est: sed tamẽ rectè & probabiliter dici, in eaq; magnum fuisse orationis ornatum cuiuis patere potest. Quippe de Macedonico bello L. Cornelius COS. inquit, relicto ad exercitum Claudio legato, Rhomam uenit. Idem, quæ pro Chalcidensibus ad ruripi fretum dicta erant. Cæsar commentario quinto. Allobroges, inquit, crebrò ad Rhodanũ dispositis præsidijs. Cicero ad Catonẽ, Cùm ad Cibistra quinq; dies essem commoratus: & pleraq; quæ frequenti lectione obuia sunt: ex quibus satis exemplorum colligi potest. Cùm in exercitu, in castris, in Cibistris Grammatici omnes dicendum consentirẽt. Quod tamen non inelegãter dici sępenumerò uidemus. Nam præter euphoniæ sonum, qui aptior conuenientiorq; fuit, cùm præpositionem ad Accusandi casui adijcimus, eius eam uim uirtutemq; animaduertimus, ut prope locum rem agi, certissima obseruatione designet, ut proximis modò authoritatibus ostensum est. Quod enim Cæsar ad Rhodanũ disposita præsidia habuit: aut Cicero ad Cibistra fuit commoratus, uel quod T. Liuius ad exercitum dicit legatum reliquisse: Id signat, iuxta Rhodanum, exercitum, uel Cibistrã: uel per Solœcismi modum dici Grammatici uolunt, & imprimis Diomedes, ut è cœlo descendere in terris. Aut quandam magis intentionem, ac uim, & penitus atq; altè fuisse penetratum in rem, de qua agimus, exprimere contendimus, & tunc in prępositio Accusatiuo apposita, expressius id significauit, ut superiore exordio, & primis probatorum authoritatibus percensuimus. Huius rei admonuit me liber obseruationum Grammatici cuiuspiam, quę in manus meas uenere, in quibus ita scriptũ legimus, In marmore incisæ sunt literæ, in gemma, in lapide, in ligno: nõ in marmor, gemmam, lapidem, uel lignum. Cõtrà uerò, in æs incisas literas dicimus, non in ære. Cùm longè secus contra istius Grammatici opinionem crebrò apud Authores usurpatũ inueniamus. Nam in lapide uel ligno, aut lapidem uel lignum, & in ære uel in æs incisas literas passim dici licere, plusculis exemplis apparret. Maioremq; uim per Accusandi casum exprimi, & penitus atq; altè fuisse penetratũ demõstrari. Plinius Iunior ad Traianum, Quæ uos, inquit, Patres cõscripti, ne qua interciperet obliuio, & in publica acta mittenda,

Verba localia cum accusatiuo

Lau. Valla. taxatus lib iij. cap. xviij.

mittenda, & incidenda in ære censuistis. Plinius item naturalis historiæ quarto & trigesimo, Vsus, inquit, æris ad perpetuitatem monumentorũ iampridem translatus est, tabulis æneis, in quibus publicæ constitutiones incidantur. Cicero quoq; actione sexta in Verrem. Id non modò tunc scripserunt, inquit, uerùm etiam in ære incisum nobis reliquerunt. Ex quibus apparet per Accusandi & auferendi casum: in marmor, & in æs, ac in marmore & ære, incisas esse literas Latinè dici licere. Sed cùm Accusandi casum ponimus, uideri expressius atq; altius rem fixam designari: cùm uerò Ablatiuo utimur, leuiter & in superficie, & non penetrari funditus significari.

¶Equestris ordo quando primùm ceptus fuit, quæq; ipsius ordinis potestas, & officium, atq; insignia fuerint. Caput XXIX.



ECTE & condignè quidam extimauerunt, cùm duo ordines, Plebis scilicet & Senatorius Rhomæ à principio æditi fuissent: Equestrem ordinem, qui medium teneret locum, postea adijci ceptum esse. Quibus pur pura, ut Patricijs & Senatorijs, uti non licebat: Ius tamen annulorũ aureorum, quo insigni à plebe secernebantur, & medius ordo notabatur, publicè tributum ferunt. Quod quidem ius, non Equitibus modò tanq̃ bellicæ uirtutis insigne, sed & Senatoribus, & militiæ primoribus datum fuit. Is tamẽ ordo etsi Senatorio minor, magnæ tamẽ amplitudinis uigorisq; habitus est. Quippe erat auctus amplissimis honoribus, & Senatorio penè par. Nam cùm à principio originũ, eiecto Tarquinio, & depulso metu Regio, in libertatem se Vrbs uendicasset: Brutus primus ex Equestri ordine Senatum suppleuit, trecẽtosq; delegit Senatores, quorum cõsilio & authoritate niterentur. Lapsis deinde temporibus, C. Gracchus Tiberij frater, & haud multo post Liuius Drusus Tribunus plebis, uberiori compendio eum aliquando ordinem cum Senatorio confundere decreuerunt. Vtq; plus dignitatis ferret, ut in Senatum uenire, & sententiam dicere liceret, lege sacrata, deinde plebiscito sanxerunt. Quibus etiam Equitibus tributum est, ut tametsi à Censoribus in Senatum allecti non essent: pro eo tamen quòd magistratus & honores gesserant, in Senatũ uenire, & suffragari, ac sententiæ ius habere possent, qui sunt pedarij appellati. Quinetiam Equites supra Senatores extulerũt, & uelut longè principes plerunq; antelati sunt. Néue iudicia quæ penes Senatores erant, illius tantùm ordinis forent. Idem. M. Liuius, ut æqua parte penes Senatum & Equestrem ordinem diuiderẽtur, legem promulgasse fertur: quæ diu sancta & incorrupta mansit: quæ res magnarum sæpe dissentionum & dimicationis perniciosæ causa, & seminariũ fuit. Ipsæq; decuriæ iudicum, quæ ex ordine Equestri deligebantur, mox pluribus discretæ nominibus fuere. Quippe alij Tribuni æris, alij selecti, nonnulli appellati sunt iudices, quibus postea nongẽti additi ab omnibus secreti: quibus scita suffragiorum in Comitijs custodire negocium erat, qui tametsi iudicum non Equitum nomina ferrent, tamen Equestris fuisse ordinis, & inter Equites adnumerari, haud dubium est. Nanq; & annulo, ut Equites, utebãtur, & eadem habebant honoris insignia, ijsdemq; fungebantur muneribus. Ad quas aliquem ex nouis ciuibus, & cui haud multo tempore ciuitas data esset, admitti non decebat, quia nefas duxere ciuem nouicium inter Equites adnumerari. Tametsi Hannibalis tempore, quo Italiam omni clade belli peruastabat, ius annulorũ aureorũ fuisse promiscui usus Plinius asseueret. Hic etiã ordo quandoq; diuisus in plures species fuit, nominibus uarijs, ex quibus qui ampliori prærogatiua illustres erant, petræ cognomentum tulere, pleriq; Fabiani, alijq; alio nomine censi. Deniq; Nero Cæsar ordinem Augustanorum Equitum instituit primus, reliquis per eũ ordinibus offensis, & ferè destitutis: quoq; plus dignitatis ferrẽt, seruatum est, ne multæ Prouinciæ per solos Equites Rhomanos Præsidum loco regerentur. Nam & Cappadociæ, & Aegypto, & alijs pluribus diu Equites Rhomani præfuere. Inter quas Aegyptus hoc proprium tulit & peculiare, ut ad eam nemo Senatorij, sed Equestris tantùm ordinis Præses accederet: quorũ decreta Diuus Augustus perinde haberi iussit, ac si Rhomę magistratus, aut Reges, Cõsules,

Ius annulorum quibus initio cõcessum.

Amplitudo ordinis Equestris.

Senatus ex Equestri ordine à Bruto suppletus.

Senatores pedarij.
Equites antelati Senatoribus.

Decuriæ iudicum uarijs modis nominatæ.

Ius annulorum promiscuus.
Equestris ordo diuisus.

ſules, Prætoréſue, illa cenſuiſſent. Cumq; Imperatores ius populo dicerent, fuit conſti-
tutum ut Equites cum Senatoribus una dijudicandis cauſis conſilio adeſſent, ita ut eo-
rum arbitratu iura & controuerſias diffinirent. Tantiq; ſplendoris fuere, ut Præfectu-
ram prætorij ampliſſimum munus continua ſerie ad Titū uſq; ab ordine Equeſtri ad-
miniſtratam legamus: quinetiam rēs Cæſarum & negotia procurare, iam diu Eque-
Equites degenerarunt. ſtris nobilitas cenſebatur. Et cùm defluxis moribus, Equites Rhomani magno abuſu,
Pantomimis aggregarent, illorumq; latera cingerent: Tiberius Cæſar Equeſtrē ſplē-
dorem illorum contagio pollui arbitratus, ne Equites Rhomani prodeūtes eorum la
tera tegerent, edicto uetuit. Tametſi legamus Augusti tempore Equites Rhomanos
ad Scenicas operas prodiſſe, & Neronē Equites ut operas harenæ promitterēt, præ-
mijs donisq; adegiſſe. Contrà uerò Caligulam. Nam Equeſtrem ordinē, ut Scenæ de-
uotum aſſiduè proſcidit, & conuitijs affecit. Cœpitq; mox in Senatus conſultis poſt Po-
pulum Rhomanū Equeſter ordo adijci, ita ut Senatus populusq; Rhomanus, & Eque-
ſter ordo publica decreta, edictaq; teſtarētur. Eoq; dignationis ordo proceſſit, ut Me-
cœnas Equeſtri gradu uelut ampliſſimo faſtigio contentus, ad Senatorium tranſire nō
Laticlauus. curarit. Cui poſtea ſequti Cæſares laticlauum, diſtinctum tamen à Senatorio, uelut ho-
noris ornamentum tradidere. Cautumq; fuit, nequis huic ordini aſciſſeretur, néue ius
annulorum aureorum daretur, niſi ipſe ingenuus, pater & auus ingenui forent, cuiq;
Quadraginta ſeſtertia peculium equeſtre. ſeſtertia CCCC, quod peculium Equeſtre habitum eſt, cenſus fuiſſet, quod etiam Ti-
berij edicto cauebatur. Fuere qui crederent, auri ornamenta fœminis medium quan-
Fœminis auri ornamēta quod Equitibus annuli. doq; ordinem feciſſe: ſtolasq; à plebeis diuiſiſſe, ut ſicut annulus Equitibus, ita auri
cultus fœminis medium ordinē deſignaret. Apud Rhomanos uerò flos ordinis Eque
ſtris Fabius Rutilian⁹ inter ornatiſſimos fuiſſe proditur, qui Magiſter equitum cum
Fab. Rutilianus. Papyrio Curſore aduerſus Samnites militauit. Quo tempore, perpetuo Senatuſcon-
ſulto cautum fuit, ne cui pater, auus, aut maritus, Eques Rhomanus fuiſſet, quæſtū ſui
Publicani equeſtris ordinis. corporis faceret, aut indignis artibus ſe pollueret. Et tametſi Publicani antea huic ordi
ni aſciti eſſent (ſiquidem principes Equeſtris ordinis olim Publicani fuere: floſq; E-
quitum Rhomanorum Publicanorum ordine continebat) poſtea deprauatis moribus,
Plura cap xix huius libri. paulatim Mancipes & Scribæ pro concione ab Imperatoribus, uelut præcipuo mune-
re, aureis annulis donari cœpere. Deinde libertinos hoc iure donari, & ordini aduocari
cœptum. Fuere enim Mancipes qui prærogatiuam inter Publicanos habebāt. Qui ue-
Mancipes. Publicani. rò uectigalia redimebant, Publicani dicti. Demum uiliſſima mancipia, ſeruitute exem-
pta, in hunc ordinem aſciſcere, & Equeſtri dignitate, ac prætorijs ornamentis honeſta-
Nominis mutatio. re, uſus inualuit. In qua re ſeruatū eſt, ut ſublatis exploſiſq; ueteribus nominibus, quos
ad Equeſtrem ſplendorem aduocabant, ingenuorum ueterumq; Rhomanorum nomi-
Chalcidenſes. nibus nūcuparēt, ne quid nota nominis obſoleti, collato honori officeret. Apud Chal-
cidenſes uerò tanta ratio peculij habita eſt, ut qui eſſent locupletes, Equitum nomina
Cretenſes. ferrent. Cretenſes quoq; Equitum ordinem, & uetuſtate, & dignitate lōgè præcipuū,
Achæi. & magno precio habuere. Achæis Equeſter honor, uelut præcipuo ſemper munere
Germani. præcelluit. Sicut Germanis qui Bataui dicuntur. Et Capuæ Equitibus plerunq; eſt ho
Capuenſes. nos habitus, quibus ciuitas data eſt: quòd bello Latino à Rhomanis non deſciuiſſent.
Gaditani. Maximæ uerò celebritatis apud Gaditanos hic ordo fuiſſe traditur. Siquidem uno cē-
ſu CCCC Gaditani bello egregij, huius ordinis cenſi traduntur. Qui etiam nume-
Patauienſes. rus in Equeſtri dignitate Patauij fuiſſe proditus eſt. Illud tamen præcipiendum nō ne-
Quibus militibus annulos aureos geſtare conceſſum. gauerim, non cuicunq; militi annulos aureos paſſim deferre licuiſſe, quia niſi ex pri-
moribus militum, aut re magna & extimatione forent: aut Præfectus, Centurio, De-
curio, aut Tribunus, exercitui præeſſent: uel à Prīcipe, aut Prætore aureo annulo do
nati fuiſſent, illis impunè uti non licebat. Ferreo enim militib⁹ paſſim uti permittitur.
Perſæ. Quem morem Perſæ uſurparunt, quibus neq; aurum Zonámue, aut monile, neq; an-
nulum niſi Regis munere collatum deferre licet. Poſt temporum uerò interualla non
modò annuli aurei, ſed diuerſi generis munera uelut ampla precia militibus dari cœpe
re. Quippe Aurelianus Imperator Gregarijs militibus, ut per omne tēpus militiæ fi-
bulas haberent aureas, priuilegium dedit. Seuerus ultra aureos annulos, etiam dome-
ſticas

ſticas concubinas largitus fuit, quibus delinimentis militum animos emolliuit, & eneruauit. Apud Macedones Chlamys & Apex aureus munera regia fuere. Sertorius pictas Chlamydes militi dona impartiuit. Alexander Macedo uſum Perſicæ ſtolæ. Vetuſto tamen more in Rhomanis legionibus ſolis Tribunis aureas fibulas habere: Gregario uerò, aut Manipulari, balteos aut phaleras argento decoras ferre permittitur. Ferturq́ꝫ Iulius Cæſar, milites tam cultos habuiſſe, ut etiam auro & argento politis armis, ornaret. Tametſi Brutus in Philippis Tribunis fibulas aureas ut probrum obiectauit. Non ſic Spartacus, qui dum cõtra Rhomanos molitur arma, omnem auri argentiq́ꝫ uſum militi interdixit. Præ cæteris Fabritius Cenſor tantæ abſtinentiæ, & tam caſtigatæ diſciplinæ fuit, ut ſummos Duces plus ꝙ pateram & ſalinum ex argẽto in caſtris habere edicto inhibuerit: & Peſcennius Niger tantæ ſeueritatis, ut ſummoto omni argento, in uaſis ligneis milites ueſci iuſſerit. Cõtrà uerò de Antiocho proditum eſt, qui tam prodigæ luxuriæ exercitum duxit, ut præter frena & monilia, phaleras, & armillas, atq́ꝫ ephippia, galeas, & arma, etiam clauos aureos crepidis ſubiectos, & argentea uaſa ad ſpurciſſimos uſus, reliquamq́ꝫ ſupellectilem ex argento auroq́ꝫ intertextam, militibus ferre permiſerit.

Macedonũ regum munera.
Fibulæ aureæ.
Iulij prodigalitas.
Bruti, Spartaci, Fabritij, & Peſcennij, frugalitas.
Antiochi lux⁹.

¶ Quid ſit charta Opiſthographa apud Iureconſultos, de qua Vlpianus mentionem fecit, & quot chartarum genera fuerint, & quid Ciſiarius apud eundem Vlpianum. Caput XXX.



QVIDAM inter Cauſidicos patronus diſertiſſimus, & in literis non poſtremi nominis adiuit me, atq́ꝫ alterum cum quo in foro deambulabã Iuriſperitum non paruæ extimationis uirum, natura triſti admodũ & recondita, cuius nomen libẽs prætereo, ne quem uidear inceſſere: & petijt ab eo edoceri, quid ſibi uellet Vlpianus de bonorũ poſſeſſione ſecũdum Tabulas, ubi inquit chartæ appellationem etiã ad nouam chartam referri, & ad deleticiam: proinde ſi in opiſthographo quiſpiam teſtatus ſit, poſſe hinc peti bonorũ poſſeſſionem. Quid eſſet Opiſthographum ſignificari ſibi poſtulabat. Cumq́ꝫ ille reſpondere cunctaretur, & incertus animo fluctuaret, putare ſe nihilominus dixit, ex Interpretis authoritate, Opiſthographam dici chartam, in qua deſcriptę impẽſæ ad calculos referuntur, unà cum tributis & debitis: afferens quandam uerbi deriuationem dericulã, & alia nugalia quæ cùm ſint perſpicuæ falſitatis, referre nõ neceſſe habeo. Nec multo poſt, quæſtione depoſita, cùm ad alios ſermones diuertiſſet, quaſi tacita couſeſſione uictus, non ſinè pudore digreſſus eſt. Quo digreſſo, quid ego ſentirem de Opiſtographo petijt à me ille ſeriò explanari. Dixi ego ſatis liquere uerbi originemè Græco deductam, & quantum aſſequi poteram, Opiſthographam dici chartam, quæ utraq́ꝫ facie & diuerſo latere ſcripturæ admouebatur, hoc eſt, intus & à tergo: quæ plerunq́ꝫ non ſpecie libelli erat, ſed uoluminis inſtar torquebatur, quo more priſci ſcripta ędidiſſe ferũtur, deductũ nomen ἀπὸ τ' ὄπισθεν, quod poſt & retro ſignificat, καὶ γραφή, quod eſt ſcriptura. Qui igit tam à facie quam à tergo ſcripta exarabãt, in Opiſthographo ſcripſiſſe ferebantur. Plinius Iunior: electorum commentarios centum ſexaginta mihi reliquit opiſthographos, hoc eſt, etiam à tergo ſcriptos, unde morbum opiſthotonicũ dici uolunt illorũ, qui ceruicem retro flexã habuere: ſicut Opiſthocomæ, qui comas retro ferre cõſueuere, qualis Hectoris coma dicit fuiſſe. Fuere eñ apud ueteres chartarum diuerſa genera. Nã & ſyngrapha & opiſthographa ędebant ſcripta. Syngrapha enim uno, Opiſthographa utroq́ꝫ exarant latere. Quod uerò Teſtatoris manu ſcriptũ erat, Holographũ: quod priuatim, Chirographũ: quod aũt quiſq́ꝫ ſua manu ſcripſit, Autographum. Præter quæ fuit Hieratica ex biblo in Aegypto freques, ſacris tantũ uoluminibus dicata. Hæ fuere à principio ex cortice platani, fraxini, aceris, populi albę. Itẽ fagi & ulmi, aut (ſicut Vlpian⁹ cenſuit) ex tilia, philyra, & papyro. Liber eñ interior pars eſt corticis quę ligno cohęret, in ꝙ ante uſum chartarũ exarabant ſcripta, uel in palmarum.

Opiſthographum.
ὀπισθότονικὸν πάθος.
Opiſthocomæ.
Chartarũ genera.
Syngrapha.
Holographum.
Chirographũ.
Autographũ.
Hieratica papyrus.
Liber.

marum folijs, ut Plinius notat. Fuitq; antiquissimi moris, publica monumēta plumbeis uoluminibus, priuata autem linteis describi: in quibus nōnunq̄ publica. In Papyro at perrarò publica, frequentius priuata ædebantur. Is enim in paluſtribus Aegypti frequens erat, qui intextus farina glutinabatur. Erāt quoq; tabellæ cera illitæ, in quibus monumenta literis nonnunq̄ mandari legimus, aliquando duplices, plerunq; triplices, aut quincuplices colore diuersæ. Nā & luteæ erant, uirides, croceæ, purpureæ. In triplicibus epiſtolas: in quincuplicib⁹ honores & magiſtrat⁹: in duplicibus, ſiqd eſſet arcanum & ſubticēdum, interioresq; animi notas magis adnotabant. Philyram uerò corticem eſſe Tiliæ Græci aſſeuerant, in qua notas uerborum & ſenſa mandari literis sæpe proditum eſt. Poſt quas chartæ hædinæ (quas pergamenas uocant) fuere, Pergami urbe Troadis primùm inuentæ: ubi cùm Attalus & Eumenes imperitarēt, nobilē illam omnium ſermone celebratam bibliothecam, cōquiſitis undiq; exēplaribus, hædinis chartis conſtruxiſſe feruntur. Nam aliam Ptolemęus Philadelphus plus CC millium uoluminum in Alexandria diſpoſuit. Quam M. Antonium Cleopatræ largitum fuiſſe: nonnulli ad primum duraſſe bellum cum Auguſto, aſſeuerant: quæ mox incēdio abſumpta fuit. Rhomæ autem Aſinius Pollio uatum libris conſeruandis bibliothecam dicauit primus: in qua M. Varronis imaginem adhuc uiuētis pro cumulo magnæ gloriæ poſuiſſe fertur: ſicut Victorino ob doctrinæ magnitudinem uiuenti ſtatuam Populus in foro poſuit. Apud Athenas Pyſiſtratus illius exēplo bibliothecam fecit. Meminitq; Herodotus, priſca cōſuetudine, hædinas pelles biblos nūcupaſſe ueteres, quòd aliquando biblorum inopia eiuſmodi pelles ſcripturæ admouerent. Brachmanes literas non ceris, nec libris, ſed in ſindonibus fullatis coloribus effinxere. Babylonij uerò coctilibus laterculis mores, leges, atq; inſtituta tradidere. Quare Cleantes quod à Zenone audierat, in tegula oſſe adnotauit. Phœnices animaliū figuras literarum loco inſcalpebant lapidibus. Ab his eīn profectus Cadmus literas Græciæ intulit, quę eædem manſere ſemper, & cum literis ſermo, licet pelaſgica lingua ſæpe mutata & abſciſſa fuerit. Sicut Aſſyrijs Rhadamātus: Aegytijs Memnon & Anubis: Phrygibus Hercules: Latinis uerò Carmēta & Pelaſgi, aut ab Corinthio Demaratho profecti: uel (ut putant alij) Symonides & Beroſus primos characteres ædidere. Quamuis Aegyptios per animalium figuras primùm ſenſus mentis effinxiſſe, & antiquiſſima monumenta mandaſſe literis, nonnulli ferant. Alij Aſſyrios qui notas literarum docuerint, arbitrantur primos. Nonnulli Ionum characteres à primis originibus æditos omnis uetuſtatis nuncios fuiſſe putant: ſicut Pherecydem Syrum proſam orationem inueniſſe. Proditumq; memoriæ eſt Aegyptios literas habuiſſe uſitatiſſimas, quas ſinguli diſcunt: quas uerò dicunt ſacras, interiores, & reconditas, ſoli Sacerdotes norunt à parentibus traditas, qui etiam ex omni æternitate rerum geſtarum ſenſa effinxere. Atq; Aethiopes perplexo ſcripturæ genere uſos: ut non ex lateribus digeſtis ordinibus, (ut mos communis habet) ſed à ſummo ad imum literarū ductus exararent, quod Tepocon Græci appellant, qui cùm ſeptem characteres habeāt, illorū ſinguli quatuor recipiunt ſignificat⁹. Atq; Aegyptios à dextra in ſiniſtra, cōtra Græcorū morē, ductus diſponere. Atq; Indos abſq; uſu literarum omnis æui res geſtas & memoratu dignas, Pythagorico more, memoria tenuiſſe: illaſq; à parentibus traditas per manus poſteris dediſſe: qui tamen haud multo poſt in ſindonibus ſcribere inceptarunt, totaſq; paginas monumentis rerū geſtarū impleuerunt. Fuitq; apud Carthaginenſes uetus conſtitutū, nequis Græcas literas aut Idioma ediſceret, cùm arcana illorū conſilia & abditos ſenſus linguæ comertio & per occulta colloquia Dionyſio prodita intelligerēt. Rhomanis quoq; per ſigna, ac paruas breueſq; notas, multarum literarum ſenſa colligere per notarios uſus inualuit, adeò ut quis citato ſermone, æditas in foro orationes per notas facile actuarij exciperent, ac ſenſa & uerba intelligerēt. Quinetiā Rhomani principes lectores apud ſe habebāt, quos ἀναγνώσας dixere, cùm ipſi occupati, lectioni uacare non ualerent: qui etiā uſum Latini ſermonis nonnullis Colonijs pro munere impartiuerūt. Quippe Cumanis à populo Rho. tributum fuit, ut publicè Latinè loqui liceret, utq; præconibus Latinæ uendendi, auctionandiq; facultas foret. Rurſus quæſiuit ſibi explanari,

Tabellæ ceree. — *Philyra.* — *Chartæ hædinæ.* — *Attali & Eumenis bibliotheca.* — *Ptole. bibliotheca.* — *Aſinij Pollionis bibliotheca.* — *Pyſiſtratus.* — *Brachmanum ſcriptura.* — *Babylonum.* — *Literarum inuentores.* — *AEgyptij animalium figuris ſenſa exprimebant.* — *Pherecydes proſæ in uentor.* — *Aegyptijs duo genera literarum.* — *Aethiopes.* — *Indi.* — *Carth. Græcas literas diſcere prohibitū.* — *Lectores apud Rhomanos.* — *Latini ſermonis uſus pro munere datus.*

explanari, qui esset Cisiarius, de quo apud Vlpianum & Legū peritos frequens mentio fit. Dixi ego Cisiariū dici qui uehiculum duceret, & quasi aurigaret. Cisium enim uehiculi genus esse aperte liquet. Cicero in Antonium secunda Philippica. Inde cisio celeriter ad Vrbem uenit, capite inuoluto. Etenim uehiculorū curruumq; diuersa fuisse genera non una facie apud authores legimus. Nam & Essedum, & Petoritum, Cisium, Carruca, Carpentum, Pilentum, Arcera, Plaustrum, Rheda, & Sarracum, Epiredium, quod barbarum est, Carri, Couinum & Arcirma. Licet diuersi generis, omnes tamen uehiculorum numero fuere. Petoritum enim gallicum fuit rotarum IIII. Pilentum ueneti coloris, quo matronæ uectabantur castæ, quas postea Basternas dixere. Couinum Britannorum, Esseda Belgarum, Thensa Deorum ex argento, Carrucæ Germanorum & Gallorum. Arcera infirmorum: Erat enim plaustrum tectū undiq;. Eas quidem Carrucas etiam in Italia frequentes fuisse comperimus. Quippe Nero Cæsar, nunq̄ minus M carrucis iter fecisse proditur, longo semper agmine impedimentorum incedente. Censuitq; Iureconsultus titulo locati, quòd si Cisiarius, dum pręterire contendit cæteros, Cisium euertit, & seruum quassauit uel occidit, culpa non liberari; sed in eum ex locato ius dari & agi licere.

Cisiarius. Vehiculorū genera diuersa. Petoritum. Pilentum. Theusa. Couinum. Arcera.

¶ Solere magnos successus ex infima fortuna, & futuras calamitates plerunq; signis præmonstrari. Caput XXXI.



VT omnis antiquitas fabulosa est, his qui in magnis discriminibus positi, admirabiles exitus habuere, aut ex inopi calamitosaq; fortuna, Regium fastigium & imperia quæsiuere, quò res admirabilior uideretur, commenta miraculi non semel affinxit, ut qui ex grauibus periculis postea erepti forent, maiestate & cura Numinū, nō casu aut fortuna seruati uiderentur. Romulū & Remū ex Rhea Syluia, & Marte genitos cùm exponi in profluentem Amulius iussisset, à Lupa distentis uberibus alitos, pleriq; omnes tradiderūt. Quod commentū fabulæ ab exteris nostri mutuati sunt. Nam Cyro Persarum Regi, cuius latè imperium ualuit, cùm ab Astyage expositus & pulsus infans foret, canē ubera prębentem, illumq; à feris defendentem pastor gregis inuenisse traditur: quæ res futuram ipsius magnitudinem haud dubiè portendere uisa est: Nec uana prædictio fuit: quippe qui rerum gestarū magnitudine paruo imperij spacio omnes Reges antecesserit. Hieronem Syracusanum, quòd ex ancilla æditus fuerat, in syluis expositum apes congesto in os melle aliquandiu aluere: qui mox omnes asperitates superuadēs, tantùm ingenio & uirtute ualuit, ut ob multa rei militaris facinora, regnum Syracusis, & omnia ornamenta uirtutum, paulopost assequutus sit. Hic est enim ille Hiero, qui præcipua & constanti fide rem Rhomanam iuuit: unoq; tenore amicus populi Rhomani & fidissimus cultor perpetuò mãsit. Pari exemplo traditur Semiramis circa Syriæ stagnum infans exposita, ab auibus diu alita & educata, magno præsagio futuræ felicitatis, quæ mox sublata à pastoribus, post uarios casus, Regia coniunx fieri, & latè imperitare meruit. Midæ quoq; Regi Phrygiæ cùm obdormisceret, Formicæ, quæ tritici grana in os congessere, diuitias & opes immodicas illi futuras euidentissimis ostentis adnotarūt. Habis Tartessiorū Rex, magnis difficultatibus infans agitatus, tandē inter feras à ceruа alitus, & haud multo post laqueo captus, post subactas gentes & domitas, sæuientes fortunæ minas experiri desijt: qui deinde regnum assequutus, documenta egregij Principis dedit: sūmoq; iustitiæ temperamento illis gentibus præfuit. Quod commentum de Telepho Herculis filio, qui aui iussu in syluis expositus fuerat, ueteres prodidere. Sicut Peliam ab equa, Paridē ab ursa, Aegistum à capra, enutritos fabulati sunt. Adeò ex grauibus periculis ereptis, futuræ signa felicitatis quandoq; fuere prænuncia. Rursus Sandrocotto, qui haud multo post Indorum rex fuit, cùm Alexandro inuisus infestusq;, sæuiciam fugiens, per uastas solitudines curis & insomnijs fatigatus, languēte corpore iaceret afflictus, solusq; obdormisceret, Leo horribilis & pertimescendus sudorem dormiēti detersit lingua: quod ostentū ex omni sæuicia

Fabulosæ antiquorum historiæ. Romulus & Remus à lupa nutriti. Cyrus à Cane. Hiero ab apibus. Semyramis ab auibus. Midas. Habis à ceruа. Telephus. Pelias ab equa. Paris ab ursa. Aegistus à capra. Sandrocottus.

Gordius. fortunæ illum emersurum, & mox imperij præpotentem designauit. Sicut Gordium dum cõductis bobus agrum coleret, aues omnis generis circum uolantes, illum ex in*Lysimachus.*fima fortuna ad summum honoris culmen processurum ostenderunt. Mitto Lysimachum & alios quos referre multum operæ esset, qui sæuientes fortunæ minas & miserabiles casus, ac uim fati, potestatemq́; mira uirtute superarunt. SED sicut post calamitates magnis præsagijs multi felices euentus sortiti fuere, ita ancipitem fortunam, & infandas strages ac præsens excidium ueluti magna sortis humanæ documenta, nõnul*Portenta infelicitatis futuræ* lis præmonstrare fata uoluerunt. Quo tempore Crœsus Lydorum rex à Cyro subactus, regno pulsus fuit, Semestris filius in crepũdijs articulatè loquutus fertur, magno ostento & pernicioso. Xerxe expeditionem in Græciam parante, equa leporem enixa, & mula quæ incertæ naturæ partum edidit, cruenta bella stregesq́;, & memorandũ illud excidium, quæ postea præcipitantibus fatis sequta sunt, præmonstrarunt. Saguntí quoq; quo tempore Hannibalis excidium passa est, inter magna & assidua monstra, satis constat, infantem è matris utero penè æditum, in ipsum matris aluum reuertisse. Quod prodigium, quasi diuinatio futuri esset, teterrimum bellum & fatale excidũ, ac imminens fatum quo ad internetionẽ funditus euersa est, haud dubiè ostẽdit. Est quoque in exemplis, excisos panes Syllæ temporibus, manãtis sanguinis guttas fudisse, canesq́; & alia id genus animalia rugitu miserabili lugubres uoces dedisse, bellum ciuile & intestinas clades, tantumq́; cædis, quantum postea effusum est denotasse. Inter quæ ancilla quæ serpentem enixa est, Marsicum portendisse bellum dicitur. Multaq; eiusmodi in medium afferri possent, ut taceam Tarquinium, aliosq́; innumerabiles, ac mille portẽta, quibus maxima & cruenta bella, ac inuidentis fortunæ casus, euentusq́; tristissimi uarijs prodigijs, prædictionibusq́; præscita fuere. Ita profectò est, ut quæ futura quandoq; sunt, multis signis quasi multo antè præuisa, monitu impulsuq́; Dei declarentur. Et quod fatis debetur, siue anceps malum, & aliqua temporis atrocitas, siue certa spes & indubia salus futura sit, nobis portentis signisq́; denũcietur: quibus fata imminẽtia & tempestates sedulò uitari possunt & caueri. Sed quod de Gordio legimus, cui aues circunuolantes auspitium fecere: id nimirum Vitellio Principi exitio fuit. Nam Viennæ pro tribunali sedenti, supra caput & humeros residens gallinaceus, tãtumq́; fœdarum auium superuolasse, ut tenebras penè afferrent, præsens periculum & futuras calamitates quibus ad internetionem Dijs hominibusq́; in fensus redditus est, non cæca existimatione præmonstrauit.

¶Par exemplum Tarquinij superbi & Trasybuli Milesiorum Tyranni, ac Sexti Tarquinij & Zopyri Assyrij. Caput XXXII.



QVOD de Tarquinio Superbo scriptum legimus aliquando, qui odio inexpiabili Dijs hominibusq́; infensus, regno pulsus fuit, cùm Gabios olim opprimere uellet dolis, quia nuncius filij dubiæ fidei uidebatur, ne secreta sui consilij panderet, in hortos quibus deambulabat illum adduxisse. Et cùm nihil responderet, summa papauerũ capita baculo decussisse, quo ænigmate quid uellet pater, filius intellexit. Idem de Trasybulo Melisiorũ Tyranno, non mitioris perfidiæ scriptũ accæpim⁹: Cùm enim à Periandro Corinthio nuncio cõsultus foret, quid sibi agendũ putaret, ut omni suspicione procul & metu uacuus imperitaret, quasi elinguis foret, nihil aliud retulisse ferẽ, præter q̃ quòd nũcium Periãdri haud exploratæ fidei uirũ, in segetẽ messi maturã adduxit, summasq́; frumẽti aristas baculo decussit, nullo uerbo reddito, eodẽ nũcio anxiè prosequẽte, & quid uellet Periandro referri expectãte. Quo facto intellexit sagacis uir ingenij, ut si ciuibus dñari & Tyrãnide potiri cuperet, Principes ciuitatis & sũma capita rerũ, quibuscunq́; modis posset, è medio tolleret, tacitisq́; ambagib⁹, sublatis potẽtioribus illũ regno potiturũ, depulso metu, affirmauit. Atq; hic Perãder fuit, q̃ Tyrãnos si diutib⁹ dñari cupe*Imperium stabile.* „ rent, amore poti⁹ ciuiũ & charitate, quã armis stiparent monuit & suasit. Nõ eñ parua „ dixit munimemta, beneficẽtiã & studia hominum ad perpetuitatẽ. Sed in hoc stratage-

mate,

mate, quod de sexto Tarquinio legitur, cuius fœda uitia, & fœdiores libidines fuere, quòd odio, & dissidio patris simulato, ob suorum morum difficultatem superbumq́ ac immodicum imperium, fugam fecisset, Gabiosq́ infestam Tarquinio gētem petijsset, ab illisq́ exercitui præfect⁹ fuisset, uno atq́ altero prælio prosperè rem egisset. Tunc demum creditā sibi uniuersam rem Gabinā, sublatis de medio primoribus patrū, haud difficulter nec magno certamine in manus Tarquinij tradidisse. Haud absimile factū, sed pari exemplo eisdemq́ confictis dolis, rem gestam apud Persas inuenimus. Nanq́ Assyrij cùm à Dareo desciuissent, Babyloniamq́ urbem prǣualidam occupassent, difficilisq́ expugnatio foret: in magna rerum difficultate Zopyrus quidam ex optimatibus, homo callidus & ueterator, ex omni Barbarie ad omne facinus promptissimus, animo inuerecundo & astu Barbarico, truncis auribus & naso, lacero corpore, & facie deformata fœdum in modum, singulare genus fraudis commentus fuit. Quippe simulans se à Dareo tam fœdè cæsum, cùm illo oris dehonestamento, conspicuus foret, Assyrios & Babyloniam petijt, asserens sibi nullum nisi apud Darij hostes receptum tutum putasse. Inde ab Assyrijs benignè exceptum, Turmis equitum præfectum dicunt fuisse, uno atq́ altero prælio cōtra Dareum prosperè rem gessisse, & cùm ex composito uictor fuisset. Tunc postq̄ Dux totius militiæ constitutus fuit, uniuersum sibi creditum exercitum, ipsamq́ Babyloniam ualido præsidio munitam, in Darij manus haud multo negocio dedisse. Pysistratus quoque memoratur callido astu & uafro ingenio, ut Athenarum dominio potiretur, lacero & deformato corpore, pluribus sibi illatis uulneribus & plagis, in forum prodijsse, & clamore querulo, magnisq́ fletibus incensam multitudinē aduocasse, ea sibi uulnera ab inimicis illata palàm uociferatus. Et cùm custodes corporis, manus iuuenum audacissimorū accǫpisset, Tyrannidē Athenis magno scelere & perfidia inuasisse. Neq́ absimili exēplo Dionysium, qui Syracusas flagitiosius occupauit, pari audacia & astu idem factitasse accǫpimus. Nanq́ dolosis consilijs se multorum insidijs appeti asseuerans, propè concionantis in modum per infimas obtestationes apud Populum, peruicit, ut CCCCCC circa latera armatos sumeret: quo agmine stipatus, graui & superbo dominatu patriam occupauit. Adeò perniciosis exemplis & uæsana cupidine mouētur homines, ut quod uirtute nequeūt, callido astu & malo facinore assequātur. Proditur memoriæ iuuenis inter cæteros non ignaui spiritus, ex optimatibus quos Aristodemus Tyrannus extorres fecerat, hoc consilio usus, ut patriam ab impotenti seruitute liberaret. Nam corpore plagis afflicto, ut fides haberetur, ad Aristodemum uenit: & quos fidissimos habebat, exciuit, illosq́ in saltus inuios & inacessos ubi dispositæ erant insidiæ adduxit, quibus debellatis & Tyranno occiso, Cumas seruili iugo liberauit. Sossis uerò Syracusanus, homo uersuti ingenij, nouandi res occasionem nactus, cùm similibus dolis sanguine fœdatus, & ueste lacera lamentabili uoce contra Dionem multitudinem exciret, consilio parum cælato, postquam dilicuit fraus, tanquam molitor nouarum rerum & uulgi turbator, Athenis iudicium subijt, & intestinæ fraudis pœnas luit.

Tarquinij iunioris techna. *Zopyri facin⁹.* *Pysistrati dolus.* *Dionysij in occupanda tyrānide ars.* *Sossis.*

*

GENIALIVM DIERVM LIBRI SECVNDI FINIS.

ALEXANDRI DE ALE-
XANDRO IVRISPERITI NEA-
POLITANI GENIALIVM
DIERVM LIBER
TERTIVS.

¶Quid dicatur idem apud Philosophos: & quid idem à Iureconsultis, discussum cum Hermolao in Conuiuio familiari. Caput I.



HERMOLAVS Barbarus amicus meꝰ summus, perquã fuit literis homo ornatissimus, bonisq́; disciplinis & ingenuis artibus excultus, ac præter ingenij amœnitatem, quę plurima in homine fuit, doctrina quoq; curiosa & eleganti. Ad eum quotidie, dum Rhomæ ageret, complures uiri bene literati, atq; in studijs doctrinarum magistri, Sapiētiæq; doctores facundissimi, exercēdi animi causa frequentes uentitabant. Accipiebatq; singulos ille, aut noua lectione authoris non uulgaris, nonnunq̃ quæstiunculis ex Philosophia minimè procacibus & petulātibus, sed placidis & ingeniosis, ac pro æstimatu cuiusq; festiua quadam argutia animum lacessentibus: ita ut ipsius consuetudine & sermone quotidiano semper quisq; doctior & lepidior fieret. Forte uerò cùm festa solēniq; die ad cœnam ab eo inuitati, nōnulli ex nostratibus boni adolescentes studia humanitatis professi, & nos unà transactis negotijs conueniremus, excepit nos ille cœnula admodùm lauta & frugi, nō prodigis epulis & paratu magno, sed parco, breui, & parabili cibo, & ut tenui conuictu, ita summa uoluptate comitateq; mutuos ipse sermones mistos conuiualibus iocis, in longum protrahebat: Cunq; inter cœnandum, sicut solebat in conuiuio familiari, Iuuenis quispiam lætæ indolis, & haud illiteratus, Thesei res gestas nuper è Plutarcho in latinum uersas scitè admodùm & uenustè lectitaret, quoq; pacto in Cretam delatus, Labyrinthi errores & Minotauri monstra superarit, reuersoq; ut Athenienses ob res fortiter gestas, dies festos dedicarint: & alia permulta, ut ingenium facundiaq; eius fuit in extollendis uenditandisq; Græcorum rebus, plusq̃ satis est, profusi. Hoc quoq; legebat, nauim qua in Cretã Theseus delatus fuerat, ad Demetrij Phalerei tempora Athenis seruatam custodiri. Et quia longo æuo absumpta materia fuit, lignis antiquioribus detractis, nouisq; cooptatis, diu mansisse. Eaq; cùm eadem Thesei nauis diceretur, apud Philosophos, aliosq; Physicæ studiosos, an eadem esset nauis, an uerò altera ancipitem quæstionem incidisse: Cunq; hæc & pleraq; ex Plutarcho in hanc sententiam ille legisset. Morosa (inquit Hermolaus) & quæ nihil habeat cōtrouersiæ quæstio hæc inter Philosophos agitari cæpta fuit, Cui enim non explicatum est, ubi materia non eadem subest quæ prius erat, & si loco illius altera suffecta sit, minimè eandem rem dici oportere? Constat enim nauim quæ demptis tabulatis & tignis, ex noua materia cooptata est, non eãdem esse. Siquidem cùm quid idem esse dico, illud ita demum esse idem putandum est, si nihil ei additum detractúmue sit: Nauis ergo quæ ueteri dempta, & noua cooptata materia, facta est, quia non eadē materia nunc est quæ olim fuit, eadē omnino dicenda non est: Cunq; me, qui una aderam, quid de istiusmodi re iudicij haberem potissimè interrogaret, Respondi meminisse me in complurium Iurisconsultorum libris secus lōgè atq; ipse cēseret scriptum legisse, quos omnes contrà sentire atq; isti opinioni aduersari haud dubium fuit. Namq; Alphenus iuris ciuilis & ueterum literarum impensè doctus, haud immeritò existimauit, ubi iudicium coram uno pluribúsue agitari cæptum fuit: si illis fato

Idem.

Idem apud Iureconsultos.

fato perfunctis alij suffecti sint, idem iudicium censeri. Et populũ eundem esse qui nũc est, & qui ab hinc centũ annis fuit. Nauim quoq; quæ mutata ueteri materia, noua suffecta est, non aliam, sed eandẽ decere existimari: Quod si aliter dicimus, utiq; foret, ut nos qui immutamur quotidie, ijdem nõ essemus, qui ab hinc anno fuissemus. Quinetiam, si longius euagari libet, inueniemus Vlpianum magna uirum authoritate, qui ob excellentem doctrinam, Aurelij Alexandri Imperatoris Sacri scriniorum Magister fuit, & Pompeium pariter iuris scientem & peritum, literis prodidisse: Si grex mihi testamento legatus esset, isq; adeò immutatus est, ut ne ouis quidem quæ scripti legati tempore fuit, hodie supersit: sed omnis ex sobole postea nata suffectus sit, eundẽ gregem dici, atq; ideo legatum testamento deberi, quia cùm quid loco alterius sufficitur, idem existimari haud dubium est: Atq; hoc (inquam) apud Veteres Iurisperitos ita in cõfessio fuit ut exploratius nihil esse possit: Cunq; Hermolaus me fuisset intuitus, ueluti fateretur quod asserebam: Est (inquit) arbitror ut dicis, etsi mihi hæc sentẽtia omnino non probatur, cui prorsus non accedo: Et cùm ista sit Veterum Iurisperitorum opinio, ut modò dixi, aliquid obniti non auderẽ, si penitus uera foret: Nã quod asseueras Vlpianum & Iurecõsultos sentire, facilis est & expedita distinctio, id quod asserunt censeri in casibus per te modò explicatis, non tamẽ ut in omni re, omniq; negotio idem statuendum censeam. Nam si altius rem intueri uolumus, profectò referre arbitror, cùm quid idem esse dicimus, an illud eiusdem substantiæ & formæ, an uerò alterius dicamus. Formam uerò à substantia abesse non ignoras, quas à uestris Iurecõsultis materiam & speciem appellari audio, quam Aristoteles εἶδος nuncupat: Plato ἰδέαν: nonnulli materiam: pleriq; causam & formam. Cùm ergo aliquid idem esse dico, hoc apud Physicos ita receptum est, quod est uerò propius, tunc demum illud idem dici oportere, si eadem materia subest quæ prius fuit, & forma seu species immutata non est: idq; posse internosci, quod mutatio formæ uel substantiæ diuersam, non eandẽ rem facit. Nauis ergo quæ tignis detractis ex alia materia cooptata est, & grex noua sobole suffectus, sic populus & alia hoc genus, quia materia seu mauis substantia non eadem est, quæ olim fuit: quippe quia illa dempta, alia suffecta est: licet forma uel species nauis, gregis, populi, eadem subsit: eandẽ rem non esse haud dubiè efficit: cùm diuersa materia uel forma dissimilem rem, nõ eandem efficiat: alioqui dicẽdum foret, easdem nunc Athenas esse quæ quondam fuere, eandem Carthaginem, eandem deniq; Rhomam, Vrbes præualidas olim & populos prępotẽtes, nunc, ut uides, ita incendijs & ruinis deformatas, uastas, & infrequẽtes, ut illarum uix memoria aut uestigium extet. Vestri uerò Iureconsulti rem aliter intuentes, licet materia rei mutata, si altera illius loco suffecta sit, dummodò eadem species maneat, eandem rem dici putant. Credo quia nihil officit aut repugnat: quare illud ex constitutione iuris, idem censeri nõ debeat. Etenim si in demortui loco suffectus est iudex, uel si testamento quispiam gregẽ legauit, seu quid aliud arbitrêre, licet quod prius erat, mutatum sit, & aliud illius loco suffectum: quia non propterea mutata Testantis uoluntas probatur, ex qua iuris constitutio pendet, eandem rem cẽseri procul dubio facit. Vbi enim ratio Legis inest, ibi idem esse iudicium bonum & æquũ est. Quod apud Physicos, qui rẽ acutius intuentur, & magis hæc ad uiuum resecant (cùm sint rerum scientissimi & artium periti) nõ ita receptũ est. Leges enim quod probabile est, quãtum'q; ęquitas & ius suadet, sequũtur. Physici uerò, quantum ueritas & ratio necessariò conuincit, efficiunt. Et hoc igitur effici cogiq; potest, id de quo disceptabatur, Nauim quæ mutata ueteri materia, ex altera cooptata est, quia non eadem substantia subest quæ pridem fuit, licet uestri Iurisconsulti aliter sentiant, tamen secundum Physicas rationes, eandem non esse, nec censeri: quia mutata materia, uel substantia, diuersam (ut dixi) non eandẽ rem facit. Hæc Hermolaus admodùm facundo, ut erat, ingenio, multaq; cum elegãtia uerborum, apud complusculos qui aderamus, dum cœnulam nobis daret, scitè subtiliterq; differebat.

Idem apud philosophos & physicos.

¶ Gentium diuersarum mores in condendis humãdisq; corporibus defunctorum, & qui Rhomanorum usus fuerit, Caput II.

Rhomani initio humi condebant, nõ cremabant corpora.



RHOMANOS olim ab ortu Vrbis, defuncta corpora humi condere, necq; cremare consueuisse illud, argumẽto est, quod Numæ Pompilij corpus in arca lapidea, post multa sæcula à Cn. Terentio in Ianiculo inuentum, uetustissimi authores tradunt. Postea cùm longinquis bellis defunctos erui cognouissent, ut igni cremarentur decreto sanxerunt. Primus ex patricijs Cornelius Sylla tradit, qui decedẽs igni se cremari uoluit, ueritus talionem: Nam ipse corpus Marij & eruta ossa subuertit, & in Aniene misit. Inde mansit diu, defunctos cremandi consuetudo: à qua sequẽtis temporibus dum Antonini Cæsares imperitarent, desitum fuit. Tunc enim illo more abrogato, denuo corpora humi condere cępere, ex instituto Thaletis, qui cùm omnia ex aquis cõstare dicat, defunctos terræ mandari iussit, ut humore dissoluantur. Heraclitus uerò igni, tanq̃ ad originem suam reuertantur: quippe cùm omnia ex igne constare diceret. Carthaginẽses uerò cùm prius terra obruerent fato defunctos, postea à Dareo admoniti, mutato consilio, igni tradidere. Apud Syros & Aegyptios condendi & non cremandi corpora, medicataq; cadauera asseruandi in loculis, uetustum morem inualuisse accępimus. Condiebant enim cadauera myrrha, aloe, cedro, melle, sale, cera, bitumine, & resina, odoribus & unguentis delibuta. Ex succo enim Cedri exanimum corpus seruari, sicut uiuentia corrumpi, haud dubiè perspectum est. Sudore quoq; ligni Tedæ concisæ & furnis adactæ, apud eosdem mortuos delibutos, seruari prodiderunt, ita lineamẽtis integris, ut uiui apparerent: quod ab exteris Regibus usurpatum accępimus, ut eorum corpora non cremarent, sed differta odoribus tumulo inferrent, aut humi conderẽt. In tantumq; odores ad defunctos pertinere creditum est, ut quamuis cremarent, unguẽta tamen & odores flammæ inijcerent, Pythagoræi non unguentis, sed folijs populi, myrti, & aloes stipati, humi mandabantur, sicut. M. Cato condi & humari uoluit. Lycurgum legimus, nihil cum mortuo sepeliri mandasse, sed puniceo amictu uelatum, & oleæ fronde circundatum, terræ mandari uoluisse. Albanis pecuniam cum mortuis sepelire in loculis mos erat. Taxilis, Brachmanis, & Iberis, uulturibus defuncta corpora obijcere. Barcheis quæ apud Colchos & Iberos gens est, agnatos morbo extinctos uelut ignauos & degeneres igni tradere, in bello autẽ absumptos tanq̃ fortes & strenuos obijcere uulturibus. Parthi & Magi procul à nostro orbe siti, honestissimam sepulturam uulgo auium aut canum laniatus putauere, nudaq; tantum ossa quæ supererant terræ mandare assuerant. Sicut apud Hircanos, quorum horrida & inculta uita est, aliasq; gentes indomitas, canes pro sepulchro fuere, qui sepulchrales dicti. Hos affluenti cibo nutriebant, & suos quisq; canes parabat in uita, à quibus mortuus laceraretur, atq; hoc eximium & solenne putabatur funus. Persæ fato defunctos cera circunlitos, ut maximè diuturni essent, domi condebant. Assyrij in melle. Regum uerò in paludibus. Humi uerò tradere, aut igne cremare capitale fuit. Essedonum traditur mos, ut parentum funera cantibus prosequantur, mox cœtibus propinquorum aduocatis, quod dictu audituq; fœdum est, ipsis cadaueribus, in mistis ouillis carnibus uescantur. Id quod ab Indis & Massagetis usurpatum ferunt, quorum prodigiosa immanisq; natura est. Nam senio confectos in frusta cædere, illorumq; carnibus immistis pecudibus uesci assueuere. Id quoq; apud Derbices Persicam gentem & cum Hybernis efferatis hominibus cõmune fuit, ut parentes & affines, qui succubuere, comesse pietatis maximæq; honestatis munus putarent: quod Chrysippus philosophus probauit, & literis prodere non dubitauit. Fuitq; proditum eosdem Derbices in more habuisse, uiros certa progressos ætatem, more hostiarum immolare ad aras, mulieres uerò senescentes præfocare. Tradũt Hyperboreos illos penitissimos, qui in extimo orbis tractu siti sunt, homines rigentis barbariæ, & omni humano generi insociales, eos qui longo æuo uixerunt, post epulas & familiare cõuiuium sertis redimitos, ex rupe abrupta in mare dare præcipites, quæ lex in Coo insula ad Hellespontum fuisse traditur, ut supra LX annos nati aconito uitam finire cogantur, ne ipsi desides & ignaui fortium uirorum cibaria assumerent, locumq; & partes aliorum occuparent. Quod de Caspijs quoq; memoriæ proditum est. Nam filij parẽtes septuagenarios domi clausos, aut in loca inculta & deserta, intimasq; solitudines

Cornelius Sylla primus crematus Rhomæ

Thaletis mos sepeliendi. Haracliti.

Carthaginensium.

Syrorum & Aegytiorum.

Condita corpora.

Succus cedri.

Teda.

Pythagoræorũ sepeliendi mos.

Lycurgi sentẽtia de sepultura.

Albanorum.

Taxilorum.

Brachmanum.

Iberorum.

Barcheorum.

Parthorum.

Magorum.

Hircanorum.

Canes sepulchrales.

Persarum.

Assyriorum.

Essedonum.

Indorum.

Massagetarũ.

Derbicum. & Hybernorũ

Hyperboreorũ

Lex in Coo de morte irroganda senibus.

Caspiorum.

solitudines expositos, uel fame enectos, siti & inopia cōficere, celebre funus putarūt. In Scythia gens est, quæ parentum cadauera inter niues & glaciem trūcis affixa arboribus detineāt, illa terræ mādare pro scelere proq; flagitio arbitrati. In Phrygia mortuos Sacerdotes non defodiunt, sed super lapidibus x cubitis erectos, sublimes constituunt. Sicut Nasamones, qui sedentes mortuos statuebant. Thraces quoq; fama est & Indos ętate confectos, illos præcipuè, quibus studiū sapientię fuit, incensis rogis mortem oppetere, & sinè aliquo funerum apparatu, lætos se in flammas iniicere, non refugere, nec formidare. Alios inibi homines in alio tractu orbis intōsos, & incultos ultra Arabes, & Aethiopes, parentes & sibi cōiunctissimos in litoribus, ita ut fluctibus operiantur sepelire. Ipsosq; Aethiopes ad certos annos uitam producere, qua exacta, diuerso quisq; fungatur fato, exanimaq; corpora, uel in flumem deiicere, uel uitro operta, ita ut integra spectent, & posteris spectaculo sint asseruare. Pæones in stagnis, Ichthyophagi in mare defunctos abiiciunt. Troglodytæ Paliuri uirgis mortui ceruicem cum pedibus alligantes efferūt: deinde cadaueri lapides aggerentes, cornu capræ inibi ridentes apponunt, hoc pro exequiali pompa, proq; funere existimantes. Quod à Gymnesiarum incolis usurpatum legimus, ut incisa & desecta cadauera in urnam imponant, desuperq; ingentia saxa accumulent. Arabum uerò mos proditus est, ut Regū & summorum Ducum elata cadauera, in loca tetra & inculta stercore obruant, ac cœno & fimo aggesto, terræ imponant. Panebij si quando Rex moritur, corpus quidem defodiunt, caput uerò auratum in templo augustissimo consecrant dicantq;. Sicut Saitanis, Reges qui imperitarunt, intra septa templi sepelire assuetum erat, hoc sepulturę genus optimum & pietatis ultimum officium æstimātes. Lotophagis nulla sepulchrorum habetur cura, sed defunctos in mare deiiciunt, parum referre arbitrati, igni, terra, uel aqua dessoluantur. Apud Athenienses & omnem ferè Græciam corpora non cremare, sed terræ cōdere, & sepelire cum funebri ueste, Phrygibus uerò igni imponere, antiquissimus mos fuisse proditur. Sed in humandis corporibus Athenienses oriētem uersus, Magarenses & Phœnices, ad occidētem uertere solebant. Aphri uerò ut Græci sepeliunt. Maxima autem sepeliendorum cadauerum cura Atheniensibus fuisse fertur, præcipuè bello peremptorum, ita ut qui illos inhumatos relinquerent, quouis supplicio dignos putarēt. Iccirco summos Duces, quia cæsos nauali pugna in mare deiecerant, grauibus pœnis & capitis supplicio affecere: quibus cùm peremptorū corpora assequi nequirent, illorum ossa & disiecta membra passim strata exquirere, & humo tegere, defunctosq; in acie, tumulo publicè extructo, quotannis pro concione laudare, magnæ curæ fuit. Adeò ut Nicias cum exercitu iter faciens, ne duorum militum inhumata cadauera relinqueret, totum subsistere agmen, donec humarētur, iusserit. Et Cimon Milciadis filius, ut pater sepulchro conderetur, captiuum se præbere non dubitauit. Traditū quoq; est Cares morte sublatos milites, armatos sepelire. Et Syndones tot pisces in sepulchris mittere, quot hostes confecisset qui humaretur. Sicut Iberi pro hostium interfectorum numero, tot obeliscos apponunt, hoc insigne testimonium uirtutis & expertissimum decus arbitrati. Condebant enim prisci corpora, uel arcis lapideis, aut fictilibus cum funebri tunica, quia nudum iacere cadauer pro flagitio erat. Reges uerò externos differtos odoribus in montibus sepeliunt, unde deductum, ut illorum sepulchris pyramides apponant, aut columnas. Rhomani uerò in domibus quas singuli incolebant doliis aut uasculis, qua ex causa Lares, quos domesticos uocāt Deos, colere cœperunt. Postea lege XII Tabularum ne in Vrbe sepelirent, nèue urerentur graui fuit documeto sancitum, cuius Verba sunt, In urbe ne sepelito, nèue urito. Cineres tamen eius qui triumphasset, aut Imperatoris qui hostes bello domuisset, uel armis Rempub. auxisset, in Vrbem ferre licebat, quibus hoc honoris causa, ut in foro cōderentur, tributū est. Licet apud Spartanos secus longè seruatum sit, Lycurgi lege, quibus & in Vrbe, & secus Deorum templa sepelire permissum. Non sic Athenis: nam in campo extra Vrbem tumulus erat, in quo columnæ extabant, in quibus defunctorū nomina per singulas Tribus, qui illic conditi erant, continebantur. Corinthi quoq; extra Vrbem maximorum uirorum monumenta fuere. Inter quæ Diogenis Synopensis,

Scythiæ mos. Phrygiæ. Nasamonum. Thracum. Indorum. Aliorum quorundam. AEthiopum. Pæonum. Ichthyophagorum. Troglodytarū. Gymnesiarum incolarum mos. Arabum. Panebiorum. Saitanorum. Lotophagorū. Atheniensium. Phrygum. Megarensiū. Phœnicum. Aphrorum. Atheniensium in sepeliendis corporibus cura. Nicias. Cimon. Carum mos. Syndonum. Iberorum. Corpora quo condebantur. Rhomanorum. Lex de mortuis in urbe nō sepeliendis. Spartanorum. Atheniensium. Corinthiorū. Diog. Cynici sepulchrum.

sis, quem canem Græci cognominarunt, sepulchrum uisebatur. Reliqui uerò in agris quisq; suis, aut in fundo suburbano, seu auito & patrio solo ex Senatusconsulto, Cn. Duilio COS. Rhomæ humari cõsueuere. In quibus sepeliendi licet toto generi & familiæ ius esset à principio, postea ut in familiam ius sepulchri non descenderet, recẽtiore cura prouisum fuit. Frequẽtius in Flaminia aut Latina uia, ac suburbijs & anfractibus uiarum, Rhomanorum gentilitia sepulchra fuere. Ibiq; Calatini, Scipiones, Seruilij, & Metelli, aliorumq; honestissimæ familiæ condebantur: ad quæ uasa figulini operis, nonnunq̃ arma militaria, ensesq;, & libellos, aliaq; quæ defuncto cordi in uita fuerant, quorunq; efficaci studio tenebatur ferre: & eodem sepulchro tegere assuerant, ut ea quę uiui dilexerãt, unà conderentur. Memini dum Rhomæ agerem, in uetustis sepulchris, quæ in uia Appia plurima uisunt, inter ędificia hortosq;, interq; coagmenta lapidum, erutum cadauer fuisse, multo æuo uetustum, adoloscentulæ mulieris, facie, capillo, oculis, naribus, & reliquis lineamentis prorsus integris & incorruptis: nisi quòd uestigia liquaminum & unguentorum quibus delibutum fuerat, apparebant: recenti specie, inscriptione nulla, qua nomen defunctæ innotesceret. Pomponius tamen uir, ut in ea ætate, ueterum literarum impensè doctus, Tulliolam. M. Tullij Ciceronis filiam, de cuius obitu ad Seruium Sulpitium sunt epistolæ, aut Priscillam Abascãtij, de qua Sylua Papinij extat, fuisse augurabatur. Id quibus argumẽtis asseueraret, cùm nulla inscriptionis uestigia extarent, prorsus nescimus.

Loca gẽtilitiũ sepulchrorum Rhomanorum

Tulliolæ corpus inuentum.

¶ Consularia comitia per quos fiebant, quæue potestas Consulis, quantumq; ius & quæ dignitas foret. Caput III.

Comitia consularia p quos fiebant.



OMITIA Consularia nouis COSS. creandis, non modò per Consules haberi, sed per Interregem: nonnunq̃ absentibus COSS. alterũ Consulem cuius erat sors ut Comitijs præesset, ex Prouincia euocari, aut si morbo uel necessitate impediti, commodo Reipub. auocari nõ possent, Dictatorem dici, qui Comitijs præesset, sæpe rescriptũ est. Dicebat eñi Dictator Consulem ex patrum decreto, nonnunq̃ ex opinione sua, illum cui militares & ciuiles artes, ac Imperatoria consilia forẽt, quiq; è re publica magis esse uidebatur. Tametsi Dictatorẽ comitiorum causa aliquando se Consulem creasse, & in magistratu fuisse legamus, qui Comitijs habitis, Dictatura se abdicabat. Eadẽ uerò Comitia consularia, non solùm cùm utrunq; Cõsulem fieri, sed cùm, altero defuncto, Collegã cooptari oporteret, sæpe indici haud dubium est. Ipsisq; Comitijs plebem interesse ac Cẽturias & Tribus in campũ aduocari frequenter inuenimus, q̃uis sinè plebe per Patres clientesq; Patrum plerunq; habita legamus. In quibus etiam absentes non modò patritios, sed plebeios COSS. nominari licuit. Tametsi æuo succedente ex longo interuallo nobilitas adeò Consulatũ inuasit, ut soli Patricij, penes quos maximæ diuitiæ fuere, eiecta plebe, ad Consulatum assumerentur. Adeoq; plebs obnoxios summisit animos, ut nulli plebeio ad capescendos Consulatus, & intermissum honorem uendicandum animus fuerit, à qua impotentia nobilitatis post aliquot annos, urgente belli discrimine, Patricij desiuere, tunc cùm perculsa nobilitate, C. Marius nouus homo bello Iugurthino COS. factus, plebi Rhomanæ intermissum diu Consulatum restituit. Et tametsi nisi qui Quæsturam, Aedilitatem, & Pręturam per gradus antea gessissent, ad Consulatum nulli admitterentur: plerunq; tamen eos qui nullos antea Curules gesserant magistratus, quibusq; mandatus honor non fuisset, Cõsules creatos inuenimus. C. Claudius Cento, Comitiorum causa Dictator dictus, P. Seruilium. Q. Filium Galbam, qui nullum antea honorem gesserat, Consulem creauit. Et Põpeius Magnus ex S. Cõsulto legibus solutus, priusq̃ alicui magistratui præfuisset. COS. factus est. Quorum nomina, postq̃ Comitijs relati erant COSS. in fastis & annalibus (unde tẽpora & annos Rhomani designabant) imprimis annotare soliti sunt, ex quibus turpissimorũ Cõsulum propter flagitia & dedecora sæpe nomina inducebantur: id quod actis testabatur. Is uerò qui COS. dictus designatusq; fuerat, antè quàm magistratum iniret, Collegam

Cõsul se dictatorem creauit.

Nobilium cõsulatus ambitio atq; inuasio.

Consulatus ad plebem reuolutio.

Consules sinè magistratu alio præcedente creati.

Collega cõsulis

legam sibi sæpe nominabat, quod è re publica uidebat, ut positis simultatibus, una mente consilio ac uirtute, nec fœdo certamine & per dissidium, quod praua ambitio solet, Respub. ageretur, utq; ex uoluntate sua COS. quem maximè appeteret, Collegã haberet. Nonnunq̃ Senatus collegam dixit. Sæpius uerò ipsis Comitijs duo fuere creati Consules communi studio uotoq;. Erãt ergo Rhomæ bini COSS. potestate pari, sicut apud Iberos bini deliguntur Reges: alter qui iura daret, alter qui populis præesset. & Carthaginensibus duo annui Reges præfuere, qui Suffetes dicti. Aliquãdo iudicũ ordo præfuit, qui rerum & personarum ius habebãt. Et Lacedæmonijs bini præfecti, mox bini Reges nomĩe magisq̃ imperio, ex Procli & Heristenis familia primò, postea ex Eurithionis & Agidis: demum ex Heraclidarum genere, pari iure, & imperio non dissimili imperitarunt: tametsi Lycurgus Reipub. curam per ordines diuiserit: quod apud Achæos simile accepimus, ut binos Prætores annuos sibi præficerent: qui publicas res simul & iudicia curarent, aliquãdo X quos δημιουργοὺς uocabãt. Atheniẽses uero post eiectos XXX Tyrãnos, q plures quàm MCCCCC ciues indemnatos necauerunt, neq; sinebant cognatos funeribus adesse: X qui præessent, per Tasybulũ accepere: mox ipsis à Pausania eiectis, Prytanes numero L præfuere, quę pars decima Senatus erat, quorum numerus quingentorum fuit. In quo obseruatum est, ut nemo ex genere Athamantis natu maximus Prytanes fieret: qui etiã Rhodij summus erat magistratus. Apud Chaones autem annui magistratus ex primoribus ciuium deliguntur. Armeniorum Megistanes, Cretẽsium Cosmi dicti sunt. Sicut Persarum Magi & Caramanges, qui loco Prætoris erant. Bœotijs XI summæ rerũ præerant, qui pacis, bellíq; temporibus ius dicebant. Qui quidem COSS etsi pari honore essent, non tamen simul insignia Consulatus, aut imperium habebant. Nam postq̃ Iunius Brutus, eiecto Tarquinio & Regibus exterminatis, cum Collatino COS. creatus est, licet omnia iura & insignia quæ apud Reges erant, populus COSS. concessa uoluerit: tamen ne duplicatus terror uideretur, si apud utrunq; COS. fasces uideret, cautum fuit, ut apud alterũ, eum uidelicet qui imperiũ haberet, fasces essent. Ideo alternis mensibus, modò ad unum, modò ad alterũ COS. fasces trãsire uoluere. Ideq; sequtis temporibus, dum imperium & Respub. stetit, seruatum est. Sed tamẽ quo mẽse fasces non habebat, Accensus apparebat Consuli, Lictores uerò sequebantur, quod intermissum diu, postea Cæsar reuocauit denuo. Et q̃uis COS. antiquiori fasces darentur prius, ueluti caniciem & annos uenerantes: postea lege Iulia cautum fuit, ut ei qui plures liberos quàm Collega haberet, aut si numero pares essent, qui maritus foret præferretur, aut si omnia essent paria, antiquior fasces acciperet. Eos tamen qui secũdum gererent Consulatum, alteri nouum ineunti præferri haud dubium est. Erãt ergo Consulatus insignia XII fasces, Lictores totidem, Purpurea prætexta, curulisq; sella. Quinetiam eum qui antea COS. fuisset, iterum & sæpius Consulem creari: & qui Dictaturam gessisset, in Consulem assumi posse nemo dubitauit. Q. tamen Fabius Maximus legem tulit ad Populum, ne intra annos X eũdem Consulem refici liceret, quam legem consensu tacito abrogatam Sylla iterũ promulgauit. Creatis ergo COSS. Prouinciæ nominabantur, ut eas, uel ipsi inter se compararent, sortirẽturue: quos ire ad bellum, quos præesse exercitibus oporteret: uel si in deligendis Prouincijs nõ conueniret, extra sortem Senatus decerneret. Quod lege Curiata cauebatur, ut Senatus contra legem Curiatã sinè sorte Prouincias designaret, aut si Senatus auersaretur, per Populum agi poterat: ut extra ordinem COS. prouincia daretur: tametsi utrunque COS. in eandem Prouinciam cum exercitu profectum quandoq; legamus. Optionem tamen diligendæ Prouinciæ extra ordinem Collegæ dari, aut suam sortem permutare cum Collega absque decreto Senatus antiquo more non licebat. Ad quas profecturi COSS. si cæsis hostijs & sacrificio perfecto, non facile litarent, sæpe diffuso tempore ire supersessum est. Inter quas fuere minores Prouinciæ, pauci momenti & ferè defamatissimæ, ut syluarum colliumq;, ne cõpingendis nauibus materia deesset, & frequens ad omne genus operum materia suppeteret. COSS. uerò nominatos ab ipso initi magistratus Legiones cum Collega partiri, ac Iouis Opt. Max. templum adire, Senatum

Coss bini apud Rhomanos
Reges bini apud Iberos & Carthag.
Præfecti & Reges bini apud Lacedæmonios.
Lycurg. per ordines.
Achæi.
Athenienses.
Prytanes.
Chaones.
Megistanes.
Cosmi.
Magi.
Caramãges.
Fasces uicissim apud alterum duntaxat consulem.
Vtri prius darentur fasces.
Cõsulatus insignia.
Lex à Fab. lata.
Prouinciarum sortitio inter Coss.
Lex curiata.
Prouinciæ minores.
Coss. statim à creatione quæ agerent.

tum habere, eumq; de Prouincijs, deq; omni statu Reipub. cõsulere, Latinas ferias indicere, Iunoniq; Sospitæ, & Ioui Latiali solenne sacrum in Albano facere: in quo carnem Latinis populis diuidere mos erat, sæpe perspectum est. Indeq; auspicatò ad uota nuncupanda in Capitolium ire. Votisq; nũcupatis, paludatos uel trabeatos in ueste Regia prosequentibus primoribus patrum: in Prouincias quisq; suas proficisci, & prius quàm ad hostes ducerent Legiones, ad populum concionari de Prouincijs, de administratione belli, & quam spem de se polliceri possint, referre solitos inuenimus. Ex omnibus quoq; magistratibus solos COSS. Dictatores, Prætoresq; consularibus auspicijs creatos, anteq̃ adeant magistratus, Lauini Vestæ, & Penatibus rem diuinam facere tradunt. Quibus in bellum profecturis, militaris supellex Consulari maiestate digna, Scribæ, Librarij, Præcones, Apparitores, muli, & tabernacula publicè dabantur. Quæ quidẽ paludamẽta mox sequti Cæsares sibi desumpsere. Diuus uerò Augustus Proconsulibus profecturis in Prouincias, pro mulis & tabernaculis, certam pecuniam subtaxari iussit. Alexãder uerò Seuerus ituris Præsidibus in Prouincias, mulos, equos, uestes, & coquos publicè dabat: in quadruplum illa reddituris, deposita administratione, ubi malè se gessissent. Athenienses uerò Duces in bellum prodituri, sertũ ex olea sacra sumere, & uas aquæ ferre iubebantur. Erat igitur COS. officiũ, domi forisq;, ac belli pacisq; temporibus toti Reipub. consulere, inq; custodienda regendaq; Respub. totis incumbere uiribus, omni deniq; studio, consilio, fide, grauitate, & robore animi, pro cõmodis Reipub. pugnare. Itaq; in exercitu si quæ obeundæ essent expeditiones, Legionibus præerant, & summi Imperatoris officio fungebãtur. Et in Vrbe tam de Prouincijs quã de magistratibus, de fœdere, pactionibus, gerendisq; bellis, militibus scribendis, comparandisue: deq; statu, dignitate, commodisq; Reipub. de communi salute ciuium, & spe bonorum, deq; Legatorum postulatis, Senatum consulere debebat: deq; omnibus his singulorum sententias rogare. Sed citra Senatus aut populi authoritatem, soli decernere non licebat. Ipsorum tamen consilio, magistratu amouere poterat, & de gradu deijcere etiam Prætorem, Censoremq;: uel aqua & igni interdicere, aut exulem esse iubere, bella suscipere, supremum ius habere. Quod lege magistrali cauebatur in hæc uerba. COSS. Regio præsunto imperio, hisq; præeunto, iudicãdo, cõsulendo, Prætores, Iudices apparẽto, militiæ summum ius habento, nemini parẽto, iussa his populi suprema lex esto, eundemq; magistratum, ni interfuerint X anni, ne quis capito, ciuitatẽ annali lege seruanto, duella iusta iustè gerunto, socijs parento, se & seruos continento, Populiq; sui gloriam augento, domum cum laude redeunto, & infra: Nonnunq̃ sinè consulto Senatus COS. magistratu amouisse compertum est: si quidem Flaccus COS, Termum prætorẽ, incõsulto Senatu, honore priuauit, & fascibus. Diem quoq; dicere Tribuno plebis & reliquis magistratibus pro Imperio poterat. Eundemq; ab omnibus magistratibus comitia tum & concionem habere, deq; consilio Senatus consultum facere, & ne fierent inhibere, atq; si è re publica uidebatur, Dictatorem dicere posse, nulla controuersia est: Cunq; honorum finis sit, Consulatus totiusq; Imperij maiestatem gerat, legatis undecimq; in curiam admissis, solus ex authoritate Senatus responsa dabat, legemq; ad Populum ferebat. Is tamen cùm de capite ciuis agebatur, pœnam, capitalémue noxam inferendi ius non habebat, lege ædita qua cauebatur, ut à COSS. (ne per omnia regiã potestatem sibi uẽdicarent) impunè prouocatio esset, néue in caput ciuis Rhomani, nisi populi iussu, animaduertere possent: Tũc enim qui noxæ capitis reus, sceleris coarguitur, ad Populum produci debebat, & dicta causa, ex populi iudicio de capite ciuis cognitio dabatur: Nam soli Dictatori & populo ius de nece ciuium datum est: Tametsi legamus Opimũ COS, cõtra instituta maiorum, primùm Dictatoriam sibi uim usurpasse. C. q; Gracchum & Fuluium Flaccum aliosq;, ciues absq; Populi iudicio necasse: Si tamen COS. Senatus permitteret (quod in summis Respub. casibus, & magna mole periculorum fiebat) ut caueretur ne quid Respub. detrimenti caperet, tunc de nece ciuium decernendi, illosq; omnibus modis coercendi, belli gerendi, domi forisq; summum Imperium habendi ius dari censebatur: Ipsi tamen COS. Rhomanum ciuem etiam Senatorem in carcerem duci iubere, &

Paludamẽtum & trabea uestes consulares

Coss. Dictatores & prætores in bellum profecturi.

Athenienses duces in bellũ prodituri.

Consulis officium.

Coss. potestas

Coss de capite ciuis nullum ius.

& multam irrogare facultas erat: Quod siquis parum iusto iudicio multã irrogatam, aut indigno iniuriam factam quærebatur, alterius COS. opem implorare, ad eumq; prouocare licebat, ipsiq; Collegæ intercedendi inhibẽdiq; nequid secus fieret, ius erat atq; potestas. Quod si quæ causæ Prætoriam excederent cognitionem, de his quoq; apud Consulem iudicium esse perspicuũ est: Et q̃uis tanta potestas COS. foret, eoq; excellentiæ & felicitatis creuerit, ut totius Reipub. & Imperij summam gereret; si quid tamen impotenti animo contra Rempub. molitus fuisset, poterat ei ante tempus finiti honoris Consulatus abrogari, & de gradu deijci, sicut multis exẽplis perspicuũ extat. Q. Cincinatus Dictator. L. Minutium Consulatu abire iussit, & Imperium illi abrogauit, quòd eius ignauia castra hostes obsederant & penè expugnarant. Fuitq; literis memoriæ proditum, quòd in Prouintiam profectus COS. cum exercitu, inde decedere, aut præsidium dimittere, uel in aliam prouinciam ducere iniussu Senatus minimè poterat, idq; lege Iulia sub graui documento uetabatur, ne COS. sua spontè bella gerere, aut in regionem Prouinciamq; sibi non decretam sinè authoritate patrũ & iussu populi accedere liceret. Quod tamen apud Spartanos Reges secus fuisse constat: Illis enim in quãcunq; Prouinciam Regnúmue, suo arbitratu bellum gerere, copiasq; deducere permittitur, etiam sinè cõsulto Senatus. Hoc quoq; memoriæ datum est, post binos COSS. quos ab initio exactis Regibus continua serie creatos nouimus, semel apud unum imperium consulare stetisse, tunc cùm, urgente dissidio, Pompeij & Cæsaris, Senatus nequid Respub. detrimenti caperet, unicum COS. Cn. Pompeium dicere coactus fuit: Iterum Syllæ temporibus, Cinna interempto, solus Carbo gessit Cõsulatum. Quinetiam illud proditum est, COS. initio creatum, ne magistratum iniret, preterquã religione, etiam Senatus consulto uetari, & si inisset, ui atq; imperio se Cõsulatu abdicare, donec alter ritè suffectus esset, iubebatur: quodq; COS. abiturus magistratu, peracto honoris tempore, concionatus ad Populum, solennissimum iusiurandum se in magistratu contra leges nihil egisse, & quãtum ratioue prouideri potuit, ex sui animi sententia nihil deliquisse, conceptis uerbis publicè præstabat: Quod quidem nequid præposterè dicatur, aliquo preeunte sæpe exhibebat, Concioneq; dimissa, cùm ingenti comitatu & gratulatione ciuium stipatus, patrum frequentia domum deducebatur: Illud quoq; non omittendum, quòd licet imperium cõsulare annuum esset, nulliq; nisi exacto quadragesimo & tertio ætatis anno, consulatum capere antea licuerit: pluribus tamen citra eam ætatem, si quod dignum operæpreciũ Reipub. præstitissent, Consulatum gerere permissum fuit. Nam & Valerium Coruinum in tertio & uigesimo ætatis anno, ante legitimum tempus ad Consulatum promotum legimus. Et Mario Iuniori, Scipioni Aphricano, Pompeio Magno, & Octauio Augusto, alijsq; Ducib9, ob singularem rei militaris disciplinam, & ob candorem ingenij ante tempus, Consulatus, aliosq; honores delatos comperimus. Neq; enim ætatis magnam habebant rationem Rhomani, quo minus suffragantibus meritis, Dictaturas & Cõsulatus, aliosq; honores meritis ciuibus demandarent. Quos enim amplissimis ornamentis dignos putarunt, satis annorum & ætatis habere duxerũt, Tametsi L. Iulius Tribunus plebis. Q. Fuluio Flacco & Manlio Acidino COSS. rogationem ad populum tulerit, qua declarauit, qui & quibus annis nati, quemq; magistratum peterent, caperentq;. Fuit preterea literis proditum, eos qui suo anno Consulatum peterent, perrarò sinè repulsa ad præscriptos honores admissos. Qui uerò serius quàm per ætatem liceret, sinè repulsa plerunq; ad Consulatum promotos, Consulibusq; in prouinciam profectis, & cum hostibus bella gerentibus etiam ultra annum & donec debellatum cum hostibus, aut à Senatu reuocati forent, imperium sæpe prorogari. quos tamen non esse COSS. sed uelut perfunctos magistratu, Procõsules nominari. Ipsosq; interim fasces & lictores habere, quoad sibi Proconsulare duraret imperium, satis compertum & cognitum est.

Coss. in ordinẽ redacti atq; de gradu deiecti.

Coss. iniussu Senatus prouĩcia discedere non licebat.

Spartanorum Reges.

Penes unum Cos. imperium consulare.

Iusiurandum Cos. cum magistratu defungeretur.

Aetas Coss.

Notãdum hoc.

Cōsulare imperium prorogatum.

¶Quæ sint Sigillaria, uerbum sæpius repetitum apud Scæuolam Iureconsultum, tertio de legatis. Caput IIII.



ERBA Scæuolæ iureconsulti libro iuris ciuilis responsorum tertio de legatis, hæc fuere. Pater familias ita legauit, lances numero duas leues, quas de Sigillaribus emam, dari uolo. Is de Sigillaribus leues quidē non emerat: Lances aūt emptas habebat, & dictauerat testamentum ante triduum quàm moreretur. Quæsitum est an hæ lances quas emptas de Sigillaribus habuit, legato cederēt, cùm nullas alias de Sigillaribus emerit, nec legauerit. Respondi secundum ea quæ proponerentur, deberi eas quas de Sigillaribus emisset. Hactenus Scæuola. Quæsiui ego à uiro docto, multi nōis inter Causidicos, quid esset dicere, lances quas & de Sigillaribus emam, dari uolo: isq; de Sigillaribus, leues quidem non emerat, ac sæpius repetitum nomen de Sigillaribus quid designaret? Atq; ille cùm Sigillaria uasa esse diceret ad usum nescio quē præparata, informia & impolita, & quædā nugalia ex authoritate Interpretis. Demum post multa deblacterata uerba, cùm se quoq; in contextu uerborū, & eruēdo sensu obstruso dubitare diceret, haud multo post nactus nescio quā occasionē, & causatus sibi negociū esse, non aliter explicato dubio quod quærebā, discessit atq; abijt. Cui⁹ illecebra admoneor ut pessimè cum his actum magnoperè cēseam, qui prætermisso Latinæ linguæ nitore & cultu uerborum, se protinus ad legū interpretamēta præcipites tradunt, magno errore nimis properæ festinationis. Siquidem hoc primùm docendi sunt, quonam modo uim ac sensa uerborum, & Iurisconsultorum mentē planè percipiant, ut siquid in cōtrouersiam uenit, non præposteros sensus, sed proprios assequantur significatus. Sigillaria enim uicum esse Rhomæ celebrem, ubi uenum res uenales exponebantur, ibiq; uasa præcipua, signaq; exquisitæ artis ex ære argentoq; fabrefieri solebāt, unde nomē factum loco, notum ferè & peruulgatū est. Suetonius in Claudio. Essedum argēteum, inquit, sumptuosè fabrefactum, & uenale ad Sigillaria redimi, concidiq; coràm imperauit. Idem in Nerone. Sporum Rhomæ circa Sigillaria comitatus est. Aulus Gellius Noctium Atticarum. Apud Sigillaria forte in libraria ego & L. Paulus cōsedebam⁹: & pleraq; eò pertinētia exēpla, ne exequar singula, quæ omniū sermonibus celebrata sunt. Huc pertinet quod dies Sigillariorū Saturnalibus adiectos legimus, quibus imagunculæ & simulacra uenalia in Sigillaribus proponebāt: quæ pro suis capitibus in sacellum Ditis Rhomani deferebant. Fuit ergo Scæuolæ opinio, Testatorem qui lances quas leues de Sigillaribus se empturum promiserat, legasset, & morte præuētus, nō emisset, sed emptas de Sigillaribus antea habuisset, licet leues se empturū promisisset. Tamen ne Testatoris uoluntas irrita fiat, illas quas de Sigillaribus prius emisset, qualescunq; forent, legato accedere uoluisse.

Legū studiosi relicta linguæ latinæ nitore, inepti plerunq;

Sigillaria.

Dies Sigillariorum.

¶ Quæ delictorum pœnæ maiorum criminū apud diuersas Gētes, more & legibus fuerint constitutæ, & quæ minorum. Caput V.



LATO in Gorgia & Philosophi pleriq; non ignobiles, duplicē puniendis peccatis putant esse causam, unā cōmonitionis, alterā animaduersionis. Cōmonitio delinquentis causa fit, cùm ei qui peccauit, uel pecunia, uel leui coertione multa dicta est, quod eò fit, ut deinceps qui deliquit, ad bene honesteq; uiuendum prōptior & emendatior fiat. Ea pœna per leges inferri solet, cùm leuiter delictum fuit. Vt si iudici aliquid præcipienti contumacius paritum est, uel si Prætoris dicto quis audiens non fuit. Animaduersio uerò, non ipsius qui pœna afficitur, sed reliquorum qui supersunt gratia adhibetur. Vt metu pœnæ ne simili exemplo fiant, reliqui eadem noxa deterreantur. Nā delictum, quo impunitius, eo effrenatius fit: quia nisi fuerit uindicatum, innoxios proposita impunitatis spes mortalium animos criminibus inuitat. Ea animoduersio infertur in uiros facinorosos, & magnis criminibus obnoxios, ut in reos Sacrilegij, Maiestatis, Parricidij, Peculat⁹, aliosq; nefarios, & cōsceleratos, qui porpter aliqd' inauditū facius, pœnas scelerū iure & lege p soluūt. Hic est qd' pro excessu, pœnæ à legibus cōstitutæ sunt: aliæ bonorū, aliæ relegatiōis, nōnullæ mēbrorū, pleræq; capitales: ut p criminis qlitate, legū iudiciorumq;

Duplex puniēdis peccatis causa.

Commonitio.

Animaduersio.

Aliæ atq; aliæ pœnæ pro facinoris magnitudine.

iudiciorumq́ pœnis coerceant, aliquãdo exquisitis tormẽtorũ supplicijs in aliquos pu-
blicè sæuitum est. Etenim qui in Deũ aut principem, parentes aut patriã delinquit: ut
qui patrios Lares focosq́, & Deos penates, quiq; Deorũ delubra, sepulchra maiorum
prodere, fana peculari, parẽtes occidere nõ uerẽtur: nõ uulgari pœna, sed nouis exẽ-
plorum modis afficiẽdos, iura diuina & humana uoluere, posteris documẽto futuros,
ut qui ita affectos uiderint, ne ipsi pari crimine obnoxij fiãt, deterreantur. Indicãt hoc
Rhomanorũ secures fascibus alligatæ. Quippe qui leuiter peccantes flagris & fusti-
bus, qui uerò grauius deliquere, capitali pœna plectere soleant. Hæc em̃ Rhomanis *Rhomani.*
peruulgata pœna fuit, ut leuiter delinquẽtes nudatos uirgis cæderẽt, aut in Latomias *Latomia.*
darent: qui locus erat custodiæ destinatus, iuxta Tullianum, & forũ Piscarium, à Tar
quinio Superbo primùm institutæ. Vel si grauiorib⁹ criminibus obnoxij, capitalia au-
si fuissent, tergo & capite luerent: uel de saxo & robore deijcerent. Erat enim rupes
uasta in Tarpeio foro superstãs: aut si ita essent nefarij & cõscelerati, resoluto plum- *Rupes in foro*
bo necarẽt, uel unco tractos in scalas Gemonias darent præcipites, Exẽplo Thessaloꝝ *Tarpeio.*
quibus locus supplicio destinatus erat, cui nomen corui, ex quo noxij agebant in præ- *Coruus.*
ceps, unde frequens illud apud Aristophanem, ἐς κόρακας. Persis uerò carcer fuit no-
mine Lethes, & domiciliũ cinerib⁹ refertum, ad quod nisi moritur⁹ accedat nemo. Sy- *Lethes.*
racusis quoq; Latomiꝯ, opus ex solido saxo in mirandã altitudinẽ depressum, & omni *Latomia.*
aditu obsepto munitissimũ. Apud Messenios carcer Thesaurus nomine, locus sub ter *Thesaurus.*
ra quadrato saxo, in quo Philopœmenes necatus ferẽ, tã immanis fuit & sæuus, ut neq;
uentum, neq; auram acciperet. Rhomæ Barathrũ dixere noxiorũ custodiã, Athenien- *Barathrum.*
ses sæuissimum carcerẽ Domũ nũcuparũt, sicut tributorũ exactionem ciuitatis regi- *Domus.*
men, miti nomine indignitatẽ rei temperãtes, quo exẽplo Appius Decemuir, Carcerẽ
quem cõstituit, domicilium plebis nũcupauit: alij prõptuariam cellã, nõnulli publicum
hospicium dixerũt. Spartæ Decas erat locus in carcere ad pœnã ædificatus, ubi dãna- *Decas.*
tos mortem oppetere cogebãt. Et spelũca quã Ceadas uocarũt, quasi pallorẽ & lachry *Ceades.*
mas terræ caliginis & diri aspectus, sicut apud Rhomanos Tullianũ. Carthaginẽsibus *Tullianum.*
uerò Ancon teterrimum fuit domiciliũ, & apud Cyprios Ceramon: Sicut Aethiopi- *Ancon.*
bus Macrobijs Heliotrapeza noxiorũ locus erat: Fuere aũt scalæ Gemoniꝯ in Auẽ- *Ceramon.* *Heliotrapeza.*
tino, iuxta tẽplum Iunonis Reginæ, quod Veis captis Camillus dedicauit. Vnde autẽ *Scalæ gemo-*
damnatos supplicijs afficiebãt, Sextriciũ uocarũt, præter quas Latomias, Albæ q̃q; cu- *niæ.* *Sextricium.*
stodiri noxios tanq̃ loco munitissimo sępe notatũ est: Et quis à principio originũ se-
uerissimum de Metio Suffecio sumptum suppliciũ legamus, qui quadrigis distentus, in
diuersa discerptus fuit, tamẽ illud, uelut immite præterq; legũ humanitatẽ, in exẽplum
deductum nõ est. Quinetiam multæ pecuniariæ certus fuit modus præfinitus, quẽ trã- *Multæ pecu-*
scẽdere minimè fas erat: Quippe de multaꝝ æstimatione, tam à COSS. quã Tribu- *niariæ summa*
nis plebis, sæpe Senatuscõsulto, sæpe populi rogatione cautũ fuit, quibus maxima erat *apud Rhoma-*
multa III milliũ & XX assium, quia plus XXX bobus & duabus ouibus quempiam *nos.*
multari nõ decebat, æstimabaturq; bos cẽtussibus, ouis uerò decussibus: minima uerò,
oue taxabaẽ una: Sæpius uerò Rhomani Reges, homicidij cõscios, Arietis dãno mul *Homicidij mul*
tabant, quã in sacrificijs Deoꝝ expẽdere cõsueuere. Siquidẽ prisca paupertas ex no- *ta.*
xiorum bonis sacra Dijs exhibuisse ferẽ: quare supplicia dicta, cautumq́ fuit, ne quis
multam indicẽdo, bouẽ prius q̃ ouẽ noĩaret, ut innotesceret, Rhomanis mitiores semp
placuisse pœnas. Apud Atheniẽses uerò seruatũ inuenim⁹, ut multas in arã Iouis Ser- *Mula apud*
uatoris dedicarẽt: quã semel illatã remittere nõ decebat, licet pœnas iure debitas, pe- *Athenienses.*
cunia redimere fas foret, Platonis exẽplo, qui singulis delictis denariã multã cõstituit: *Platonis de*
ut pro criminis excessu decuplũ penè pẽderet. Germanis q̃q; homicidiũ certo pecoꝝ *multa cõstitutũ.*
numero luebaẽ: leuiora uerò crimina pecoris, uel equi dãno. In metallũ, uel ad insulas *Germani.*
in perpetuũ, uel pręfinito relegare, aut aqua & igni interdicere, seu ad bestias dãnare, *Aqua & igni*
frequens etiã Rhomanis pœna fuit. Illis em̃ aqua & igni interdicebaẽ, q̃bus cõmertiũ *interdicere*
societasq́ hoim, ne quis eos urbe, mẽsa, tecto, aut lare reciperet, uetabaẽ. Ad bestias da- *quid.*
mnabant neq̃ssimi serui, aut hostes infestissimi, plerũq; homĩes perniciosi & immanes, *Bestijs obiecti*
qui ob multiplicia crimina defectionesq́, indigni uenia fuere: quibus in Theatro ut cũ

 immanissimis

Ad aurifodinas & lapicidinas condenati.

immanissimis belluis depugnarēt, negociũ datum est, qui bestiarij dicti: Nonnunq̃ ob crimen dãnatos, auro effodiendo aut lapidicinis Veteres destinarũt, ut uincti opus facerent perpetuò, uel præfinito: illi uerò qui flagicijs uel tam efferis moribus cooperti fuere, quiq; eam capitalem noxam ausi, ut his legũ uulgaris pœna non satis foret, uel ad bestias dãnabant, uel exquisitis tormentorum supplicijs, & ultimis cruciatibus puniebãtur:

Parricidiũ cõmissum. Rhomanorum.

M. Maleolus, matre interempta, Rhomanorum primus parricidij damnatus, insutus culeo in mare precipitatus fuit. L. deinde Hostius post secundum Punicum bellum, parricidij insimulatus, pari supplicio necatus & concruciatus, pœnas dedit: Mãsitq; hæc pœna in parricidas ad hęc tẽpora: Culeo eñ Gallus gallinaceus, Simia, & Vipera cum homine insuit, & in flumen uel mare detruditur: ut in rixa infensorũ animalium & fœda laceratione corporis, ob tãti sceleris immanitatẽ diro cruciatus uulnere interimat. Vtq; ab omni elemẽto repudiatũ cadauer, irrequieto labore, & ppetuis fluctibus agitet.

Aegyptij.

Aegyptij adeò parricidas insectati sunt, ut eos per singula mẽbra acutis calamis impeterẽt, mox minutissimis ictibus cõsauciatos, super spinarũ aceruos cõburerẽt.

Vbi pater filium occidisset.

Si uerò pater filiũ occidisset, ut cõtinuo triduo circa defuncti corpus, genitor assiduus filij spectator esset sanciuerũt: nulla iustiore pœna q̃ facinoris consciẽtia ipsum puniri arbitrati.

Lusitani. Persæ.

Lusitani parricidas finibus eiectos saxis opprimunt. Persæ patris occisorem nothũ putãt. Iulius uerò Cæsar præter præscriptas legibus pœnas, parricidas bonorũ omniũ dãno multauit. Solon, & Romulus nullã in parricidas statuêre pœnã, quòd neminẽ tam nefariũ & cõsceleratum æstimarunt, qui tantũ facinoris admitteret.

In sacrilegos. Græci. Macedones.

Apud Græcos pœna in Sacrilegos statuta fuit seuerissima, ut pręcipitati, uel immersi, aut cõbusti, pœnas darent. Macedones uerò parricidas & maiestatis reos, qui in Principem aliqd moliti essent, obruũt saxis: nec modò facinoris reos, sed oĩm sunt deuota capita, qui illos quouis gradu cõtigissent.

Qui in Rempub. hostilia moliti essent.

Quod si quis in Rẽpub. hostilia molitus esset, uetus erat mos, ut furca ceruici inserta, nudũ per cõpita & uicos ducerẽt, uirgisq; ad necẽ cæderẽt: mox de saxo præcipitẽ agerẽt, aut unco tractũ in Gemonias deijcerent.

Externa.

APVD. exteros aũt in animaduertẽdis facinorib⁹ dispares mores ritusq; fuere.

Areopagitæ.

Nam quos Areopagitæ capitis agebant, tacẽtes ipsi & nulla truci oratione aut efferati odio sentẽtijs afficiebant: Ipsiq; litiũ cõtrouersias noctu & obscura luce, nunq̃ die iudicabant, ut procul ab omni affectu, qui animos in diuersum agit, tantũmodo facta cognoscerẽt, personas nõ uiderẽt.

Iudicũ & principis imago apud Thebanos

Quare Thebani ut incorruptã iustitiã signarẽt, nec uariari gratia, Iudicum imagines sinè manibus; Principis uerò sinè oculis in foro proposuere: ut signis ostẽderent, Iudices affectibus capi nõ oportere. Causaq; definita, damnatos Vndecimuiris pœnis afficiẽdos tradebãt: quibus publica pœna frequẽs cicuta erat, aut uenenũ.

Areopagus.

Is uerò Areopagus Athenis uicus cum tẽplo Martis, in quo primum capitis iudiciũ latũ esse fuisse dicit: Apud quos fuit lege cautũ, ut qui causam dicit, nec proemio utat, nec ad miseratione, aut inuidiã adducat: Quippe mouere affectus per Præconẽ prohibebat Orator, ne cui plus in misericordia q̃ in causa spei esset.

Bithyni. Babylonij.

Bithynis è cõspectu Solis tribunal erat, quòd illũ tanquã sacrosanctũ, causæ dijudicãdæ præesse dicerẽt. Apud Babylonios ubi Reges iura dabãt, quatuor aues è tecti culmine pẽdere dicũt: quæ Fortunæ uarietatẽ, & ne se supra hominẽ efferret, admonerẽt.

Animaduersio in corruptos iudices.

Cambises uerò in sede ubi Iudex per sordes iniustè iudicarat, ipsius detractũ coriũ in lora cõcidit, & tribunal ornauit. Fert Dareus Sãdocẽ Eolidis pręfectũ, quòd pecunia corrupt⁹ iniustè iudicarat, cruce effecisse. Nero quoq; edicto cauit, ne patroni causarum mercede aut munerib⁹ patrocinijs adessent.

Areopagi æstimatio.

Tãtiq; Areopagus fuit, ut Heroas & Semideos illuc in iudiciũ aduocatos dicerẽt, & Pysistrat⁹ in eo iudiciũ subire non dubitarit: Qui post aliquot ætates cùm propter continuas clades & belli mala ferè destitutus esset, Cimon Atheniensis in pristinum illum splendorem lucemq; restituit.

Lacedæmonij noctu sontes plectebant. Rhoma. cõstitutum.

Lacedæmonij quoque, quos mortis supplicio dignos putarunt, noctu non die plectere consueuerunt. Causas uerò iudices occlusi, neminem uidentes, ex clamore concionis iudicabãt: Quod æquè apud Rhomanos ferè comperimus, quibus ante horam decimã de absente iudicare ius non erat. neq; intra XXX diem sortiri dicam, quod lege Rupilia uetabatur. Tametsi noctu sumere supplicium de nocente non liceret; quia nota esse supplicia

se supplicia ad aliorum emendationem publicè cēsuere. Macedonibus saxis opprimere delinquentem antiqui moris erat. Apud Mēphitas homicidij reus ab oppidis, & cōmertio hominum exterminabatur: donec à Gymnosophistis expiatus, in patrium solum, & Lares proprios restitui merebatur: In Meroe uerò si quid Rex deliquit, nulla afficitur pœna, sed cunctis auersantibus, & quotidianū congressum negātibus, mœrore & tabe conficitur. Aegyptijs fuit in more: ut hi de quibus sumendum erat supplicium, ceruices fune innexas tenerent, & frenata ora, ut eo insigni pœnas luituri notarent̄: pridie'q; quàm darent̄ neci, munuscula & cœnā ex Regis mēsa acciperēt: Quē usum Cæsarū tēporibus inualuisse legimus, ut quos morte afficere uolebāt, illis exquisita obsonia & partē cœnæ mitterēt: Si uerò indicta causa suppliciū sumēdum foret, tradito libello, suppliciū cædem'q; demādarēt, ut hoc imperatæ necis pretexus & signū foret. Aethiopū tradit̄ mos, ut delinquētes aureis cathenis uinciant, & quos morti destinassent, per Lictorē signum mortis illis Rex mitteret: ipsi'q; accepto signo, protinus mortem sibi consciscerent, eo genere leti quod quis'q; delegerat: Quod apud Rhomanos quandoq; inoleuit, ut in capitis iudicio per θ, seu κ in urnam cōiectas literas, signū mortis & capitis supplicio afficiendum notarent: per τ & α absolutionis, per λ uerò & υ prolationis & diē diffundi, cùm parùm sibi liquere de causa significarēt, quæ ampliationis tabella dicta est. Z. quoq; in sortibus inauspicata fuit & mali euentus. Nonnulli in nomenclatura militū per τ superstites, per θ defunctos in acie Tribunos annotare prodiderūt. Alij calculo cretæ absolutionis, carbone uerò condemnationis symbolum indicarūt: tametsi Iudices Rhomæ per tabellas plerū'q; ferre iudicia inueniamus, quæ semel definita reuocare non licebat. Apud Græcos aūt, alba faba in sortibus auspicata fuit & boni euētus, nigra uerò mali. Lusitani destinatos neci lapidibus obruunt. Nōnullæ circa Caucasum gentes, etiā pro criminibus maximis, nullū morte afficiunt, sed exilio multāt, Vrbe'q; & agro extermināt: quod in Seripho insula fieri adnotatum est. Apud Indos qui maximi criminis reus agit̄, hanc luit noxā, ut à Rege tonderi iubeat̄, qua pœna nulla insignior fuit: Sicut Hebræis uino abstinere, maxima cēsebatur multa: fuit'q; Atheniēsibus quandoq; lege sancitū, ut qui maximi criminis reus agit̄, si fateret̄ admissum, impunitate donaret̄. Atq; Trallianis, ut qui Minyā aut Lelegē occidisset, si leguminis modium defuncti cognatis exoluisset, è cæde expiatus foret. Alij pro leui excessu mortis pœnā inferebant: Quare occidisse Ciconiā in Thessalia aut Ibim, uel Accipitrem in Aegypto capitale fuit: In Cyrenaica lex erat, ut desertoris pœna teneret̄, qui ingētē uim locustarū, aut earū fœtus nō debellaret. Nā plerum'q; illarum tāta exoritur uis, ut quicquid herbidū est, absumāt. Vaccæis quoq; si quis uel minimum ex alterius agro eripuisset, capite luebat. Sicut Phrygibus rastrum, aut uomer subtrahere. Et Indis qui uectigal furatus esset, capite plectebat̄. Derbices quoq; Persarum gēs, in rebus dijudicādis adeò seuerissimi fuere, ut pro minimis sæpe causis iugularent: apud quos fœda supplicia & inhumana delinquentibus sunt dari solita, presertim supplicij genus quod disphendomena uocāt, ut proceris curuatis arboribus, & criminoso in deflexis cacuminibus alligato, illis repēte laxatis, lacerū corpus in diuersa distraherēt: Aliud'q; nō minus calamitosum & ultimū humanorū, ut duabus scaphis fabrefactis, ibi'q; homine occluso, ita ut manus & caput extarent, tetro odore, & immūda tabe, ac lōgo cruciatu hominē conficerent. Apud Græcos quoq; in noxios sæpe fœdè sæuitum est. Nā ignis & rota nouissima fuere exēpla, & frequēs suppliciū noxiorum: leges etiam Draconis tam seueræ disciplinæ fuere, ut pro leuissimis causis, mortis pœnam inferrēt. Quare uerbū Demadis prodit̄, Draconem nō atramento scripsisse leges Lacedæmonijs, sed sanguine: qua seueritate tantum cōtraxit inuidiæ, ut in Theatro apud Aeginam, populari tumultu omniū cōspiratione iniectu multæ uestis, præfocaretur. Atheniēses quoq; olim dānabāt reos, nō si totā simul legem, sed uel si unā syllabam trangressi fuissent. Neq; prætereūdum, quod quidam Aethiopū Rex fecisse proditur, ut delinquentiū crimina nō mortis pœna, sed nasi mutilatione puniret, ut eā oris turpitudinem ueriti, circumspectius à criminibus abstinerēt: Inter cæteros proditus est Persarum Rex quidam, qui cùm ciuili tumultu, fœdo esset conuicio iactatus, adeò

Macedones. Homicidiū apud Memphitas. In Meroe Rex. Supplicio afficiendi apud Aegyptios. Aethiopes. Mortis, absolutionis, & ampliationis symbola per literas. Z. in sortibus. Per cretā & carbonem. Græci per fabam albam & nigram. Lusitani. Seriphij. Indi. Hebræi. Athenienses. Tralliani. Ob leue crimē capitis supplicium. Cyrenæi. Vaccæi. Phryges. Indi. Derbices. Disphendomena. Græci. Leges Draconis sæuissimæ. Athenienses.

Druidæ & Cercetes. AEthiopes elephantini. Ophiusa herba Venefici in perside.

exarsit,ut totius populi nares rescinderet. Apud Druidas uerò, & Cercetes Galliarū populos,sacrificio interdicere grauissima pœna notabatur:Eos enim quibus ita interdictum erat,inter impios conscelaratosq; habebant. Ferturq; in Elephantina Aethiopia sacri legos hac pœna multari,ut ophiusam herbam bibere cogantur, qua pota, ita terroribus & falsis imaginibus afficiebant,ut mortem sibi consciscerent. Et in Perside ueneficos plecti,ut in amplo lapide caput impingerent, rursusq; alio super inducto illud effringerent: Apud quos fama est delinquentes ante Regiam expectare iudiciū,

Sabatus.

ibiq; pro criminis excessu supplicium pati. Neq; pretermittendus Sabatus Aethiops, qui criminis reos non morte,sed uinctos compedibus operi delegādo plectebat: Aut

Mezentius. Rhom. ciuium prærogatiuum

Mezentius, qui uiuum corpus putido cadaueri colligando,immanissimo cruciatu necabat homines. Apud priscos uerò Rhomanorum,ubi quis noxium & exitiale crimē admisisset,nisi die ad populum dicta,& reo de crimine accusato & conuicto,dieq; cōstituta causæ dictionis,causaq; populi iudicio probata legitimè, supplicium capitis de

Diem dicere alijs quibus cōcessum.

Rhomano ciue sumere non licebat: Dicebatur enim dies ad Populū,à Magistratibus aut à Tribunis plebis,quibus ius dicendi diem data facultas fuit: nōnunq̃ à priuatis. Siquidem Lucullus cùm nullum magistratum gessisset antea,Seruilio Auguri peculatus diem dixit: Et M. Cotta,uirili toga sumpta, Cn. Carbonem reum postulauit: Eoq; producto ad populum,accusatoribus testibusq; adductis, si noxæ capitali & uero cri-

Reorū sordes.

mini loc⁹ erat,de reo supplicium sumebatur iudicio Populi. In qua re mos erat,ut tam ipse reus qui capitis accersitur,cùm ad Populum producitur ad iudicij diē, quàm amici & necessarij,quiq; proximi aderant,prius q̃ in suffragijs Tribus irent,squalida obsoletaq; ueste,flentes & sordidati,barbam capillumq; summittant,& pœnam deprecētur, ut eo squalore & habitu deformi,Populum ad miserationem pietatemq; adducerent:

M. Manlius.

Legimus in iudicio M. Manlij,cùm causam ad Populum diceret,ne coniunctos quidē sanguine in capitis dimicatione,& dubijs rebus uestem mutasse. Et inter clara nomina

App. Claudi⁹.

reorum,Appium Claudium,cùm à Tribunis plebis dicta illi dies esset, nō modò facie reorum non fuisse,sed tanto spiritu,& tam contumaci uultu causam egisse,ut manente

Cicero reus.

ferocia animi,Tribunos perterrefaceret: Contrà uerò cùm in exiliū Cicero ageret, preter Senatum uniuersum,ultra XX millia hominum sordidas uestes & fœdum corporis habitum induisse: ut ob illius calamitatem se quoq; funestos & in ignauo dolo-

Scip. AEmylianus.

re esse ostenderent. Fertur tamen Scipio Aemylianus,cùm esset sibi dies dicta ad Populū à Claudio Asellio Tribuno pl. & reus causam diceret,in discrimine mortis præ-

Cato Censorius.

pter reorum morem,barbam rasitauisse,& nitida ueste fuisse: Et Cato Censorius amplissimum innocentiæ testimonium tulisse,quòd ab inimicis quinquagies criminis po-

Aristophontes

stulatus,in foro causam dixit,& Iudicum uotis absolutus semper. Sicut Aristophōtes Athenis nonagies & quinquies causam dixit,& uictor fuit: Herodes uerò cùm apud

Herodes. Primum Pop. Rho. iudicium.

Hircamim accusaretur,ad causam dicendam purpuratus, & armatorum septus præsidio in forum uenit,& iudicium euasit. Primumq; Populi Rhomani iudicium post exactos Reges de Martio Coriolano fuisse traditur,& C. Galba, qui cùm in collegio Sacerdotum esset,iudicio Populi condēnatus fuit: inde ut iudicio Populi de capite Rhomani ciuis decerneretur,consuetudo mansit: Quinetiam non solùm de ciuis Rhomani capite,sed nec de bonis,nisi ex decreto Senat⁹ & Populi placito,aut eorum qui ius

Reus præmonitus.

dicunt,omnibus sententijs statutum fuisset,decerni lege nihil poterat. Ipsi tamen qui reus agebatur,ne imparatus & insciens accederet ad causam,cuncta quæ ab accusatore mouenda erant,per custodem debent innotescere,& significari: ut diluendi crimi-

Subscriptores. Laudatio iudicialis Rei.

nis & obiecta purgandi facultas foret: Accusatori uerò subscriptores aderant,qui ea quæ accusationi conferrent,summissius suggerebant & preibant. Reo quoq; laudatio iudicialis seruabatur,ut si crimen obiectum dilueret,aut merita præualerent, amici ad miserationem Populum flecterent & circumagerent: Quod deinde Pompeius lege lata fieri uetuit,laudationesq; solitas pro reis usurpari prohibuit: Qui cùm Numantiū Plancum in iudicio laudaturus postea accessisset,Cato,qui iudex aderat,aures manibus obserasse fertur,dicens laudationem quam lege à se lata fieri prohibuerat, lege auer-

Lacedæmonij.

sante audire nolle,quòd legum ipse lator & euersor esset. Lacedæmonijs quoq; Lycurgi

curgi lege cauetur, ut nisi in conuictum & Prætoris iudicio condemnatum, nulli pœna noxæ merita inferatur. Quam legem Agesilaus, cùm de reo omnium nequissimo sumendum supplicium foret, quòd in patriam coniurarat, abrogauit: ne diu negotiũ discutiendo, pœnam iure debitam frustraretur: Fuitq; cõstitutum ut æqualibus uotis super uindicando facinore, in diuersa trahentibus, pro reo iudicium staret, quod uidebatur æquissimum, id quod sæpe ab Atheniensibus factitatum est: Nã cùm de extinguẽdis Mitylenis suffragatores paribus uotis dissentirent, Diodoti sententia peruicit, quia lenior. Et quamuis ueteribus Rhomanorum mitissimas placuisse pœnas legamus, lapsis postea temporibus, à Principibus quos nulla satietas pœnarum cæpit, multa iræ atque inuidiæ fœda exempla ædita inueniuntur, ultimisq; cruciatibus & crudelibus supplicijs sæpe in noxios uindicatum: Nam & tunica fomentis igneis illita, ad palum deligati adurebantur, uel grandi stipite à summo ad imum adigebant, ut igne accenso, crudeli cruciatu excarnificati interirẽt: præterq; equuleos, fidiculas, ergastula, & cruces, circumdatosq; corporibus ignes, lacerationes membrorum & incursus bestiarum, aliosq; enectos ueneno & fame, & dictu fœdiora exempla, quæ exequi longùm esset. Conspectius sumptum fuisse supplicium de Regibus authores memorant: Namq; Antigonum Iudæorum Regem Antonius, indicta causa, quòd ante id tempus nulli Regum contigit, securi percussit: Et Agrippa Bogum Maurusiorum regem, Antonij partes sequutum, supplicio affecit: Fuitq; propterea, magistratus apud Cumæos, quem Phylactum uocant, cuius erat munus, in frequentem Senatum uenire, Regesq; manu apprehensos, de quorum iudicio agebatur, detinere: donec de illorũ præmio aut pœna Patrum decreto statueretur. Quod si is qui reus agitur, & capitis accersitur, prædicta die in iudicium non uenit, uel domo abest, mos Rhomanus erat, ut ante fores ædiũ nomenclator tuba illum ad causam dicendam quatuor diffinitis in locis citaret, neque antè fas erat in eum capitis iudicium dari: aut de noxio supplicium sumi, quàm discussa causa, crimine probato, & reo cõuicto, ne inauditi & indefensi perirẽt. Iudices uerò, qui pro excessu criminis litem daturi erant, cõceptis uerbis se nihil habere, nihil precibus dare, solennissimum iusiurandum præstare cogebantur, quod mox deprauatis iudicijs, fieri desitum est: Hoc quidem iusiurandum apud Aegyptios sanctius præstabatur, in hæc uerba. Vt ne Regis quidem minæ, aut iussa, à recto bonoq; illos deducerẽt, aut transuersos agerent. Apud Athenienses iusiurandũ Iudices præstãt, se secundũ leges sententiam daturos, & causam diffinituros. Iudicium uerò de nocente sic fiebat. ut Prætor tribunal imprimis ascenderet, Noxio post terga ligarentur manus, Misso præconio silentium fieret, legitima deinde Prætoris proferrentur uerba: Classicũ ad spectaculum postea canerẽt, suppliciumq; de noxio sumerẽt, quod plerunq; nõ statim sumebatur: quippe Senatusconsulto Tiberij tempore, & per alias cõstitutiones actũ fuit, ut damnatorum pœna in decimum semper differretur diem.

Vbi adæquarẽt suffragia, reus absoluebatur.

Thucydides in tertio.

Rhomanorum supplicia crudelia.

Supplicium de Regibus sumptum.

Phylactus.

Reus nõ comparens in iudicio.

Iudicum iuramentum solenne ante sentẽtiã definitiuã.

Iudicium de nocente quo pacto fiebat.

Locus ex Ciceronis oratione pro Milone explanatur, & quæ Regiæ, quæq; Atria Rhomæ fuerint. Caput VI.



CVM Rhomæ in Gymnasiũ literarium, quò plerinq; eruditorum cõuenerant: nos quoq; laxandi animi causa quandoq; uẽtitaremus: Doctor ibi quispiã Tullianæ lectionis, ut ipse aiebat, professor, ingenio alioqui exculto, sed suæ laudis plus q̃ satis esset uendicator, multo auditore circũdatus, Ciceronis orationem quam pro Milone inscripsit, magno ingenio elaboratam, publicè apud cõplusculos lectitabat, eiusq; dispositionem & constitutionem, cõmunesq; locos, singulasq; partes & colores, aliaq; Oratoriæ artis documẽta, disciplinasq; Rhetorum, per numeros, nouis & exquisitis modis, ex intimo artificio adnotabat: Cumq; uerba ex ea lectione percenseret, quibus Cicero, quantum potest maximè Clodium in inuidiam crimenq; adducit, eumq; infesta oratione insectatur, his uerbis: Hæc sica longo interuallo cõuersa rursus in me est: Nuper me quidem, ut scitis, ad Regiam penè confecit: Sic ipse explicabat, ut diceret, hanc Regiam fuisse in

colle Quirinali, ubi Numam Pompilium habitasse authores tradunt, quodq; in eo sedẽ habuerat. Ideo Regiam & Atrium Numæ ibi fuisse, & de hac Ciceronem intelligere asserebat. Atq; hæc & pleraque in hanc sentẽtiã cùm ille dixisset, tenuit nos admiratio istius Doctoris tam inconsideratè & perperam loquentis, id quod errore manifesto procul à uero esse liquidò constat: Siquidem non ubicunq; Rhomani Reges belli pacisq; tẽporibus habitarunt, illic Regias aut Atria construxerunt: Tullus Hostilius primò in Velia, mox in Exquilijs ædes habuit: & Tarquinius Priscus supra Nouã uiã: Seruius Tullius etiam Exquilias incoluit: & tamen nullas ijsdẽ in locis Regias habuisse feruntur. VI enim aut ad summum VII Rhomæ fuisse Regias compertum habemus: unam ad ædem Vestæ iuxta forum, quam Numa incoluit, ibiq; Atrium Regiũ fuit: eamq; Regiam longo tempore præcipuam fuisse, cùm religione, tum antiquitate multi prodiderunt: quæ postea incendio Neronis unà cum æde Vestæ deflagrauit. Alteram in Cælio monte, ubi Tullus Hostilius, quò frequentius incoleretur, Regiam ædificauit. Tertiam in Sacra uia, in qua Ancus Martius sedem habuisse fertur: de qua Ciceronem nunc intelligere Asconius sentit: quippe inter seruos Hipsei & Milonis pugnam inibi commissam, & Ciceronem opera Clodij uitæ periculum adisse tradunt: quamuis Acron perperam aliter sentire uisus sit. Aliamq; in Pompei Theatro, quod in campo fuit, fuisse memorant: iuxta Theatra enim Regias sitas persæpe inuenimus: sicut Marcelli Theatrum quod Regiam habuit, ad quam IIII columnas magnitudinis miræ ex Theatro Scauri translatas Plinius notauit: Et Pauli Regiam ad Curtium lacum: & aliam in Sacrario. Fuit enim Theatrum Marcelli ab Augusto, sed alieno nomine, conditum, quo tẽpore à M. Agrippa plura & egregia Rhomæ constructa fuere. Hic enim fuit ille Marcellus Augusti nepos, ex Octauia sorore & Marcello genitus: cui filiam Augustus paucis antè diebus quàm morte sublatus esset, desponsauit. Neq; assentior his qui Atrium in colle Quirinali unà cum Regia conditum fuisse dicunt: Siquidem omnes ab Asinio Pollione Atrium Libertatis imprimis constructum uolunt, quod in templo Libertatis cõspicuæ magnitudinis erat: Postea interiecto tẽpore, Gracchorũ pater in Auentino ex multaticia pecunia illud amplius erexit: in quo bibliotheca Græca Latinaq; uisebatur: quod intercursu temporum penè collapsum Sex. Helius Pætus, & C. Cornelius Censores restaurarunt. Ea quidem Atria ædificij genus fuere, continens mediam aream, in quam ex omni tecto pluuia recipitur, colũnis quadrifariam per singulos angulos dispositis, & epistilijs. Fuit quoq; atrium publicum in Capitolio, & Atriũ Scauri, in quo maximæ columnæ ex præruptissimis saxis collocatæ feruntur: & aliud Põpeij, quæ postea ipsius Curia facta est. Legimus quoq; Atrium Regium iuxta forum piscarium: & duo Atria, Meuium & Titium: quæ Portius Cato in Latomijs fecit. Et Atrium Vestæ: & Saturium, in quo sacrorum tubæ agna lastrabantur. In colle uerò Quirinali quòd Regia aut Atrium fuerit, nec traditur quicq̃, nec inuenitur. Neq; omittendum plures Regias uelut Regalis opulentiæ monumenta, apud plerasq; gentes laudibus celebrari: Nam Cirta & Vtica Massæsyliorum Regum Regiæ fuere: sicut Sybaris Colchorum: Libs Anthei: Iol Iubæ & Zama: Pergami Eumenis: Cynaræ Byblus: Gnosos Minois: Diotari Blutium: Halicarnassus Cariæ principum: Eleusa Archelai, Napatia Candacis Regiæ fuere: Darij uerò Regia fertur Sadracæ in Assyria. Parthorum Susa, ubi hyemem agunt, Ecbatana & Persepolis, ubi æstatem: quam Alexander iniectis facibus, incendit: Indorum Regum Taxila: In Aegypto Abydus: Tigranis Artaxata olim Medorum, nunc Parthorum. Menonis Regia Susis, Attali Trallibus, & Sardis Crœsi Regia uisebatur, quam Gerusiam fecere. Cyri autem Regia Babylon fuit, quam Susis, anteferre statuerat. Tametsi Persarum mos foret, in mõtibus Regias facere, in quibus thesauros & antiquissimas gazas congerabant: ut illas uelut amplissimum uirtutũ monumentum posteris relinquerent. Mithridatis autem erat Gabijs, & Oenotriorum Regum Pandosiæ: Macedonum Demetrias: Illion Priami: Scepsis Aeneæ. Tolgus Pyrrhi. Alexandria uerò tres habuit Regias, unam Lochian promontorium, alteram Timonium appellauit Antonius. Museum quoq; pars Regiarum erat. Etiam in Antiochia

Regiæ vi. aut vij. Rhomæ.

Cicero explicatus.

Acronis error.

Atrium libertatis.

Atria quod genus ædificiorũ.

Atria diuersa Rhomæ.

Regiæ apud exteras gẽtes.

Persarum Regiæ in montibus.

Assyriorum

Assyriorum Regum Regia ferebatur: sicut Sogdianæ gentis in Maracanda: Sami Polycratis. Alexander autem Macedo præcipuè Arabiam, quam sedem imperio delegerat, totius imperij Regiam destinauit.

¶Quo apparatu, quibusq; cærimonijs apud Veteres defuncta corpora igni tradebatur, qualisq; pompa exequiarum foret. Caput VII.



QVO ritu, quibusq; cærimonijs defuncta corpora efferri consueuissent, qualisq; funerum apparatus & exequiarum pompa fuerit, à multis sæpe authoribus intercisè perscriptum est. Imprimis obseruatum fuit, ut proximus sanguine, morientis corpus, dum trahit animā, amplexus, exhalantis spiritum osculo exciperet, flatumq; hauriret: mox decedentis oculos & ora clauderet, usq; ab Homeri temporibus usitatum: nefas existimantes à uiuentibus decedentium oculos spectari, tametsi lege Meuia (ut Varro significat) ne filij parentibus oculos sigillarent, cautum fuerit. Nasamones uerò præcipuè curant, ut morituros, cùm agere incipiunt animam, sedentes constituant, ne cubātes spiritum exhalent. Post quæ defuncti corpus per interualla conclamatum, propriores affines calda abluere, deinde unguentis ungere, candidoq; amictu induere, ac diebus VII seruare solebant, ara constituta, ubi odores incenderent, quæ acerra dicta est. Græcis uerò XVII diebus corpora anteq̃ cremarentur, totidemq; noctibus seruare mos erat. Qui quidem amictus nō ex lana, sed lino intexebatur, Aegyptiorum exemplo, apud quos laneę uestes, nec cum cadauere sepeliuntur, neq; in ædes Deorum important. Id quoque à Græcis usurpatū fuit, ut ueste alba cadauer, coronisq; ornorent, & Pæana canentes, sepulchro inferrent. Die uerò octauo per Præconem indicto funere, ne faudarētur solenni honore supremi dies, ut homines ad honestādas exequias conuenirēt. His uerbis, OLLVS LETO DATVS EST, proclamabatur. Apud Spartanos erat constitutum, ut Rege defuncto, Equites obitum Regis enunciantes cursitent, fœminæq; crinibus passis & libero conquestu, tinnitu ollas pulsent æneas, quibus nec nocte, nec die quies. Tunc audito Regis obitu, in omnem formam luctus cōcedi permissum erat: Mulieresq; proxima affinitate, in ueste candida & capite aperto, ritu Rhomano, eiulantes, funus celebrare. Filij uerò tecto capite, in ueste pulla parentes efferre consueuere. Apud Græcos fœminæ uiriq; in candida ueste, cum coronis amplissimi uiri exequias prosequuntur, & uelut in publico luctu complorāt promiscuè. Quod fuit in more Syracusanis, qui candido amictu uelati, & fronde coronati, Timoleonem extulere, cui perpetuos honores, atq; in foro sepulchrum decreuere: sicut Sycionij Aratum in ueste alba & coronis sepulchro intulere. Argiui quoq; in luctu albas uestes aqua ablutas induunt, & in candido amictu funus comitantur. Aegyptij atq; Assyrij funera obsiti squallore & sordibus, ac cœno obliti, capillum summittentes, & barba detonsa, Milesij uerò, erasis capitibus, plangere consueuerūt: qui mos apud Barbaros inoleuit frequens, ut in funere & casibus auersis, iuuenes tonderent comam, barbam ipsi ponerēt, & Vxorum capita deglabarent. Persæ quoq; detonsis coniugibus & liberis, lacera ueste, lugubri ululatu, corpora efferebāt: qui etiam in funere clarorū uirorum seipsos, equos, & iumenta tondebant. Apud Græcos conuenit in luctu, uiros comas alere, barbam capillumq; summittere, mulieres uerò tonsis crinibus esse: quem morem à Rhomanis usurpatum legimus, ut sorores, defunctis fratribus, & matres filijs orbatæ, in acerbo funeris luctu, cū flebili uociferatione, detonsos crines corpori imponerent; qui mos antiquissimus usq; ab Homero tradit̃: apud quem Patrocli cadauer opertū amicorum capillis superiectis fuit. Et Achilles flauam comam in defuncti Patrocli funere, manibus secuit. Quippe ea lugenti aptissima putant, quæ indecora, nec usitata sunt. Cuius rei causa, in Lycia affines & propinqui in funere muliebres uestes induunt, ut eam uestitus deformitatem pertæsi, citius à lachrymis abstineant. Macedonibus assuetum erat, ut crines tonsi defunctos lugeant. Nanq; Archelaus Macedoniæ rex Euripidem Tragicum intimum familiarem crinem tonsis luxit. In quo facetissimum illud

Nasamones. *Græci.* *Spartanorū ritus, Rege defuncto.* *Filij parentes efferebant.* *Alba uestis lugubris apud quos.* *Luctus indicia* *Comæ detonsio & barbæ.* *Græcorum & Rhomanorum mos.* *Iliad N.* *Lycij.* *Macedones.*

Bionis dictum. Carthaginenses & Græci.
Bionis proditur, perinde lugentes capillum euellere, quasi caluicio mœror leuaretur.
Carthaginenses in luctu comas & ora lacerant, & ubera plangunt. Idem Græcis in
usu fuit, ut in luctu capillum manu discindant, & comam uellant, utiq; defuncti uxor in

AEgyptij in obitu Regis.
fletu oculos corrumpat, quasi hoc munus morientis foret. Aegyptijs quoq; traditur
mos, ut in obitu Regis singuli capita luto deturpent, & nudatis mãmillis mulieres, ui-
riq; pectora plangant: atq; in deformi illuuie, LXXII dies cibis animantium, uino &
omni paratu abstineãt: ac recẽsentes Regis uirtutes, crebris eiulatibus luctũ renouẽt.

Lacedæmonij.
Si uero feles moriatur, in luctus & mœroris signum, sola supercilia eradãt. Apud La
cedæmonios obitu Regis enunciato, Sparciatæ serui & mulieres, ingẽti coacta manu,
laceratis crinibus, abscissa ueste, cum uocibus & ululatu frontes manu plangunt, & ca-
pite conuerberato, interitum miserantes eum fuisse optimum Regum, uoce significãt:
quem morte sublatum omni genere honorum uelut diuinum cumulari Lycurgus le-
ge sanxit. Ideo præualuit mos, Regum & optimatum in funebri pompa, ubi dolore
intestino premuntur, ut decoris immemores, cinere caput aspergant, faciem deturpẽt,

Thraces.
tunicam discidant, humi iaceant, comã uellant. Contrà uero Thraces: nam defunctos
cum cantu & luxu, lasciuaq; gesticulatione, patriũ carmen canentes, efferre soliti sunt.

Massilienses. Cymbri Celtiberi
Massiliensds quoq; nullo dolori indulgentes, funera cum necessarijs adiecto conuiuio
celebrant. Cymbri & Celtiberi, siqui in acie mortem oppetunt, gaudio exultant: si au
tem morbo affecti decedunt, in squallore & luctu sunt. Pellibus quoq; uestiri Rhoma

Rhomani. Qui magistratus aut honores gesserant.
nos diebus luctus, & qui funus facerẽt, cuiusq; cura & procuratio funeris erat præ-
textã pullam induere, apud multos inuenio. Solitos etiam illorum corpora qui magi-
stratus & honores gesserant, in prætexta purpura, togaq; Consulari uel Senatoria,
uirosq; triumphales in tunica Iouis, Plebeiorum uerò in toga plebeia, aut pallio effer-

Ritus efferẽdi funus.
re, & cum eisdem illa cremare sæpe compertum est. Lecto igitur constrato purpura,
aut linteis splendentibus, & in eo defuncti corpore locato: post ultimam conclamatio

Nænia.
nem, Tibicine præcedente qui næniã funebrem, qua laudes defuncti & facta recense
bat, tum pudorem, integritatem, & fidem, non saltabundus, ut olim, sed stans Phrygio
modulo caneret, funus procedebat. Is enim modus erat ad mœrorem accõmodatior,
quod ideo institutum ferunt, quasi in illas æternas amœnitates, ac in sedes & concilia

Qui funeris pompam contempserint.
piorum post funera recepti uideantur. Tametsi multi hoc funeris solẽne, & oẽm ap-
paratũ prætermitti iusserint. Quippe. M. Aemylius Lepidus princeps Senatus de-
cedẽs, pręcepit filijs, ut sinè linteis, sinè purpura & Tibicine funus sibi facerẽt. Et At

Præficæ.
ticus Põponius, multiq; clari uiri sinè põpa funeris efferri uoluere. Præficasq; quæ lu
ctui præessent, aduocare, uel ꝑcio cõducere solebãt, quæ cãtu & funebri carmine lamẽ
tarentur, uitaq; & præclara gesta, summasq; uirtutes non sinè miseratione laudarent.
Nonnunq̃ Mimos qui personas effingerent, ac facta dictaq; repræsentarent, adhibe-

Næniæ. ἰάλεμος Senatores Patricij Plebei Imperatores.
bant. Quas quidem nænias Græcis in luctu sæpe decantari inuenimus, qui Apio co-
ronati, defuncti laudes recensere carmine quod Ialemon uocant, & res memoratu di-
gnas claro præconio celebrare assuerant. Senatoribus uerò & Patricijs, atq; summis
Ducibus Tuba, minoribus & plebeis exequiali Tibia canebãt Siticines. Quam tibi-
am non in funeribus modò, sed in sacris, in ludis, & conuiuijs adhibebant. Imperatori
bus etiam pluribus Tubis mœstum clangentibus, quod à Caribus & Phœnicibus de-
ductum autumnant, qui in funebri pompa breuibus Tibijs lugubrè canentibus, uti con

Feretrum qui ferebant. Imperatorũ & consularium uirorũ feretrum a quibus ferebaur.
sueuere. Deferendi uerò feretrũ propinquioribus uirilis sexus dabatur munus. Itaq;
filij, parentes, & fratres, sorores elatos funere deferebant: nõnunq̃ serui libertate do-
nati: Plerunq; Senatorij, Prætorij, & Consulares, quiq; amplissimis honoribus functi
erant, Imperatorum & Consularium uirorũ feretrum detulere. Quare Pauli Aemy
lij, qui de Macedonia triumphauit, legati Macedonum, & Syllæ Dictatoris feretrum
Senatores & sacræ Virgines extulerunt. Et Metello filij tres Consulares, duo trium

Põpa funebris
phales, unus Censorius, & alter Prætor lectum subiere. Dumq; effertur, insignia hono
rum quos gessisset, ut fasces, secures, lictores, armaq;, & dona militaria, coronasq; oĩs
generis quas in uita meruisset, Vexilla, atq; Vrbiũ dona, & Legionum, spoliaq; hosti-
um, ac munera quæ quis daturus erat, expressosq; cera uultus, & decora maiorum, to-
tiusq;

totiusq́ familiæ longo ordine simulacra,& gentile stēma præferebant ab ultima origi
ne,quanto cum poterant apparatu. Quare. C. Cæsar in amitæ funere, Mariȷ statuas
pro decore familiæ detulisse fertur. Et Tiberius in Drusi funere originem Iuliæ gē
tis, Aeneam, omnesq́ Albanorum reges, Romulum & Appium Clausum, cæterasq́
Appiorum effigies longo ordine produxit. Ferunt quoq́ Iuniam, quæ Cassio nupta
fuit, XX clarissimarum familiarum imagines, uelut indicium splendoris, & uetustatis
familiæ, in funere præcessisset; inter quos Manlios, & Quintios. Cassiumq́, & Brutū.
Nonnunq̄, ut ampliore efferrentur funere, plures defuncto strauere lectos, qui instra *Lecti defuncto strati.*
ti in pompa funeris anteibāt; sicut de Sylla, cui VI mille, & Marcello, cui CCCCCC *Liberti in*
prælatos legimus. Tum siqui ab eo serui manu missi & libertate donati fuerant: illi *funere herili.*
præcipuè, qui fide insignes à domino cogniti forent, herilem interitum miserātes, ple
ni lachrymarum, elatum corpus præcedebant pileati, aut alba lana capitibus uelatis, qui
quanto plures erant, tanto plus nominis laudisq́ dedere, quòd familiam totam decedēs
Dominus, tātis muneribus cumulasset, ac libertatis precio affecisset. Nōnunquā illos
qui rasis capitibus triumphantis currum fuerant prosequti, eiusdem defuncti corpus
pileatos in pompa funeris præcessisse inuenimus. Q. Terentium Culleonem, quem
Scipio Aphricanus seruitio exemerat, quiq́ triūphantis currum capite raso fuerat pro
sequtus, eiusdem elatum corpus pileatum præisse memorant: post sequente proxi-
miorum affinium & amicorum turba, lugētis habitu, capillo demisso, in ueste pulla aut
cerulea, ut Cato significat: Cùm enim adolescentis funus facerent, ceruleum frequen *Vestiū lugubri um color.*
tes induebant. Apud exteros uerò phæus color sumebatur in luctu. Nanq́ Antio- *Apud exteros*
chus, audito fratris obitu, purpura deposita, phæum induit, qui inter album & nigrum *Phæus color.*
fuisse color traditur. Nonnunq̄ Senatu uniuerso & magistratibus cum Vexillis, in-
terdum equitum Turmis, si quando Regum aut Imperatorum funus efferrent, comitā
tibus. Funeris enim hæc lex erat, ut, præcedente pompa funebri, uiui sequantur, tanq̄ *Lex funeralis*
haud multo post morituri. Interim lectulo plerìq́ flores & corollas iacere, nonnulli
unguenta & odores, aliȷ dona cumulare. Idq́ noctu & obscura luce; ideo ardentes fa
ces adhibebant. Nam die funus efferre uetusto more non licuit: quod Demetrius *Interdiu nō ef*
Rex cauit edicto, ut ante lucem uel post crepusculū efferantur corpora; die uerò nō *ferebant mortuum.*
liceret. Sæpe tamē Imperatoris aut Ducis, qui occubuisset in acie, funus Milites quā-
tum poterant militaribus studiȷs celebrarunt. Ea pōpa fuit, ut armatæ instructæq́ Le *Pōpa funebris Imperatoris*
giones in Turmas & Centurias cum Vexillis militaribus inuersis, aut abiectis militię *aut Ducis qui*
insignibus defunctum comitentur; phalerasq́ equis detrahant, ensium mucrones & *in bello occubuisset.*
lancearum cuspides humi deiectos ferant, & rogum lustrent. Id quod apud Græcos
etiam seruari meminimus. Rogo igitur extructo, & Pyra cupresso circundata, pro-
pter grauem cremati corporis nidorem, ne tetro odore abigerentur proximantes, ac *Cremandi cor*
desuper defuncto corpore locato, illius oculos anteq̄ cremaretur patefacere, & cœlo *pora mos & cærimoniæ.*
ostendere mos erat. Apud alios trientem in os defuncti, tanq̄ naulum imponere: quē *Triens in os*
apud inferos dari pro portorio opinio fuit, & uana superstitione creditū: quod apud *impositus.*
Hermionēses uetabatur, quia pronus inde ad inferos descensus erat, quasi naulo nō in
digerent obituri: sicut circa exitum Syrtium fuit Lethes amnis, & in Epiro atq́ He *Lethes.*
raclea pontica Acherusius specus, quē usq́ ad inferna patere dixerunt, & contra Lao *Acherusius.*
diceam os Plutonium, in quo omne animatum moritur, & in Tenaro Laconiæ inferni
hostia, & spelunca per quam Cerberum eductum & furiarum templū esse ferebatur. *Os Plutoniū*
Gallis uerò mutuam in uicem pecuniam dare, quam apud inferos post obitum redde- *Inferni hostia.*
rent, in usu erat. Præfica assistente, & lamentabili carmine populum Rogo circunda- *Galli.*
tum ad complorationes & lachrymas prouocante: Populo etiam largis fletibus, & pa
ri comploratione respondente. In quo luctu quædam ad miserationem canebātur car
mina, & uersus ad Tibiam cum laudibus & lachrymis pietatem, humanitatemq́, & de
functi interitum miserantes. Eam uerò Pyram pro dignitate & honoribus, quibus in *Pyræ extruendæ ratio.*
uita functus erat, & prout amplissimos magistratus & imperia gesserat, modò maiorē,
modò minorem extruxere. Fuitq́ lege XII. Tabularum cautum, ne de lignis politis
extrueretur; donec per funerum ministros, qui Pollinctores dicti sunt, corpus igne *Pollinctores.*
supposito

ſuppoſito,cremabatur. In qua extruenda id ſeruatum eſt,ut præter arida ligna,Papy-
Pyra apud Germanos.
rum quoq;,quò facilius crementur,nõnunq̃ crocum & uinum affatim apponant. Ger-
manis ſtruem Rogi,nec ueſte,nec odoribus cumulare licet,ſed ſua cuiq; arma, & ſuus
equus adijcitur Rogo: corpora uerò clariſſimorũ uirorum, niſi ex lectiſſimis lignis
Cum corpus arderet.
certi generis,concremari ſinè ullo funeris ſolẽni permittitur. Dũq; igne accenſo,cor
pus ardebat,pro dignitate,proq; opibus,quibus quiſq; potens erat,ita amici & affines,
quiq; coniunctiſſimi aderant,quæ chara habebant & præcipui cultus,cum gemitu &
queſtu miſerabili, in luctus & grauiſſimi doloris ſignum,ignibus iaciebant. Itaq; mul
ti ueſtes triumphales, enſeſq; & Balteos: nõnulli arma militaria: Mulieres uerò, ne
ſtudio uincerentur, ornamenta ſua,Armillas,Zonas,mundũq; muliebrem,uittaſq; uir
ginalis comæ: alij retortos cincinnos, & torques,ac bullas prætextaſq; liberorum flã
Odoramenta igni iniecta.
mæ indidere: Thuraq;,unguẽta, & odores omnium generum,quos lancibus ferebãt.
Quare multos copia odorum ad Pyram exanimatos, & præter infinita odoramenta,in
funere Syllæ,ſtatuam iuſtæ magnitudinis ex odoribus abſumptã cõperimus. Quæq;
defuncto chariſſima, & cordi fuiſſe arbitrabantur in uita, quarumq; rerum mirum &
efficax ſtudium fuerat,ut ſcuta,gladios, & arma,canes,dilectos equos,Luſcinias,aueſq;
ad eundem Rogum trucidatos,ut unà cum defuncto cremarentur, igni tradebãt: ple
Amici ſe in Rogũ conijciẽtes.
riq; uerò ſeipſos. Vnde exemplis palam factum nouimus,multos accẽſis dominorum
Rogis,doloris impatiẽtes,uel uiolẽtas ſibi manus intuliſſe,aut igni pariter abſumptos
eſſe. Quod etiam de canibus,qui charitate Dominorum in flãmas ſe iniecere memo-
riæ proditum eſt. Nam Hieronis & Lyſimachi canes, accenſis Rogis Dominorum,
Comæ Rogo iniectæ.
in flammas ſe ieciſſe, & uno incendio arſiſſe tradunt. Qui etiam erat Græcorum &
Aethiopum præcipuus mos,ut comas ad Rogum diſſecent,corporiq;, & igni imponãt
boues & pecora,equoſq; & canes in ignem mittant,uinumq; & oleum fundant. Vtq;
Rege morte ſublato,familiares, & qui cum eo coniunctiſſimè uixerant,charitate Prin
Indi.
cipis uim uitæ ſibi ad Rogum afferant, unaq; morte intereant. Indorum peruulgata
hiſtoria eſt,ut uiro defuncto,quæ chariſſima coniunx in uita fuerat, eodem igne abſu
Thraces.
matur,unaq; concremetur. Thracibus & Getis erat iſte mos,ut uiro defuncto, præci-
puè dilecta coniunx,maximo cultu ornata,ad tumulũ Duci, & à propinquiore macta
Galli.
ri,eodemq; tumulo humari debeat. Gallis uerò,ut ſerui,clienteſq; cum dominis patro
Gerri.
niſue unà crementur uiuentes,eademq; pyra intereãt. Gerri Scythica gens,defuncto
Rege,in tumulo ubi cadauer odoribus delibutum erat,præcipuã concubinarum, pin-
cernam,coquũ,agaſonem,ac miniſtrũ,unà tumulare,equoſq;, & L ex miniſtris ad Ro
Græci in funere Ducis aut Imperatoris.
gum præfocare aſſuerant. Græcis uerò uſurpatur,ut Imperatore aut Duce fato per
functis, funus efferatur ſolenni pompa, & apparatu Regio: captiuiq; & milites circa
Rogum digladientur,oueſq; & boues mactentur. Vtq; in omnem formam luctus cõ
cedatur,equi uiriq; tondãtur, propugnacula è mœnibus diruantur,templa lapidentur,
aræ ſubuertantur,Lares abijciãtur,partus exponantur,cibo abſtineant,ignis extingua
tur,atq; in pompa funeris,Magiſtratus, Sacerdotes, pueri, atq; Iuuenes cũ trophæis,
Ad rogũ adferri ſolita.
coroniſq;, & armis miliaribus funus proſequantur. Cœnas quoq; ferales apparari &
Crateres lacte,uino, & ſanguine,necnon mella & crocum ad Rogum inferri ſolita in-
Galatæ.
uenimus: ut unà cum defuncto crementur. Fuitq; moris Galatarum, ut defuncti fa-
miliares, & affines inſcriptas epiſtolas ad Rogum conijciant, uelut apud inferos mor-
Funebris laudatio.
tui illas mox lecturi forent. Funebremq; laudationem,optimates, & grandes natu,aut
proximi neceſſarij in honore poſiti de laudibus defuncti habere,ac ſolenni laudatione
illius facta dictaq;, & totius uitæ curſum, maiorumq; laudes recenſere aſſuerant. Pri-
Valerius Pubicola primus oratione funebri uſus.
mus enim Valerius Publicola,mortuo Bruto,ſupremas ipſius laudes accurata oratio-
ne proſequtus fuit. Inde inſtitutum,ut clarorum uirorum in funeribus, ſolẽnis lauda-
tio eſſet. Nam & Appii decemuiri defuncti laudationem ſequtis temporibus plebs
æquis auribus audiuit. Et Scipionem in funere ſupremo, ut hominem diuinum, Ma-
Aegyptij,rege defuncto.
ximus commendauit. Fuitq; in uſu apud Aegyptios, Rege defuncto,anteq̃ iuſta dẽ-
tur,per Sacerdotem qui proximam tenebat dignitatem,omnem uitæ ſeriem, & ipſius
dicta factaq;, & an fuerit fortiſſimè præliatus,an uerò ſegnis & deſes,ex alto ſuggeſtu
in maxi-

in maximo omnium conuentu perlegi & recenseri: & si uitia præualebãt, honore fu
neris priuari, atq; insepultũ cadauer abijci. Si uero uirtutes præcellerent, omni hono
re cumulari, unguentis deliniri, & laudibus celebrari. Reliquos uerò cuiusq; sortis ho
mines, ita laudari, ut sinè ulla opum fortunarũmue mẽtione, solam religionem, iustitiã,
pietatemq; comendarent. Apud Indos uerò, multa sæcula uiguit mos, ut cùm moritur *Indi.*
quispiam, pro foribus domus, magistratus, cui hoc munus impendebat, antè actã uitam,
moresq; describat: ut uitia laudesq; innotescant omnibus, & palam fiant. Ferturq; Fa
bius Maximus præ cæteris unus, qui in funere filij intestino dolore affectus, oratione
non infracta ad Populum ipsius laudes magno spiritu disseruit. Quod à Græcis simile *Laudatio funebris apud Græcos.*
quoddam accæpimus, ut defuncti laudes solenni oratione, & longo petito proemio,
prosequant̃. Proditurq; primus Pericles fuisse, qui carmine & laudibus eos qui in bel *Orationem funebrẽ quis primum habuerit apud Græcos*
lo Peloponessiaco pro patria occubuerant, prosequtus fuit. Alij uerò Solonem Græ
cis funebrem orationem primùm inuenisse ferunt. Et quamuis à principio uirorũ tan
tùm gesta, nec mulieres laudare consuessent: quia tamen Camilli tempore, collatũ au *Mulieres etiã in funere laudatæ.*
rum, ut se populus Rhomanus à Gallis redimeret, dederunt: cautum fuit, ut in earum
funeribus, sicut in uirorum, solennis laudatio esset. Nono uerò die reliquias defuncti *Cineres colligendi mos.*
& cremati cineres, Mater, soror, & propinqui, affinesq; nigra in ueste, & effusis co
mis, aut Pontifices & Sacerdotes, nonunq̃ Primores patrum persuncti honoribus, tu
nicati & discincti, lotis manibus & nudis pedibus, ossa à cinere separare & colligere,
eaq; lacte & uino lauare, & Deos manes aduocare: Græci uino & unguento insperge
re solebant, cunq; odoribus effusi in lachrymas, in urna condere, & linteo uentilare.
Fuitq; seruatum apud Indos & Aegyptios, Regum funebres tunicas, quò cineres cre *Tunicæ funebres regũ Indorum & Aegyptiorum.*
mati à reliqua fauilla distincti iaceant, ex licio, quod igne non absumit, conficere, easq;
ad rogum defunctum corpus induere. Quippe in Carysto lapis nascebatur, qui uelut
lana intextus, nullo igne adurebatur. Tunc postq̃ defuncto cõclamato, & nomine de *Licium.*
plorato, satis lachrymarum, luctusq; fuerat: ipsiq; ter aqua aspersi & lustrati erant: o
mni munere absoluto, supremum Salue & Vale, tanq̃ nunquam eos uisuri ultra, con
clamabant: & à Praefica feralibus officijs iustisq; persolutis, post lamenta & conclama
tiones, ILICET dicebat, qua uoce missum Populum faciebat. Quiq; funus prosequ *Ilicet.*
ti, quiq; comites fuerant, uelut supremo functi officio, ad proprios lares reuersi, aqua *Lustratio post iusta funeris absoluta.*
aspersi, ignem supergradiebantur, hoc se piaculo ex funere expiari arbitrati, quod ex
piationis genus suffitionem dixere: cuius rei causa ferias sæpe indixerunt, quæ Deni *Suffitio.*
cales dictæ. Græci uerò aqua lustrantur pura, eademq; expurgantur, in qua torrem ex *Denicales feriæ.*
altari extinxissent prius. Scythæ post funus, amicos excipientes, epulum præbebant ca
dauer comitantibus. Peracto igitur funere, ubi à luctu quieuit animus, uiscerationem *Viscerationes, & ludi funebres.*
& ludos funebres plerunq; gladiatorios muneraq;, Græcis gymnica certamina & e
questria in defuncti memoriam Populo dari seruatum est: nõnunq̃ nauium cursus &
naumachiam. In qua uisceratione fuit institutum, ut omnia carius uenirent: quare ad
pollinctum emere sermo percrebuit. Ferturq; Numæ edictũ, ne pisces qui squamosi *Emere ad pollinctum.*
non essent, ad pollinctum emere fas foret: scilicet ne nimis magno in funeralibus cœ
nis mercarentur obsonia, quàm cœnam pollincturam dixere: In qua, etsi nihil deesset, *Pollinctura.*
omniaq; affatim suppeterent, lętari tamen minimè decebat. Fuitq; institutũ, ut per uini
cibiq; lenimẽ, defuncti desiderium leuaretur. Præter quam erat cœna exequialis, quę
senibus, & his qui multùm ætate processerant, dabatur: in qua pransi, discẽdentes post
supremum officium, alter alteri uale dicebat: quam Silicernium uocant. Athenis per *Silicernium.*
funeri præfectos epulum apud defuncti maximè necessarium dari consueuit. Argi *Athenienses, Argiui.*
uorum uerò institutum fuit, ut defuncti affines, statim ab excessu Apollini sa
crificent, & trigesimo post die Mercurio, Apollinisq; sacerdoti ordeum dent, i
gnemq; extinguant, & rursus accendant, carnesq; uictimarum percoquant, qui
bus postea uescuntur. Eos quidem ludos apparatu magnifico, continuis IX diebus, *Ludorum funebrium apparatus.*
in hisq; gladiatorum paria, qui uenalem sanguinem habebãt, Rhomani exhibuere: ad
quos intromitti matronas nefas habitum. Idq; adeò usu & moribus interdictum
fuit, ut P. Sempronius uxori, quòd ludis funebribus interfuisset, repudium dederit.

Imagines & columnæ in defuncti memoriam erectæ. Domi quoq;, & in loco celebri defuncti imagines in memoriam posteritatis, plerūq; cereas, aut marmoreas, uel æneas: columnas quoq; cum trophæis & titulis, ac magnificentissimis decretis, publico concilio erigere, & res gestas monumentis insculpere, leuandi desiderij causa, antiquo more seruatum est. Quas etiam iniuria cæsis ciuibus, sempiterno æuo duraturas publico decreto erexerunt, ut gratiā benemeritis ferrent. *Lacedæmonij.* apud Lacedæmonios, his qui in re militari facinora gesserant fortia, statuas & columnas pariter cum elogijs post obitum dedere. Rege uerò defuncto, ipsius simulacrum, ita ut uiuus appareret: in toro, purpura, & auro instrato effinxere. *Tēpus luctus, & qua ætate defuncti inde fleti erant, aut contrà.* Tempus uerò luctus, ut erat à Numa cōstitutum, posteri seruauere: qui puerum trimo minorem, nec lugeri, nec plangi uoluit. Id quod in Thera una ex Cycladibus seruatum legimus: in qua pueri citra septennium, aut homines ultra quinquagesimum annum indefleti fuere: quòd illi rapti immaturo funere, uix primum uitæ limen attigissent, isti autem satis diu uixissent. Neq; ultra menses X, filios parentum, aut uxores uirorum mortem deflere statuit. Quod lugendi tempus, patri & filio, æquè fratri & sorori commune esse uoluit, ultra uerò non licuit, ne luctu indefesso & lachrymis nunq̄ desinentibus domus & familia funestarentur: itaq; post annum parentes filiorum, & fratres sororum funera deflere uetuit: Ab eo enim tēpore lamentis parcere iussum est. Tametsi nullum lugendi tempus uiris legitimū fuisse nonnulli credant, annumq; fœminis tantùm præfinitum ad deplorandum: masculis non item, infra quem alteri nubere non licebat, & concepto necdum ædito partu, uetabantur. M. tamen Antoninus philosophus, ne ultra V dies lugerent Rhomani filium sibi morte sublatum, summæ spei adolescentem, edicto inhibuit. *Qui non luxerint filios uita defunctos.* Q. uerò Maximus filio consulari, & L. Paulus duobus paucis diebus amissis, & M. Cato, mortuo Prætore designato filio: nō luxerunt. M. quoq; Bibulus. COS. cùm toto consulatu domi delituisset, quo die de obitu duorum filiorū certior fuit, in Sanatū uenit, & munus consulare obiuit. Quod de Anaxagora et Xenophonte traditur, et Asinio Pollione, qui quo die filium amisit, in conuiuio luxit. *Periclis luctus de filio.* Contrà Pericles, cùm animo infracto semper fuisset, amisso Paralo filio, magnitudine doloris uictus, lachrymas uberes dedit, et eiulatus nunq̄ desinentes. Filios uerò minores decennio tot mensibus quot annis uixissent, à parentibus lugeri statuit. Sed nec uxores à uiris, nec sponsas lugeri fas putauit. *Luctus tempore ornatus omnis abijciebatur.* Tempore uerò luctus, matronæ purpurā aurumq; deponunt, atrasq; uestes induunt, et in pellibus degunt: nec illa resumere, donec eluxerunt, licet. Viri autem Senatorij laticlauum et annulos aureos exuentes, pullas uestes sumunt: barbā capillumq; summittūt. *Picea & cupressus arbores ferales.* Piceas quoq; & cupressos, ueluti ferales arbores, & Diti sacras, in lugubri domo patriciorum, amissis fratribus, liberis, & propinquis, apponere mos erat. *Græci.* Græcis uerò funesti, & qui exequias duxissent, ut lapide lesbio extructas domos incolant, quòd subtristi esset aspectu. *Athenienses.* Ateniēsibus Solon flebiles lamentationes, & cætera dolorem testantia, uelut inania et nihil uitæ proficientia, sustulit. *Lacedæmonij.* Lycurgus uerò Lacedæmonijs XI dierum spacio luctum terminauit. *Thraces. Massilienses.* Quod à Thracibus & Massiliēsibus usurpatum legimus: qui quotidianas lachrymas & funesta omnia, ac sordes lugubres in funere inhibuere. *Luctus patrij minuendi causæ.* Luctus autē et mœror patrius intra lugendi tempora ob plurimas minuitur causas: ut si liberi nascerētur: si pater aut filius, frater aut uir, ab hostibus capti reuertissent: aut cùm proprior affinis, quā qui lugeretur, domi natus foret: Vel si puella dabatur nuptui. *Publici.* Publicus uerò, si lustrum fieret, aut uota soluerentur, uel sacra Cereris instarent. His enim casibus domum, aut familiam in squalore, & sordibus esse non decebat. *Notandum hoc.* Hoc quoq; notare cōtentus sum, neq; puerum minorem septennio, prius q̄ omnes geniti dentes forent: neq; fulmine ictos, qui uita functi essent, Rogis imponere, aut corpora cremarè: neq; hominem uita sublatum, ferijs publicis efferre licuisse. Quodq; quoties plura cadauera & aceruata corpora urerent, aut incendi curarent, solitos esse funerum ministros, denis uirorum corporibus singula muliebria adijcere, ut unius adiumento cætera facilius deflagrarent.

¶ Miraculum Tritonum & Nereidum, quæ uarijs in locis tempestate nostra compertæ fuere. Caput VIII.



RITONEM & Nereidas hominesq; mari genitos, quos marinos appellant, præterq̃ quòd apud Plinium naturalis historiæ nono legeramus, nostra quoq; tempestate conspicuos fuisse multa documenta sunt. In memoria mihi est, cùm adolescentulus ego, in porticu nostra Portanouensi Neapoli quãdoq; diuerterem, Draconettum Bonifacium Neapolitanum, Patriciæ gentis & inclytæ familiæ uirum, ut in homine militari, facundiæ florentis, & multarum rerum cognitione clarum: tunc senecta uenerabilem, & debilitate pedum inualidum, in conuentu maximo, præsente atq; audiente me, referre solitauisse, se dum in Hispania militaret, marinum hominem uultu & corpore prorsus humano, absoluta similitudine pubetenus: postremis uerò in piscẽ desinẽtibus uidisse, in melle ex ultima Mauritania & Oceani finibus ad Regulos, sub quibus stipendia faciebat, & honestum ordinem duxerat, pro monstro allatum. Fuisse autẽ facie hominis uetusti, capillo & barba hispido, atq; hirto, colore ceruleo, statura procera, et maiore humana. Alis quoq; tenui cartilagine, quibus marinos fluctus secabat, & mẽbrana passim interlucente munitum. Et hanc rem, non sibi tantùm, sed plerisq; summæ nobilitatis uiris, notam & conspicuam fuisse, dicere. Sed nequis hoc uanum, aut commenticiũ fortasse putet. Theodorus Gaza uir Græca facundia clarus, & philosophiæ præceptis imbutus egregiè, apud Iouianum Pontanum, ad quem frequens uentitabat, cõpluresq; nostrates, scitè admodùm & luculenter ratiocinabatur, se dum in Peloponesso ageret, & fœda maris tempestate oborta, durissimo tempore anni, nõnulla pisciũ monstra procellæ ad litus illisissent, inter cætera uidisse Nereidem in litore, fluctibus expositam, uiuentem iam & spirantem, uultu haud absimili humano, facie quoq; decora, neq; inuenusta specie, corpore squamis hirto ad pubem usq;, nisi quod cætera in locustæ caudam desinebant: ad quam properè uisendam cùm frequens concursus fieret: ipseq; & nonnulli è propinquis oppidis uicini affinesq;, eò se contulissent, illã frequẽti turba circundatam, mœstam & animo consternatam, ut ex uultu coniectari erat, in litore iacentem, crebroq; suspirio fatigatam conspexisse: mox cùm à tam frequenti corona inspiceretur, seq; in sicco destitutã uideret, præ dolore gemitus spirãtes & lachrymas uberes dedisse: cuius misericordia motus ipse, ut erat mitis placidusq;, cùm turbã decedere de uia iussisset: ipsam interim brachijs & cauda, quo maximè modo poterat, humi reptantem paulatim ad aquas peruenisse. Cumq; se præcipitẽ magno nixu in mare dedisset, ingenti impetu fluctus secare cæpisse, momentoq; temporis elapsam ex oculis, nusquã apparuisse. Georgius quoq; Trapezuntius uir multi nominis & magnæ eruditionis, aperta professione referebat amicis, se cùm haud procul à litore in fonte quodam spaciaretur, puellam conspexisse eleganti forma undis extantem pubetenus, & quasi lasciuiret, subinde emergentem summergentemq; se, quoadusq; se conspectã intelligens, haud amplius apparuit. Sed super omnia in nostro æuo haud absimile factum accæpimus in Epiro, profectò exemplũ inter pauca memorabile, quod nõnulli prodendum posteris putarunt & actis quoq; publicis testatum est: ad fontem iugis aquæ, ad quem mulieres ex oppidulo aquatum uentitabant, Tritonem seu marinũ hominem è spelunca, quam forte ibi nactus fuerat, obseruare solitum, si quando solam ad aquas accedentem, aut per litus obambulantem mulierem uideret, ipsum ex undis & spelunca leni gressu, tacitisq; uestigijs desilire, & à tergo accedere, ac ui cõpressam mulierem ex insidijs adoriri, & ad mare concubitus causa arripere, arreptamq; sub undis deferre consueuisse. Quod cùm apud loci incolas percrebuisset, diligentius marinum monstrum obseruasse, & cum diutule laqueos illi intẽdissent, haud multo post dolo captum, & laqueis uinctũ cæpisse. Cumq; cibo abstineret, extra aquas diutius uiuere nequisse, squaloreq; tãdem & tædio ad extremam tabem uenisse. Tenet fama Venereos eos, & flagrantissimè mulierũ amasios esse, propterea oppidi incolas edicto inhibuisse, ne qua deinceps ad fontem mulier, nisi uiris comitata, accederet. Hæc nos & eiusmodi ab his qui diuersa maria penetrarant, & eadem monstra placidis aquis colludentia uidissent, & in occursum nautis, exertis capitibus ab undis occurrisse, et uoces audisse referebant, plerunq; accæpimus.

Homo marinus.

Nereis à Theodoro Gaza uisa.

Georg Trapezuntius.

Trito.

¶Qui Xystici, quiue Thymelici apud Iurecõsultos dicti sint, quódue officium, & quid nomina designarint. Item qui intelligũtur per aquæ aspersores in sacris certaminibus apud Iuriscõsultum, & quid Pancratiastes & Pancratium. Caput IX.

Ioan. Platina.



VM Ioanne Platina uiro docto & antiquitatũ studioso, pro familiari cõsuetudine sæpe deambulabamus, & omnes antiquitates, ueterumq́ monumenta atq; ruinas Vrbis explorabamus. Dumq́; in ueteri sepulchro inter semiruta uestigia, in Quirinali literis mirandæ uetustatis, situ & senio obliteratis, Epitaphium legeremus insculptũ his uerbis. L. THENODORVS XYSTICVS, PARIDI THYMELICO BENE MERENTI FECIT. Quærebat Platina, qui Xystici essent, quiue Thymelici, nunquid artis nomina uel cognomenta forent. Cumq; meminisse me apud authores, qui Xystici dicerentur legisse, quodq; in Xystis uelut in Gymnasijs nudi exercebantur, Athletas Xysticos dici respondissem: Xystos autem lõgas fuisse porticus, ampla latitudine, & Gymnasium ubi ambulationes essent, & arbores plerunq; digestæ: in quibus Athletæ hybernis sæpe temporibus luctabantur: quas Græci Hypæthras seu Paradromidas dicunt. Instar illorum quæ in Attica fuere Gymnasia: quæ tria uel maximè memorantur, Lycæum, Gymnosarges, & Academia. Qui autem Thymelici esset, mihi nõ succurrere, neq; in mentem uenire asseuerarẽ. Tum Platina quasi admirans, ait, Nunquid nostro ciuili iure aliquam de Thymelicis mentionem fieri adnotassem. Nam de Xysticis satis sibi liquere, pugiles fuisse, uel ex eo quòd in Xystis & longis porticibus exercebãtur: uel quòd hastis decernerent, à Græco uerbo ξυσὸς quod est hasta: quare Xysticos ludiones, quòd hastis depugnarent uelut gladiatores, & Xystarchum qui Gymnasio præesset, nuncuparunt. Thymelicos uerò eiusdem generis pugiones seu histriones fuisse se arbitrari. Siquidem Græci Histrionicam Thymelim nuncupant: θυμέλη enim scenam dixerunt: θυμελικοὺς scenicos & histriones: & nisi quid se fallat, de his apud Iureconsultos in edictis Prætorum mentionem fieri aiebat. Fuere, inquit, Athletarum & Histrionum species multifariæ: Nam & gladiatores, & pugiles, & Thymelici, & Pãcratiastes, Xystici, Pantomimi, Palæstritæ, & Harenarij, sicut Thraces Mirmillones, Secutores & Retiarij: omnes Athletarum, Histrionũ, & Comœdorum numero habentur: licet Pantomimos à Domitiano sublatos, mox à Nerua restitutos, demũ à Traiano eiectos: Histrionesq; à Tiberio, & deinde Nerone, ob plurima flagitia Italia pulsos legamus. Thymelicum uerò Choragium apparatum esse Scenarum & histrionum: quos omnes inter artifices adnumerari neminem fugit. Et pleraq; hoc genus memoriter & expeditè, ut suus mos erat, ueterum testimonijs exemplisq́; referebat. Cùm uerò nos hac admonitione attentiores facti, in legum commentarijs uersaremur, deprehendimus, apud Vlpianum titulo de Infamibus, Thymelicorũ, Xysticorum, & Athletarũ, quod tunc nõ commemineramus, mentionẽ haud dubiã fieri. Thymelicosq; & Xysticos inter Athletas, & eos qui in Theatrum prodirent, ad ædẽdas in Scena operas adnumerari: id quod Platina fuerat pręclarè arbitratus: censuisseq; Iurecõsultos, quòd pugnandi causa in harenam prodirent, & ludicrã facerẽt, nõ propterea infamiæ crimẽ aut notam incurrere. Cuius uerbis admoneor, ut uerũ esse cẽseam, quod apud Ciceronem refert Aemylianus, artẽ ludicram & Scenas quandoq; Rhomanos probro duxisse, genusq; hoc hoĩum tãq̃ scurras improbissimos Tribu amouere uoluisse. Quare sub Tiberio, in opera Scenæ ꝓdisse famosa nota cẽsebãt. Q́d' etiã Senatuscõsulto fuit uetitum, cautumq́; seuerè, ne Equites Rhomani ludo & harena polluerent. Tãetsi ferãt August⁹ Athletis cõseruasse priuilegia & ampliasse: coertionemq; in Histriones magistratib⁹ inhibuisse, ita ut in eos aiaduersionem non haberẽt. Græcis uerò prodijsse in Scena inter Athletas honori fuit, nec ꝓbro datũ est: quippe cùm Plato summ⁹ fuisset Athleta, post multiplices uictorias se philosophiæ dedit. Verba uerò Vlpiani ex responsis Sabini & Cassij hęc fuere: Athletas oĩno artẽ ludicrã nõ facere: Virtutis eñ grã hoc facere, & utile uideť, ut neq; Thymelici, neq; Xystici, neq; agitatores, neq; q aquã equis

Xystici. Xysti.

Hypæthræ. Paradromidæ. Gymnasia tria in Attica.

Thymelici.

Athletarũ & Histrionum species uariæ.

Thymelicum choraginum.

Ciceronis locus. Sceneci infames apud Rhomanes.

Scenicorum honos apud Græcos.

equis spargunt, cæteraq; eorum ministeria qui certaminibus præsunt sacris, aut deseruiunt ignominiosi. Ex quibus liquet Thymelicos & Xysticos à Iureconsulto inter Athletas adnumerari. Sed quia de Pācratiaste, & his qui in sacris certaminibus aquam equis spargunt, mētio fit, qui fuerint hi, & an inter ludiones recepti, adhuc ambigi dubitariq; potuit. Cùm præsertim nullam de his qui aquā in certaminibus spargunt, mentionem fieri apud Veteres, quod meminerim, sciam, nisi eos dicamus fuisse, qui in stadio dispositi, equis sponte currentibus, quò uelocius metam contingerent, aquam per uices spargere: itaq; illos ad cursum impellere solerent. Pancratiasten uerò, eum dici uolunt, qui luctator simul & pugil foret: quippe cùm alij pugiles, alij luctatores forent, is qui utroq; teneretur studio, pugna scilicet & lucta, Pācratiasticus nuncupat, & ubi exercentur, Pancratium. Censuitq; Vlpianus ad legem Aquiliā, illum qui, dū exercetur in colluctatione uel Pancratio, aut pugilatu, aliquem oppressit uel occidit, Aquilia teneri. Verba uerò Vlpiani ex ea lege hæc sunt. Siquis in colluctatione, uel Pancratio, aut pugilatu, dum exercentur, alius alium occiderit, Aquilia tenetur.

Qui in sacris certaminibus aquam aspergerent.

Pancratiastes.

Pancratium.

¶ Locus ex Iuuenale de Trulla quid designet, ex Authoritate Iurisconsultorum, & aliorum testimonio explanatur. Caput X.



TRVLLAS pocula esse & uasa potoria censeri haud immeritò plerique existimarunt. Idq; quod à Iuuenale dictum est de Trulla, de quo apud eruditos controuersia est: non id credi decere, quod uulgo putarunt: ut de uase in quo alui proluuies effunditur, intelligatur, cùm id aliud sortitum nomen sit, & à doctissimis Scaphium & Lasanum dicatur, ueroq; authoris sensui non satis conueniat: sed de uase potui parato intelligi oportere constat. Illudq; quàm sincerissimè à Poeta dictum fuisse.

Trullæ.

Scaphium. Lasanum.

Laudare paratus,
Si bene ructauit, si rectūm minxit amicus,
Si Trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.

Locus Iuuenalis Satyra quinta.

In quo illum significari haud dubiè putamus, qui postq̄ calicē exhausit, in ipso fundo, ructu, aut sibilo crepitum facere, more detestabili nō fuit ueritus, ubi idem crimen bis arguere Satyricæ dignitatis fuit. Vel de eo, qui postq̄ uini calicem hausit, id quod remansit, ita elisit in pauimento, ut resonaret. Quod insolentissimi animi, audacis, & petulantis, nimiæq; securitatis fuisse liquet: quem abusum apud compotores & helluones impuros, qui scortis uinoq; madidi, & epulis distenti erant, Græcis inualuisse multi adnotarunt: ita ut ludus inde conuiualis foret, quem Cottabisin appellarūt, cùm residuum potus in æneas phialas iactarent: qui si sonantior creperet, se ab amica redamari, & mutuo affectu teneri putabant. Quod esse probabile, & ab authoris sensu non alienum, ex contextu uerborum liquere putamus. Id uerò quod de Trulla diximus, inter pocula cēseri, scitè admodum à Scæuola libro tertio de legatis definitum est in hæc uerba. Seiæ dulcissimæ poculum aureū quod elegerit, fidei hæredū commisso ut darent: quæro cùm in hæreditate nō sint nisi Trullæ, Scyphi, Modioli, Phialę, an Seia de his speciebus eligere possit. Respondi, cùm omnia potui parata pocula dicant, posse. Plinius septimo & trigesimo historiæ naturalis: Titus Petronius, inquit, uir consularis, inuidia Neronis, Myrtinam trullā CCC sestertijs emptam fregit, ut mensam eius exhæredaret. Cicero in Verrē, VI actione. Erat, inqt, uas uinariū ex una gēma prægrādi, trulla excauata. Horatius q̄q; in Satyris:

Cottabisis.

Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus Trulla, uappamq; profestis.

Ex quibus licet æstimare, Trullam inter pocula & uasa potui destinata censeri: sicut Scyphus, Modiolus & Phiala: & quam Varro dixit Depestā. Tametsi scyphū Herculis, cantharum Liberi poculum legamus: quo Marius post Cymbricam uictoriam, potasse assiduè dicitur. Fuit quoq; Heracleum Herculis poculum, sicut Nestorida, quo Nestor utebatur: & Grammaticum Homeri carmine celebratū: quæ in Dianæ templo

Depestā. Heracleum. Nestorida. Grammaticum poculum.

templo affixa Capuæ uisebantur. Notatumq; fuit inter scyphos, Bœotios palmam tulisse, qui Heracleotici dicti, & Alexandrinas cucurbitas cùm exaruerint, ad usum uasorum præcipuas fuisse. Fert L. Crassus orator duos habuisse Cyathos Mẽtoris manu, c. sestercijs emptos; quibus ob pudorem nũquam usus fuit. Et Cornelius Macrus in sacris propinare Electrina patera, quæ in medio Alexandri uultum, in circuitu uerò breuibus signis omnem historiã & bella cõtinebat. Præter quæ uinaria uasa à Græcis celebrantur, Crossus, Bicus, Gaster, Gasterium, Bicarium, Cypellum, Amphicypellum, Cyphela, & quod hodie seruat nomen Baucalium diuersorum generum: & Cybium nauis instar: præterea Dactylotum ex proiecturis digitorum nuncupatũ, Gyala, Dynos, Cyborium, Cotyle, Encotyle, Cadus, & Cadiscus, & Theryclia non incelebres, quibus Dionysius libasse fertur. Id autem quod populari sermone de Trulla secus dictum est, ab eruditis haud immeritò perperam iudicari. Succurrit tamẽ in hac re notare, quod Pomponius iureconsultus de auro & argẽto legato memoriæ prodidit, legatis uasis etiam Scutellas & Promulsidaria contineri. In quo animaduertimus, Promulsidaria uasa quibus mulsum continetur, nuncupari. Et licet Græci, οἰνομέλι, & μελίκρατον mulsum uocent, Vlpianus tamen de uino & oleo legato, uini appellatione, putat mulsum non contineri, οἰνομέλι uerò contineri.

Heracleotici scyphi. Cucurbitæ Alexandrinæ.

Promulsidaria uasa. οἰνομέλι. μελίκρατον.

¶ Exempla frugalitatis Priscorum, & quàm parco uictu contenti fuerint, & quandò luxus primùm Vrbem inuaserit. Caput XI.



PRISCAE frugalitatis & abstinentiæ, qua Veteres usi fuere, multa & magna nobis documẽta sunt. Siquidem uini usus adeò mulieribus interdictus fuit, ut uinũ bibisse, perinde esset, ac si in adulterio, aut graui crimine deprehensa capitali iudicio plectenda foret. Inoleuitq; usus, ut cognati affinesq; mulieribus osculum ferrẽt: scilicet an uinum bibissent ut ore explorarent. Idem Massiliensibus & Mylesijs pluribusq; Græcorum & Barbarorum gentibus, apud quos hydropotæ fuere mulieres: nec mulieres modò, sed & uiri abstemij. Apud Troglodytas licet Reges mulsum bibant, priuilegio honoris, uulgus tamen abstemium est, & aquã potat cũ paliuro: Quod & uiris æquè Rhomæ criminosum fuit, ad annum usq; trigesimum: Seruo uerò interdictum penit⁹, nisi sacrorũ causa solennibus festisq; diebus. Quem osculandi quotidianum usum, postea Tiberius Cæsar edicto inhibuit. Legimus Romulum Vrbis conditorem, quòd in conuiuio uinum non biberet, à cõuiuis increpitum. Et Q. Coponiũ quòd uini amphoram ei cuius suffragio magistratum petebat, dono dedisset, ambitus fuisse condemnatum. Proditurq; memoriæ Egnatius Metellus uxorem quòd uinum biberat, fuste necasse. Et Cn. Domitius, mulierem, quæ uisa est plus uini bibisse q̃ ualitudinis causa deceret, dote multasse. Et matrona magna natu, quòd claues cellæ uinariæ resignasset, inedia mori coacta. L. quoq; Papyrius imperator aduersus Samnites dimicaturus, uictori Ioui pocillum mulsi, pro re magna uotum fecisse dicitur. Bibibant enim Murinũ aut Passum, Sapam, aut Defrutum, aliaq; eius generis potu dulcia. Adeoq; eos qui se uino ingurgitarẽt osos habebant, ut sequtis temporibus Censores tanquã indignos qui honores & publica munera gererent, Senatu amouerent, notaq; & ignominia perstringerent. Indignum enim uidebatur, illos qui ingenio temulento & marcido forent, quiq; libidinum maculis notarentur, ad Rempub. accedere, aut de publicis cõsultare. Quod etiam Cretẽses, Lacedæmonios, & Carthaginenses fectitasse nouimus, qui militibus, ne efferos militia animos insolentiæ assuescerent, in omni militia uini potum interdixere ex instituto Platonis, qui etiam magistratibus, donec in honore essent, uinum inhibuit. Id quod penes Athenienses criminosum erat, quibus ebrius Princeps morte multabatur. Et Pittacus temulentos siquid deliquissent, duplici pœna puniri curauit, ut formidine supplicij, à uino promptius abstinerẽt. Quinetiam Aegyptiorum lex erat, ut certa uini subtaxata mensura Regi quotidianis ferculis daretur, ultra quam excedere nõ licebat, ne sui impos per occasionem & licẽtiam turpitudini & sordibus uacaret. Sicut proditur

Vini usus mulieribus interdictus.

Troglodytæ.

Vxores necatæ ob uinum potum.

Ebrij exosi.

Aegyptiorum Rex.

de

de Mossynœcis ultra Carambim flumẽ,qui Regem quem delegere,siquid prauè deli
quisset,totius diei inedia multabant. Apud Locrenses Zeleucus uinũ usq; adeò auer-
satus fuit,ut etiam morbo affectis dari inhibuerit: cauitq;,ut qui uinum biberet,capite
lueret. Indi adeò abstemij fuere, ut nisi sacrorum causa, uinum bibere nulli fas foret,
quibus erat constitutum,ut si temulẽtum Regem mulier occidisset,hoc donaretur mu
nere,ut successori nuberet. Persarum quoq; milites adeò abstemij traduntur, ut pane
& aqua sæpius uictitarint, panis condimentum, & obsonium famem esse dictitantes:
quibus tamen semel annis singulis inebriari permissum erat. Proditumq; est, Scythas
cùm inebriari gaudeant,& abstemij sint: si quando ebrietatis dulcedine capi uellẽt, ne
contra constitutum facerent, in ignem coniectis herbis, & fumo hausto, haud aliter q̃
uino epoto,madidos fieri. Quod de Thracibus traditur,qui epulantes,focos ambiũt,
herbarum semine ignibus iniecto,cuius nidore capti,ebrios imitantur,& tanq̃ uino af
fecti temulenti iacent,sicut nepenthes succo delibutis,tristitiam discuti putarunt. Ba-
bylonii quoq; incenso arborum fructu, & fumo hausto, ita ebrij reddũtur, ut tripudijs
& cantibus exultent. Indos ferunt ex fructu arundinũ,quæ mel gignunt,aut uino ex
dactylis,atq; Aegyptios potu è frugibus inebriari. Quinetiam populum Rhomanũ
multa sæcula non pane,sed pulte uictitasse. Pistoresq; per annos fere CCCCCC usq;
ad Persicum bellum,nullos Rhomæ fuisse satis constat. Fiebat enim puls ex aqua fru
menti & fabarum,aut ordei farina,quam in sacris & oblationibus Deorum pro uicti-
ma adhibuere,qui quidem Pistores tostum panem lautioribus coquere solebant, reli-
quæ multitudini far,ideo quod far pinsebãt,Pistores dicti. Quippe cũ ueteribus mo-
larum nullus usus foret,sed fruges igne tostas in pilas coniectas pinserent: unde & Pi
sones dictos uolunt: Id enim molarum instar erat. Fuitq; uetus mos, ut ijdem essent
coci & Pistores. Lapsis mox tẽporibus haud longo interuallo panes facere opus fuit
mulierum. Ante uerò fruges cognitas,gentibus plurimis glandes fuere frumenti lo-
co: sicut Pira Argæis & Tirynthijs, Ficus Atheniensibus, quibus Cares adeò abun-
dant,ut illis enutriant pecora. Milium Mæoticis & lotometra: ex cuius semine con-
ficiũt panes. Medis amygdalæ. Ichthiophagis pisces. Aethiopibus locustæ & arun
dinum fructus. Getulis ferina caro & pabulum pro pulmentario cessere. Chelono-
phagis testudines. Cardamum uerò Persis. Palmulæ autem Carmanis & Babylonijs,
Aegyptij ex loto diu uictitarunt. Alani carnibus,non pane uescuntur. Nomades &
Getarum pars,lacte. Indis autem Calistiæ semen cibarium fuit,quorum Reges oleri
bus & palmulis plerũq; uictum quæsiuerunt, ciborum affluentiam uelut inuitamenta
ignauiæ auersati. Epicurus quoq; summus uoluptatis assertor,uictu frugali & mode-
sto contentus,aqua & polenta,aut pane ordeaceo uictum quæsiuit,contraq; pauperta-
tem inuictum animũ gessit,non quòd uoluptates auersaretur, sed quòd in tenui uictu,
se plus uoluptatis experiri aiebat:cuius rei argumentũ est,quòd oleribus & pomis,ac
uilibus cibis, quibus uiuendum censuit, libros refarsit. Inter quos proditur Philinus
quidam tantæ abstinẽtiæ,ut nullo cibo,nisi lacte uictitarit, & Moschus Antimolus so
phista solis Caricis uesci solitus. Pueris quoq; & Iuuenibus,ut uerecũdiores essent,
in magistrorum & affinium conspectu foris cœnitare, uiris autẽ,ut frugalitatis & par
simoniæ documenta darent,propalàm cibum capere consuetudo fuit: torusq; illis ex
ulua palustri fiebat, aut stramento. Hyemeq; ad focum, æstate uerò in propatulo,
& sub dio, neq; ultra IX singulis lectis cœnitabãt, illosq; lautioribus uesci cibis nõ si
nebant. Nam carnis aridæ,aut lardi pondo tria, & salsamentorum libram quotidianis
ferculis apponere criminosum erat. Siquis ultra apponeret,lege plectebatur C. Fan
nij COS. Lege ante tertium Punicum bellum introductum est,nequid uolucrũ præ
ter unam gallinam,quæ altilis non esset,apponeretur. Vtq; modus cœnarum luxuria
non difflueret. Singulis diebus præterq̃ Saturnalibus, & Rhomanorum ludis,uel ple
beis,denos asses, qui domesticis cœnis impenderentur, præfiniuit: tantæq; frugalita-
tis fuere,ut mensam q̃uis parcam omnino uacuã tolli non sinerent. Sed ad cohibendũ
appetitum semper aliquid reliquiarum,quod postera die cœnã iuuaret,superesse uo-
luerunt. Ouũq; & mel initio conuiuij ministrari: In secundis uerò mẽsis poma simul

Mossynœci.
Zeleucus.
Indorũ constitutum.
Persarum milites abstemij.
Inebriandi ratio absq; potu apud Scythas, Thraces,& Babylonios.
Rho. frugalitas.
Pistores.
Pisones unde dicti.
Panes mulierũ
Glandes.
Argæi.
Tirynthij
Athenienses.
Cares.
Mæotici.
Medi.
Ichthiophagi.
Aethiopes.
Getuli.
Chelonophagi
Persæ
Carmani.
Babylonij.
Aegyptij.
Alani.
Nomades.
Indi.
Epicuri frugalitas.
Lex Fannia.
Saturnalia.
Ratio administrandæ mensæ

Dioscuri. Cœnæ Platonicæ.

& mel dari consueuere. Quam uictus parsimoniam Athenis quoque seruari tradiderunt. Nam Dioscuris in Prytaneo prandium parabatur: in quo nisi oliuæ, caseus, & porrum dabatur obsonium. Et à Platone in lautissimis cœnis, sal, oliuæ, caseus, porrũ, atque olera tantùm ex agris iubentur apponi. Ac festis diebus pueri modesti cumuere cunda grauitate, maiorum laudes carmine decantare, grandioresque natu summo obsequio uereri: illosque à conuiuijs domum reducere solebant. Militiæ & colendis agris adeò intenti, ut illustria inde cognomẽta ferrẽt: Agrumque malè colere, aut minus arare q̃ uertere, Censoria nota putabatur. Cunque octo dies culturæ agrorũ impenderent, nonũ Vrbanis rebus & nũdinis destinarunt: tametsi priori æuo, frequentiores Rhomanis nundinas, & tertio quoque die mercatu frequenti, nonnulli conuenisse dicant. Q. Cincinnatus ab aratro ad Dictaturam uocatus, postq̃ domitis hostibus, triumphans Vrbem iniijt, licet non ex imperij maiestate, aratrum tamen sumere, & agrum colere non dubitauit. Curius Dentatus cùm à Sãnitum legatis adiretur, rapa sibi parare obsoniũ inuentus est, cui duos Calones in castris fuisse asserunt, cùm summam imperij gereret. M. uerò Antonio consulari VIII seruos. Carboni VII. Et M. Catoni cùm in Hispaniam Consul duceret, III solùm ministrasse. Fertur quoque Aelius Catus. COS. cùm in fictilibus cœnaret, legatos Aetolorum uasa aurea offerẽtes repulisse. Atque Epitus poeta, qui primus Latinorũ heroica attigit, adeò uictu fuisse tenui, ut in Auentino domuncula & unius ancillæ ministerio cõtentus fuerit: nec tamen id sibi turpe quisq̃ aut dedecori putauit: siquidem paupertas tunc solida laus censebatur & uera uirtus. Quã rem æstimare licet, quòd Aeliorum familiam & Tuberonum, cùm decem & septem eiusdem cognominis forẽt, modicis ædibus cum uxoribus & liberis eosdem lares incoluisse, eundemque agrum Vientanum arasse, exque eius fructu uictitasse legimus. Modumque agrorum ultra septem iugera excedere, aut denas argenti libras uiro triumphali in suppellectili esse, perniciosum erat: Intra bina enim iugera possidere satis uisum. Ita ut X millia grauis æris, maximas putarent diuitias. Quinetiam adeò parci fuere & tenues, ut non minus crimini darent, indomitas cupiditates non refrenasse, aut paternã non seruasse paupertatem, q̃ ingentes maiorũ facultates largitionibus abligurisse, multique oleribus leguminibusque contenti, absque æsu carniũ sæpe uictitarint, documenta frugalitatis & abstinentiæ insignem memoriã posteritati exhibentes. Quam etiam Græcis solidæ laudis & ueræ cõmendationis fuisse multi adnotarunt: Legimus Thebanũ Epaminundam tot uictorijs clarum Imperatorem, adeò diuitiarum abstinentissimum, ut unica ueste cõtentus, si quando uetustate collapsam resarcire opus foret, domi clausum se teneret, quem Thebani publica impensa & ære collato, ob inopiam extulerũt: Aristides se magis gloriari paupertate publicè testabatur, q̃ reliqui diuitijs. Hippias quoque philosophus Elæus, ad id inopiæ deuenit, ut uestem, annulũ, crepidas, & soccos, quæque cultui erãt necessaria, ne quod temporis deperiret, suis manibus elaboraret. De Lamacho fertur, quoties ab Atheniensibus dux creabatur, pro pallio & crepidis mutuam ab amicis pecuniam sumere, cùm unde compararet non esset. Crates, Diogenes, & Antisthenes, alijque produntur philosophi, abiectis diuitijs, pera, & baculo contentos uixisse. Phocion, Pelopidas, Socrates, atque Ephialtes pauperrimi, & in cultu tenuissimo uixere: omnium tamen optimi atque iustissimi. Adeoque luxuriam & molliorẽ cultum detestati fuere, ut Thebis colũna in templo statuta fuerit, in qua diræ execratiões in Regem Menin, qui molliorem uitæ cultum inuenit, continebãtur. Postea paulatim frugales mores defluxere, pauptasque probro haberi cœpit: luxuriæque peregrinæ inuictum malũ ad effœminandos animos, ab exercitu Asiatico in Vrbem primùm inuectæ, mores infecerunt: sicut aurum Persicum, fugato Mardonio Atheniensium animos labefactauit, & dira tabe infecit. Inde illecebræ libidinum, & rerum secundarum luxus, in omnem licentiam grassati. Primosque Ionas, unguenti coronarumque & secundæ mensæ, consuetudinem inuenere. Tum uestis Stragula, mẽsæque citharæ eburneis pedibus insidentes, inæstimabili censu comparatæ: Epulæque lautiores & præter epulas, Psaltriæ, Ludiones, & alia conuiuijs oblectamenta inuenta sunt. Hinc peregrina obsonia, remotorumque litorum pisces, & magno cẽsu cõparatæ dapes, ferculaque sestertium

Agricultura apud ueteres.

Frugalitatis exempla apud Rhomanos.

Paternæ paupertatis conseruatio.

Exempla frugalitatis apud Græcos.

Vnde corrupti mores primũ.

tium millies æstimata,& gulæ nouissima irritamenta,aliaq́ exquisitissima condimenta, & uentris prodigia inuenta sunt, ut nisi quis illa apponeret, sordidus & parùm lautus haberetur. Adeoq́ luxus excreuit,& eò processit luxuria,affluentibus diuitiarum co pijs,ut obsonia lautiora maioresq́ epularum sumptus,& magnas effusiones edicto co-ercere,& luxuriosos apparatus pluribus legibus inhibere necesse fuerit. Hinc Fan-nia,Orchia, Didida,Oppia,Cornelia,Ancia, & Iulia leges ad cohibendam luxuriam uictus,uestitusq́,& cœnarum immodicos sumptus latæ sunt. Hinc Cẽsorum edictis, Vulua, Vertina,Abdomina,& Glires epulis & conuiuijs inhibita. Quod & Lycur-gum factitasse nouimus,qui conuiuiorum apparatus & mensas lautiores uelut cupidi-tatum inuitamenta sanctionibus inhibuit: sæpiusq́ abrogatis legibus,nouæ postea edi tæ fuere. Et quãuis Antiocho Rege uicto.P. Licinius Crassus,& Iulius Cæsar Cen sores,nequis unguenta exotica uẽderet, pœnis inhibuerint,exemplo Lacedæmonio-rum,qui unguentarios Vrbe exegere. Et M.Antonius,& L.Flaccus,quòd legem de coercẽdis epularum sumptibus antea latam,Duronius Tribunus plebis abrogasset,Se-natu eum amouerint: tamen. Q. Aelius, Tubero prætura deiectus fuit,& despectui habitus,quòd in funere Aphricani Populum Rhomanum publico epulo hædinis pel-libus,& testis Samijs, ac lectis ligneis excepisset, quòd incultam parsimoniam in rebus publicis non exhorruisset. Sicut de Cleomene fertur, qui Lacedæmonijs inuisus fuit & subiratus,quòd hospites iure nigro, & pane igne durato Laconico more ad epulas admisisset. Licet Cato Senior, quòd pellibus hædinis in publico epulo pro stragulis usus esset,non mediocrem laudem tulerit,quòd frugales mores,& cõtinentissimos ex-emplo iuuaret. Fertur tamen Tiberius Cæsar, cùm de coercendo luxu legem ferre uellet,nec coerceri immodicos sumptus uideret posse: satius duxisse omittere quod assequi nequiret, quàm tentare turpiter quod postea non efficeret. Sisti deinde res non potuit,quo minus tacito consensu destitutis moribus,sumptuariæ omnes leges ab rogatæ fuerint,cùm nullus esset sumptibus modus,luxusq́,& ignauia nullis præscri-ptis finibus,in uoraginem & gurgitẽ uitiorũ ad nefas omne,usq́ adeò processerint, ut diuina & humana prophanarint,populoq́ simul & plebi grauẽ perniciem attulerint.

Leges ad cohibẽdã luxuriã.

Vnguentarij Lacedæmonijs eiecti.

Leges sumptuariæ paulatim abrogatæ.

¶Quæ sint puræ & lectæ Hostiæ in Deorum sacrificijs, & quæ uictimæ quibus Dijs dicatæ fuerint. Caput. XII.



IN sacrificijs Deorum fuit Pontificalis obseruatio,ut duobus hostiarum generibus Dijs sacra fiant: Vno,in quo cũ litabatur, uoluntas Dei per exta exquirebatur: Altero,in quo sola anima Deo cõsecrabatur, quæ hostia animalis dicta. Hæ frequentes fuere,ouis,sus,capra,bos,gallina, & anser,quas cùm immolabant,nisi puræ essent & lectæ,ad rem diuinã non proficere putabãt. Fuitq́ opinio potius ex hædis & agnis,quia mites sunt,quàm ex gallinaceis, suibus,& tauris,quoniam animo abundant, Deos cõsuli & futura præ-nosci. Ideo ouilli pecoris hostiam non ab amplitudine, sed quia animi est placidioris, Pontifices maximam duxerunt. Lectæ autem dicuntur hostiæ, maiores & uberius depastæ,quæ claudæ,morbosæ,aut uitiosæ non sunt (quia pernosci,nisi ex sana uicti-ma futura non possunt) quæue fixam aurem,uel caudam aculeatam, aut linguam nigrã non habent. Numa Pompilius Deos fruge coli,& mola salsa supplicari instituit,quam molam ex farre,sale,& aqua composuit,sinè qua nullum sacrificium ratum fieri cẽsuit. Atq́ id far nisi tostum esset,ad rem diuinam non esse purum statuit. Ideo Fornacalia & religiosos dies,ac ferias quibus far in fornacibus torrebãt, seruari iussit. Græci ue rò non far,sed ordei primitias,libumq́ & placẽtas ex ordeo Dijs offerri,ordeumq́ sa le imspersum in primis aræ infundi satius duxere, sinè quo,saluis cærimonijs,nullum sacrum fieri poterat,illiq́ qui primitias eiusmodi colligebat,critologo dixere nomẽ. In quibus fornacalibus,qui non fuerant feriati,quiq́ in sua tribu,ut erat constitutũ sa-crum,non fecisset, in Quirinalibus sacrificio expiare cogebatur. Iccirco Quirinalia stultorum ferias dixere. Atq́ omnibus ferè Dijs suæ uictimæ, & sua sacra constituta sunt,

Duo hostiarũ genera.

Lectæ hostiæ.

Sacrificium a Numa constitutum.

Fornacalia Græci.

Critologus.

Quirinalia.

Suæ cuiq; deorũ uictimæ & sacra.

sunt,quæ præterire & transgredi non erat fas. Nãq; aliena hostia Dijs non placantur. Quippe Ioui tauro,uerre,& ariete sacra facere non licet,quia soli Neptuno,Apollini,& Marti taurus immolatur. Tametsi Flaminis uxor omnibus nundinis Ioui arietem mactet, & triumphi die Ioui Taurus hostia dicata sit. Et apud Homerũ Vlysses immolauit Ioui arietem. Iuppiter uerò Prodigialis mola salsa & thure placatur. Neptũno pleraq; gens de nigro tauro: Troezeni de fructuum primicijs sacrificant. Græci de cruribus taurorum: Vlysses ariete, apro, & tauro litauit. Athenis autem licet octauo die Mẽsis cuiusq; Neptuno sacrũ fiat,nõ tamen de tauro semper. Neq; Apollini semper Græci de tauro,sed multiplicis generis uictima sacrificant. Nanq;,Homero teste,alius tauro,alter ariete,aliquis hirco sacrũ fecit. Ex bobus uerò,uitulis,& pecudibus laudatissimæ uitulæ ad Deorum placamenta habentur. Ideo Ioui à Flamine omnibus Idibus bos candidus,& ex agro Falisco,uel Meuania immolatur. Nanq; illos ad uictimas farciunt,& Deorum seruant supplicia. Bos tamen iugo subactus,sacrificio nõ est purus, Fœtus uerò bouis trigesimo die, Pecoris septimo, Suis uerò nisi decimo à partu die puri habentur: ideo sacres dicti. Creditumq; est bouẽ quinquẽnalem,insignem Ioui uictimam: & pecudes cum bimæ sunt, sacrificio maturas fieri. Lege autem Solonis de boue nulli Deo sacrificari licet,quia cùm animal sit innocuum & agrorum cultui deditum,in sacris mactari uetuit: quippe Veteribus tantæ uenerationis erat,ut æquè capitale esset bouem quàm ciuem necasse. Aegyptij boues ruffas Typhoni mactant,Arabes pingues Camelos in ara ignoti Dei: sicut nupturæ uirginibus Camelis sacrificant, Heroibus uerò, tauro, capro, & ariete litant. Fertur tamen Pythagoras præter à se instituta & præscripta, quandoq; bouẽ Musis, Ioui autẽ Gallum albis plumis immolasse. Solita utilia,nisi cæsis tribus hostijs,tauro,ariete, & uerre,pura non habentur: sed tamen ut hi omnes solidi,firmiq; sint: Nam uitulos ad aras humeris hominum allatos,& claudicantes,& cuius cauda ad articulum suffraginis non pertingit,non litare animaduersum est. Idq; apud Aegyptios seruari tantis cærimonijs,ut linguam boui exerendo,& caudæ pilos explorando,si uel unum pilum nigrum repererint, hostiam tanq̃ impuram non admittãt. Græcis autem tauri an puri sint,farina explorantur: caper ciceribus: capra frigida aqua. Ruminales quoq; hostias nisi bidentes fiant,non esse puras consentiunt omnes. Ambaruale uerò sacrum, nisi de porca fœcunda & grauida, aut uitula fieri non consueuit. Est autem sacrum ambaruale, cùm arua & segetes soleni uictima lustrantur: eam uictimam maturis frugibus ter circum arua ducere conuenit,omnesq; post eam clamantes sequi: ex quibus unus querna ornatus fronde,cum solenni saltatu, composito carmine Cereri decantabat laudes: ac postq̃ lacte,uino,& fauo libassent, anteq̃ fruges meterent, porcam Cereri immolabant: quæ præcidanea dicta est. Fuitq; memoriæ proditum, à Suilli pecoris genere immolandi initium Rhomæ primùm factum: eo argumento quòd sus fœderibus & sponsalibus adhibetur,& in initijs Cereri mactatur. Et q̃uis in sacris Cereris uinum adhibere nefas sit, in hoc tamen sacro de uino libasse Pontificales libri non uetarunt: quã quidem immolari ab eo qui mortuo iusta fecisset,crimen admitti putabatur. Deorum quoq; Matri nullum sacrum nisi de porca fieri permissum. Et lustrari exercitũ nisi sue,oue,& tauris qui puri essent,non erat fas: qui postq̃ ter circũ instructas acies ducti erant, præcedente pompa & gressu composito, Marti immolabatur. In sacris deæ Phrygiæ,quæ Matuta & mater Deûm dicta est,cui Galli execti membra secabãt, cymbala pulsantes: porcam tanq̃ impuram hostiam Rhomani non admisere: apud cuius ædem supplicantes, filijs bona exoptare uetantur matres: Nepotibus non utiq;: Bellonæ sacerdotes non animali hostia,nec uictima,sed suo cruore sacrificãt: gladios enim districtos utraq; manu tenentes,humeros sibi & lacertos tanq̃ fanatici dissecant: hoc sanguine litari & crimina expiari putantes: ita ut pro uulneribus stipes recipiãt. Aegyptij Lunæ tantùm & Libero suem: reliquis Dijs boues mares,uitulosq; & anseres immolant. Capram tamen aut hircum nullo modo. Contrà uero Britanni, quibus leporem,gallinam,& anserem in cœnis apponere,aut Dijs offerre lege uetabatur. In Mysia Abretani Iouis templum est, in quo suem comesse, aut mactasse, scelus erat

Iu.prodigialis. Sacra neptuni. — Vitulæ. — Bos iugalis. Victimæ tẽpestiuæ. — Lex Solonis de boue nõ sacrificando. — Heroibus quibus animalibus litabatur. — Hostiæ solidæ. — Ambaruale sacrum. — Porca præcidanea. Immolandi initium Rho. à genere suillo. — Cybeli porca immolabatur. Exercitus lustratio. — Galli. — Sacerd. Bellonæ. — Aegyptij. Britanni. Iupiter Abretanus.

infandum & piaculare. Idem apud Phœnices, quibus per omne tempus suibus abstinere præcipitur. Fertur uerò in Thessalia Castniensis ueneris fanum fuisse, & aliud in Sida Pamphiliæ, & in Aspendo Argiuorum, & Argis, in festo quod Hysteria dicitur: in quibus præter instituta, moresq; aliorum, sues mactare licet, cũ in cæteris nullo modo fas sit. Solùm apud Tussas in Aegypto, ubi Venus cornuta colebatur, uacca Veneri immolabatur, & in Nitriotica præfectura, ouis. In Aesculapij sacris, nisi capræ & gallinæ immolantur: hæcq; ad rem diuinam luteo rostro & pedibus, puræ nõ sunt: nigræ uerò & imparibus digitis, idoneæ. Astris & stellis uolucres dicatæ fuerunt. Isidi anser, gallus Nocti & Laribus, nonnunq̃ porcus: sicut equus Soli & Marti, Lunæ taurus, Iuuoni agna, Veneri columba, & capra Pani & Mineruæ. Dianæ uerò cerua. Quanq̃ Libero, uino, melle, & lacte: interdum capro & hirco sacrum fieri nouimus. Mineruæ uerò nihil caprini generis, sed uaccã, aut boues iniuges: & Iunoni apud Lacedæmonios capram immolari. Græci uerò Mineruæ iuuencam sæpe indomitam auratis cornibus mactarunt: quare αἰπεφάγος dicta. Pyrrhus tamen dum splene laborantibus medetur, albo semper gallo sacrificauit. Soli uerò in Apollonia oue, Pani & Syluano porco, nonnunq̃ lacte litabatur: Fauno agna uel hædo, Priapo asino. Obseruatumq; à Massagetis est ut reliquis Dijs posthabitis, Soli equum immolent: sicut à Sauromatis equas Dijs patrijs mactant. C. tamen Caligula eò uesaniæ processit, ut sibi tanq̃ numini sacro, fasianos, phœnicopteros & pauones mactari iusserit. Athenienses tamen annua solẽnia Mineruæ, non capra, nec boue, sed tauris & agnis exhibere solent. Persicæ uerò Dianæ Boue lampadis charactere notata: Tempestati autem pulla. Tradunt quoq; in parte Aphricæ Mineruæ sacrum fieri, ut sine uictima puellæ inuicem fustibus decernant. Persæ quoq; equum Marti, Carmani asinum, Lusitani hircum, Latini picum, Lacedæmonij equũ, frequentius canem, Sabelli taurũ immolabãt, Rhomani equum dexteriorẽ bigæ, Galli Cisalpini uerrem, diuerso quisq; consilio, rituq;. ita ut à Phaselitis, quæ in Pamphilia gens est, piscibus salsis Marti & Dijs immolet, & à Bœotijs copaide coronata, ab alijs thynno. Ad Opertanea uerò sacra, nigræ gallinæ non uidentur puræ. Fuere autem sacra Opertanea, quæ seorsum ab hominum conspectu in operto fiunt Cereri, Apollini: & Baccho capris sacrum fieri decere nonnulli putant: sicut Veioui, quem Apollinem dicunt, ritu Rhomano capra immolatur. Herculi & Cereri XII. CALEND. Ianuarias, sue, panibus, & mulso sacrum fit: si tamen sus prægnans sit, aliter non habetur pura. Et in Fordicidijs, nisi pregnante boue Põtifices litare nõ solent, qui etiã dies in fastis ordicalia dicuntur. Lares canum pellibus ideo ornantur, quia domus fidi custodes sunt, & alienis formidolosi, domesticis uerò blandi, atq; ad nocturnos strepitus sollicti, sicut canes, qui floribus & sertis, thure & fruge coluntur: quorũ ædes in Campo Martio ab Aemylio Regillo prætore dicata fuit: In quorum sacris id custoditur, ut libertini sacerdotes sint, qui Augustales dicti, nihilq; de sacrificio extra ædes mittatur foras, sed intra domesticos Lares omnia absumant: sicut cùm sacrum Vulcano fit, quod Proteruiam dixerũt, nisi uictima & quodcunq; superest igni detur, sacrificium pollui putabãt. Domesticis uerò Laribus rerum dabãtur primitiæ, sæpe etiam porcus, tametsi hostilibus Laribus quòd ab his hostes arcerẽtur, sæpe immolauit antiquitas. Gynæciæ Rhomani pro his qui domi nascuntur canem immolant: sicut Græci Proserpinæ, & Dianæ Sabæi. Est autem Gynæcia, quam Rhomani Bonam deam uocant, quæ ex corruptibilibus generationes facit, cui cùm res diuina fit, optant nemini bonum euenire, qui domi nascatur. In Lupercalibus canem immolari mense Februario, quia lupo canis infensus est, & in expiationibus cane litari legimus, atq; ad placãdum Caniculæ Sidus, frugibus, inimicum etiam mactari canes: quas si ruffæ non sunt, putas non putarunt: quod sacrum canarium augurium nuncupant. Pro frugibus quoq; & pecoribus, ut rubigo auertatur, lactenti catulo sacrum fieri conuenit. Idq; Rubigalibus per Quirinalẽ flaminem sacrum extra Vrbem fieri, in quo super exta canis thus & merũ infundere mos erat, quos etiam catulos recẽs æditos tam in adicialibus q̃ Deorum cœnis sæpe adhibuere. Apud Lacedæmonios Marti immolabatur canis. Et Bœotijs, cane in duas partes dissecto

Hesteria. Aesculapio. Animalia alia alijs Dijs dicata. Libero. Mineruæ. Soli. Pani Syluano. Fauno. Priapo. Massagetæ Sauromatæ Athenienses Persicæ Dianæ. Tempestati. Mineruæ Aphricæ Mineruæ. Opertanea sacra Baccho. Veioui. Herculi. Fordicidia. Ordicalia Lares. Sacra Lariũ. Proteruia. Domesticis Laribus. Gynæciæ Lupercalia. Caniculæ sideri. Pro frugibus. Marti. Bœotij.

Cares. secto per mediũ, iræ expiatio fuit: idem & Caribus, ut exta canis Dijs offerre in usu haberent. Viuas etiam canes cruci affigi, atq; inter ædes Iuuentutis & Sumani, singulis annis ansere insidẽte, deferri uulgo proditum est: quæ crux nisi ex sambuco fieret, sacrum ritè fieri minimè putarunt. *Isidi* Isidi anser propria uictima dicata est: *Plutoni* Plutoni taurus: *Proserpinæ* Proserpinæ iuuenca, & bos fuluus *Auerno.* Auerno. Vlysses uerò apud Homerũ ariete & oue nigra *Erebo.* Erebo sacrificauit. Sed nec semẽtem administrari, nec oues tondere, nisi catulitio prius fieret, ullo modo licuit. *Sacra absq; uino* Vinũ in sacris Cereris adhibere nefas est. Primitias uerò frugum Cereri, uinum uerò nouum Baccho dare cõuenit: quibus uesci priusq̃ Sacerdotes illa libassent, minimè fas erat. *Ruminæ* In sacris deæ Ruminæ inferre uinum, expiatione dignum fuit. Quippe illi sacrum facientes, hostiæ lac, nõ uinum inspargebant. *Floræ* Et in sacris Floræ, quam Bonam deam nuncupãt, cùm uinũ libant, lac fuisse dicunt. *Vestæ.* Vestæ quoq; nõ uino, sed de Numicio flumine libatur, quibus diebus mense Iunio molæ frumẽtariæ & asini, sertis & pane coronãtur: ad cuius templum iuxta forũ nisi nudo pede accedere nõ cõuenit. Sicut in ædẽ Dianæ apud Cretẽses, quã Britomartem nominant. Proditumq; memoriæ est Romulum nunq̃ uino in sacris, sed lacte libasse. Athenienses quoq; Mnemosynæ, Auroræ, Soli, Lunæ & Vraniæ, non uino, sed aqua melle diluta sacrificant. *Qualia uina libabãtur Dijs.* Vbi uerò in sacris uina libare Dijs necessum erat, ex græca & imputata uite, seu fulmine tacta: aut quæ uulneratis pedibus calcata uel immunditie polluta fuerat: aut iuxta quã homo laqueo pependerat: quæq; circũcisis uinaceis profluxerat, uina libare Dijs infaustum erat. *Thasij* Thasijs uerò, nisi uino libaneo odore thuris Dijs prolibabatur, & in Asopo in æde *Eumenides* Eumenidum nisi mulso libare, & pro coronis floribus uti permissum. *Maiores & minores uictimæ.* Victimæ maiores dum immolantur, auratis cornibus procedunt, minores coronatæ offeruntur. Est quoq; obseruatũ, ut si cùm „ uinum hostiæ fundendum foret, potius molam aut fruges in caput spargerent ordine *Signa tristis auspicij.* „ præpostero: Aut si cùm hostia ad aras ducitur, uehementius fuisset reluctata, ostendissetq; se inuitam altaribus admoueri, uel ab ara aufugisset, uel percussa mugitum de„ disset, aut in aliam corporis partem q̃ oporteret, cecidisset, piaculare sacrum, & triste „ auspicium faceret: quasi inuitis Dijs offerri uideretur. In qua re animaduertere licet, *Hermionenses.* apud Hermionenses boues præferoces facili ductu à ministra sacrorum peruetusta muliere, sponte ad sacrificium duci & immolari. *Iones.* Iones tamen contra instituta moresq; sacrorum, tunc maximè hostiam litare, & Dijs gratam fieri putabant, cùm inter immolandum taurus mugitus daret. Funestamq; familiam, aut hominem funere pollutum, nec ædes Deorum dedicare, nec publica sacra facere posse, liquet, nisi in Lemura*Lemuralia.* libus & Parentalibus: in quibus inferis Dijs dare inferias usus obtinuit: quo tempore ædes Deorum clausæ iacent. In Lemuralibus fabam noctu iacere usurpatũ est. Lemures se ex domo eijcere clamantes, quam nigram esse conuenit: Ipsamq; lotis manibus, & pede nudo per ora uersare, & post terga reijcere, ærisq; tinnitũ facere, utq; Lemures fabis redempti, domo abirent, nouies orare. Idq; Maio mense tribus noctibus *Parentalia.* fieri, donec solutis religione animis, manes expiatos ducerent. In Parentalibus assu*Cœnæ ferales* mere fabas usus obtinuit, sicut in peruigilijs Cicer. Ac ferales cœnas, lẽtesq; & offas ad sepulchra illorum ferre, quibus parentare ius erat: quæ etiam feralia à ferẽdis epu*Fœminini generis uictimæ potiores.* lis dicta sunt, quas in defunctorum sepulchris super nudam silicem apponebant. Notatũq; fuit in omnibus sacris, fœminini generis uictimas esse potiores. Itaq; si per marem litari non poterat, fœmina succidanea dabatur, non e contrà. Nam si per fœminã *Aegyptij.* hostiam minimè perlitatum foret, succidaneam adhiberi nõ licebat. Apud Aegyptios secus, quibus fœminam hostiam immolare est habitũ nefas. Barbaris quoq; circa montem Caucasum, & apud Derbices Persicam gentem, fœmininum animal uictimam dare, aut eius carnibus uesci, sub graui documento uetabatur. Si tamẽ primis hostijs nõ litassent, aut si primùm negligentia, uel casu non rectè initum, aut curatum sacrum foret, illas denuo augeri & sæpius ad expianda numina permittitur, donec ritè perlita*Rhomanorũ mos.* „ tum animaduerterent. Illud quoq; non omittendum, consueuisse Rhomanos pro re„ bus quas cito expediri cuperent, ætate grandioribus hostijs: ubi uerò rẽ augere uel„ lent & produci, iuniori uictima sacrificare. Vnamq; hostiam nunq̃ duobus Dijs, aut incertis,

incertis, sed certo Numini immolare, superisq́ impares, inferis uerò pares. Quotiesq́ aliquid inuentu rarum, aut difficile sacrificio adhiberi oporteret, illud cera uel pane effictum apponere satis, simulacraq́ eiusmodi ficta & cōmentitia, ac si ipsa res repræsentaretur, eādem uim, uigoremq́ habuisse, id quod à Græcis obseruatum cōperimus. Cum enim Cyziceni nigram bouem Palladi quotānis immolarent, & pressi obsidione, bouem comparare nequirent, ex frumēto illam effinxere, eoq́ pacto persoluto uoto, numen expiarunt. Athenieses quoq́ in festis Iouis militij, quæ Dialia uocant, extra Vrbem sæpe nō ueras uictimas, sed commodè effictas obtulere. Vtq́ si pro infantibus immolandū foret, nō grandis, sed minor hostia mactetur. Notatumq́ & illud est in Deorum Manium sacris, auersa & tristia auspicia, aut dira & nefanda, magis fausta & felicia esse: itaq́ in his sacris potius est non litare quàm litare. *Victimæ fictitiæ.* *Dij manes.*

¶ Quæ origo Censorum, quæue potestas, & ex quàm paruis initijs in quātum magnitudinis deuenerit. Caput. XIII.



Ensorum origo licet à paruis initijs orta, eò tamen creuit, ad tātumq́ fastigium deuenit, ut morū disciplinæq́ Rhomanæ, decoris dedecorisq́ discrimen, uectigaliaq́ & publicorum locorum priuatorumq́ arbitriū sub illius cura & potestate foret: Totiusq́ Reipub. circa morum disciplinam, supremū ius haberet. Fuere enim M. Geganio Macerio iterū, & T. Quintio Capitolino quintūm COSS. primi Cēsores suffragijs populi creati Papyrius Semproniusq́. Tametsi Seruium Tullium, à quo iura militiæ constituta sunt, primum Cēsorem fuisse, nōnulli credant: quod populum Rhomanum primus cēsuisset. Qui magistratus etsi à principio quinquēnalis, postea à Mamerco Aemylio Dictatore cautum fuit, ut annua & semestris cēsura foret. Cuius rei causa ipse Aemylius, quòd ueterem Censuræ statum citra præfinitū minuisset, à proximis Cēsoribus tribu motus & ærarius factus est. Ad quā licet à principio admitterētur patricij solùm, postea P. Philone Dictatore alter Cēsorū, deinde Q. Pōpeio, & Metello COSS. uterq́ ex plebe Censores creati. Demum eò dignationis uenit, ut nisi clari, illustresq́ post triumphos & Consulatus illam expeterent. Hi ergo censendi populi, & lustri faciēdi causa, ab initio creati, eò processere, ut maximarum minimarūq́ rerum præcipuè circa morum disciplinam, cognitionem animaduersionemq́ haberent. Nam de iuramento cognoscere, & in periuros animaduertere, epularum sumptus cohibere, Senatores legere & coaptare, summotis indignissimis, & honestissimis allectis, Principē Senatus constituere, immeritosq́ propter turpitudinem sordesq́ uitæ, Senatu uel tribu amouere, notisq́ & ignominijs afficere, aut in Ceritum tabulas referre etiam Aedilē Quæstoremq́. Tum illos qui agrum malè colerent, aut incuriosè haberēt, perditosq́ & profusos nepotes, parumq́ honestis moribus uiuentes, aut uerbis inciuilibus loquētes, ærarios facere, Censoriæ potestatis erat. In quo id fuit seruatum, ut motis è Senatu notas ascriberent, & demerita notarent, quod lege Censoria cauebatur, cuius uerba ascripsi. Cēsores populi soboles familiasq́ cēsento, pecuniasq́ Vrbis, tēpla, uias, ærariū, uectigalia tuēto: Populiq́ partes in tribus distribuunto, & pecunias in ciuitatis ordines partiūto, equitū peditūq́ prolē distribuūto, cœlibes esse ꝓhibēto, mores Populi regunto, probrū in Senatu ne relinquūto: bini sunto, magistratū quinquēniū habēto, reliqui magistratus annui sunto, eaq́ potestas semp esto, & infra. Referebāt enim Cēsores in Ceritū tabulas illos, quos ignominiæ causa suffragijs priuabāt: qui quidē Censores ciues sic notabāt, ut qui Senator esset, ob crimē ejceret Senatu, q̄ eques, equū publicū uēderet: qui uerò plebeius, in Ceritū tabulas referret. Obseruatūq́ ut quem Cēsores Senatu amouerēt, nota quoq́ & ignominia perstringerent, eaq́ quæ ad publicam disciplinam pertinerent, lege ædita statuerent. Deniq́ eò dignationis uenêre, ut omniū magistratuū principē locum tenerēt: ad eamq́ nisi uiri Consulares & maximis functi honoribus admitterentur nulli. Quinetiā uitam singulorum, & mores inquirere. Exceptisq́ COSS. præfecto Vrbis, Rege sacrorū, & Vestalibus uirginibus, circa disciplinā morū in oēs magistratus censere & animaduertere poterant. Quæ Cen- *Censores primi.* *Censura initio quinquēnalis, postea annua.* *Cēsorū munus* *Censores in quos magistratus censebant.*

Siculi sura apud Siculos quoq; magni nominis fuit: Nam cùm omnes Siculi ex censu tributa conferant, omnis potestas æstimationis faciundæ Censori permittitur. Hanc etiam institutionem Carthaginensibus fuisse accepimus, ut illi præfectum morũ & uitæ magistrum habeant: quem ferunt in Amilcharem animaduertisse: congressumq; cum Hasdrubale tũc in primo flore ætatis uetuisse: quia multi obloquebãtur, quòd parùm integra fama essent. Apud Argos uerò siquis in re quærenda negligens foret, & remissus, aut si desidiosum & segnem uiderent, rationem unde uictũ quæreret, apud Magistrum qui loco Censoris erat, reddere cogebatur. quod Areopagitæ Athenis sæpe exequuti sunt, ut quid quisq; Atheniensium ageret, & quo quæstu uiueret magna cura inquirerent. A Nabatæis seruatum legimus, ut negligẽs & remissus, qui opes paternas minuisset, pœna multaretur: cui uerò res esset auctior, daretur præmio. Id quod Draconis lege cauebatur, ut qui otij damnatus esset, capite lueret. Amasis quoq; Aegyptij rex, inter cætera cõstituta, præcipua lege cauit, ut uitæ rationem Prætor à quocunq; exquirat, ut siquis turpi quæstu uiueret, uelut facinorosus noxam lueret: Quã legem Solon imitatus fert, præcipuè cauendo, ut qui malis artibus degeret, cuiq; ocio periret dies, pœna afficeretur. Cuius rei causa Massiliẽses, uates, sacrificulos, qui quæstus causa sacra circũferebant, suis oppidis exegere, ne religionis prætextu otium sectarentur & luxum. Quinetiam de paupertate, orbitate, & cœlibatu quærere, & cõtumaces plectere, Censorũ munus erat. Furius Camillus cùm Censuram ageret, ut ex haustæ ciuitati, propter assiduas bellorum clades, ciues suppeterent, legem de maritandis ordinibus tulit, qua inter cætera pœnis coercuit illos, qui uiduarum nuptias, quarũ uiri bello ceciderant, deuitarẽt. Eos uerò qui ad senectutẽ cœlibes peruenerant, æra pœnæ nomine ad ærarium ferre iussit. Quam legem Q. etiam Metellus Numidicus iterum in Censura promulgauit. Aedes quoq; sacras, uias, aquæductus, & loca publica facienda locare, aut aquarum fluxus dare & inhibere poterant. Siquidem Cato Censorius, aquam publicã quæ in priuatas domos, & hortos deriuabatur, inhibuit, & porrecta in publicum ædificia demolitus fuit. Vectigalia quoq; & portoria noua statuere, & uetera exigenda mandare, illaq; Publicanis & Conductoribus locare non uetabantur. Ea tamen proscribere, nisi Rhomæ & accito populo, eiusq; placito & assensu, ac publico præcone cõsulto, & nisi CALEND. Martijs, quibus uectigalia locãtur, Censori facultas nõ erat; In quo fuit animaduersum, post Pauli Aemylij triumphum, quem de omni Macedonia habuit, Persa deuicto, usq; ad Hirciũ & Pãsam COSS. populũ Rhomanũ uectigaliũ collatione & tributo uacasse. Is enim tantũ auri & argẽti ex manubijs in ærarium tulit, ut tributorum collationẽ, & onera leuarit. Etiam de ære alieno cognoscere, Censoriæ potestatis erat. Animaduersum tamẽ est, de nulla re Cẽsores, q̃ de iureiurando seuerius iudicare cõsuesse, quodq; posteriores priorum decretis plerunq; nõ stetere, sæpiusq; illa resciderunt & antiquarunt. Post aliquot uerò ætates Rhomani nimiã potestatem esse rati, mucronem Cẽsoriũ multis remedijs retuderunt, & ne impunè insolescerent, Censuræ extenuatis uiribus, grauibus edictis coerciti sunt. Quare P. Clodius in Tribunatu plebiscito sanxit, ne quem Censores notarent, nisi antea legitimè accusatus, & utriusq; Censoris iudicio damnatus foret: in tãtùm ut Metello Censori, quòd minus iustè pœnam irrogasset, aquæ & igni interdictũ fuerit. Diuus uerò Claudius, dum Censurã ageret, nullũ nisi sua uoce & sinè patrocinio uitæ rationẽ reddere passus fuit. Clara quoq; Cẽsura fertur Appij Claudij, & Claudij Plancij, qui uiã Appiã è Rhoma Brundusiũ strauit, & aquã, quæ Appia dicta est, inuehẽdã curauit. Tamersi C. Gracchũ in tribunatu uias perpurgasse, & itinera imperuia muniuisse, singulisq; miliaribus lapideas columellas statuisse, & Scaurũ Aemyliũ usq; Sabatios. M.q; Lepidum, & C. Flaminiũ in cõsulatu Ariminũ usq;, & deinde in Aquileiã Flaminiã strauisse legamus. Iulius quoq; Cæsar cõmissa sibi Appiæ cura, dũ illius refectioni uacat, magnas opes effudisse fertur: quã postea collapsam Augustus sibi muniẽdã desũpsit, reliqs triũphalibus uiris delegatis, quas præcipuis opib⁹ ornarũt. M. uerò Aemylius COS. pacatis Ligurib⁹, uiã à Placẽtia ut Flaminiæ cõmitterẽt, Ariminũ usq; strauit: & Flaccus in Cẽsura uiã p̃ Formianũ mõtẽ p̃duxit. Fuit quoq; inter celebres

Marginal notes: Siculi. — Carthaginenses. — Argi. — Negligẽs multatus. — Sacrificuli à Massiliensibus eiecti. — Lex Camilli de maritandis ordinibus. — Cœlibatus multatus. — Proscribere soli Cẽsori non licebat. — Aemylij manubiæ opimæ. — De ære alieno. De iureiurãdo. — Censorũ potestas diminuta. — Censura clari

bres Latina & Valeria, altera usq; Sinuessam, altera ad Marsos. Nam Salaria & Nomẽtana haud multæ longitudinis per Sabinos cõstratæ sunt. Indis fuit in usu ut per Consiliarios purgentur uiæ, quibus per dena stadia singulos lapides locare, & diuerticula ac distantias adnotare negotium erat. Athenis uerò uiarum curatores uniuersæ ferè ciuitatis administrationem habebant. Magni quoq; exempli Censura fuit Fabij Gurgitis, qui licet defamatissimus, postea ætate grauis, Censuram seuerissimis moribus egit: sicut L. Lentuli, qui repetundarum accusatus, haud multopost, Censor sanctissimus euasit. Præ cæteris M. Catonis censura apud omnes ordines, plus nimio tristis & uehemens habita est: quare præcipua flagrauit inuidia, quòd inuicto animo esset & inflexibili. Illud quoq; notatũ est, solere Censores nouos milites, & eos qui supra septimũ & decimũ annũ equo merere debuissent, nec militassent, ærarios facere. Quare M. Attilij Reguli, & P. Curij Philonis præclara Censura numeratur, quòd Iuuenum Rhomanorum II millia, qui Hannibale Italiã peruastãte, quadriẽnio militiam detrectassent, inter ærarios retulerunt, suffragioq; & comitijs priuarunt. Eis quoq; qui parũ idoneè militarent, munúsue facerẽt, equum adimere, illiusq; arma & equum uẽdere; alios ætate & uiribus habiles ad militiam cogere, & sacramento adigere, aut equũ publicũ dare, officij Censoris erat: quod à Solone olim cõstitutũ ferũt, qui eadẽ pœna afficiendũ putauit eũ qui militare nollet, & qui aciẽ desereret, quiue in acie timidus & ignauus esset: Etiam equitatũ recẽsere, alios qui legitima stipendia fecissent militia missos facere, aut numeratis stipendijs cum laude missionem dare, uel equũ deferre illis qui militaria munera obiuissent: nõnunq̃ si crimen exposceret, reum capitis agere poterant: quippe M. Fabius Censor seuerior & durior, Fabium Buteonem filiũ furti insimulatũ capitis reũ egit, & ultimo affecit supplicio. Et quis qui Cõsulatus, Dictaturas, & alios gesserant magistratus, ad Censuram admitti solerent, plerunq; tamẽ ex Aedilitate, qui nec Prætor, nec Consul fuisset, gradum ad Censuram fecisse comperimus: præcipuè cùm antè acta uita plena grauitatis foret. Crassus Licinius, qui nec Præturam antea, nec Consulatũ gesserat, ad Censuræ honorem ex Aedilitate euectus fuit, quam unà cum Põtificatu gessit. Ac licet ex duobus COSS. altero defuncto, collegæ subrogando haberẽtur Comitia, alterq; Consul in defuncti locũ cooptaretur: tamen ex duobus Cẽsoribus altero desito, aliũ subrogari nõ licebat. Quòd C. Iulio Censore mortuo L. Papyrius Cursor, ne abiret magistratu, M. Corneliũ Maluginẽsem collegã sibi subrogarat, religio inuasit, & piaculare fuit, quia eo lustro à Gallis Vrbs capta est, ne in demortui locũ Censor subrogaretur. Itaq; Cẽsore uita functo, collegam magistratu abire oportebat. Quãuis Appius Claudius Cæcus, cõtra mores institutaq; maiorũ, collega se magistratu abdicãte, solus Censurã gerere nõ dubitauit. Hoc quoq; adnotasse non pigebit, quòd licet omnibus magistratibus circa morũ disciplinã Censura præemineat, tamen Tribunatui plebis & Aedilitati illam quandoq; cessisse constat. Ideo P. Furio, & M. Attilio Censoribus, ab Appio Metello Tribuno Plebis, quòd Quæstorem eum proximo anno tribu amouerant, & ærarium fecerant, diem dictam, ipsosq; in uincula duci iussisse comperimus. Nec minus de P. Sempronio plebis Tribuno, qui Appium Claudium Censorem, nisi collega intercessisset, in uincla duci iusserat, compertum est: quod profectò nõ fecisset, si id sibi iure sacrosanctæ potestatis facere non liceret. Quãuis postea consensu Senatus, res discussa fuerit, ne Tribunitio furori Censura obnoxia foret. Fertur tamẽ Domitius Nero, Neronis auus, dum Aedilitatem gereret, adeò procax & animi immodicus fuisse, ut L. Plancum Censorẽ uia sibi cedere coegerit. Illud quoq; non præterierim, quòd inter opera Censoria imprimis cibaria anserum, qui peruigilem curam gerunt in Capitolio, quòd olim fuere Vrbis custodes & Imperij: Iouemq; miniandum. Ex uectigalibus uerò lacus Lucrinus eruẽdus, boni ominis causa, locari consueuit: quibus Censoribus incũbebat locationis leges dicere. Sicut Athenis Apodectæ, q collationibus & uectigalibus præerat, quorũ iudicio quicquid cõtrouersiæ erat in publicis collationibus, decernebatur: Quodq; cura Horologij inter opera Cẽsoria nõ in postremis erat. Atq; in delectu, cẽsioneue, primi Valerij, Silirini, & Statorij priuilegio honoris nominãtur. Quodq; hi qui Censoria

Indi.

Athenienses.

Censorum munus & potestas.

De hoc itẽ lib. ij. cap. xiij.

Censores antè Consulatum.

Notandũ hoc.

Appius Claudius solus censuram egit.

Tribunorum plebis & Aedilium in Censores potestas.

Neronis in Aedilitate procacitas.

Censorum munera præcipua.

Apodectæ.

soria nota antea notati fuere, licet Censores possent creari, & quo minus crearentur, Censoria nota minus officiat: tamen hi qui Censurã gessissent, quis laudabiliter, iterũ Censores creari, aut ad munus Censorium admitti, nullo modo poterãt. Idq́ꝫ exemplo C. Getæ, qui à L. Metello, & Cn. Domitio Cẽsoribus, Senatu motus & ignominia notatus, haud longo post interuallo, oblita memoria dedecoris & permulsis ciuiũ animis, ad Censuram euectus fuit. Illud quoqꝫ non ab re fuerit dixisse, Tiberij tempore magnis contentionibus actum in Senatu, ut non modò Cẽsura, sed reliqui magistratus quinquennales forent, & nisi quinquennio singulo Comitia magistratuũ fierent, quæ res primùm dilata, mox perpetuo silentio obliterata fuit.

Censorem bis eundem creare non fas erat.

¶Quid sit apud Iurecõsultos cœnaculariam exercere, quid Catadromus, quid Cloaca, quid Sphæristerium, & quid Hypocausta. Caput. XIIII.



In circulo iuris peritorum mutuò sermocinantium præsente me, quæsitum est à notæ facundiæ uiro, quid sit cœnaculariam exercere. Siquidem ab Vlpiano, titulo de his qui deiecerunt, dictum fuit. Siquis cœnaculariam exercens, modicum sibi hospitium retinuerit, residuum uerò pluribus locauerit, si ex eo cœnaculo deiectum effusúmue quid fuerit, omnes teneri, cùm ex mediano cœnaculo deiectũ probaretur: Et tametsi nõnulli diuersa sentirent, ancipiti contentione distracti, dixi ego quantùm comminisci potui ex Varronis authoritate, Cœnaculum superiora ædium, ad quæ scalis ascenderetur, dici: quæ pars inquilinis, & his qui domos conducerent locabatur. Fuitq́ꝫ moris prisci, ut pleriqꝫ ex ædibus modicùm quid sibi reciperẽt: superiora uerò domus inquilinis locarent. Fuisse enim Rhomæ ædificia frequentia, pluribus cœnaculis constructa, ædita in altum, quæ postea ab Augusto certa subtaxata mensura cohibita sunt, multis testimonijs probatur. Cœnaculariámqꝫ exercere eum dici, qui eiusmodi negotiũ ageret, locareq́ꝫ inquilinis domorum cœnacula consuesset. Græcis uerò contrà: nam superiora domus & altè penetralia sibi recipiebant, ad inferiora autem uestibula, & sub porticu, Homero teste, hospites diuertebant. Censuit ergo Vlpianus, si cœnaculariam exercens, hoc est, curam gerens eiusmodi cœnacula locandi, modicum quid ex hospitio sibi retinuerit, residuúmq́ꝫ pluribus locauerit, si ex cuius cœnaculo deiectum quid esset, in noticiam non uenit, omnes qui incolerent una actione teneri, contraqꝫ singulos agere licere, diciq́ꝫ cœnaculariam à cœnaculis, sicut sagariam à sagis, de qua Iureconsultus sexto & decimo digestorum libro mentionem fecit. Quando. s. saga & id genus uestimenti mercatur quispiam, quò pluris distrahendo lucrum faciat. Sic Camelariam dixere Camelorũ curationem, & Camelarios Camelorum curatores, quod munus personale est: de quibus apud Iurecõsultos de muneribus fit mentio frequens, & qui uecturis uictum quæritabant, uelaturam facere dixerunt. Rursus quærebatur qđ signet illa Labeonis uerba de actionibus empti, dum inquit, Quòd si periculosam rem antea facere seruus consuerat, ut si per Catadromũ curreret, uel in Cloacam se dimitteret, tuq́ꝫ uendito à te seruo id imperasti, quod sinè periculo exequi nequibat, censuit Paulus teneri uenditorem ob necẽ dãnúmue, siquam in perniciem seruus incurrisset. Quid Catadromus, & quid esset Cloaca quærebatur. Respõdi Catadromũ decursionẽ dici, spaciúmue in quo agitarenť præcipiti cursu, ἀπὸ τοῦ δρόμος, ꝑ quẽ seruus currẽdo, uel in Cloacam se dimittendo nimirum uitæ periculum adibat. Quippe curru uel equi impetu, dum incautius subit, obteri, uel in Cloacam mergi poterat. Fuisse enim Cloacas Rhomæ in ingentem altitudinem depressas, receptaculum omnium purgamentorum Vrbis, à Prisco Tarquinio primùm, mox à Superbo, & demum interiecto tempore, à M. Aggripa profusis sumptibus, & magna mole constructas, authores tradunt: per quas VII amnes quasi sub Vrbe pensili solida structura raperẽt omnia & auferrent, ad quas non sinè uitæ periculo descensus erat. Neqꝫ dubium quin seruus uix sinè noxa per Catadromũ currere, uel in Cloacas descendere poterat. Tertia fuit quæstio, quid signent illa Vlpiani uerba, titulo mandati, quibus Aurelium hospiti suo medico

Cœnaculum.

Cœnacularia exercere quid.

Cœnacularia. Sagaria.

Camelaria Camelarij Velaturam facere.

Catadromus.

Cloacæ Rhomanæ.

medico mandasse dicit, ut in hortis suis Sphæristerium & Hypocausta, suæ ualitudinis causa, Rauennæ construat. Quid esset Sphæristerium, & quid Hypocausta ambigebatur. Cunctiq; cēserent ex Interpretis authoritate, locum amœnum dici Sphæristerium. Hypocausta uerò subterraneum, & alia imperitissimè. Tandem cùm certaretur sentētijs, ex Plinij & aliorum authoritatibus compertum est, Sphæristerium locū fuisse circularem, qui plures capiebat circulos, & spacia uarijs lusibus distincta, à Sphærica figura dictum demulcendi laxandiq; corporis, & animi remittendi causa, à summis uiris, & magnis honoribus functis intra ædes, nonnunq; in Thermis extructum. Erant enim loca deambulationi, quieti, & cursui, tum luctæ, iaculationi, & palæstræ accommoda. Sicut Trigon locus triquetro similis, ubi pila exercebātur & ludo, Græcis frequēs erat: In hoc enim ad ualitudinem tuendam Diuum Vespasianum remisso à negotijs animo, membra defricare solitum, Suetonius memorat: & Alexandrum Seuerum, teste Lāpridio, in Sphæristerio luctari & currere, ac molliter exerceri accepimus. Hypocausta uerò cubiculum dici undiq; occlusum, in quod aer non admittitur, sed igne accēso, feruore atq; æstu uaporat intus, nec foras diffunditur calor, dictum ἀπὸ τοῦ ὑποκαίεσθαι, quod est succēdere, quasi uaporarium, quod caloris asseruandi causa fit: censuitq; Vlpianus tertio de legatis. Quicquid comburendi causa, siue ad balnei calefactionem, siue ad diætarum hypocausta paratum foret, ligni appellatione contineri. His enim Hypocaustis propter frigora, quibus maximè obnoxij sunt, Germanos, & eos qui gelidissimam plagam incolunt, ac loca assiduo niuis casu inaccessa, uti frequēter inspicimus: in illisq; uersari duro tēpore anni, ibiq; epulari, ac seria & iocos agere. Hodieq; eiusmodi Hypocausta in nostro orbe, Germanorum more, in difficultate Hyemis, ac gelida, & niuali die à multis incoli uidemus.

Sphæristerium

Trigon.

Hypocausta.

¶ Solere futuras calamitates, multo antè signis præmonstrari, & miraculum quo uastitas Regni Neapolitani prædicta fuit. Caput. XV.



SOLERE Deum immortalem, cùm aliquid diri uel aduersi immineat, id portentis & prodigijs futurum ostendere, uenturasq; calamitates signis minisq; cœlestibus præmonstrare, & ipsi nouimus, & à non contennendis authoribus relatum accepimus. Quo tempore Tarquinius regno pulsus fuit, satis constat imminens exitium canem loqutum fuisse, serpētemq; latrasse: quo portento perniciem & exilium sibi mox futurum ostensum est. Crœso Lydorum Regi, quando id concidit regnum, natum filium semestrem articulatè loqutum, diro & prodigioso euentu, fatalem calamitatem quæ postea sequta est, præsignasse dicitur. Gallis etiam Senonibus ad Vrbem properantibus, in noua Via, ubi Alloqutionis postea templum fuit, uocem auditam quæ Gallos aduentare diceret, inter exempla relatum est. Sed ne infinitas species, & nimis uetera ab ultima origine percensere uidear, Patrum nostrorum memoria euidentissimis ostentis, antequam in ponto Bizantū ab immanissimis Turcis, terra, mariq; oppugnaretur, quo excidio quāta calamitas, quantumq; uulnus Christianæ Reipub. illata fuerint, nemo ignorauit: cōpertum est, apud Comum citerioris Galliæ Vrbem, uergente ad occasum die, ingentē canum multitudinem per aera ferri: Postq; diuersorū pecorū armēta, species peditum primò leuis armaturæ, deinde hastatos scutatosq; subsequi, Equitesq; in turmas diuisos ingenti instructa acie prosequtos, horis ferme tribus imaginem aduentantis exercitus præbuisse. Demum corpore procero immanē & formidabilē hominē supra quā dici possit, ueluti exercitus Ductorem terribili equo insidentem processisse, aliaq; ludibria oculorum per inane apparuisse, ingentiū malorū prænūcia. Donec nocte appetente, uisio omnis illa dilapsa est. Quæ ostēta futurū excidiū, cædē, & calamitatē, quæ postea urgētib⁹ fatis sequta sunt, præsignasse nemo dubitauit. Sed quod nos recēti exēplo expti uidimus, ꝑfectò haud minus est. Cùm florēte fortuna Ferdinādi primi Regis Aragonij, Vrbs Neapolitana & Regnū, nullis adhuc belli calamitatibus præme-

Visio belli Turcici.

S. Cataldus. retur, satis constat Cataldum sanctum uirum, qui abhinc annis mille Pontifex urbi Tarentinæ præfuit, quemq; patronum Tarentini ciues uenerantur & colunt, nocte intẽpesta ministro sacrorum cuipiam tunc sacris initiato, & in casta religione educato, semel atq; iterum in somnis apparuisse, ac monuisse ut libellum à se cõscriptum, quem in abdito loco uiuens abdiderat, in quo diuina arcana scripta erãt, effodere & protinus ad Regem deferri curaret: qui cùm parum fidei somnio dedisset, eadem sibi per quietem sæpius obuersata specie, cùm primo diluculo solus moraretur in templo. Ipsum Cataldum qualis erat olim dum in uita ageret, Pontificia ueste & insula amictum, eidem ministro planè uigilanti apparuisse, & prædixisse, ut postera luce cùm primùm posset, libellum à se conscriptum in abdito loco quem in somnis prædixerat, conditum effodere & Regi deferre ne cunctaretur, pœnam nisi fieret grauiter comminatus. Postera luce solenni pompa ministrum cùm populi comitatu ad latebram, in qua longissimo æuo libellus latuerat, processisse: eumq; plumbeis tabellis obsignatum, & clauis obseratum inuenisse satis constat. In eo certum est futurum Regni excidium, miserias, calamitates, & luctuosa tempora, atq; instantia mala quæ postea sequta sunt, Regi prædixisse. Id quod experimento docti, magna mercede parsolutum uidimus. Siquidem tanta uis diuinæ prædictionis fuit, ut haud multo post, ipsum Ferdinandum seu Deûm ira, seu fato insuperabili, quod uitari non potuit, in primo belli apparatu, è uita constet excessisse. Carolumq; Gallorum Regem ingenti coacta manu, innumeris copijs Neapolitanum omne regnum inuasisse: Alfonsumq; Ferdinandi primogenitum, post Patris obitum uix Regno assumptum, Regno orbatum turpi fuga, uelut in exilio diem suum obijsse. Mox ipsius filium Ferdinandum iuniorem, summæ spei adolescentem, miri erga omnes studij & fauoris, cui rursus Regnum debebat, misero & fatali bello implicitum, in ipso ætatis floræ immatura morte præuentum, occubuisse. Postea Gallos & Hispanos communicato imperio, & æquato Regni iure, fugato Federico altero prioris Ferdinandi filio, qui mox Regno successerat: admotis hostiliter Legionibus & ampliore exercitu, denuo Regnum inuasisse, sacra profanaq; occupasse, bonorum direptiones fecisse: Vrbes, uillas, uicosq; omni belli clade peruastatos, multa fœda & indigna passos. Oppida quoq; & municipia cædibus & rapinis plena, prouinciasq; hostilem in modum conquassatas, & in extremum discrimẽ adductas, incendijs & stupris, ac siquid ultra malorum est, patuisse, eundemq; Regem nondũ functum fatalibus malis, post euersam domum, & tot Vrbium clades, cum coniuge & liberis Regno depulsum, domo & fortunis relictis, in inimicorum manus supplicem uenisse, ibiq; morbo & tabe confectum, è uita tandem excessisse. Donec ad hæc tempora in quibus formidare non desinimus, & an satis piamenti & pœnarum adhuc pẽsum sit ignoramus, peruentum est.

¶ Qui Duûmuiri, Triumuiri, Quartumuiri, Quinqueuiri, Septemuiri, Decemuiri, Quindecimuiri, & Centumuiri fuerint. Caput. XVI.

Duumuiri. DVVMVIROS sacris faciundis, qui carminũ Sibyllæ & fatorũ populi Rhomani, placandæq; & auertendæ Deûm iræ, antistites erant: quiq; quoties prodigia nunciarẽtur, adiri solebant: à principio binos fuisse accæpimus, à Tarquinio institutos: quorum alterum M. Attilium, quòd arcana Sibyllæ promulgare & palã facere ausus fuerat, uelut parricidã insutũ culeo proiecit in mare. Lapsis deinde tẽporibus, à Sextio & Licinio Tribunis plebis cautũ fuit, ut pro Duûmuiris sacrorũ, Deceuiri crearentur, quinq; patrũ, qnq; plebis: mãsitq; hic numer' ad Corneliũ ferè Syllã, quo tẽpore Quindecimuiri, qui sacris faciũdis, supplicationibus, & lectisternijs præessent, quiq; placamẽta Deûm & expiationes ediscerent, officiaq; cærimoniarũ exequerẽtur, librorumq; & carminum Sibyllæ curam agerent, primùm creati sunt. Qui quidem libri à Tarquinio superbo ære magno coempti, ad Cornelium usq; Syllam mansere incolumes: Tunc enim incenso Capitolio, cùm omnia perflagrarẽt, ipsi pariter absumpti fuere. Siti enim erãt in Capito-

Marginal notes: Decemuiri. Quindecimuiri. Sybillæ libri.

Capitolini Iouis tēplo, in arca lapidea, loco subterraneo, magna cura studioq; seruati. Tāetsi ad Augusti tēpora superfuisse, eosq; sub Palatini Apollinis basi cōditos stetisse, Suetonis author sit, ubi unà cū Martiorū carminibus, & Bagoes nymphæ, quæ Thuscis artem scripserat fulguritatum, seruabantur. Eam uerò Sibyllam putant Erythrēā, cui nomen Herophila. Alij post Herophilam Erythræam uixisse arbitrati sunt, quæ mulierum prima cecinit oracula. Fuit enim Alexandri tempore. Nam Delphicam ante Troiana bella uaticinatam, & pleraq; Homerum operi suo carmina accommodasse ferunt. Alij Cumanam quæ Amalthea dicta est, dicunt fuisse. Præter quas fuere uaticinio insignes mulieres: una Athenais nomine: apud Hebręos Sabba, apud Chaones Phaennis, Dodoneis Pellæ: licet Sibyllarum nomen non assequtæ. Nā Sibyllarum IIII præcipuè nomen uendicarunt, Erythræa, Samia, Aegyptia: quibus postea adiectæ, Iudæa Cumeaq;: quæ mente concita & numine afflatæ, euentorum consequentiam carminibus prædixere. Eratq; mos uaticinandi, ut ex primis literis cuisq; uersus uaticinium contexerent: quod Plautum & Enniū in quibusdam uersibus fecisse memorāt. Quibus postea libris Gabinius, M. Octacilius, & L. Valerius legati ex Cōsulto Senatus Erythras profecti, mille uersus eiusdē Erythrææ summa cura cōquisitos, in eodem sacrario collocarunt: qui unà religiosè culti concelebratiq; sunt. Mox Augustus, inceso Capitolio, bello sociali, dato Sacerdotibus negocio, per omnem Samum, Ilium, & Erythras, Aphricam, Siciliam, & Italiam conquiri omnia Sibyllæ carmina, & quantum humana ope fieri posset, uera discerni & interpretari iussit. Et demū cùm de libro Sibyllæ relatum ad Patres fuisset: quem Caninius Gallus recipi inter cæteros eiusdē uatis iusserat, summa ope Tiberi⁹ restitit, & ne reciperetur effecit. Et q̄uis Decemuiris sacrorum alij superadditi sint, ita ut ad LX excreuisse dicantur: semper tamen Quindecimuiri dicti nominatiq; sunt. Creabat enim eos Senatus, uel quomodo oportere uidebatur COS. Quinetiā ex scito plebis, Duûmuiros populum creasse, plerunq; compertum est: qui nisi patricij essent, in numero elegi nequibant, & nisi post obitum, alium mutari aut cooptari nō decebat, ab omniq; urbano munere & belli cura immunes erant. Hi ergo & sacras ædes dedicabant, & obsecrationes, expiationesq; ad placandas auertendasq; Deorum iras procurabant. Tum si tetra prodigia nūciarentur, aut monstra: in dubijs Reipub. casibus, iussu Senatus ad libros tanq̄ adytum adibant, illorumq; iussu quæ decreta erant, aut præscripta, uelut ex oraculo monita, fiebant. Etiam lectisternia curare, & ex præscripto librorum, ludis Apollinaribus, aut sæcularibus præesse, templa dedicare, ludos celebrare, uota concipere, supplicationibus, sacrificijsq; solēnibus præfici solebant. Præter quos fuere Duûmuiri, quibus hoc munus incumbebat, ut sacras ædes dicarent, authore Senatu, aut facerēt, faciendásue locarent, aut reficerent. Hos quoq; ex scito plebis, nōnunq̄ à Cōsule, sæpe à Prætore creatos comperimus: eoq; absoluto negotio, ab iniuncti muneris cura quiescebant. Et duûmuiri municipiorum, & alij nauales, quibus Naualiū populi Rhomani, quotiesq; instrui classem uel refici oportebat, utq; naualibus socijs impleretur, commeatuq; & armamentis instruerētur, negotium dabatur: Nec non Aquæductuum deriuādarumq; aquarum, Coloniæq; deducendæ qui curam agerent, quiq; id muneris exequerentur, sæpe Duûmuiros fuisse comperimus. Et alios Capitales, qui perduellionis diem ad Populum dicerent: & in facinorosos animaduerterent, à principio originū creatos. Diē uerò perduellionis ad Populum dicere, erat aliquem capitis accusare, uel mortis pœna reum agere. Hos quoq; leuiori pœna coercere, uel fustibus cædere posse: aut in carcerem duci iubere, nulla controuersia est. Præter hos fuere Triumuiri etiā capitales, postq̄ Curius Dentatus de Samnitibus triumphauit, tunc primùm Rhomæ creati, qui de criminibus pariter cognoscerent, & in facinorosos siquid scelere & perfidia deliquissent, animaduerterent: qui uigilias per Vrbem disponere, & ne qui nocturni cętus fierent, obseruare: neu qui molitores nouarum rerum hostilia auderent, prospicere dedebant: quæ cura lapsis temporibus ad Pręfectum uigilum trāslata est. His quoque ut carceribus Latomiarum intentior cura ageretur, carcerisq; custodiam haberēt: utq; neci destinatis mensa Lanionia, Machæra, & supplicij instrumenta præsto forēt,

Athenais. Sabba. Phaennis. Dodoneis.

Duumuirorum munus.

Duumuiri electi. A Plebe. A Consule. A Prætore. Duumuiri municipiorum & Nauales.

Capitales duūuiri. Diem perduellionis dicere ad populum. Triumuiri capitales.

Præfectus uigiliæ.

cura, procuratioq; impēdebat: ut cùm in reos animaduerti oporteret, ipsorum interuentu fieret. Qui tametsi facinorosos capitis agere & punire possent, uirgines tamen aut immaturas puellas licet maximorum criminum reas, & pœnæ capitali obnoxias, Triumuirali iudicio afficere nō poterant, quorum cura consilioq; non modò incendia, sed coniurationes clandestinę & intestina Vrbis mala sæpe depulsa sunt. Nec me pręterit, post Cannēsem cladem, propter ingruentem ærarij & militum inopiam, Triumuiros conquirendæ pecuniæ monetales seu mensarios creatos fuisse: æris, argēti, atq; auri flatores: quorum munus erat, numismata probi auri, & argenti, iustiq; ponderis examinare: & alios legendæ iuuentutis, qui militiæ idoneos per oppida conquisitos ascriberent: quod quidem ingruente bellorum tumultu, sæpe fieri animaduertimus. Quo enim tempore ad Cannas magna clade pugnatum est, consternata Repub. Triūuiris datum negocium fuit, ut non ingenuos modò, sed seruos ære coemptos, & mancipia ad quatuor & uiginti millia sacramento adigerent. Etiam sacris requirendis & ædibus reficiendis, quandoq; Triumuiros præfuisse accæpimus. Sicut Reipub. cōstituendæ & legēdi Senatus: aliosq; recognoscendi turmas equitum cum fide curaq;: ab Augusto institutos, plerunq; assignādo agro in Colonijs & Municipijs, quiq; uigilias circuirent & incendijs occurrerent, qui nocturni appellati, quòd noctu per Vrbē excubias agerent, Triumuiros creari animaduersum est. In qua re proditum memoriæ fuit. M. Militium, Cn. Lollium, & L. Sextium Triumuiros nocturnos, quòd in sacra uia ad extinguendum incendium præstò non fuissent, à Tribunis Pl. increpitos, multam exoluisse, qui etiam supplendi Senatorum numerum, immeritosq; amouendi plerunq; ius habuere. Etsi quando ius dicebant, non tribunali sella curuli, sicut COSS. Prætoresue, sed in subsellijs uelut Tribuni & Quæstores, iura dabant. Quotiesq; per Senatum populumq; ager dandus uel dijudicandus, aut Coloniæ deducendæ forent, Triumuiros qui Agrarij dicti sunt, plerunq; præfuisse compertum est, tametsi agrum Pontinū Quinqueuiros diuisisse, & per Vigintiuiros ad Decemuiros agrū Capuę & Samnij diuisum, ac ueteranis præmia assignata legamus. Proditū tamen memoriæ est, cum Tribuni pl. ferrent ad Populum, de Decemuiris cum imperio creandis, ut quicquid agri publici per Italiam, Syriam, uel Asiam esset, plebi diuideretur, legemq; promulgare contenderent, Ciceronem summa ope restitisse, & uelut rem pestiferam rogationē antiquasse, eosq; magnifica oratione sic fregisse, ut uicti obmutescerēt. Quatrumuiros uerò creatos accæpimus illos, quibus deducendarum Coloniarū, aut siquid nouum nunciatum foret, ut curarent ne damno Respub. afficeretur, obq; uaria negotia munus mandatum erat. Præter quos fuere Quinqueuiri agris diuidūdis, muris, turribusq; reficiundis, Sæpius ut plebem funebri pecunia eleuarent: utq; æs alienum pro his qui soluendo nō essent, de publico soluerēt: qui mensarij nuncupati: quæ res quātùm ad patrum plebisq; conciliandos animos profuerit, difficile dictu est. Quippe cùm esset Plebs obruta fœnore, pecunijs in foro positis, uim ingentem æris alieni dissoluerūt. Post quos usu exigēte, Quinqueuiri creati cis Tyberim & ultra Tyberimq; possent uespertinis horis uices magistratuum gerere, cùm magistratus ad id temporis in foro esse non deceret. Deniq; quoties aliquod munus factu difficile Reipub. impēdebat, in quo præcipua aliquorum opera, fidesq; exquirebatur: ubiq; multum studij curæq; opus erat: modò Duūmuiros, nūc Triumuiros, aut Quatrumuiros, Quinqueuiros, Sexuiros, aut Decemuiros creauere: quorum ope consilioq; iniuncta munera sæpe exequti sunt. Ipsiq; negotio absoluto, pro quo dicti creatiq; erāt, ab iniuncto munere quiescebant. Fuitq; animaduersum, quod si Decemuiros locandis uectigalibus (quod plerunq; usu ueniebat) Rhomani præfecissent, his ubiq; uectigalia distrahendi potestas erat, cùm aliter nisi Rhomæ à Censoribus uectigalia locarentur. De Septemuiris Epulonum traditum accæpimus, quod hi à principio Tresuiri fuere asciti inter Sacerdotes, quibus togæ prætextæ ius datū ut Pontificibus. Hi fuere. C. Licinius Lucullus, T. Romulius, & P. Portius Lecca, qui legem de creandis primùm tulere, quos propter sacrorum multitudinem, ut ludorum epulare sacrificium conficerēt, Pontifices sacris præesse uoluere. Qui tempore procedente, septem creati fuere. Et quia sa-

Triumuiros cō quirendæ pecuniæ causa creati.

Triumuiri legendæ iuuentutis & militiæ idoneos.

Triumuiri sacris requirēdis & ædibus reficiendis.

Triumuiri recognoscendis turmis equitū.

Triumuiri nocturni.

Triumuiri ius supplēdi Senatorum numerū habuere.

Iura in subsellijs dabant.

Agrarij triūuiri.

Quatrumuiri.

Quinqueuiri.

Quinqueuiri cis Tyberim.

Quinqueuiri ultra.

Septemuiri epulonum.

Tresuiri inter sacerdotes asciti.

cris epulis præerant, cœnarumq; Pôtificum, quæ adijciales dictæ sunt, curam agerent: Ipsiq; epulas Ioui principi Deorum, cæterisq; Dijs indicerēt, Epulones appellati: qui si qua iusta & solennia sacris deessent, ad Pontifices referebant: deq; illorum consilio sententiaq; sacra & omissas cærimonias decernebant. Horum filiæ, ne inuitæ Vestæ sacerdotes fiant, sicut Auguris & Pontificis Maximi, aut Quindecimuiri sacrorum, ueteri priuilegio immunes erant. Præter hos fuere Decemuiri, sub titulo æquandarum legum à principio sinè prouocatione creati, mox alij litibus dijudicandis, qui loco Prętorum in Vrbe ius dicebant. Quippe cùm belli munia Prætoribus deferrentur, & ob id, urgente armorum tumultu, ab Vrbe auocarentur, ne iudicia Rhomæ deessent, illis in expeditionem profectis, Decemuiros qui litibus dijudicandis, & noscendis singulorum postulatis præstò forent, præfecerunt Prætorum loco: cui magistratui Adrian⁹ ante imperium præfuisse dicitur. Post quos fuit Vigintiuiratus causis dijudicandis: quod munus magnæ indolis iuuenibus conferri solebat: Illinc enim gradū ad reliquos honores auspicabantur uiri exculti ingenio & doctrina: Ad quod Tiberius Neronem Germanici filium promoturus, quòd quinquēnio maturius peteret quàm per leges liceret, illum Senatui comendauit, & ueniam petijt. Et Centumuiri amplissimum iudicium, qui iura populo aliquandiu dixere: à quibus nulla erat prouocatio: quorum iudicia Centumuiralia dicta. Ex singulis enim Tribubus terni iudices selecti, populo ius dicebant. Et quamuis ex quinq; & triginta Tribubus supra centum, superessent quinque: usus obtinuit, ut ipsi Centumuiri, eorumq; iudicia Centumuiralia dicta sint: qui omnes cùm iura daturi erant, hasta posita in unum coibant, illorumq; iudicia in duas hastas diuisa erant. Ideo Centumuiralis hasta sermonibus celebratur: qui de hæreditatibus, testamentis, usucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, alluuionibus, nexis, mancipijs, & stillicidijs quàm maximè ius dicebāt. Qui cùm propter turbulentam cōfusionem in longissimùm lites traherent, perraroq; causas deciderent, Diuus Vespasianus ex tot iudicibus selegit quosdā, qui breui curriculo, nec longo circuitu causas definirent. Domitianus quoq; Centumuiralia decreta & constituta uelut ambitiosè ędita, rescidisse fertur. Tantiq; exempli fuere, ut Rhomani adoloscētes primæ indolis experimenta à causis Cētumuiralibus auspicarent. Et cùm antea ne nobilissimis quidem pateret aditus, nisi à Consulari uiro magno fauore producerentur in foro uiri præclari, magnæq; eruditionis: postea deprauato usu, obtentum est, ut ad declamandum transirent pueri extremæ sortis, nullo discrimine, aut delectu, in quibus nec facundia esset, nec eruditio. Præterq; hastam Centumuiralem, mos erat militaris, ut si qua ciuitas ui subacta, hostili incursu diripienda foret, à Duce exercitus ædito in loco hasta poneretur, qua significatione illam non deditione & pacto, sed tanq̃ ui captam diripi licere, & in bona & personas grassati designabat, quæ hasta cruēta nuncupatur. Nam captas non deditas Vrbes diripi ueteres uoluere. Tum si quādo bona proscriptorum hostiúmue manubię, aut præda uenales forent, uectigaliáue locarentur, usus obtinuit, ut hasta posita uænirent, quæ publica dicta est: sicut bello capti, quòd coronati & serui ære cōparati, quòd ex ædito lapide enunciabantur uenales, sub corona & de lapide empti dicebantur: & qui turmatim uæneunt in catasta. Fuitq; moris uetusti, ut his qui trans mare aduecti uenales forent, quò à reliquis mancipijs dinoscerentur, alba creta pedes illinirent. Obseruatumq;, ut de seruis sub pileo uenditis, emptori uenditor nihil præstaret, neq; euictionis iure teneretur, tanq; insignia forent mācipia & probatissima. Vtq; Præcones & qui bona proscribunt, bona Regis Porsennæ uenalia singulis auctionib⁹ proclament, ex eo deductum, quòd discedens ab Vrbe Porsenna, castra commeatibus referta populo diripienda dedisset. Præter quas fuit hasta salutis, ubi in summa inopia ad leuandam famē, hasta posita, publicè frumētum uænit. Græcis uerò ubi uenalia producuntur mancipia, Cycli, ubi uerò conscendunt, ut essent conspicua omnibus, Trapezæ dictæ sunt. Ac licet à principio Quæstura functi Centumuiros aduocare, & ad iudicia cogere consuessent, Augustus tamen censuit, ut post positis Quæstorijs uiris, Decemuiri designarentur, qui illos in unum cogerent, & ius dicere iuberēt. Illud ego non præterierim, apud Carthaginenses Centumuiros de numero Senatorum fuisse ascitos,

Adijciales cœnæ.
Epulones unde dicti.
Quindecimuirorum epulonū filiæ.
Decemuiri.
Decemuiri litibus dijudicandis loco prætorum.
Vigintiuiratus
Centumuiri.
Centumuiralia iudicia.
Centumuirorū iudicia.
Centumuiralis hasta.
Iuuētus in causis Cētūuiralibus primùm se exercebat.
Hasta cruenta.
Sub Hasta publica uendere.
Sub corona & de lapide empti
Trans mare aduecti illiniti.
Sub pileo uenditi.
Hasta salutis.
κύκλοι.
τράπεζαι.
Quæstura functi.
Centumuiri apud Carthaginenses.

ſcitos, qui rerum geſtarum & bellicæ adminiſtrationis rationem à Ducibus exigerēt. Et ab Aegyptijs XXX iudices ex præcipuis ciuitatibus eligi ſolere, ex quibus optimum eligebāt, qui totius Collegij caput & princeps foret. Et in Algido in tēplo Dianæ Quindecimuiros, tam diuinis myſterijs & ſacrificijs ſolēnibus, quàm reſponſis dādis præeſſe. Et Athenis Arnophagon religioſiſſimum & ſummum iudicium haberi: in quo Senatus & Populus unà coibant, quo tempore à XXX Tyrannis penè in extremum diſcrimen adductæ ſunt. Deinde exactis Tyrannis, Decemuiri Rempub. adminiſtrarunt, quorum cuiq; Decaducho nomen erat. Poſt hos Aſtynomi præfuere numero X, V in Pyræo, totidem in Vrbe: quibus cura Pſaltriarum imminebat & Tibicinum. Mox Nouemuirorum magiſtratum præcipuum fecere, qui ſortitò creabantur annis ſingulis, quos Archontes nuncupabant: inter quos primus Archon, primarius Archontium & longè princeps erat: à quo Athenienſes, ſicut Rhomani à Conſulibus, & Lacedæmonij à Tribunis, annos & tempora dinumerabant: Eum honorē qui ſummus erat magiſtratus, Hadrianus Cæſar dum Athenis ageret, & mox Galenus geſſiſſe fertur. Secundus à Regia dignatione βασιλεύς, Tertius à belli ductu πολέμαρχος: Reliqui à legum latione θεσμοθέται dicti ſunt ætate & uſu docti, qui domi iura dabant: quærelas accuſationesq; cognoſcebant: deq; controuerſijs æquo examine decernebant. Aetolis uerò Polemarchus claudendarum portarum & Vrbis curā gerebat, clauesq; noctu detinebat: interdiu autem cuſtodijs portarum aſſidebat.

Triginta iudices Aegyptijs. — *Quindecimuiri.* — *Arnophagon.* — *Decemuiri apud Athenien.* — *Decaduchus.* — *Aſtynomi.* — *Nouemuiri.* — *Archontes.* — *Athenienſes ab archontibus. Rhomani à Cōſulibus Lacedæmonij à Tribunis numerabāt ānos, & tempora.* — *βασιλεύς.* — *πολέμαρχος.* — *θεσμοθέται.* — *Palemarchus apud Aetolos.*

¶ Quoties contra ambitum illorum qui appetūt Magiſtratus pluribus legibus à Rhomanis obuiam itum ſit. Caput XVII.



POST Vrbem conditam longo tempore nullam de ambitu legem fuiſſe latam, multorum literis proditum eſt: Scilicet quia in dandis magiſtratibus & conferendis honoribus, priſci Rhomani, non largitione & ambitu, ſed uera uirtute nitebantur: propterq; res egregiè geſtas domi militiæq;, meritos ciues Prætura, Aedilitate, & Cōſulatu, ampliſſimisq; honoribus honeſtabant. Prima lex contra ambitus illorum qui Magiſtratus appeterēt, per Tribunos plebis lata fuit, quo tempore poſt Decemuiros Tribuni militum conſulari poteſtate Reipub. præfuere, qua necui album in ueſtimentū petitionis cauſa queq; adire liceret, cauebatur: C. deinde Petilius Tribunus ple. legem tulit ad populum, qua largitiones illorum qui honores pecunia mercarentur, graui dāno & pœna multauit: fuitq; ſeueriſſima diſciplina & ſub graui cenſura lex ſeruata, qua ambitioni & cupiditati obuiam ſæpe itum eſt: ita ut inter exempla relatum ſit, Q. Coponium, quòd uini amphoram ei cuius ſuffragio magiſtratū petebat, dono dederat, ambitus cōdemnatum pœnas luiſſe. Cintius deinde legem tulit muneralem, qua grauiſſimis pœnis affecit eos, qui à quouis candidato munus ſuffragij cauſa donúmue acciperent: Inde cautum, ut in petendis honoribus candidati ſinè toga ad comitia deſcenderēt: ne pecunijs in ſinu reconditis, Tribuum ſuffragia mercarentur: Sed cùm quotidie hoc malum ſerpere uideretur magis, & ambitus petentium coerceri oporteret: Paulus Aemylius COS. legem tulit ad populum, qua ne cui ſuffragij cauſa munus dare liceret, multiplici pœna interdixit. Poſtea lege Calphurnia his qui mercede corrupti, aut munere deliniti, candidatis obuiam iſſent, quiq; precio illos ſectarentur, aut ſi prādium ad captandos animos, aut quid muneris exhibitum foret, præter pœnas legibus cōſtitutas, etiam pecuniaria multa dicta fuit: Id quod Fabia lege cauebatur, qua præfinitur numerus ſectatorum, proſequentium in Comitijs candidatos, pœna adiecta, ſiquis plures aduocaret: quam legem Marius etiam in ſuo Tribunatu contra illos qui Tribuū ſuffragia ambirent, ſeueriſſimê tulit: Intantumq; ambitus honorum inhibitus fuit, ut Licinia lex & Ebutia non modò illi qui de nouo creando magiſtratu ad populum ferret: ſed nec ipſius Collegæ & affini curationem poteſtatêmue demandari, graui documēto ſanciuerit. Demum Marius in conſulatu denuo ita ambitum oſum habuit, ut aduerſus Cottam collegam, & Metellum Tribunum. pl. legem promulgarit, nequis largitione

Prima Rhomæ lex contra ambitum. — *C. Petilij lex.* — *Cintij lex muneralis.* — *Alia lex.* — *Paul. Aemylij lex.* — *Lex Calphurnia.* — *Lex Fabia.* — *Lex Marij* — *Lex Licinia & Ebutia.* — *Marij lex alia*

one aut donis magistratũ honorésue assequeretur. Mox Pompeius Magnus cùm unicus esset Consul, aliam pertulit, qua peruicax illorum cupido, qui magistratus appeterent, graui censura multauit. Mansitq; diu Rhomæ hæc uitæ integritas & obseruãtia disciplinæ, ut procul ambitione officium & uirtus pluris q̃ census æstimaretur: Adeò ut post lõga tempora, Catonem ambitus diem dixisse, illis qui largitiones fecerãt, pro miraculo fuerit: Qui ut obuiam effrenatis cupiditatibus iret, se quibuscunq; qui honores mercarentur, pecuniaq; aut pollicitationibus ambiret, diem ad Populum dicturum iure iurando firmauit. Postea usq; adeò mores degenerarunt, itaq; ambitio hominum mentes peruasit, ut sinè discrimine nullo pudore aut modestia in assequẽdis honoribus propalam largitiones fierent: neq; Præturas, Consulatus, aut potestates mercari turpe ducerent, palamq; Candidati cùm ad Comitia descenderent, diuisores haberent, & magistros Curiarum, proq; assequendis honoribus, numos in Tribus pronunciare & pecunias deponere, ac per sequestrem spargere in turbas non formidarent. Et ne quid turpitudinis deesset, manus & operas clientũ, & comitum audacissimorum ad uim & seditionem paratas haberent, ita ut seditiosissimo cuiq;, temeritatiq; & audaciæ præcipuus locus foret, cùm Populus mercede corruptus, atq; alij potentia amicorum fulti, per cædes & dimicationem, perq; omnem licentiam & audaciam, fasces, imperia, sacerdotia, & triumphos darent: & non iusto suffragio, sed armis lapidibusq; pro largitore certarent. Tantaq; exarsit ambitio, ut ex hac turbulẽta confusione, octo fere mensibus Vrbem inter populares procellas patrum & plebis certamina, dũ seditionibus uacãt, sinè lege, sinè imperio, sinè honoribus diu caruisse magistratibus legamus: quæ quidẽ res non mediocri damno dedecoriq; fuit. qui morbus Athenas quoq; peruasit: Nam cùm antea incorrupti mores fuissent, prim⁹ Anytus Anchemeonis fili⁹ largitionibus immodicis pecunias erogasse & suffragia mercatus fuisse dicitur, perniciali exẽplo magnæ turpitudinis & dedecoris inde subsequti. Deinde Lycurgus ambiciosæ largitionis maius testimonium fecit: Nam donato singulis magistratibus talento, Rex Spartæ creatus fuit, donec M. Tulli⁹, & mox Diu⁹ Iulius, deĩde August⁹, ne qua occasio fraudis pateret, inter cæteros quas tulerunt Leges, seuera correctione ambitus illorũ qui largitionibus suffragia captabãt inhibuere. Et deĩde à Lurcone Tribuno pl. ut qui numos in Tribus pronunciasset & dedisset: quoad uiueret annua Sextertia pœnæ nomine singulis Tribubus pẽdere cogeretur, salutari edicto cautum fuit. Sed cùm effrenatæ cupiditati nondum obuiam irent, corruptionesq; suffragiorum nihilominus immodicæ fierent, Senatus consulto prouisum est, ut Candidati ante inita suffragia, nec conuiuentur, nec munera mittant, neq; pecunias deponãt. Quibus edictis, legibus, & Senatus consultis, uix tandem ambitus illorum qui honores peterent, postq̃ diu peruagati sunt, compressere.

Pomp. Magni lex. — *Morum degeneratio.* — *Vrbs sinè magistratibus ob seditiones.* — *Athenienses.* — *Senatusconsultum in Candidatos.*

¶ Idus cuiusq; Mensis apud Veteres Rhomanorum maximè festas & feriatas fuisse, & quid apud Exteros. Caput XVIII.



INTER festos celebratosq; dies, quos in honore Deorum uetus religio sanxit, Idus præcipuè solennes semper fuisse accæpimus: Nam præter quam quòd omnes Idus Ioui feriatas, & à Flamine diali bouem immolari singulis Idibus perspectum sit: Tamen præcipuæ quædam erant feriæ Idibus dicatæ, quas Veteres coli obseruariq; iusserũt, ut illas prætermittere & insolennes relinquere, ducerent nefas: Nanq; idibus Ianuarijs Tibicines festum diem agere multa licentia & lasciuia, muliebriq; habitu per Vrbem uadere solebant. Causa uerò traditur, quòd cùm honoribus amplissimis essent honestati, his postea exuti, uno agmine Tybur concessere, quibus reuocandis Libertus operam dedit, qui apparatis epulis, quasi rem diuinam facturus, illos muliebri ornatu, ita ut cõpti paratiq; erant, uino & epulis madidos carpento Rhomam reportauit, mansitq; ad posteros festa dies annua, ut eo habitu triduo uagantes per Vrbem, perq; forum cum cantu & Tibia incederent: Qua die, ob Augusti uictoriã, quodq; Augusti cognomẽ Octa-

Idus solennes. — *Feriæ Idibus dicatæ.* — *Idibus Ianuarij.*

uio

Idibus Februarij.

uio delatum fuit, in templo Iouis Opt. Max. ueruex à Flamine immolabatur. Idibus Februarij in Tyberis insula, ubi Fauni ædes erat, Rhomani rem diuinam & sacrũ an-

Idibus Maij.

nuum fecerunt. Idus uerò Martias ad Annam Perennam, quò cõmodè annare & perannare liceret, festas Genialesq́ obseruarunt, largioribus poculis indulgentes: Ea eñi nympha soror Didonis credita, in Aricino seu Laurente sedem habuisse fertur, quam à perpetuitate Perẽnam nuncuparũt: Quæ Idus infaustæ & ominosæ postea fuere: placuitq́ illas parricidium uocari, quòd illis Diuus Cæsar coniuratorum manibus cæ-

Idibus Aprilis

sus occubuit. Idibus Aprilis uictori Ioui. Q. Fabius ędem quam bello Sabino uouerat cum quibus cruẽto Marte & intestinis sæpe cladibus dimicatũ fuerat, dedicauit: Eaq́ dies festa in posterum haberi cæpta. Hæc enim ædes in Palatio fuit magno sumptu &

Idibus Maij.

mole constructa. Maijs uerò Idibus mercatorum festus agebatur dies, quòd ea Mercurio, qui mercimonijs præest, natalis foret: quodq́ Appio Claudio, & P. Seruilio COSS. ædes illi dicata fuerat, qui Mensis mercimonijs sacer in posterum semper habitus. Quippe eo Mense mercatores Maiæ Mercurioq́ sacrum facere, & suem prægnantem immolare, seq́ & merces ex Mercurij fonte ad Capenam lustrare assuerant, ita magnos & uberes quæstus facere opinati: Hanc ædem ad Circum maximum con-

De hoc lib. ij. cap. xxij.

structam dicunt fuisse, precipuo opere, & magno impendio: quo etiã die scirpeas effigies de ponte Sublicio Vestales in Tyberim deijcere prodũtur, cùm prius homines

Idibus Iunijs.

cõsuessent. Idibus Iunijs alter Tibicinũ dies anniuersarius agebaẽ festus: qua die Tibicines qui sacris præcinunt, per Vrbem uadere feriatos, & ad ædem Mineruæ con-

Minusculæ quinquatrus.

uenire solenne fuit: ipsasq́ minusculas quinquatrus, quòd diem quintum post Idus feriatum haberent, appellarunt: sicut triatrus, sexatrus, septemmatrus, & decemmatrus:

Idibus Iulij.

quo etiam tempore inuicti Iouis ædes dicata fuit. Idus autem Iulias equitũ turmæ festa fronde, & olea ornatè in campo Martio instructæ, tanq̃ qui congredi acie parãt, trabeati celebrant magnis cęrimonijs, ut fuit à Fabio institutum. Nam Prætoriæ cohortes instructæ tanquam in hostes tenderent, & Eques compositus per turmas, in armis stabant: In qua pompa Germanici imagine præcedente, Equitum turmæ sequebantur instructæ, cum militaribus donis, quibus in testimonium uirtutis ob fortia facinora donati fuerant: eademq́ dies, quòd populus Rhomanus ducens contra Latinos mira felicitate potit⁹ fuerat, Castori & Polluci sacra fuit & celebris: ferturq́ origo antiquissima, quòd tunc Castoris ædem uotam Latino bello. L. Aemylio & Cæsone COSS. in foro, ubi uisi fuerant, Senatus dedicauit: Et ex illo traditũ ut solenni apparatu, pompa à templo Matris Deûm extra Vrbem, ad forum usq́ procederet. Inde trabeati, & olea coronati Equites ab æde Honoris ad Capitolium irent. Quem trãsuectionis morem diu intermissum Octauius reuocauit, cauitq́ nequis in transuehendo (quod antea licuerat) ab accusatore detraheretur: Qui Mensis Atheniensibus quoq́ festus erat:

Athenienses. ὠσχοφόρια. Nonis Iulij. μουνυχιών.

quippe Nonis Iulij oschophoria celebrãt: in quibus oleæ ramũ, pane fici, Cotyla mellis, & fructuũ primitijs onustum per ingenuos pueros foribus appẽdũt ciuitatis: Et Mẽsis munychionis undeuigesimo die, Equester ordo pariter Ioui solẽni more prodibat cum pompa. Idus uerò Augusti, serui & mãcipia, atq́ omnis famulatus festas ob-

Idibus Augusti. Indi.

seruarũt: quòd Seruius Tullius ancilla genitus in lucem tũc æditus fuisset: quo tempore uxoribus caput lauare felix faustumq́ putabatur (sicut apud Indos cùm Rex capillos abluit, festum celebrant diem) donaq́ inuicem missitant, & diuitias ostentãt. qua die serui & seruæ æquato iure, & nullo discrimine liber an seruus esset, cùm dominis colludere, & festos dies Rhomæ agere solebant: qui dies etiam pro natali magni Alexandri apud plerosq́ esse censebatur, propterea religiosus & sacer Dianæ habitus: Nam facibus accensis, in nemus Aricinum, ubi erat Dianę templum, ab Vrbe discur-

Membrũ uirile à matronis honoratum.

rebant: Quo etiã Mense res celebrata sermonibus proditur, ut matronæ uirilis membri figuram diuinis percolerent honoribus. quam extra portam Collinam ad ędẽ Veneris cum pompa sacrorum deferebãt, Aegyptiorum more: mox à castissima & spe-

Idibus Octobris.

ctatæ pudicitiæ matrona, præter matronale decus, in sinu Veneris locaret. Idus quoq́ Octobres festas fuisse tradunt, quo tempore in Martio campo equum qui October diceretur, immolari seruatũ est: Cuius caput, ut ex eo sanguis manaret, protinus in Regiam

giam deferre, mox cauda desecta, illius cruore aram spargere, & in Reginorũ locum deportare, illudq; panibus redimere assuerant: de quo inter Suburranos & Sacrauiẽses magnis contentionibus non sinè discrimine certabat. Ab Athenensibus uerò seruatum est, ut mense Octobri magnorum mysteriorum XIIII. CALEND. Nouembris solennis agatur dies. Et Liber pater in Eleusinam ex Vrbe trãsmittatur: Nouẽbri uerò parua, Iunio autem rursus magna celebrentur mysteria, quæ Cæreri sacra erant, parua Proserpinæ: in quibus maximè cognitum est, ut quam quis induit uestem initiatus, eam ne amplius exueret, donec lacera & ptrita foret. In alijs mysterijs tradi tur mos, ut uestem in qua quispiam initiatur, templis & numinibus dicarẽt. Quæ quidem mysteria cùm alieno tempore intueri nefas esset, Demetrius Rex, ut illorum particeps fieret, non suo tempore, Ianuarium & Iunium mẽses Nouembrem appellauit. Idus uerò Decembres solennes fuisse nonnulli tradũt, quòd in cursu equorum uictorem dexterioris bigæ sacrum Marti immolarent. Nonis Faunalia & Fauni festa peruigili anniuersario colebantur Rhomæ. Athenis uerò decima & octauia ipsius Mensis die, Aesculapij erant sacra & festa. Quod autẽ dictũ est Idus Ioui, CALEND. Iunoni sacras esse, scire licet certis authoribus traditum esse, Epicuros singulis Mẽsibus statas dies habere feriatas, quas Icadas nominant, hoc est, uigesimam cuiusq; Mensis lunam, quòd ea natus Epicurus foret, quem tam sanctè habuere, ut illius imaginem non modò annulis, sed poculis ferrent insculptam. Et ab Atheniensibus octauã cuiusq; mẽsis Neptuno festam, coli & feriari. A Græcis uerò singulis CALEND. Deos uenerari. Sequentem post CALEND. diẽ, Semideis & Heroibus tribuere: qui etiã statas dies Mẽsiũ certis numinib⁹ cõsecrarũt: Siquidẽ Neomenia quę apud nos CALEND. sunt, & septima Mensis Phœbo, quarta Mercurio, octaua Theseo dicatę fuere. Apud Lacedæmonios aũt singulis CALEND. totius anni uini quartari⁹, & farinæ Medimnus, ac singula pecora Regib⁹ uelut ministris sacrorũ, Apollini mox immolãda dabant.

Magnorũ & paruorum mysteriorũ solennis dies apud Athenienses. Calend. Nouẽbris.

Idibus decẽb. Nonis. Aesculapij sacra.

Εἰκάδες. Epicureorum

Athe. Neptuano

Græci.

Lacedæmonij.

¶ Defensio Vlpiani definientis Instratum quid esset, & quid differt pulsare à uerberare, contra Grammaticum, illum falsò accusantem. Caput. XIX.



HESTERNO die familiaris meus in dicendo promptus & audaculus, arguebat Vlpianũ Iurecõsultũ ex authoritate doctoris Grãmatici, cuius libelli uulgo innotuere, quòd malè definisset instratum quid esset, cùm omne uestimentũ esse diceret quod inijcitur, quod Vlpianus ex authoritate Labeonis affirmat. Nõ eñ uestimẽtũ esse instratũ dixit ille, necq; stragulã uestẽ, ꝓ hoĩs uestimẽto, sed pro lecti operimẽto tãtùm apud Authores inueniri: & pleraq; in hãc sententiã adduxerat: cuius dicta cùm percupidè legeremus, mirũ in modũ authoris incuriam admirati fuimus, qui licet abundè multa disseruisset nõ ineptè, in nõnullis tamẽ perlicẽtur profatus est, quippe cùm stragulam nõ modò pro lecti operimẽto accipi, sed ꝓ hominis uestimẽto apud Authores sæpe legi inspiciamus, Vlpianũq; signatè & uerè loquutũ, q̃ instratũ omne uestimẽtũ quod inijcit̃ definiuit. Trãqllus in Nerone. Funerat⁹ est, inqt, Nero impẽsa CC milliũ, Stragulis albis auro intextis, qbus usus CALEND. Ianuarijs fuerat. Põpeius Festus grãmaticorũ lõgè eruditissimus, qui uerborum proprietates uiresq; admodùm pensitauit, Vestis, inquit, generaliter dicitur, ut stragula, ut pallium, tunica, uel penula. T. Liuius tertio de Macedonico bello: Et cùm tibi uiro liceat purpura in ueste uti stragula. Paulus quoq; iurecõsultus ex pellibus uestes cõfici dicit, cũ & tunicã, & stragulã pelliceã nõnulli habeãt. Ex quibus, stragulã uestẽ hoĩs designare, indubitata exẽpla sunt. Rursus eũdem Vlpianũ taxauit, quòd ex authoritate Offilij iureconsulti cẽsuit, pulsare & uerberare eo differre, quia uerberat quis cum dolore, pulsat uerò sinè dolore: propterea Vlpiani definitionẽ inuidiosè criminat̃, tanq̃ possit aliquis cũ dolore pulsari, & sinè dolore uerberari, additq; uerberare esse uerbere cædere, quod est instrumẽtũ lõgũ & exile, qualis est uirga, & pleraq; eò pertinẽtia. Sed cùm istius authoris uenia dixerim, Vlpiani mens aliò spectat: quippe si mentem ipsius pensitamus, proculdubio intelligemus il-

Vallam notat Elegant. li. vi. cap. xlvi.

Instratum.

Ibidẽ Vallã proximo capite.

Verbero. Pulso.

lum uerberari dici propriè, qui animale corpus uerbere affligit, ipsumq; signatè & appositè loqui, qui hominem uel pecus uerberatum dixit, non pulsatū. Cùm uerò ad rem sensu carentem ictus inferuntur, tunc pulsare dicimur, non uerberare: ut pulso ostiū, lanam, aut uestem: uerbero hominem uel pecus. Neq; illi assentior qui dixit uerberare esse uerbere cædere, hoc est, fuste lōgo affligere: Nam & pugnis & lapide uerberatum quempiam Latinè dicimus, sicut fuste uel baculo: Idq; Terentij testimonio uel maximè apparere: Leno enim in Adelphis cùm se uerberatū dixisset, mox designauit, quo uerbere esset afflictus, usq; adeò, inqt, mihi pugnis os fregit. Aul. Gelius noctium Atticarum, pro delectamento, inquit, habuit manu sua uerberare. Tametsi uerberari rem anima & sensu carentem apud authores plerunq; usurpatum legamus. Plinius XIIII historiæ naturalis. Cāpaniæ uina, inquit, exposita in cadis sub diuo uerberari, Sole, Luna, imbre, ac uentis aptissimum, & alibi, Carthago in Aphrica exercetur halitu maris, & uerberatur imbri. Et pulsari rem animatā, & sensu participē quādoq; comperimus. Suetonius in Galba, ut inter conuentum matronarum correcta iurgio, inquit, & manu pulsata sit. Quod non propriè & signatè, sed quasi per Metaphoram accersitum crediderim. Si tamen certis uerbis & uera finitione signatis eloqui uolumus, pulsatum illud uerè dici, quod sensu carēs crebro ictu percutitur, siue ostium, aut pallium, siue quid aliud dixeris: Verberatum uerò hominem aut animal quod uerbere afficitur dici conuenire, prout Vlpianus præclarè censuit, apud authores probatissimos certum atq; confessum est.

¶Quibus legibus Rhomano ciui data immunitas fuerit, ne uapularet: & quæ iura competāt dominis in seruos, & patronis in libertos. Item in exilium mittendi ratio apud diuersos. Caput XX.

Seruilij lex.



SERVILIVS COS. traditur primus, qui legem tulit, ne quis ciuē Rhomanum uinctum clausumq; teneret, quo minus ædēdi nominis ei potestas foret. Et cùm primò in ciues Rhomanos uerberibus animaduerterent, sæpiusq; innocentes ob factionem & gratiam proprius inuidiæ forent, & pœnas luerent immeritas, Portius Cato pro tergo ciuiū, ne cui impunè insultare liceret, legem tulisse fertur: qua siquis uerberasset necasśetue Rhomanum ciuem, graui iudicio mortis cruciatus, bonorumq; & exilij pœnis multari sanxit: quam legē Sempronius COS. alijs latis, nouisq; additis pœnis, confirmauit, quæ Portia & Sempronia dictæ: quibus legibus de ciue Rhomano siquis capitis anquireretur, Populi iudicium erat, quod fuerat XII Tabularum lege sancitum, ut de capite ciuis nisi Centuriatis comitijs decerni nihil posset: sed nec tolli de ciuitate, uel à solo patrio relegari, aut in exiliū agi, nisi dicta causa, & Centuriatis comitijs poterat: quod quidem triplicis generis erat, authore Martiano: aut enim omnium locorū interdicebatur accessus, præter unum: uel in Insulam deportabatur: aut sicut Claudius Cæsar quosdam multasse dicitur, ut ultra tertium lapidem ab Vrbe egredi uetaret: qui etiam sanxit, ut hi quibus Prouincia interdictum esset, Vrbe quoq; summouerentur. Cunq; apud exteras gentes solum uertere, & in exilium agi, pro supplicio minimè dari soleret, quia non pœna exilium erat, sed supplicij diffugium, ne pœnas iure debitas luerēt: solis Rhomanis pro maleficio exilij pœna fuit: quas postea leges Cor. Sylla oppressa Repub. quam in dominationē uertit, abrogauit: Quippe inter grauia & acerba plurima primus Rhomanorū sinè Populi iuditio ciues morte multauit. Atheniensibus uerò Clisthenes exilij legem tulit primus, qui haud multo post sua lege damnatus, pœnas luit. Deinde exilio quindecemnali, aut decemnali nouarum rerum molitores mulre, inualuit mos, quod genus Ostracismon dixerunt, ab Ostraco siue testula, per quam suffragia ferebant: qui mos talis erat, ut in testulis nomen audacis & perniciosi ciuis, cuius potentiam formidabant, comitijs inscriberent: & cuius plures erant testæ in urnam coiectæ, is de concilij sententia ab aris focisq; proiectus, ut à ciuium arceretur

Lex Catonis pro tergo ciuium.

Lex Sempronia & portia. Lex xij. Tabularum.

Triplex genus exilio plectendi.

Cor. Sylla legū Rho. euersor.

Exilij lex apud Athenienses.

ὀστρακισμός.

arceretur aspectu XV, aut X annorum exilio solum uertebat. Fuitq; constitutum ut ita damnati Argiuam exulatum irēt, ubi bos erat æneus magnitudine uisenda: quare qui illic exulabant, seruare bouem dicebantur. Quæ comitia nisi supra VI millia ciuium concilio ad iudicij diē conuenirent, nulla atq; irrita erant. Ea quidem ostraca, non plebeiorum atq; ignobilium causa, sed ad retundendam nobilissimorum potentiam cōmenti fuere, ut extorres lare & patria, quasi in exilio consenescerēt. Quare Atheniēses egregios ciues & benemeritos sæpius ob uirtutem, nequis amplius emineret, testula ablegarūt: Siquidem præter Thesęum, quem in Scyrum exegerunt, Solon lator legum, Aristides quo nemo iustior, & Themistocles, alijq; ob illorum magnitudinem, in exilium acti sunt: Milciadem uerò mori coegerunt: Id enim optimō cuiq; Athenis usu ueniebat, ut in exilium ob eminentiam uirtutis pellerentur. Syracusanis uerò Petalismus exilij genus fuit, quo efferentis se ciuis audaciam uirtutemq; cōprimerent: Hi enim non testula, sed in oleæ frondibus suspecti ciuis nomen inscribebāt, & cuius folia plura existerent, illius conspicuam magnitudinem quinquennali exilio multabāt. Fuitq; finis Ostracismi in Hyperbole ignobili, & minimæ sortis uiro, qui ultimus hoc exilij genere exterminatus fuit. Postea C. Gracchus incolumitati ciuium cōsulens, nequid in eos grauius consuleretur, alia sacrata lege sanciuit, ut qui in magistratu & honore positus, ciuem absq; populi iudicio necasset, in eum populi animaduersio foret: quam legem sequti Principes sempiterna constitutione sanxerunt: Insuper statuerūt, ut citra Senatus authoritatem, de nece Rhomani ciuis decernendi nulli facultas foret. In eos uerò qui Rhomani non sunt, ne impunè insultare liceret, pluribus legibus sanctionibusq; obuiam itum est: ut lege Iulia de ui, Cornelia de Sicarijs, & Aquilio plebiscito, pœnis multifariam constitutis, quibus singulorum indēnitatibus salubriter cōsultum fuit. SVPER seruis quoq;, ne in eos grauius æquo domini animaduerterent, pœnæ sunt constitutæ: Siquidem nequam & contumax seruus, ut plaustri lignum cui affigitur Temo, quæ furca dicta est, in collo ferat, & eo quasi iugo subactus, manibus post terga reuinctus, per ora omnium circunferatur, à singulisq; furcifer appellet, uelut uincti pedes & manus incedant: nonnunquā Pausicape, quia ori manus admouere prohibētur, opus faciant: aut candenti lamina, uel literis frontem & ora inurantur, & uultus inscribatur: utq; neruo & compedibus coerceant, hac deformi nota, uel ut insigni animaduersione affici solebant, ut ea ignominia affecti, maior illis uerecundia esset ad facinus. Pistrino quoq; detrudi seruos, & damnari mancipia infida: uel notis barbaricis inuri, ut ob improbitatem insignes forent. Tum post uerbera & cruciatus, uinculis, nuditate, fame, siti, & compedibus, numellisq; catenis, neruis, pedicis, bois, & si crimē exposceret, cruce, & lamina seruilē in modū affici uetus peruulgata pœna fuit. Apud Persas uerò consuetum erat, ut si seruus ære coēptus aufugisset à domino, uinctus compedibus opus faceret: Si autem sponte reuertisset, & fateretur admissum, flagellis cæderetur: Ipsis enim nimiā fuisse seruitutem authores produnt: quippe cùm nulli manumittantur apud Parthos, nullaq; mancipia, dempto seruitutis iugo, libera fiant. Cōtrà apud Indos & Taprobanæ incolas, quibus nulla fuit seruitus: omnesq; una ingenuitate tenentur. Babylonijs facinorosi serui & cōtumaces, per crines trahebantur, ut facinoris admissi pœnas darent. Germanis uerbere seruum afficere, aut uinclis coercere habetur nefas: apud quos laxior seruitus erat, & libertinis penè par: quippe sibi acquirunt serui & peculium habent. Proditum tamen est, Helotas à Spartanis bello subactos, cùm rebellassent, ab Agide perpetua seruitute damnatos, ut dominis illos manumitteret, aut extra Spartanos fines uenūdare nō liceret. Diogenes uerò Cynicus Manen seruū cùm aufugisset, nō modò uerbere nō affecit, sed liberū ire iussit, ac dimisit: turpe existimās Manen sinè Diogene uiuere posse, nō aūt Diogenē sinè Manes. Cōtrà Lycurg' apud Spartanos seruorū petulantiā tam seuerè cohibuit, ut facinorosos seruos Dñis interficiēdi ius daret. Deinde tam Diu' Pius q̄ sequti Principes sup Dñorꝫ potestate in seruos, salubriter cōsuluerunt, ne Dñis pl' æq̄ sęuire liceret, néue in iusta imperia Dñorꝫ noxæ forēt, néue Domini seruos quotidianis uerberibus affi cerent, sed loris cæderent: Quibus cōstitutionibus cauet, ut in eū qui suum occidisset

Seruare bouem

Ostraca ad qd excogitata.

Atheniensiū in benemeritos condemnationes.

Syracusani. πεταλισμός.

Finis ostracismi.

C. Gracchi lex.

Alia lex.

Lex de ijs qui Rho. ciues non essent.

Dominorum in seruos potestas & animaduersio.

Furca.

Furcifer.

Pausicape.

Nota fronti inusta.

Pistrinum.

Persarum serui.

Indis & Taprobanis nulli serui.

Babylonij.

Germani.

Agis in Helotas.

Lycurgus.

Diuus Pius.

 seruum,

Hadrianus. seruum, haud secus pœna diceretur quàm qui alienum necasset. Diuus quoque Hadrianus seruos à Dominis occidi uetuit, sed si quid deliquissent, Prætoris iudicio pœna affici pręcepit, ita ut Vmbritiam matronã, quòd in ancillas supra modũ sæuiret, in quinquennium relegasse ferant: quòd magis è re publica duceret, permulcẽdo tractãdoque

Patronum ius in Clientes. seruorum animos profieri quàm uerbere. Et tam ab his qui mancipio addicti aut ære coempti sunt, quã his qui manu emissi libertatẽ meruerunt, debita iura dominis patronisque assertoribus constituit: Nam iura patronatus post libertatẽ impensam seruo, Dominis incolumia esse uoluit, quæ ex certis causis patronus dominusue amittebat: Siquidem si libertum seruũmue optimè meritum, dum famis periculum adiret, patronus non aluit, aut si inuitus libertatẽ dedit, lex Esiescentia & Diuus Pius, ius patronatus Patrono, & dominiũ Domino ademit. Quod & Claudius Cæsar sanxit, ut ægra & affecta mancipia si exponerentur, ab omni famulatu & seruitio immunia forent: Item, si ad iusiurandum libertum patronus adegit, ne nubat, néue uxorem ducat, eum ad ius patronatus lex pariter nõ admisit: Tametsi lege Iulia de maritãdis ordinibus, hæc iu-

Catonis in mãcipia asperitas. ramẽta postea inducta & remissa fuerint. ferũt propterea Cato Senior malè audisse, tãquam asperior & durior, quòd ægra & affecta mancipia uelut bruta animalia senio debilita-

Patronus in libertũ ingratũ. ta domo exigeret, & uictum negaret. Contrà uerò aduersus malè meritos, impuros, & flagitiosos libertos, aut si delatorem summisissent, uel patroni nomẽ detulissent, seu manifesti criminis rei forent, patrono ius reuocãdæ libertatis, & uniuersa promerita ab-

Edictum apud Athenienses in libertos ingratos. rogandi lege donabatur, Quod ab Atheniensibus decretis edictisque cautũ erat, ut contumax ingratusque Libertus sub mãcipio esse, & seruire cogeretur, quoniã liber esse nescisset, quod Apostasium nũcuparũt. Seruos uerò libertate donatos Lacedæmonij Aphetas, & Adespotas, atque Eritheras dixerunt. Massiliensibus libertus ter doli admissi

Apostasium. Aphetæ. Adespoti. Ericheræ. Massilienses. Clau. Cæsar. reus aduersus patronũ, uelut mancipiũ seruire cogebatur, per singulas uices libertate rescissa: Si quã uerò offensam quartò admisisset, dño imputabatur, & inultus ibat, quòd toties deceptus patronus, quartò se ei credidisset. Claudius uerò Cæsar libertinos qui se pro ciuibus agerẽt, publicauit: Illos uerò qui ingrati notarentur, reuocauit in seruitutẽ:

Nero. qui etiam libertum, quòd patrono delatorẽ summiserat, ut de statu faceret quæstionẽ, seruituti addixit: Quod Nerone quoque imperante seruatum est, & frequenti Senatu

Nerua. obtentum, de manumissis, ꝓpter ingratitudinẽ in seruitutem reuocãdis. Nerua Cæsar seruos à quibus dominos accusatos repperit, uelut ingratos iussit occidi. Quod in seruo Artetij proscripti, popul[us] Rhomanus fecisse proditur, quẽ uelut ingratum in serui-

Sylla. D. Seuerus. tutẽ reddidit denuo, quod proscripto domino, bona & liberos occupauit: sicut Sylla de saxo deiecit seruum Sulpitij domini proditorẽ, ut sibi gratificaretur. Diuus autẽ Seue-

Liberti qui leuiter peccassent. rus cauit edicto, ne serui delatores dominorum audiantur, sed pœna multentur seueriori. Si uerò leuiter offendissent aut contumeliã conuitiumque fecissent, uel dicto minus audiẽtes forent, ultra uigesimũ lapidem, in terrã orámue Campaniæ relegãdi, domini arbitrium erat: uel ut ferrũ traderent: tum ut amplexus hominũ uitarẽt, & à foribus do-

Taciti Cæsaris edictum. mini arcerentur: fuitque aliquãdo in usu, ut de seruis in domios, nec quæstio haberi, nec iudicium dari possit. quod Tacitus Cæsar cauit edicto, ut ne Maiestatis quidem causa cõtra dominorũ capita serui admitterẽtur, aut per eos inquirerẽt magistratus: Nec solùm serui in dños, sed nec patroni in cliẽtes testimoniũ ualuit, quod à Romulo primũ ædita

Tiberius. lege cautũ: propterea Tiberius ut contra Libonem per seruorũ quæstiones inquireret, fraudẽ legi fecisse dicitur, quòd illos emãcipari, & deinde per tormẽta inquiri iussit, donec post tẽporum curricula. C. Imperator seruis siquid quærerent de dominis, passim accusandi, & cõtra eos lege agẽdi facultatem dedit. Est tamen obseruatũ, ut si quem ex seruis dominus de Ergastulo aut uinclis relaxaret, catenas à manib[us] pedibusque, quibus uinctus fuerat, quandoque incideret, ut uinclorum pars in corpore maneret, quo argu-

Serui capti ad Regum imperatorumque statuas confugientes. mento signabãt seruum minus iustè uinctum fuisse, neque iustam seruitutẽ seruisse, nullumque ius patroni domino competijsse, illumque pristinæ libertati, ac si nunquam uinctus fuisset, restitutum. Et tametsi seruos profugos leges suscipi uetarent inuitis dominis, tamen qui capti bello ad Imperatorũ Regumque statuas cõfugissent uelut ad Asylũ, nexu soluebantur & immunes erant, In eos enim manus iniectio non erat. Nãque Ephe

si templum

ſi templum Dianæ id iuris habuit, ut ad illud confugientes mancipio ſoluerētur: quod Alexander ad ſtadium produxit: poſtea ab Auguſto ſublatum, ne propoſita impunitatis ſpes facinoribus cauſam daret. Primùm enim Cadmus dum Thebas conderet, Aſylum aperuiſſe fertur, ad quod fugientes ſinè diſcrimine ſerui aut liberi, ab omni pœna tuti erant. Nonnulli à prognatis Herculis Aſylum Athenis primò inſtitutũ ferunt, ad quod à Patribus oppreſſis cõfugere fas erat. Poſt quod in Rhetæo litore fuit Aiacis Aſylum, & in Sigæo Achillis: quorum exemplo Romul⁹ & alij Aſylũ aperuere, quò accedentes, impunitate donabantur. Apud Moloſſos, Samothraſes, Crotoniatas & Meſſenios, ac pleroſq; ad Deorum aras confugiſſe pro Aſylo habitum eſt, uelut Ithacenſibus Iouis Seruatoris ara: Delictis eñ nõ uoluntarijs refugiũ eſſe aras putauere: Athenienſibus Theſei ſepulchrum id iuris habuit, ut ſerui ad illud cõfugientes nexu ſoluerentur. Et Spartæ Chalciœcum Mineruæ templum, ad quod Pauſanias fugiens, obſtruſo aditu, morte multatus fuit, & aliud Calchicon ad quod Agis confugit. Et in Tenaro Neptuni fanum, ad quod Cleonbrotus, & in Calauria inſula in Aegæo: etiam Neptuni templum, ad quod Demoſthenes cùm aufugiſſet, ab omni uiolenta incurſione Archiæ mãſit illæſus: Atq; in Thracia Dianæ templum inter Clitorium & Cynætham, Et in Aſpendo Panphiliæ Tiberij ſtatuæ pro Aſylo fuere: ſicut Dianæ Leucophrienæ oppreſſis perfugium inuiolabile fuit. Palladis quoq; templũ uelut Aſylum Lacedæmonij uenerantur, in quo nocentes etiam capitis damnati incolumes fiunt. Et in Aphrodiſio & Papho Veneris, apud Stratonicenſes Iouis & Triuiæ tẽpla: Siculis Palyſci ara, id Peloponneſſo Hermionæ fanum ſacrũ Cereri & Proſerpinæ: in Epheſo Artemiſium, Pergami ædes Aeſculapij, in Græcia Calydoniæ Palladis tẽplum, tãtæ dignationis fuere, ut capitalem fraudem auſi, aut pecunia iudicati, qui ad illa confugiſſent, noxa pecuniaq; exoluerentur. Apud Scythas qui ad Riphæos confugiſſent, tanquam ſancroſanctos ſui iuris & arbitrij erant: ſicut in Aegypto in Oſiridis Aſylo iuxta Saym: & in Conopo Herculis templo, ad quod ſerui confugiẽtes ſi innitiati forẽt, opprimi aut ui cogi nõ poterãt: Traditumq; memoriæ eſt, in Lybia oppidũ fuiſſe, ad quod ſiquis ſeruus lapidem importaſſet, liber & ſui potens erat, & Dulopolim, in eadẽ id iuris habuiſſe, ut qui ſeruus ad eã aufugiſſet, omni nexu ſolueretur. Cinna uerò ciuili manente bello, cùm per Præconem edixiſſet, ut ſerui ad eum confugientes, uelut ad Aſylum liberi forent, illoſq; ad pileum uocaſſet, magnas ſeruorum & perditiſſimorum manus coegiſſe fertur. Sed cùm propter Aſylorum impunitates, multa facinora admitterentur magna licentia, Tiberius Cæſar, ne impunita eſſent crimina, immunitates Aſylorum abrogauit, & exoletum morem antiquauit: qui tamẽ Samiæ Iunoni & Aeſculapij delubro ius ueteris immunitatis ob religionẽ reſtituit. Neq; omittendum ſeruis apud Rhomanos Statij, Dionyſij, nec non Stichi & Heræ frequens nomen fuiſſe: ſicut Athenis Dauus & Geta, Cùm anim Daci antea Daui dicerentur, ad Iſtri fontes bello ſubacti, Athenienſibus ſeruierunt, inde ſeruile nomen Daui & Getæ poſteris reliquerunt, apud Syros Dama: in Paphlagonia Tybius, apud Phryges Manes & Mida ſeruile nomen fuit. Lacedæmoniorum ſerui peculiari nomine, Helotæ, Argiuorum Gymnetæ, Cretenſium Epharmiotæ, Clarotæ, & Mnotæ dicuntur: Theſſalorum Peneſtæ, Syracuſanorum Euſtatoni, Mariandynorum ſerui Doriphori, Sicyoniorum Corynephori appellati ſunt: Pelatæ uerò & Thetes liberorum quidem nomina fuere illorum, qui coacti inopia ſeruilia præſtabant, ſicuti Callicyrij in Creta, & Syracuſanis Arotæ, & Callyrij: Præ cæteris autem Iones præcipui inter ſeruos habiti, & uelut inſignia mancipia nobilitati ſunt. Quare Callicratidis Lacedæmoniorum uerbum fuit, qui interogatus cuiuſmodi ſibi uiderentur Iones, facetiſſimè reſpondit, frugi ſeruos, Liberos utiq; malos. Quod Ageſilaus de Aſiaticis iudicauit, & uulgo de Caligula proditum eſt, nec ſeruum meliorem, nec deteriorum dominum fuiſſe: Athenienſes uerò Harmodij & Ariſtogitonis, qui Hippiã inter fecerũt, uelut deuota nomina libertati, tanti fecerunt, ut lege ſanxerint, ne illa ſeruis indere liceret. Quo exemplo Domitianus Metiũ Pompoſianum, quòd nomina Magonis & Hannibalis ſeruis indidiſſet, ſupplicio affecit: tanq; clariſſimorũ uirorũ nomina ſeruili cõta-

Dianæ epheſiæ templum.

Aſylum.

Iouis Seruatoris ara.

Theſei ſepulchrum.

Cinna.

Immunitas Aſylorum per Tiberium abrogata.

Seruorum nomina.

Iones ſerui præcipui.

Callicratidis faceta reſponſio.

Rhomani ciues non relegati. gio polluisset: præter quæ constans obseruatio Rhomanis fuit nimium diu seruata, ne ciuis Rhomanus quouis crimine obnoxius, relegaretur, donec haud magno interuallo id seruare desiere: Primus enim L. Lamia Rhomanus ciuis à Gabinio COS. relegatus fertur, & post eum plures Legũ Iudiciorumq́ pœnis affecti: fuitq́ animaduersum ciuilibus bellis captos, uelut hostes in prædam uerti, & uenum ire nõ licuisse, semperq́ leuius seruitium apud Rhomanos deditis quàm captis fuisse, Græcosq́ perrarò seruitutem seruisse: quare illorũ nullus mercatoribus dabatur locus: sicut Persarum, qui nunq̃ Rhomæ seruiere, nisi sub Alexandro Seuero Imperatore, licet mox, adhibito precio, ad suos redditi sint. Ponticosq́ & Lydios seruos, aut Phrygios gregatim Rhomæ uenire. Thracibusq́ peculiare esse, sale coempta mancipia habere, sicut Lemnijs uino mercari.

Leuius seruitiũ deditis quàm captis.

Sale & uino empta mancipia.

¶ Qui Ludi apud Rhomanos frequentes fuerint, qui apud exeros, quæue sint nuces ocellatæ apud Tranquillum. Caput XXI.

Latrunculorũ ludus.



LVDVS Calculorum ueteribus præcipuus fuisse tradit̃, qui & Latrones dicti: Hi enim in duas diuisi turmas erant, colore diuersi, quorum alij milites, alij hostes: horum lusus erat, ut turmis instructis uelut qui congredi acie parant, hinc inde sub hostium imagine procederent: ac præscripto fine, quoad quisq́ progredi debeat, ita cauere oportebat, ut dum hostem quisq́ inuadere nititur, alterius non pateat incursibus: qui etiam ex gemma fuere, uiris & mulieribus frequẽs, à melioribus & summis honoribus uel maximè cultus & celebratus, quem Palamedes inuenisse proditur, ad comprimẽdas otiosi exercitus seditiones. Post quos fuere Tali eburnei VI angulorũ æquali latitudine: Tesseræ uerò IIII: namq́ erant figuræ ex omni latere, quadratæ, quas Græci κύβους uocant: Sed tamen in iactu, Tesseris utebant̃ tribus, Talis uerò quatuor: in quibus figuræ effictæ uicem numeri habebant, sed quinarius numerus nõ erat in talis sicut in Tesseris: Tali autem Astragali Græcè dicti, & Astragalizontes talis ludentes: Geminum uerò quadratum, hoc est, VIII laterũ dixere Asphalum. Taxillorũ ludus ex VIII pũctis uel figuris constabat: inter quos unus Stesichorius nomine, hoc est, octonarius, præcipuus erat: Qui quidem turricula, seu quæ dicebat̃ orca, uel fritillus, super patenti tabella punctis distincta iactabantur, ne lusoris manus iactum falleret, & nõ casu, sed fraude consisterent. Talorum uerò Canis damnosus, Senio medi⁹ & anceps: Siquidẽ modò lucra, nonnunq̃ damnum afferebat: is uerò quaternariũ numerũ facit: Chius uerò ternarium: Venus autem quæ summum cõtinet numerum, multum lucri affert, semperq́ felici exitu ludum terminauit: Hæc enim Cani opposita Colias dicebatur, tricenariũq́ absoluebat numerum, Euripides uerò quadragenarium: In talis quoq́ legimus Vulturium & Herculẽ basilicũ, quæ an signa fuerint, uel numeri, dubitatur adhuc: In Tesseris Midas fortunatissimus erat: In Taxillorum iactu, ter sex summam Græcis afferunt uictoriam, tria uerò summum damnum. Qua quidẽ alea Portius Cato lusisse fertur animi laxandi causa, & Augustus effusè, Domitianus, & Claudius, qui etiam lusorium conscripsit opus: Inter reliquos Theodoricus Gothorum Rex, cùm in alea uinceret, fertur indulgentissimus fuisse, eaq́ momenta domesticos promerẽdis gratijs captare solitos, sicut cùm Vespasianus in balneum transiret: Quibus quidem Tesseris aptissima fuisse ligustra Plini⁹ notauit. Fuit quoq́ apud Veteres ludus pilæ, & folliculi præcipuæ commendationis & magni studij, quo & Iulius Cæsar, & Octauius, & alij clari uiri illustresq́, exercẽdi corporis & animi uegetandi causa, studiossimè lusere: Quo etiam Scæuola Iureconsultus, remisso à negotijs animo, lusisse proditur, nonnunq̃ Tesseris aut Calculis: Quod de Dionysio Tyranno traditur, ut pila & folliculo assiduè luderet: Reliqui uerò clarissimi Duces, aut Sapientię professores nõ improbãdi, animum diuersis studijs iocisq́ remisere: Quippe Socrates dũ animo uacaret, cum pueris minutis & facie liberali, iocari assuerat: Et Scipio Aphricanus cõchas mari legẽdo sæpe remisit curas: Et Cato Cẽsori⁹ cũ uerna & famulatu aĩm relaxauit, qui

Tali. Tesseræ. κύβοι.

Astragali.

Asphalus. Taxillorũ lud⁹ Stesichorius.

Canis. Senio. Chius. Venus. Colias. Euripides. Vulturius Hercules. Midas.

Ludi illustriũ & doctorũ uirorũ post seria negotia.

Pilæ ludus.

qui etiã qua die tulit repulsã, in cõuiuio lusit: quod de Archia Tarẽtino prodit, ut cũ pueris & seruitijs lusus agitaret: Heraclitus quoq; Ephesius cùm à negotijs quiesceret, Astragalis lusisse fertur: Et Attalus Asiæ Rex hortum pro delitijs coluit, nonnunquam fundendis statuis otium occupauit: Memoratur Alexander Seuerus Imperator per dies festos perdicum & catulorũ pugna se oblectasse. Et Amasis Aegypti Rex post feria morionem egisse: Et Magnus ille Agesilaus cum infante filio arundinem ascendisse: Neq; prætereundum quod de Demetrio proditũ est Polyorchete, qui post negotia, bellicas machinas, & de Europo Macedoniæ Rege, qui in otio lucernas fabricauit: Porthorum quoq; Reges cùm otiũ superaret, cuspides acuisse feruntur: Et Dionysius iunior cura belli solutus, plaustella, mensas, & sedes mira arte compinxit: Attalus uerò Philomator pro oblectamento habuit, Elleborum, Aconitum, & Cicutã, uenenosasq; herbas plantare, ut fructum inde legeret. Sed tamẽ pila Iuuenũ lusus erat, frequens in Martio campo fieri solitus, exq; his altera Paganica, Trigonalis altera, in qua sinistræ usus præcipuus traditur: Nanq; illius impulsu magis q̃ dextræ ludus agebatur, cuius erat usus uel maximè in corporis motu & agilitate, ut sciret aptè pilam iacere, atq; excipere, modò incurrere, modò recurrere. Armis quoq; & equis, tum hasta, claua, & pila, lucta, uenatione, & cursu exerceri Rhomanam iuuentutem uetus cõsuetudo fuit, pariter sudem torquere, equum agitare, arma tractare, sicut iactu disci, cursu, saltu, iaculatione, uel cæstu: quos ludos pẽtathlum dixere, & ludiones pẽtathlos seu quinquertiones. Eratq; Senatus consulto cautum, ut nisi his ludis pecuniam ludere liceret. Græcis uerò octo fuere ludi quibus iuuentus exercebatur impunè, Stadium, Diaulum, Dolichum, Hopliten, Pygmen, Pancratium, Palen, & Halma, hoc est, saltus: Præter quos fuit Harpastum quod uolubili rotũditate in solo iactatur: qui ludus, Polluce authore, fiebat, ut Iuuenes in geminas diuisi turmas, intra lineas ceu metas cõsisterent, Harpastoq; posito in medio, quisq; contenderet, ut intra gyrum alterius lineæ immitteretur: quod si contingeret, uictores erant: & Discus: Fuit enim instar pilæ æneæ, quæ brachiorum uiribus excepta, & in altũ missa, exercebat corpora animosq;: ita ut quantum quisq; uiribus præstaret, maximè eniteret. Nanq; is fortior & præcipuo robore habebatur, qui illum ultra signatum iecisset scopũ: sicut Halteres: erant enim circuli figura non sphærica, sed dimidia longiore, in quibus digiti inseri possent, quos facilibus brachijs rotabant: Et nunc iactando, nunc rotando ludus cõmittebatur. Fuit quoq; Petauri ludus admiratiõis præcipuæ, cùm per circulos quispiã ueloci cursu transuolat, corpore ita librato, ut circulũ nõ offendat: unde Petauristæ ludiones dicti. Follis autem ludus remissior & ignauior habitus: eo enim Senes imbelli ætate ludere solebant: Horum authores Lydos fuisse ferunt, qui ut famem, qua premebantur, facilius ferrent, in miserijs hoc solatij inuenêre, ut ludo tẽpora transigerẽt. Apud Græcos frequens ludus erat Sphæræ, qua qui uicisset, Rex dicebatur & imperabat, uictus uerò Asinus, & uictoris mandata exequebatur: cui Sphæromachia nomen, quo in Gymnasio iuuentus exerceri consuerat. Spartanis palæstra, Atheniensibus præter palæstram quam primi inuenere, erat Equester ludus, quem dixere Apobatẽ, quo Phocionis filius sæpissime lusit & uictor fuit. Proditurq; Germanorum mos peculiaris, ut cùm omnia lusissent, nihilq; pecuniarum superesset, in lusu extremo de libertate contenderent: Victusq; in alea, seruitium pati, & addici uictori uelut mancipium patiebatur: Apud quos freques ludus erat, ut nudi iuuenes inter gladios & infestas frameas se inuicem iactitent, illasq; saltu trãsiliant illæsi. Græcis quoq; iocus erat, cui nomen Encotyle, quo uicti uincẽtium genua manibus excipientes, sublimes deferũt, & alius Cindalismus apud plebem frequens, quem clauis exercebant. Nucibus uerò, & par impar, uel coturnicum & gallinaceorum certamine, quo ludo Antonius & Octauius lusisse, & melioribus ominibus uictor abijsse fertur. aut turbine, uel micãtibus digitis, nõnunquam ocellatis nucibus Rhomæ Ephebi pueri ludere solitauere. Numis quoq; in sublime iactatis, caput uel nauim petere, ut quod tũc forte eueniret, & petitis responderet, id uictoriam daret: aut dormientibus oculos & ora pingere, frequẽs erat puerorum lusus: Quæ quidem nuces loco aleæ fuerunt pueris nondum adultis,

Pila iuuenum ludus.

Exercitia Rho. iuuẽtutis

πένταθλ⊙.

Ludi quibus pecunia ludere licebat.

Græcæ iuuẽtutis ludi.

Harpastum.

Discus.

Halteres.

Petaurici lud⁹

Petauristæ

Follis ludus.

Sphæræ ludus

Sphæromachia

Apobate.

Germanorum mos.

Germanorum ludus.

Encotyle.

κινδαλισμός.

Nucibus

Par impar.

Epheborum puerorum ludi.

Nuces in Saturnalibus Parthorū puerorum. Nuces ocellatæ. Trāquilli locus

quibus in Saturnalibus ludere permissum, sicut iuuenibus alea reliquo anni tempore uetabat: Parthorū uerò pueris ludus erāt aurei tali, qbus certo anni tēpore indulgere licebat: Sed quod modò est de ocellatis nucibus dictū, memini doctos uiros super nucibus ocellatis eiusmodi quæ essent, ancipitem diu cogitationē duxisse: uariaq; in opinione uersari, & alios nuces auellanas, alios amygdalas putare, neq; satis certam ferre sententiam super Tranquilli uerbis, quibus Augustum laxandi animi causa cum pueris facie liberali ocellatis nucibus lusisse dicit: quod uerò nos sentimus & probabilius putamus, id est eiusmodi, ut nuces ocellatas, nucleos quos in Persicis pomis sitos inspicimus, dicamus esse, quibus persæpe ludere nostrates pueros hodie uidemus, dictosq; ocellatas propter ocellos & foramina quibus muniuntur undiq;. Neq; de amygdala & auellana, uel oscilla sicut error habet, sed de Persicorum ossibus, quibus tunc ludebatur, & nunc frequens puerorum lusus est, intelligi conuenire, credimus exploratæ & non ambiguæ sententiæ fore.

¶ Quæ uota olim solennia fuere apud Rhomanos, & quæ apud exteros, quiue uota concipere, & quomodo soliti sint. Caput. XXII.



De belli euētu

Vi mos uetustus in uotis nūcupandis olim, quæq; solēnitas concipiendorum fuisset, multi uariè executi sunt: In primis obseruatum legimus, ut simulac Consuli aut Imperatori, cui belli summa commissa erat, de euentu belli incerta spe fluctuanti, uotum uouere collibitum esset, si id incōsulto Senatu, aut citra populi authoritatem faceret, de manubijs uel hostiū spolijs, aut si non sufficerent, sua impensa exoluere teneretur: Vouebantur enim sæpius templa ædesue Deorum: Ludiq; Dijs aut statuæ, quibus numina placari, aut expiari crimina putabāt: Nonnunq̄ mulsi pocillum pro magno munere Dijs uotum inuenimus: In quo fuit seruatum, ut uelato capite, & ueste caput opertus Imperator, Prætor, aut COS. uotum effundat, illudq; cōceptis uerbis suscipiat. Quos quidem Ludos plerunq; Imperatores uouerunt ex anno imperij computatos, ut scilicet totidem dierum Ludi fierent, quot illi annis imperio præfuissent: Ideo Galenus Cæsar deuictis Syris in Asia, Decennalia uota celebrauit: Theodosius Vicennalia & Tricennalia: sicut Denariæ cærimoniæ & Tricenariæ: quarum sacra adituris X aut XXX diebus obseruantia præcipitur. Et Centenariæ cœnæ à centenis sestertijs: & uasa milliaria, aprosq; milliarios à pōderibus dictos cōperimus: Porticus quoq; centenarias & milliarias dicimus, à passuum longitudine dimensas: Vestes etiam coronasq; ex auro & gemmis plerunq; Numinibus uotas & uoto persoluto dicatas inuenimus: Quæ quidem uota pro Imperij æternitate, nōnunq̄ pro salute ciuium uerbis solennibus concipi solebant: In quo id seruatum est, ut nisi tertio die post CALEND. Ianuarias, pro salute Principis uotum concipiatur, utq; solenne iusiurandum nūcupationibus uotorum præstetur: Etiam pro itu & reditu, proq; incolumitate Principis, iacere stipem ad lacum Curtij, aut ludorum celebritas, apud Rhomanos uotum fuisse cōpertū est: Quotiesq; pro Principis incolumitate concipiebatur uotum, Tiberio imperante id seruatum est, ut in uotorum nūcupatione, Neronem Drusumq; Dijs cōmendarēt: Quæ uerò Dictator, COS. aut Prætor uota suscipiebat, non aliter nisi uerbis conceptis, præeunte Pontifice Maximo, nequid præposterè dicatur, concipi poterant. Ex incerta quoq; pecunia, & quæ non extaret, uotum concipi posse plerūq; animaduersum est: si tamen semel uotum emissum foret, illud denuo irritū facere non licebat: Quod si incerta pecunia fuisset, pro qua uotum conciperetur, eaq; bello usui non esset, illam reponi, nec cum alia misceri oportebat, quod nisi factum esset, uotum non ritè emissum, nec religione uouentem exolui putarunt: Quod si Ver sacrum in magnis Reipu. casibus uotum uouēdum foret, illa infixa religio animis fuit, ut nisi ex authoritate collegij Pōficum uotum fieret, non uotum, sed inconsulta pollicitatio cēseretur. Hoc enim anteq̄ emitteretur, Patribus renunciari, & Populi iussu ac consulto Senatus, arbitratuq; Pontificum fieri debebat, aliter ritè factum conceptúmue esse minus censuere. Illudq; à Prætore

Ludi, dijs, aut statuæ. Is erat L. Papyrius de quo supra ca. xi. Velato capite. Ludi ab Impa. uoti. Cærimoniæ denariæ, centenariæ, &c. Cœnæ cētenariæ. Porticus centenariæ. Vota pro quibus concipiebantur. Pro principe. Vota quæ Dictator, Cōsul, aut Prætor suscipiebat. Ex incerta pecunia. Vota ex authoritate collegij pontificum.

Prætore, uel Cōsule, aut Pontifice Maximo, emitti perperā: In hoc enim uoto, quicquid ex suibus, ouibus, & agnis inter CALEND. Martias & Idus Maias apud quēq; natum æditūmue fuisset, uoto contineri dixerunt, pueros quoq; & puellas qui inter hæc tempora æditi fuissent, haud dubiè uoto comprehendi: Sed quia immolare eos turpe ducerent, hoc piaculari sacro expiarunt, ut adultos uelarēt, uelatosq; extra fines exigerent, qui Vernæ dicti sunt, quo piaculo liberi religione putabantur: Cuius instar Metapontinos uotum uouisse ferunt: Nam uoti compotes auream æstatem Apollini deuouerunt, quod esse arbitramur, uberrimū & quæstuosissimū annum Deo & numinibus consecrari. Fuit animaduersum Ver sacrum antea uotū, & post temporū interualla persolutum, religione uouentem, & populum exoluisse, riteq; exolutum uideri: Præter quæ, Hecatombas uouere Græcis & Rhomanis antiqui moris fuit olim, cùm pestilenti contagio, & graui morbo laborarent: quod à Laconibus primùm inuētum fuisse dicunt. Cuius uoti obseruatio talis erat, ut C aræ uno in loco aggesto cespite, fierent: in eisq; C boues, C oues, centumq; sues, uno tempore immolarent: Si uerò Imperatorū uotum esset, C leones, centūq; Aquilæ unà mactarentur: Fuitq; constitutum ut cùm Hecatombæ uel publica uota soluebātur, populi luctus & mœror desineret, Nāq; in luctu uouere, est mali auspicij & detestabilis. Est quoq; memoriæ proditum, non Dijs tantū, sed & Ventis uelut sancto numini uota persoluta: Quippe Augustus Circio, ne Galliam rapidè infestaret, uotum exoluit, & sacrum fecit, cuius tanta plerūq; uis erat, ut tecta auferret. Calabri Iapigi, Apuli uento Apulo, Athenæ Scironi, Pamphilij Gagneo, ne Incolas tabe afficerent, néue arua depopularētur: Præcipuè Thurij magno affecti beneficio, Boreæ uti Deo uota persoluerūt, quòd Dionysij classem, quā ad eorum excidium parauerat, uehementior coortus, funditus euertisset: sicut Xerxe in Græciam innumerabiles copias ducente, Delphicum respondisse Græcis oraculum ferunt, ut Ventos precarentur sibi auxilio adesse: qui ara Vētis extructa, illos propitios habuerunt, tota ferè hostium classe demersa. In agro quoq; Sicyonio uentis extructam aram legimus: cui quotannis noctem unam uota effundunt: ut lenita uis Venti desineret, cùm turbine Ventorū, uillæ, arbusta, fruges, passim deuastarentur. Et apud Methonem Palladi Anemotidi templum dicatum est, ne uiolētiores perflantes loca deuastarent. Ponti uerò & Persarum Regum uouēdi modus erat, ut in excelsis iugis, & summo uertice montium Pyram construant, alteramq; desuper breuiorem: Ipseq; ad Pyram ligna Rex inferat primus, Iouiq; Militari lac & mel inspergat: & postq̄ uinum, mel, & odores infuderit, uelut propiciato Deo, uota enūciet pulmentoq; præparato, quod astantibus datur, Pyræ ignem inferat, quo incēdio æstuāte aere, uix illuc accedere permittitur. Græcis uerò frequens usus erat, ut statuas longo æuo duraturas Dijs uouerent: quippe Nicanore ægrotante, Aristoteles uota fecit pro incolumitate, Statuas se, Ioui Seruatori unā, alteram Iunoni Sospitæ dicaturū: qui loti, & pura ueste amicti, in superiore domus thalamo plerunq; uota effundūt, & Dijs supplicant. Athenienses uerò, cùm in aureis & argenteis uasibus Dijs propinassent, & Pęana cecinissent, tunc demum sanctissimis cærimonijs cœlum suspicientes uota nuncupabant. Ea autem ex primigenijs agnis, nōnunq̄ ex bobus qui iugum non subijssent, frequentia fuere: In quo fuit seruatum, ut ramus ex sacra olea alba lana coronatus, in emissione uotorū adhiberetur: sicut Parthorū Reges & Magi, qui Nyctegretum quæ Nyctilopa dicitur, herbam coloris ignei è spinæ folijs, adhibebant, magnis sæpè laudibus celebratam, qua non adhibita, nullum uotum ritè concipi arbitrati sunt: qui cùm Deos euocabāt, Marmaritidē herbā, quæ in desertis petris & saxis præruptissimis nascitur, admiscebant. Apud Aegyptios uerò, pro pueris morbo affectis uota concipiebant, ut si Deus uoto adesset, desectum capillum Dijs dedicarent. Mysis nisi immolato prius equo & litato, extisq; depastis, uota concipere non licuit. Inter solēnia autem uota fuisse traditur, quoties exercitus Duces de spolijs hostium Vulcano uotum fecissent: id enim soluebatur, ut fusis fugatisq; hostibus, scuta, gladios, & arma, spoliaq;, nōnunq̄ bellorum machinas, currusq; & inutiles naues, uno in loco aggerant, Pyraq; extructa, circūstante populo, & frequentissimo exercitu, uelut disposita acie,

Vernæ.
Metapontini.
Hecatombas q̄ uouerent, & quādo, & quod genus sacrificij.
Vento uota p̄soluta.
Forte Atabūlo legendū pro Apulio.
Thurij.
Aræ uentis extructæ.
Pallas ἀνεμῶτις.
Regū ponti & Persarum uouēdi modus.
Græcorū mos uouendi.
Atheniēsium uota.
Sacra ex quibus in uotis cōcipiendis.
Parthorum reges & magi.
Aegypti.
Mysi.
Solēnia uota.

acie, Dux more patrio discinctus, Vulcano, Marti, & Palladi incendat: Ipseq́ Dux indutus purpuram, primus ardentem facem sumere, ambasq́ manus in cœlum tendere, deinde in Pyram summittere debeat, toto circùm exercitu exultante, & percussis armis plaudente, Pyraq́ & armis exustis, sacra & rem diuinam faciat, tametsi arma militaria non exuri, sed belli more cremari solita legamus: *Hermunduri.* Apud Hermunduros, inter solennia uota, belli Duces sacrare diuersam aciē, illamq́ Marti & Mercurio deuouere consueuerunt: quo uoto, equi, uiri, spolia, & machinæ, & cūcta bello quæsita, occisioni dantur. *Artaxerxes.* Artaxerxes pro uxoris salute, Terræ uotum faciens, se illam attacta humo solenni prece adoraturum promisit: *Berenice.* Et Berenices, ut Deo uota solueret, nudo pede & abraso capillo Hierosolymis ante tribunal supplicauit: *Decimā prædæ partē Dijs uouebant.* Nōnunq̄ frequēs apud Veteres uotum fuit, ut decima prædæ, & spoliorū quicquid ex hostibus captum fuisset, Ioui & Dijs deuouerent: *Iupiter prædator.* Quare Iupiter Prædator nūcupatus: sicut Camillus, captis Veijs, uotum uouisse dicitur: Id enim soluebatur, ut prædæ parte diuendita, donum Dijs & Numinibus dicarent. *Galli.* Qui mos Gallorum fuit, ut belli iure quæsita, plerunq́ uerò partem Marti deuouerent, in quo id erat constitutum, ut diuina ope implorata, is plus spei ferret, & propitios facilius haberet Deos, qui maiorem prædæ partē Dijs deuouisset: Qua tempestate Crotoniatæ aduersus Locrenses, graues testatasq́ inimicitias habebant, bello dimicaturi, cùm decimā prædæ Apollini uouissent, Locrenses, ut uoto uincerent, nonam deuouere: Et cùm Galli Aristonico Duce contra Rhomanos militarent, deq́ hostium præda aureum torquem Marti promisissent: Flaminius ut uoto uinceret, de torquibus Gallorum Marti trophæū posuit. Aratus uerò Sicyonius cùm CCCCCC hominum capita, ne ab aduersarijs uoto uinceretur, se Deo immolaturum uouisset, non compos, exoluere uotum Thessalico dolo recusauit: Fuitq́ uouentium mos, ut qui compotes uoti fuissent, quo potiora sumerent, ueteribus persolutis, nouis se obligarent uotis. Vtq́ pater qui solus authorandi potestatem habet, uotum filij nomine concipere, ipsumq́ Numinibus obligare possit. *Decima fructuum Herculi.* Decimam quoq́ fructuum Herculi passim uoueri, uotumq́ effundi solere Rhomæ, in usu cōperimus, quod auspicatissimū duxerunt, & fortunatissimum: Qua de causa Lucullum peritum Rhomani moris & iuris, quòd decimam Herculi uouisset, uotumq́ persoluisset, maximis auctum opibus fortunisq́ æstimarunt: *Consulū post initū magistratū uota in Capitolio.* Illud utiq́ uerum est, COSS. designatos ipso die initi magistratus, in bellum profecturos, concionem ad populum habere, Capitolium adire, ibiq́ sacrificio perfecto, uota effundere solere, tunc suscepto emissoq́ uoto, cùm se Numinibus obligarēt, *Rei uoti & damnati.* rei uoti appellati, cùm autem uoti compotes, promissa exoluissent, damnati uoti dicti sunt. *Calamitosorū & iniuria affectorum uota & imprecationes.* Quoties grauia, & acerba, ac misera, & intoleranda quispiam pateretur indignè, uoti & imprecationis genus maximum erat, ut positis humi genibus, ambas palmas crebis ictibus solo incuteret, aut torrē ignitum ianuæ apponeret, illiq́ obuianti delibatis sacris, madēte lachrymis sinu, Deos superos atq́ inferos, cœlum noctemq́ contestans, necem, exilium, dirasq́ calamitates, furiali carmine imprecetur, & sæua quædam Numina aduocans, illum cum omni stirpe & gente, caput, domū, fortunas deuouere, & prætereūtem execrari debeat: quæ imprecatio dici non potest, q̄ miri & efficacis studij sit ad uim diuinitatis cōmouendam: Quibus diris Acteium Tribunum pl. execratum M. Crassum ad bellum Parthicum prodeuntē, magno post exitio consequto. *Cretensium imprecationes.* Cretensibus uerò acerbissima censetur imprecatio, omnibus uotis expetere, ut hi quos deuouemus, mala consuetudine delectentur: qua imprecatione, nulla est efficatior ad excidium properandum. Tanq̄ qui in abusum semel lapsus fuisset, amplius emēdare facinus & ad frugales mores reuerti negret: *Carondas.* Ideo Carondas graues pœnas sanxisse fertur, ac omni supplicio dignos putasse illos, qui cum malis assuescerent. *Spartanorum. ἱπποτροφή.* Apud Spartanos inter sæuissimas execrationes fuit ἱπποτροφή, quā caballationem recentiores uocant, id est, equorum enutritio, eò quòd magno staret impendio, & homines suaui captu ad perniciem duceret. Nam morbus alendi equos, nō pauperes ut aiunt, sed arua frumentifera sectatur. *Opi uoti cōcipiendi ratio.* Extatq́ in ueteribus monumentis, quòd qui Opi deæ, quæ terra dicta est, uotum concipiunt, sedentes uotum effundere, inq́ concipiendo terram tangere debeant: *Agricolæ.* Vtq́ pro boum incolumitate Agricolæ

Syluano

Syluano uota persoluant, farris, adorei, lardi, ac pulpæ, & uini. Pro equis Hipponæ. Castori & Polluci nautæ, & qui naufragium timent: Qui uerò laboribus anguntur Tutano: Fures Lauernæ: Iuuenes Horæ: sicut Pastores Pani deo pro pecoribus: & qui uiam profecturi sunt, Herculi supplicant: Syluano quoq; in singula boum capita, adoreo, lardo, & uini sextario, subtaxata mensura, uotum fit: ferunt pastoricios Aphros inter uota, & primitiarum loco, aurē pecudis præcidere, illamq; ceruice aduersa supra domū abijcere: pro noctibus uerò serta, unguenta, & coronas Veneri aut Cupidini dona ferre. Cunq; Dijs Manibus & Diti cōcipitur uotum, quæ deuotio potius dicta est, Ouibus tribus atris Telluri Iouiq; sacrum fit: In quorū precatione qui rem diuinam facit, cùm Tellurem inuocat, manibus terram tangit: cùm uerò Iouem, sublatis in cœlum manibus precationem peragit: Cùm autem uotū effunditur, manus pectori admouere præcipitur, aliter uotum non ritè concipi, sed polluì sacra inexpiabili religione putarunt. Animaduersum tamen est, Pontificū decreto caueri, ut si ab exercitus Duce, Dijs Manibus quispiam deuotus & consecratus foret, neq; is in acie cecidisset, ut Diti satisfiat, signum VII pedes altum in terram defodi oportere, ubiq; signum effossum fuisset, illic hostias immolari non licere: Et tametsi res Deo deuotas nemo sibi ascissere queat, Hominem tamen Deo deuotum, aut Dijs consecratum occidere permitti impunè, eamq; cædem capitali noxæ non haberi, tanq̄ illius anima non ad nos, sed ad Deos pertineat: Illud quoq; inter authores conuenit, fuisse apud Gallos inter consceleratas preces & nefaria uota, quæ nec more, nec iure concipiuntur, frequenti in usu, ut in magnis discriminibus & extremis casibus, homines se Dijs immolaturos, Rhomanis ferro se digladiaturos, aut pro alterius salute se & caput suum deuoturos, nōnunq̄ in scenam se prodituros, & Histrionicam saltaturos: Apud Græcos decimum quenq; Apollini Delphico daturos: Locrēsibus uirgines se prostituturos: Apud alios desectum crinem Dijs oblaturos: & apud Persas uiuos homines defossuros uouerent: Quare Ametris Xerxis uxor, ut gratiam Dijs referret, quòd in uita diu processerat, XIIII illustrium Persarum liberos, sub terram uiuos defodisse, & uotum persoluisse dicitur, tanq̄ his uotis & diris imprecationibus Dij immortales & cœlestia numina placentur: Ipsis enim defodere uiuētes uulgato in usu fuit. Idomeneus uerò Cretensium Rex cùm naufragus ex uoto conscelerato filium sibi obuiam factū immolare Dijs uellet, illumq; perditū iret, à Cretensibus pulsus & patria eiectus fuit: Pausanias autem Lacedæmoniorum Dux ad Platæas uictor cōtra Mardoniū, cùm de manubijs tripodem aureā Delphis uotum soluisset, suumq; nomē inscriberet, Lacedæmonij pertæsi insolentiam, epigramma induxerunt, & ciuitatum nomina inscripserūt. Neq; præterierim responsum Hāmonis Atheniensibus datum, Ioui magis cordi esse, uota Lacedæmoniorū tenuia, & modicas oblatiōes, pias & castas: q̄ immodica & opulentia Atheniēsium: atq; opimis hostijs & uictimis illorum fœdari aras. Id quod Pythagoras censuit, thure & libis magis gaudere & placatiores esse Deos, q̄ hecatombis & multo sanguine assiduè aras cumulari.

Equites. Nautæ. Qui laboribus anguntur. Fures. Iuuenes. Pastores. Viatores. Pastores Aphrorum. Dijs manibus & Diti. Cærimoniæ in uotis concipiēdis. Deuoti à Duce exercitus. Hominem deuotum occidere impune licebat. Galli. Græci. Locrenses. Ametridis uotum. Idomeneus. Hāmonis responsum de Lacedæmoniorum frugalib⁹ sacris.

¶ Consueuisse Rhomanos illorum bona quos maximis criminibus damnarant, publicare, & quæ Porticus Rhomæ insignes fuerint. Caput. XXIII.



ADVERTI sæpe animū cōsueuisse Rhomanos, quos pro criminibus oppidò grauibus supplicio affecerant, illorum bona, propter criminis detestandum facinus, publicare: illaq; destinare publicis usibus, ita ut Domini supplicium bonorum publicatio sequeretur: Sic Tarquinio Rege eiecto, ager qui Tarquiniorum quondam fuerat, Marti dicatus, campus Martius dictus est: Sic C. Cassij domus, cui ob affectati Regni crimen, dies perduellionis dicta fuit, euersa & demolita, Area ante Telluris ædem facta est: Domus præterea M. Manlij Capitolini, quæ quondam in arce fuerat, qui suspitione Regni pœnas dedit, de saxo deiectus, ædes atq; officina monetæ fuit: in qua æde lintei libri, in quibus erant fata Rhomanorum, seruabantur. Nā Sibyllinos & Martianos, ad quos Decemuiri

Bona supplicio affectorum publicata. Tarquinius. C. Cassius. M Manlius Capitolinus.

Decemuiri quoties Dij consulendi sunt adire solent, in Capitolini Iouis & Apollinis tẽplo in Palatio seruari certum est: Inde Senatus decreto iussuq; Populi, ne quis arcẽ incoleret, néue Manliæ gentis homo, Marci prænomen ferret, cautum fuit: ut æterna memoria dedecoris generi & nomini suo iniusta foret. Et cùm Macellus quidam nequam & criminosus, qui in ganeo & lustris uitã egerat, propter latrocinia sordesq; uitæ, capitali supplicio pœnas dedisset, bonis publicatis, in ipsius domo ab Aemylio & Fuluio Censoribus macellum, ubi obsonia uenderentur, locũ extructũ ferunt: Tametsi forum Olitorium Rhomæ antiquum macellum fuisse tradãt. Sp. quoq; Melij domus, quòd turpiter Regnum appetere conatus esset, postq̃ capitis accersitus, pœnas dedit, patrimonio publicato Aequimelium dicta est: Meminimus quoq; Vitrubij Vacci, cuius in palatio domus, ob illius facinoris pœnam, publicata & euersa, Vacci prata loco nomen dedit. Nec minus M. Flacci turbulenti ciuis, qui cum C. Graccho seditionem molitus fuit, cuius domũ. Q. Catulus de manubijs Cymbricis porticum fecit, quæ Catuli appellatur: ut tantorum criminum facinora nomen denotaret, supplicijq; insignis memoria foret sempiterna: Quibus exẽplis Sylla Dictator, & mox C. Cæsar de bonis proscriptorum publicandis perniciosas leges tulere, quæ Iulia & Cornelia dictæ, unde tot sectiones & omnis generis sectores emerserunt: In quam porticum Ciceronis domus indigno facinore euersa, iussu Clodij mutata fertur. Sed meminisse oportet, præter hanc Q. Catuli, plures Rhomæ porticus insigni nomine fuisse: Nam Pompeij porticus ante ipsius curiam fuit: & altera Octauiæ iuxta ædem Iunonis, in qua signa militaria olim à Dalmatis Domitio adempta, mox ab Augusto restituta diu mansere: & Philippi porticus Herculis imagine, & Helena Zeusidis manu celebrata: Porticum quoq; duplicem ad Circum Flamineum, ab opere Corinthiam, à Cn. Octauo, qui de Perseo naualem triumphum egit, magnificè instructam legimus, atq; munitam: & Metelli iuxta ædem Statoris Iouis, per quas Matronæ uectari & spaciari solebant: Fuit præterea porticus Quirini, antiquo opere uisenda, & Lucij & Caij: atq; alia Liuiæ & Octauiæ ab Augusto quondam, sed alienis nominibus cõstructæ: In qua ampla Prætoria fuisse memorant, quibus ab Augusto demolitis, porticus sub nomine Liuiæ non minoris cultus maiestatisq; suffecta est: Et porticus Claudiæ, ubi ambulationes subdiales miro ingenio elaboratæ fuerunt: Celebratur quoq; porticus Augusti in palatio cum bibliotheca Græca Latinaq;, Numidico marmore per suam symmetriam extructa: In qua Belidum imagines L, quæ maritos necauerunt, sitæ erant: & Vipsana, & septorum marmore, & imaginibus, tum lauretis, & magnificis operibus exculta. Athenis uerò portic⁹ Pœcile: & altera Varia, ubi Mercurius æneus erat, celebratissimæ picturæ uarietate, miris laudibus feruntur, ubi pugna Marathonia depicta: & alia Pysianactia: & Pœcile in Elide, quam echum uocabãt: ferturq; de Olympiæ porticu, quam heptaphonon uocitant, diuersa structuræ facie, mirum: ut uox conclamata per septem orbes ruptis spatijs, eandem multiplicato sono referat: sicut in Cyzico turres septem, acceptas uoces numeroso percussu multiplicant: Inter quas Angiportus patricia non in postremis fuit, iuxta ædem Dianæ, ad quam ingredi uiros religio non sinit: Extra quoq; portam Trigeminam, unam porticum, & alteram ad portam Fontinalem iuxta Martis aram ab Aedilibus Curulibus ex multatitia pecunia cõstructas: & Seueri porticum postea additam fuisse, à multis prodita memoria est. Sed quia de Pœcile porticu loquor, sciendum est, in hac Stoicos philosophari, sicut Peripateticos in Lycio: quare Zeno, quòd in porticu docebat, quæ Græcè στοὰ dicitur, author Stoicæ sectæ perhibetur. Epicurus uerò scholam & conuentus in hortis habuit, ubi philosophabatur.

Marginal notes: Macellus. — Macellũ nouũ. — Macellũ antiquum. — Sp. Melius. — Aequimelium. — Vitrubius Vaccus. — Vacci prata. — M. Flaccus. — Porticus Catuli. — Lex de bonis proscriptorum publicandis. — Porticus complures Rhomæ — Pompei — Octauiæ. — Philippi. — Portic⁹ duplex ad circũ flami. — Cn. Octaui — Metelli. — Quirini. — Lucij. — Caij. — Liuiæ. — Octauiæ. — Claudiæ. — Augusti. — Vipsanæ porticus. — Athe. porticus. — Pœcile. — Pysianactia. — Pœcile in Elide. — Heptaphonon. — Angiportus patricia. — Extra portam trigeminam. — Ad portã Fõtinalem. — Seueri portic⁹. — Lycium.

¶ Quàm multiplex annus apud diuersas Gentes fuerit, & qui annus Rhomanis, quódue principium anni sit. Caput. XXIIII.



DE MVLTIPLICI anno apud plerasq; Gentes animaduertimus dispares differentias, & multiformes species fuisse: aliosq; alia obseruatione annum metiri, ita ut suo quenq; ingenio, & prout cuiq; cōmodum fuit, annum dimensos inueniamus. Persis non obscura, nec incelebri ratione CCCLXV annus præfinitur. Ex Græcis plerīq; singulis IIII Mensibus annum statuere: nōnulli ad Solis cursum terminarunt, quare Lycabas dicebatur. Quidam ex Barbaris III Mensium effecerunt. Arcades interdum uno, nōnunq̄ III Mensibus annum metiti sunt: ita ut quadripartitis tēporibus, diuiso Solis cursu per singula tempora annum efficerēt. Alij æstate unum, alterum Hyeme cōmenti fuere: plures à tribus temporibus, æstate, hyeme, & uere, IIII Mensium annū statuere. Aegyptij non una facie, sed multiplici sorte uariarunt, ut quandoq; III, sæpius IIII Mensium annum efficerent: plerunq; Mensis spatio ad cursum Lunæ metiebantur. Fuere qui crederent Cares & Acarnanes, aliquando VI mensium, frequentius menstruum annum fecisse. Indos quoq; diligenti dimēsione plena annorum spatia seruasse: Menses uerò in quinos denos dies, præter alios, desinisse. Sed post omnes, uariatis temporibus, Aegyptios uerum annum repperisse, atq; obseruata ratione astrorū, ad Solis cursum diuisisse satis constat, XII mensibus anno assignatis, quos CCC dierum numero singulos terminarunt: quem propter motus conuertentes & uicissitudines, ante inuentas literas, ita effinxere, ut Draco curuus in se flexus, suā caudā morderet: quæ descriptio, quòd uolubili orbe circumagitur annum designauit. Dixereq; annum Lunarem dierum XXX: alij CCCLIIII effecere, annumq; Ioui, Menses uerò Iunoni dicarunt. Fertur Solon ita metitus fuisse annum, ut ad Lunæ cursum modò antecedentis Solem, modò subsequentis dimensio anni fieret: quod Indos facere inuenimus, ut ad Lunæ meatus, cùm se in cornua curuabat, tēpora notarēt. Solarem uerò, qui ex XII mensibns constat, CCCLX dierum effecere. Thebani uerò Sacerdotes ex Solis cursu annum dimetientes duodecim tricenorum dierū, quinos adiecere, qui uertentem annum efficerent. Sunt qui tradant Thaletem Milesium in CCCLXV dies annum diuisisse, primumq; ueram dimensionem commentum fuisse. Omnibus autem Sideribus in suum recurrentibus orbem, ita ut post omnium Siderum contorsionem, ad eundem locum, unde digressa fuerunt, regressio fieret: cùm multa annorum intercesserint millia, magnum annum tradiderunt: quem quidem post XII millium & nonigentorum LIIII annorum spatia fieri, Mathematici uolunt: Idq; Arabes in primis opinati sunt. Nonnulli nisi post XV annorum millia cōuersionem maioris anni fieri iudicarunt: Alij XXXVI annorum millibus: Plerīq; ex singulis tribus millibus. Multi mille, quadringētorum, & sexaginta annorum circuitu terminari dixerunt. Cùm Luna & Sol aliaq; Sidera, post multa sæcula & ætates, suis locis & originibus restituta forent, quem mundanum annum nuncupant. Galli autem, post trigesimum annum sæculum fieri putant. In Italia apud Lauinios XIII Mēsium spatio, hoc est, CCCLXXIIII diebus annus claudebatur. Romulus X mensium curriculo definiuit annum, Martiumq; principium fecit, quintumq; ab eo Quintilem, & reliquos deinceps nuncupauit: Numa uerò Pompilius aliquantò morosius uestigans, primus ad Solis cursum, post Aegyptios in XII menses annum dimensus fuit, Ianuario & Februario adiectis: Ianuarioq; initium dedit, tunc uerè anni principium esse arbitratus, cùm post hybernum tropicum, Sol quò ulterius progrediatur nō habens, perfecto cursu Zodiaci, per singulas stationes celeri meatu ad nos reuerti incipit. Quem quia tricenis diebus per singulos menses Luna non perficit, ita dispensauit intercalandos dies, ut uigesimo anno ad metam eādem Solis, unde orsi essent, plenis annorum spatijs dies congruerēt: quod erat apud Græcos aliter institutum: nam ita intercalabant, ut tertio quoq; anno Mensem intercalarem adijcerent. Aegyptij uerò tricenis diebus, quibus annus claudebatur, quinos dies singulis annis pro intercalari adiecere: sæpiusq; in describēdo intercalari uariatum fuit, donec Diuus Augustus intercalario mense sublato, ita annum designauit, ut quarto quoquo anno absoluto, non autem incipiente, ut Cæsar dijudicarat, unus intercalaretur dies, ut

Persæ.
Græci.
Alij.
Arcades
Alij.
Aegyptij
Cares
Acarnanes
Indi
Aegyptij uerū annū inuenerunt.
Anni symbolū
Annus Lunaris
Solonis anni dimensio.
Annus Solaris
Thebani sacerdotes.
Thales Milesius,
Ann⁹ magnus
Arabes
Alij
Annus mundanus.
Galli.
Lauinij
Romulus
Numa Pompilius.
Intercalatio
Græcorum intercalatio.
Augustus.

Anni princi- pium. ad Solis cursum dimensio anni congrueret. Hebræi ab Aequinoctio uerno, Græci à solstitio, Aegyptij ab Autumno initium fecere anni: quibus September erat principium, cui Hermen dixere nomen: ex quibus alij primum mensem totius anni Their nuncupant: Alij, ut Achæi & pleriq;, circa ortum Vergiliarũ, uelut anni principio, magistratus & honores ineunt. Aetoli post autũnale Aequinoctium Comitia faciunt. *Annus naturalis & ciuilis. Trieteris Olympias. Eudoxi annus.* Druides à sexta quaq; Luna augurantur anni initium. Eratq; annus naturalis, qui XII spatio Mensium claudebatur, & ciuilis uariarum gẽtium opinione definitus: Nam & Trieteris duorum spatio annorum cõstabat, tertio incipiente: Olympias ex quatuor, quinto redeũte. Eudoxi annus, VIII ex nostris continet. Is enim ad ueram anni cognitionem proximè accessit, deinde Hipparchus, postea Ptolemæus, demum Cæsar. Chaldaicus XII, Methonicus undeuiginti, Saturni XXX annorũ fuit, Iouis XII, Martis II: Alij septimum quemq; obseruarunt annum, propterea quòd ætatis hominis signum imprimeret. *Anni per ætates distincti.* Nonnulli per ætates annos distinxere: ita ut singulis ætatibus XXX annorum spatium darent: itaq; pro Gentium arbitrio, proq; uoluntate, nõnunquam iudicio imperitæ multitudinis, ciuilis annus terminabatur, quem magnum pleriq; dicunt. *Diuersa anni principia Rhomani Comitijs & ineũdis magistratibus.* Sed quis anni principium Ianuarius fecerit, tamen sequutis temporibus, quoad comitia & ineũdos magistratus, diuersa Rhomanis anni principia fuere: Nam P. Ebutio & Q. Seruilio COSS. CALEND. Sextilibus principiũ anni agebatur: in eisdemq;, COSS. Prætores, & reliqui magistratus, honores inibant: Quo autem tempore Decemuiri Reipub. præfuere, non Sextiles CALEND. sed Idus Maiæ solennes, ineundis magistratibus fuere: donec Tribunis militum Consulari potestate creatis, cùm Veientes diutino & graui bello premerentur, ad Idus Decembres anni principium haberi cæptum fuit, in quibus Magistratus inibant & honores dabant. Mã sit hæc descriptio anni ad secundum Punicum bellum, quo Rhomani exitiali bello cõflictati sunt, ex quo tempore Idus Martias anni principium fecere: Sæpiusq; super anni principio Rhomani uariarunt, ut modò CALEND. Quintilibus, modò Octobribus CALEND. prout res tempusq; postulabant, anni principium facerent: donec ad Augusti tempora uẽtum est, in quibus rursus CALEND. Ianuarijs, suscipiẽdis honoribus anni principium fecere. Fuit tamẽ memoriæ proditum Nerone imperãte, censuisse Senatum, ut Decembri mense, quo in lucem æditus erat, anni principium fieret: sicut Augusto regnãte, officiosæ in eum Vrbes, quo die ad se primùm uenisset, *Initio anni quæ semper obseruari solita.* anni initium fecerũt. Est quoq; illa obseruatio solẽnis nimium diu seruata, quæ q̃uis principio anni Mensibus uariato, tamen sicut initio seruari cæpta, ita ad postremũ mãsit, ut in aris Vestalibus nouum ignem CALEND. Martijs accenderẽt, laureas uirides tam in Cõsularibus fascibus q̃ ædibus Regis sacrorum, Flaminum, Vestalium, atq; Curiæ, ueteribus mutarẽt, mercedem magistris soluerẽt, uectigalia locarent, matronæ seruis cœnas apponerent, & festum diem agerẽt: quare Matronalia dicta, muneraq; uiri mulieribus mitterent, ut in Saturnalibus uiris mulieres, comitia auspicarẽtur: *Matronalia. Martij mẽsis obseruatio.* Sed quod de Martio loquimur, à primo Vrbis ortu anni principiũ fecisse: animaduertẽdum prioribus sæculis apud uarias Gẽtes miræ obseruationis fuisse: Siquidẽ Numa primus, mox Albani, Aricini, & Tusculani, Martium totius anni tertium fecerũt, Sabini & Peligni quartum, Laurẽtes & Phalisci quintum, Hernici sextum, Equiculi decimum locum in anni constitutione Martium habere uoluerunt. *Mensiũ diuersorum diuersa nomina apud diuersos.* Atheniensibus uerò Martius Anasterion dicitur, ab alijs Munychio. Aprilis Chronius, & Anthesteriõ, ab Aegyptijs Pamenothus. Maius Metagetnion, qui apud Syracusanos Carnius, ab Oscis Mesius nũcupatur. Iunius Boedromium, Panemius Iulius. Augustus Thiatis. Gorpias Septẽber q ab Aegyptijs Tot, ad eisdẽ Choe & Thybis. Decẽber Possideo & Mechiris. Ianuarius, qui apud Iones Lenæos dicit, quòd Bacchi tũc festa fierẽt. Targelinus aũt Februarius. *Suũ cuiq; mẽsi numen.* Eratq; uetꝰ cõstitutũ apud Põtifices, ut sua Numina mẽsibꝰ præficerẽt, mẽsesq; singulis numinibꝰ dicarẽt. Quippe Ianuarius Iunoni erat sacer, Neptuno Februarius, Martius Mineruæ, Aprilis Veneri, Maius Apollini, Iunius Mercurio, Ioui Iulius, Augustus Cereri, Vulcano September, Marti October, Nouember Dianæ, & Vestæ December. *Athe. institutũ* Ab Atheniẽsibus uerò, ut Ianuarius

qui

qui erat anni principium, utq; prima & ultima dies cuiusq; mensis Demetrij nomine appellaretur, aliquando lege cautum fuit, cùm Demetrio plus nimio indulgerẽt, & famularentur. Cuius exemplo nõnulli ex Cæsaribus, perpetua felicitate insolẽtes, Mensibus sua nomina indiderunt, fauore imperitæ multitudinis ducti: Nam September & Iunius Germanici nomine appellati sunt, October Domitianus, Aprilis Neroneus, Maius Claudius: sicut Augusti & Iulij nomina uelut sanctiora Diuo Cæsari & Octauio, uulgi opinio & consensus consecrauit: Tiberius uerò Cæsar, ne September suo nomine, néue October linius uocaretur, apud populum intercessit & peruicit. Cõmodo autẽ Antonino pro Augusto Cõmodũ, pro Septẽbri Herculem, pro Octobri inuictũ, pro Nouẽbri exuperatorium, pro Decẽbri Amazonium, assentatores nomina indiderunt: à Tacito uerò Cæsare September Tacitus dictus est. Cæsares mensibus à se nomina imposuerũt

¶ Qui Topiarij apud Iureconsultos dicti sint, & legato fundo instructo an ueniant Topiarij, & quæ seruorum species apud eosdem.

Caput. XXV.



CVM æstate anni in Vaticano ego & Franciscus Helius, & nõnulli studijs & honestis artibus dediti, Sole iam occiduo deambularemus, & de opere Topiario mentio fieret: quidã doctrina & fama celebri, & tũc in numero patronorum allectus, homo maledicus & conuiciator, quæsiuit à me, credo explorandi causa, qui essent Topiarij, quódue Topiarium opus foret? Cumq; ego à Iureconsultis quos profitebatur de opere Topiario & Topiarijs multimodam mentionẽ non ambiguo significatu fieri, respondissem potuisse uel ab illis didicisse: Ipse uerò id pernegabat, & paulo cõmotior, haud usq; de Topiarijs apud Iureconsultos mentionem fieri petulanti dicto asserebat: Sed cùm libri tunc copia non esset, ne uiderer tumultuosius agere, & cõtentionibus magis q̃ iure cõtendere, in aliud tempus dilatis sermonibus, quæ tunc mihi in mentem uenerunt, dixi Topiarios inter prædiorum rusticorum operarios censeri, dictosq; à Græcis qui arbusculos uirgultáq; ductilia facili flexu in uarias formas figurasq;, modò humi, modò per ruris spatia uario & solerti ingenio effingerent & cõcinnarẽt: fuisseq; moris prisci, buxo, myrto, aut alio uirgulto uarias hominum effigies nauiumq; formas, aut turrium, ædium, uel cubiculorum species, in hortis per huiusmodi operis magistros qui Topiarij dicti sunt, effingi & cõcinnari, ἀπὸ τῶν τόπων, hoc est, à locis, quæ uirgultis eiusmodi effinguntur, quæ quidem ars in hortis colendis frequens fuit, nec fastidienda sedulitas: quo opere hortos nostrates myrto, rosis, hædera, alijsq; uirgultis p istiusmodi operarios excultos uidemus. quibus ille cùm uix acquieuisset, haud multo post digressus est. Ego quoq; cùm me domum recepissem, leui defunctus opera, non modò ab Vlpiano, sed alijs quoq; Iureconsultis de Topiarijs & opere Topiario, quod ille pernegabat, mentionem multimodam abundè fieri animaduerti, atq; respondisse Vlpianum inter cæteros fundo instructo legato non modò instrumenta fundi, sed si uiridaria sint, etiã Topiarios accedere legato. Verba ex Vlpiani respõsis de instructo fundo hæc sunt: Quibusdam regionibus accedũt, si uilla cultior est, ueluti Atrienses scoparij, si etiam uiridaria, Topiarij, si fundus, saltus, pastionesq; habeat, greges pecorum pastoresq; saltuarij. Sed cùm de scoparijs mentio fiat, non omittendum seruorum species à Iurecõsultis ab opera & ministerio multiplices censeri: inter quos fuere Atriarij, Focarij, qui & Mediastini dicti sunt, Arcarij & Hercitæ, qui uersantur in agris: Capsarios enim Paulus notauit, qui uestimenta in balneis seruanda suscipiunt: Vlpianus uerò qui libros deferunt, Capsarios appellauit: Saccularios autem qui uetitas exercent artes, quicq; in sacculos ablata reponũt: & Apolidas, qui nullo iure ciuitatis funguntur, in opusq; publicum deportati, seu ad insulas relegati sunt, qui & Insularij appellati, Orcinos dici libertos arbitrantur quidã, quos testator post obitum liberos iussit, ita ut heres patronatus ius haberet. nõ dominus: præter quos numerantur Originarij & Adscriptitij, q ascripti fundo quẽ colũt, ita sunt, ut nisi cũ fundo alienari queãt:

Topiarij. Atriarij Focarij Mediastini. Arcarij Hercitæ Capsarij Saccularij Apolidæ Insulatij Orcini. Originarij. Adscriptitij.

Originarij uerò qui ex Adscriptitijs in ipso solo quem incolunt, nati educatiq; sunt: Vicarium seruum Vlpianus censuit, qui ordinario subest, & illi paret: & Fornicariũ, q fornaci chalcariæ, seu ferrariæ seruit & inuigilat: post quos fuere Amanuẽses & Dispensatores: alteri quorum opera uelut scribarum Dominus utitur: alteri qui æra dispensant, impendiaq; & expensa rationibus notant, & inferunt: Receptitius uerò dicitur qui ob uitium redhibetur.

Fornicarij. Vicarius. Amanuenses. Dispensatores. Receptitius.

¶ Trium summorum uirorum somnia pares exitus habuisse: quiue somnia qualia uiderant, uera fuisse experti sunt. Caput. XXVI.



QVOD olim Diuo Cæsari, anteq̃ in citeriorem Galliam mouisset, & infesta in Vrbem ferret arma, in somnis oblatum est, cùm sibi per quietem uisum fuit, matri stuprum intulisse: quo somnio ad spem amplissimam Coniectores illum excitarunt, Dominium orbis sibi dari interpretati. Idem somnium Hippiæ Pisistrati filio, qui Tyranni successor, patriam crudelius occupauit, dum priuatus adhuc Regium affectat fastigium, haud dispari euẽtu, oblatum fuisse memorant: Siquidem nocturna species matris, cum qua coire uidebatur, sibi per quietem oblata fertur: qua de re Imperium latè sibi portẽdi, Coniectores responderunt. Ipseq; somnio monitus, & spei plenus, Athenarum dominio haud multo post potitus fuit. Hic est enim ille Hippias, qui Tyrannidem non sinè immani scelere aggressus, patre impotẽtior effrenatiorq;, cùm exul solum uertisset, impia contra patriam arma molitus fuit: deniq; cum Dario cõspirans, in pugna Marathonia cæsus, pœnas patriæ & Penatibus dedit. Alter uerò eiusdẽ Pisistrati filius Hipparchus, qui multorum Tyrannorum sæuitiam antecessit, cùm patriam & ciues impotenti dominatu opprimeret, coniuratione in caput Tyranni facta, ab Harmodio & Aristogitone fortissimis Iuuenibus non sinè omnium salute cæsus fuit: quorum nomina deuota libertati, nequando seruis indere liceret, Athenienses publica detestatione sanxerunt: Rursus quod Astyagi Assyriorum Regi in somnis oblata species tulit, qui ex naturalibus filiæ uitem enatã, cuius palmite om̃is Asia obumbraret, uidisse uisus erat: Quare consulti Arioli, nepotem futurum, qui toti Asiæ imperitaret, & Regni sibi responderunt portendi euersionem: Hoc nimirum Cyro Assyriorum Regi relatum insomnium fuit: Nam maximum filiorum Hystaspis qui Darius erat, duabus alis, altera Asiam, altera Europam obumbrante, per quietem sibi intimum familiarem uidisse insomnium ferunt: cuius rei imagine nulla fuit controuersia, quin post eum Darius regno potiretur: Id quod uerissimo euentu consequtum est: Quippe Cyro uita functo, Darius ex coniuratis unus, interfectis Magis qui Regiam occuparant, solus Assyriorum regno potitus fertur: cui miro ingenio præfuit, tantumq; uirtute effecit, ut illud maius auctiusq; relinqueret. Cui insomnio compar est Xerxis uisio, qui cùm in Græciam duceret, olea cuius ramis omnis terra obumbraretur, coronari uisus erat, mox illa cum somnio euanescente. Huic simile accæpimus, quod mater Octauij uterũ ferens, sua intestina per omnem terræ ambitũ explicari imaginanata fuit, uerissimo præsagio, quo latè ipsius imperiũ protendi euẽtus docuit. Rursus quod idẽ Diuo Iulio uisio per quietẽ oblata portẽdit, cùm supra nubẽ uolitare, & cœlũ uertice cõtingere uidebatur, parẽ exitũ habuit, cũ somnio Cãbisis, quo Smerdis fratris, Regio solio sedentis, & cœlum uertice contingentis, ostendere species uisa est: Quod tamen utiq; exitiũ tulisse necemq;, & cladem portẽdisse constat: Siquidẽ alter à Bruto & Cassio cædis authoribus oppressus fuit: alter uerò cùm in suspicionẽ affectati Regni uenisset, occisus, nõ cogitati forsan facinoris pœnas dedit: Quod compar fuit cum insomnio Iulij Cæsaris, qui pridie q̃ periret, se iuxta solium Iouis consistere, & è cœlo præcipitatum somniauit. Sed animaduertendum, inter insomnia quæ aliquando uisa dormienti apparent, qualia in somnijs animo præuiderant, talia in luce expertos fuisse nonnullos memorari: inter quos, ne nimium multa complectar, Peticius nauis Gubernator memoriæ proditus est, exempli memorabilis inter pauca, qui

D. Claudij somnium. Hippiæ somniũ. Astyagis somnium. Cyri insomniũ. Xerxis uisio. Octauij matris somnium. D. Iulij uisio. Cambisis somnium. Herodotus Smerdem uocat: Iustinus uero Magidẽ. Iulij insomniũ.

qui cùm in portu ad Larissam staret, Pompeium ad se squalidum mœrentemq́ ueste obsoleta & sordida uenire uisus erat: quod insomnium cùm sequenti luce socijs enarraret, haud multo post, ipsum pugna Pharsalica terribili strage profligatum, qualem in somnis præsagisset, ad se citato gradu properantem conspexit, ex maximo fastigio ad extrema deiectum: Spectator quoq; ludorum qui stās in subsellio, à Mirmillone, qualem adesse uidebat, se confici insomnis cōtemplatus erat, haud minori memoria dignus est: Nam sicut confessoribus somniū uidisse enarrauit, ita ab illo fuscina occisus, euētu miserabili uerum insomnium periculo docuit. Illud utiq; non est ab re dixisse, antiqui moris fuisse oracula & futurorum præscientiam, quibusdam exhibitis sacris, per insomnia dari, qui mos talis erat, ut uictimas cæderet, mox sacrificio perfecto, sub pellibus cæsarum ouium incubantes, somnia captarent, eaq; lymphatica insomnia uerissimos exitus sortiri. Possentq; pleraq; felicitatis, miseriarumq; exēpla referri, illorum qui quales species in somnis uiderant, tales postea exitus experti didicere, quæ exequi non oportunū reor. Hoc utiq; inter Coniectores somniorum receptū est, ut quæ post uina & cibos, qúæue repetito somno eueniunt insomnia, qúæue fiunt cùm folia ex arboribus decidunt, ea plerunq; uana æstimari: Quotiesq; alicui mente cōfusa stupentiq; ex abrupto somnus aufugit, uelut dirum, in magnam somniantis perniciem recisurum. Illud quoq; haud abnuerim apud Coniectores obseruatum fuisse, somnia & nocturnas uisiones contrarios euentus sortiri, flereq;, uapulare, & iugulari, obuersatū in somnis, ꝓsperos euētus facere. Cōtrà uerò ridere, dulcibus uesci, & re Venerea frui, damna & languores. Timere aūt à somno, mali & futuræ ægritudinis signū est.

Oracula per insomnia.

Quæ somnia uana.

Somnia contrarios euentus sortiri.

¶ Qui Rex Sacrificulus olim apud Rhomanos foret, quódue illi nomen, & quæ Sacra obiret. Caput. XXVII.



CVM à principio Vrbis multa & magna sacra Reges obirent, ad quos de religione, deq; sacrificijs & cærimonijs Deorum, Sacerdotes sæpe consultum ibant: qui etiam rem diuinam facientibus aderāt, ne bonis auspicijs cæptum confirmatumq; Regium nomen, post exterminatos Reges aboleretur penitus, néue derelictis sacris, Regium nomen expeterent, longè antiquissimum rati, Sacra quæ penes Reges erant, alicui demandare: Regem Sacrificulum crearūt, qui sacrorum Rex dictus, sine Regio imperio, solo nomine Rex, sacra quæ penes Reges erāt, obiret, ac cærimonijs præesset: quem creatum aut in locum decedentis suffectum, sicut reliquos Sacerdotes, inaugurari oportebat: Eratq; nō annuum, sed perpetuū Sacerdotium, immune ab omni belli tumultu: Neq; enim Rex sacrorum militare, stipendiáue facere, aut castris & legionibus præesse poterat, propter suspectum inuisumq; Regium nomen, neq; magistratum gerere, aut cōcionem habere, uel cum populo agere: Namq; eius potestas sola religione, & templis tenebatur: Primus enim Manius Papyrius ex patricijs, Bruto COS. Rex creatus fuit: cui ius sacrificandi, & de sacris decernendi reliquerunt, eumq; Pontifici Maximo subiecerunt: Ideo in sacris epulis, post Maximum Pontificem, supra Flaminem Dialem, Martialem, & Quirinalem, accumbebat: Atq; licet à principio à populo crearetur ex patricijs, & multis honoribus functis: post aliquot ætates à minore parte populi, selectis calatisq; Comitijs (quibus fiunt Sacerdotes) ex plebe creari cœpit: Tunc cùm Maximus Curio plebeius homo, Rex sacrorum fuit: Cuius uxor Regina sacrorum hoc habet proprium, ut quoties sacra facit, ex malo punico uirgulam, quā inarculū dicūt, pro infula deferat: quæ omnibus CALEND. Iunoni sacrū facere, eiq; porcū uel agnū mactare debet in Regia. Ad quē Vestales uirgines die cōstituta, annis singulis uētitare, & ne sacra negligerētur, quæ suæ fidei tutelæq; credita erāt, præmonere solebāt. Erat ergo Regis sacrorū munus, quinto Id. Ianuarias, Iano arietem immolare, diesq; fastos prædicere, & nefastos, Sacra procurare, & quæ sacrificio usui essent ministrare. Ideo sacra facturi, lanā, farra, & fruges, lauros, & uerbenas, quæq; sacrificio oportuna sūt, Regē petūt: ad eūq; tā ītra q̄ extra pomeriū, populi ciuesq;, q̄sq;

Rex sacrorū & eius munus.

Manius Papyrius primo rex sacrorum.

Regina sacrorum.

Regis sacrorū munus.

in agris agunt, imperiti morum ciuilium, atq; unà agricolæ, de sacris festisq; diebus cõsultum uadunt & sacra postulant: Ipseq; feriarum causas, & quid quoquo Mense faciendum, à quibusq; cauendum esset, prædicebat, præmonebatq;. cui hoc proprium dicunt fuisse, ut sacrificium in Comitio peragat, quo perfecto, nulla cunctatiõne uel mora se ex foro proripiat: quãdo uerò diuinis rebus perfectis, in Comitium uenit, in Fastis notabatur: Vtq; CALEND. Martijs fores Regis sacrorum, Flaminis, & Pontificis Maximi noua exornẽtur lauro, sicut palatinæ ædes & Augustæ quercus uirides, nunq̃ lauros habuere: cuius filiæ ad sacerdotiũ Vestæ inuitæ eligi nequeũt: Nã priuilegio honoris ab hoc onere immunes erant: uolẽtes uerò non uetantur: Quæ aũt eiusmodi sacra fuerint solis Regibus credita, quóue piaculari sacro expiarentur, licet priscis monumentis perscriptum fuerit, apud nostros tamen, quia nimis antiqua & obsoleta sunt, memoria obscurata, nec traditur certum, nec nobis interpretari facile est.

Quid propriũ Regi sacrorũ.

Filiæ Regis sacrorum.

¶Thusci unde duxerint originem, quæue duodecim urbes fuerint, quarũ consilio bella gerebantur. Caput. XXVIII.

Thusci terra & mari bellicosi.



THVSCORVM gens olim celebris fuisse traditur, præpotens armis uirisq;: Siquidẽ plurimùm illi terra, multùm mari ualuerunt, totamq; Italiæ longitudinem, ab Alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui impleuerunt, tãtùm in re militari processere, ut Thuscorum armis & multitudine hominum, & quia finitimi Vrbi erant, nulla apud Italos terribiliora fuerint. Illorum origo à Lydijs fluxisse dicitur: Nam cùm Mæonia quondam agrorum sterilitate premeretur, neq; alimentis sufficeret, eaq; uictus caritas foret, ut patrias sedes relinquere cogerentur: Lydorum Rex, superante multitudine, dimidiã populi partem sedibus excitam, ad nouas sedes quærendas Tyrrheno filio tradere coactus fuit: cui prodigium factum est, ut ab ineunte pueritia incanuisse tradatur: Qui nauibus mare ingressi, pulsis Vmbris, armata Iuuentute loca tenuere, ubi nũc Tyrrhena dicta est: Eos etiã Thuscos à Thusco Rege, qui ex ꝓgnatis Herculis fuit, seu à cultu Deorum, & ritu sacrifico, cuius cultores Thyoscos græci uocant, dictos pleriq; autumant. Hi ergo profecti domo, & maria emensi, ad ea loca nauibus delati, & bonitate agrorũ, & disciplina militari magna sobole aucti, mirũ est q̃ facile coaluerint: Quippe citra Apeninum XII magnis Vrbibus præsidẽtes, mare inferum Tyrrhenum uocitarunt: quantumq; à Tyberi ad Macram tractus est, fines propagarũt: Trans Apeninum uerò totidem Colonijs deductis, ab Adria ipsorum Colonia Adriaticum mare dixerunt: atq; in principatus diuisi XII, Lucumones uocabulo gẽtis dictos, id est, magistratus, qui XII potentissimis Vrbibus imperitarent, præfecere: indeq; communi Rege creato, singulas Vrbes singulos lictores mittere seruatum est: Sicut in conuẽtu Amphictyonum, à singulis Vrbibus Pylagoras mittebatur, Autumni & Veris tempore: Vnde Rhomani fasces, lictorem, Trabeam, prætextam, curulemq; sellam, togã pictam, & palmatam tunicam, tubas, & socrorum ritus, atq; alia Imperij ornamẽta sumpsere: Cuius exemplo in Pamphilia & Lycia, Lyciacus conuentus erat, ex tribus & uiginti Vrbibus maximi nominis: quorum suffragijs Lyciæ præfectus magistratusq; creabantur; quarum maxima tria fert suffragia: media duo, reliquiæ singula, idq; erat ratum, quod plurium assensu niteretur: Et alter Achaicus ex X, hæ fuerunt, Patræ, Dymæ, Phara, Tritæa, Lenotia, Aegira, Pellena, Ceraunia, & Carinia: quorum suffragijs Quæstor unus, & Dux unus eligebatur: Cui similem accepimus conuentum Tetrapolim apud Rhodios, Cabiræ, Bubonis, Balburæ, & Oenoandri, quarum singulæ singulis suffragijs ualẽt, Cabira uerò duobus: Sed quæ istæ XII urbes Thuscorum, quæ alijs præcellebant, queq; nomina fuerint, haud facile compertum tradiderim: quantum uerò coniectari, & ex authorum monumẽtis assequi licuit, fuere in primis Mantua, quæ principatum Hetruriæ & præfecturas habuit: deinde Tarquinij, à Tarconte præfecto Vrbis: & Vetulonia quæ Consularia ornamenta Vrbi dedit: Perusia ubi Iuno Hetruscorum numen colebatur eximiè, oppidum armis uirisq; potens,

Thuscorũ origo.

Lucumones.

Amphictyonũ conuentus. Pyloras.

Lyciatus conuentus.

Achaicus conuentus.

Tetrapolis cõuentus.

Duodecim Thuscorũ ciuitates excellentiores.

tens,

tens,& nulli inferius claritate: Corytus & Aretium, quæ ferme Hetruriæ fuerũt capita: Item Cere quondam Agillina: Veij Vrbs natura situq; in primis nobilis: Fidenæ & Vulsinum Hetruscorum opulentissimũ,quas ualidissimas olim Hetruriæ Vrbes,& inclytæ fertilitatis fuisse,celebris fama est. Clusium, cui Carma soli dixere nomen: Item Volaterræ inter Hetruriæ Vrbes longè maximæ: Hi ergo communiter Rege creato, hostili imminente tumultu,si qua arma suscipienda aut detrectanda forent, unanimi conspiratione & concordi consilio conferebant, quod conciliũ ad Voltunæ fanum Hetruscæ deæ in totius Hetruriæ medio, habebatur: Fuit enim fanum Voltunæ propè Vulsinium,ut uulgo iactitant,haud procul à Ciminijs iugis: quippe in agro Vulsiniensi,quò facilior esset aditus,conuentus toti Hetruriæ,si quid consulto opus foret,indicebatur. quod quidem nono quoquo die indici solebat,& ob id crebra concilia,& Nonas multiplices apud Hetruscos inueniri tradũt: Lydi autem sunt qui quõdam Mæones dicti, inter Phrygiam & Cariam seu Lyciam iuxta Mæandrũ, Hermus & Pactolus uisendi fontes,qui harenas emittunt aureas, ex Timoli rupe, & monte Iro defluentes,uberrima loca inundant,frumenti & pecoris,atq; agrorum ubertate florentia, quibus in tota fere Asia, nec fortior, nec magis strenua gens ulla habita est: in qua urbes insignes,Lepra, Ephesus,Colophon, Clazomene, Phoca & Sardis Lydorum caput: habitantq; uicis pluribus: Is uerò Hermus Mysiæ initium facit,& (ut ferunt) ex monte Didymene lapsus,campos uberes perlabitur: In quibus Dianæ templum Colœne, ubi diebus solennibus Simiæ saltare dicuntur: inde cum Pactolo in Phocaicum labitur mare. Flumina autem auriferis harenis celebria traduntur, Padus Italiæ, Pactolus Lydiæ, Tagus in Iberia,Ganges in India,atq; Hebrus in Thracia. Gẽmas uerò mittũt, Aosis,Mater, & Ganges.

Lydi.

Flu. aureis harenis.


Flu Gemmis celebres.

*

GENIALIVM DIERVM
LIBRI TERTII
FINIS.

ALEXANDRI DE ALE'
XANDRO IVRISPERITI NEAPOLITANI GENIALIVM DIERVM LIBER QVARTVS.

¶ Locus ex Martiale cum Ioanne Veneto discussus, dum caloris incommoda sub umbra fraxini propulsarent. Caput. I.



N SVBVRBANVM suum, prædiolo meo proximũ, in agro Vaticano, Ioães Venetus, uir ætate nostra multi nominis, & Græcarum literarum facũdia clarus, nos & cõplusculos honestissimos uiros, æstate anni, cùm omnes æstiuatum cõcederent, ad se aduocabat: in quo quidem rure præter mitissimũ cœlum, quo præcipuè nitebat, & amœna diuerticula, uisu iucunda, frondosum nemus manu consitum, & umbrosa conuallis, per quam aqula per uarias herbulas leni murmure uagabatur, nõnihil amœnitatis decorisq́ addebat, parabatq́ nobis interdũ ipse cœnulam ex olusculis, & à se lectis herbis, facetoq́ nos sæpe conuiuio excipiebat: Nonnunq̃ ficus biferas, & poma persica, cum acidis malis, & immaturis, asperrimi gustus, quibus mirificè oblectabatur, bellaria exhibebat: Interim dum cœna apparabatur, sub fraxino patulis ramis, unde prospectus ad Vrbem erat, in letissimo gramine consedebamus, inibiq́ remittẽtes animum, festiuissimis quæstiunculis, luculentoq́ & uario sermone, nõnunq̃ lectione Authoris non inuenusti, caloris incõmoda & flagrantem æstum propulsabamus: uelut fuit una die cùm nos unà cum nõnullis earũdem disciplinarum sectatoribus honestis adolescẽtibus ad umbram, ut fit, in salubri aura uniuersi assideremus: Iuuenis quispiam Martialis Epigrammata, quæ forte secum detulerat, admodùm uenustè lectitabat: Cunq́ ipsius authoris satis festiua carmina pleraq́ non sinè multo lepore percurrisset, tale inter cætera Epigramma legebatur.

Martialis locus.

Quòd nubis Proculina Concubino,
" Et Mœchum modò, nunc facis maritum,
" Ne lex Iulia te notare possit:
" Non nubis Proculina, sed fateris.

Quo perlecto, conuersus Ioanes ad Corelium uirum doctum & sapientem, qui unà aderat, & Neapoli Rhomam recens aduenerat: Quid tu, inquit, Coreli censes hunc Authorem sentire uoluisse, cùm hanc mulierem, quæ ueteris consuetudinis pertæsa, concubinum legitimũ uirum duxit, non nubere sed fateri adulteriũ dixit? Neq́ enim satis perspicere queo, in quo se adulteram fateatur, cùm legibus inhibitam consuetudinem reliquerit, & legitimo potius coniugio copulari uoluerit: Quinimo ubi prius mœchando deliquisset, nunc uenia digna foret, quæ explosa pessima uitæ consuetudine, ad legitimũ matrimonium cõuolauit: Cunq́ ille se reputare dixisset, quòd ea mulier quæ in crimen suspicionemq́ uenit cum aliquo mœchari, neq́ id exploratum satis, aut palam factum est: si eiusmodi suspicione flagrans, concubinũ uirum duxit, suspitione procul sublata: rem palam aperta professione efficere, & reatum suum confiteri. quippe quæ ortam adulterij suspicionem nuptijs confirmarit: Et hoc Poetam intelligere se arbitrari respondisset: Quid si, inquit Ioannes, mulier hæc non in suspicionem uenit, neq́ concubinatum diffitetur: Siquidem non dissimulanter, sed perdito pudore, palam mœchata est. Et nunc pertæsa ueteris consuetudinis, cum cõcubino coniugali

iugali nexu legitimè copulatur: quibus de causis ipsam profiteri reatum dicere possimus, non equidem uideo. propterea, inquit, aut Author hic loquetur perperam, aut inuenustè: qui hos uersus ad unicum dūtaxat modum perstrinxerit: Neq; ego Poetam hunc tam inconsideratè loqutum arbitror, ut lepidum hoc Epigramma unica tantùm specie, abstruso & recondito significatu concluserit, ut de ea solùm loqui censeatur, quæ adulterij suspicione flagrauit, non quæ palam adulterata fuit: cùm præsertim Author hic habeat hoc propriū, ut nulla circūlocutione usus simplicissimis uerbis iocos suos admodū uenustè prosequatur. Et ad me conuersus petijt, ut siquid aliter censerem, in medium afferrem: Tum ego, memini inquam, nisi fallor, lege Iulia de adulterijs cautum fuisse, ut si qua mulier cum aliquo mœcharetur, eumq; postea cōiugali copula uirum duxisset, siue ueteris consuetudinis inhonestæ, siue criminis pertæsa: Non propterea adulterij crimen, aut si quid esset offensum, dilui uel extingui, siue palam, siue clam mœchata fuisset, imo tanq̃ in confessam, adulterij pœna, lege exercetur, & hoc Iureconsulti censerunt, legem Iuliam interpretati: Nam cōmissum antea adulterium, cum quo se mulier postea matrimonio deuinxit, uelamento matrimonij non extingui dixerunt, idq; Poetam nunc sentire me arbitrari respondi: ut si mulier hæc seueritatem legis Iuliæ uerita, ne pœna notaretur, cōcubinum Virum duxisset, hoc modo adulterij crimen eludere posse arbitrata, non dilui pœnam Poeta inquit, sed plus negotij habere: quippe cùm crimen illam confiteri certum sit: siquidem Lex Iulia perinde ream afficit, & supplicio dignam censet, ac si reatum suum, & se adulteram fateretur, quod uel hoc ipso confiteri uisa est, cùm fraudem admittere, & pœnam legis eludere conata sit: Etenim multa fuisse capita legis Iuliæ apertè liquet: Neq; enim temeratores solùm nuptiarū capitis lex Iulia accersiuit, sed & eos, qui neq; modo, neq; iure legibus tradito, ab uxore diuertunt, graui pœna prosequitur: Quinetiam qui dotale prædium, inuita uxore, alienat: aut qui turpibus libidinibus, uel impudico uitio se immiscet, pœnam legis Iuliæ non euadit: Fuere enim multiplices leges Iuliæ, nō unis latæ temporibus, ut de maritandis ordinibus, lex Iulia muneralis, qua modus impensarum Conuiuijs præfinitur: Iulia peculatus: Iulia ambitus, Repetūdarumq; pecuniarum, quas à prouincialibus quispiam nequiter extorsit, quam L. Piso frugi de pecunijs repetundis primus tulit in eos, qui ærarium uel prouinciarum pecunias, aut dona depeculati sunt: de annona, de residuis, de ui publica, de ueneficijs: ut siquis noxio poculo, aut impuris medicaminibus aliquē fuerit insectatus: & maiestatis, quæ quidem lex in eos, qui contra Principem, aut Rempub. hostile quippiam moliti fuerint, grauiter animaduertit. Lege quoq; Iulia, quid in prouinciam eunti magistratui, aut Præsidi à socijs tribui darìq; oporteat, præfinitur: Nam præter fœnum, tectū, & ligna, aliud gratis nihil deberi putauit. Eademq; lege, cui ex Consulibus prius fasces sumendi potestas sit, haud perplexè definitur: præterq; ista hominum uitæ proficiētia eadem lege, multa acri & perpenso iudicio animaduersa fuere: Sed inter reliqua legis Iuliæ constituta, nulla, ut uerum eloquamur, seueriori animaduersione coercita sunt, quàm adulterij crimina & Maiestatis: His enim criminibus obnoxios ita lex punit & prosequitur, ut leui suspicione astrictos, tanquam reos deputet & conuincat. Quam quidem post Argiuū Hiectum, qui primus in adulteros legem sanxit, Diuus Iulius, mox Augustus, aliquāto enixius pertulere, grauiq; coertione & multiplici pœna adulteria coercuere: & Tiberius pœnam grauiorem adulteris sanxit, quòd amicitiæ fœdus ab his corrumpi putaret, adeò ut etiam propinquis adulteræ ultra ducentesimum lapidem exilium indixerit. Domitianus quoq;, & post illum multi Cæsares, Iuliam legem, nouis æditionibus innouarunt: ita ut Diuus Seuerus non solùm pœna teneri illum, qui in nuptam adulteriū admisit, edicto cauerit, sed qui in spōsam: quia nec quamcunq; speciē matrimonij uiolare fas est: Sicut incestum admittere lex putauit illum, qui stupra uirginum matronarumq; attentasset, etiam sinè stupro: Apud Indos uerò Aethiopes, Massagetas, Barbarasq; nationes, impunita adulteria fuere: Lacedæmonij adulteria non nouerunt: ideo Lycurgi lege in adulteros nullà pœna fuit: Solon uerò, ut ab adulterijs cohiberetur Iuuentus, coemptas meretriculas, Athenis prostituit

primus,

Martialis aptus ac minime inuolutus.

Lex Iulia de adulterijs.

Multa capita legis Iuliæ.

Multiplices leges Iuliæ non eodē tempore latæ.

Criminis adulterij & maiestatis punitio.

In spōsam adulterium.

Incestus.

Stuprum.

Quæ gentes adulteriū non puniebant.

Solon meretrices remedium adulterij prostituit. primus, obuiasq́; in Venerem esse uoluit, ne matronarum cõtagio polluerentur. Troglodytarum lex erat, ut qui Tyranni uxorem corrumperet, oue multaretur: Nomades communes habent uxores & filios: apud Scythas, præter ensem & Cyatum, uxores & liberi in communi sunt: Thracibus in usu est, non asseruare uirgines, sed cum quibus libitũ est, cõmisceri licet: in nuptas uerò siquid esset offensum, grauissimæ animaduersionis pœna cõstituta: In Tenedo lege erat sancitũ, ut adulteri mas & fœmina capite multarẽtur: Apud Athenas mugile plectebãtur, aut sedes expilabatur, cui supplicio paratilmos nomen: in Iudæa lapidibus obruũtur: In Attide qui alterius uitiasset uxorem, raphanis per obscœna afficitur, ut ea ignominia notatus, à cõtagio alienæ uxoris abstineret: Cumei in adulterio deprehensam, omnibus exhibent subigendam: Apud Germanos adulteram excisis crinibus, maritus expellit domo, & per oẽm pagum nudam uerbere afficit: Sicut Lepræi qui deprensos mœchari, per triduũ uinctos ducũt per compita: Gortynis deprensus adulter, lana coronatur, in reliquũ uitæ ignominiosus. Apud Pisidas insidens Asino, circunducitur: Apud Aegyptios naso plectitur: illi uerò q̃ liberã uiolasset, uirilia execanſ: Quod à Rhomanis quoq; usurpatum legimus: Nam Bibienus Carbonem deprensum, fœdum in modum castrasse dicitur: Et apud Græcos Didymos Tibicen testiculis suspensus, ex nomine multam tulit: Zeleucus Locrensis utroq; oculo multauit adulterum: Et Sempronius Musca C. Gallum flagellis cæcidit, & uerbere affecit: Parthi nullum delictum adulterio grauius uindicant: lege autem Solonis deprensum mœchũ interimere licebat, quod Platonis lege cauebatur: Inter cæteros Opilius Macrinus adulteros tam perniciali odio prosequtus fuit, ut deprẽsos ignibus cremaret: Apud Arabes aliasq́; nationes adulteris semper capitis pœna fuit: quod pleriq; Philosophi prodidere, qui adulterium perjurio grauius crimen censuerunt, & ideo seueriori pœna uindicandum: Neq; enim satis constans aut probabilis illorum mihi opinio uisa est, qui in constituendo optimo Reipub. statu, cõmunes statuere uxores, quæ Platonis, Zenonis, Chrysippi, & Diogenis opinio fuit, cùm inde intestina odia offensionesq́; gignanſ: Tradũt uerò Magos nulla lege, sed nouo cõmẽto adulteria uindicare, ut surculus p̃ ranæ uiscera, ad os transfixus, in menstruis uxoris defigatur à marito: Tunc enim uxorem fastidire adulteria, & illorum tædio affici, pro certo opinati sunt: Cui haud absimile est quod Aristoteles prodit, in Phasi flumine arbusculum nasci, cuius ramus excerptus à uiro, & in uxoris thalamum immissus, efficit, ne uxor alium uirum appetat: Mirumq́; prodi, apud Hebræos, ut aqua epota, in qua sacra uerba diluta erant, adulterij conscia Hydropisi corripiatur: Veteri tamen scito apud Rhomanos cauebatur. ut maritus uxorem in adulterio deprensam, impunè necaret: illa tamen si uir adulteraret, iudicio agere nõ posset Hac ergo de causa, quantum mihi datur cernere, inquam, existimo Poetam hanc ream criminis deputare uoluisse, quæ ut pœnam legis euaderet, illum cum quo mœchabatur, in uirum duxit, eamq́; ueluti ream adulterij, sicut lege Iulia diffinitur, coerceri decere: neq; uelamẽto matrimonij crimen dilui uel extingui: His nos quæstiunculis & alijs festiuis sermonibus dum cœnulam nobis daret, cum Ioanne Veneto caloris incommoda & æstus iniuriam propulsabamus.

Margin notes: Troglodytæ. Nomades. Scythæ. Thraces. Tenedij. Athenienses. παρατιλμός. Iudæi. In Attide. Cumei. Germani. Lepræi. Gortyni. Pisidæ. Aegyptij. Rhomani. Parthi. Lex Solonis. Arabes. Magi. Arbusculus in phasi aduersus adulteriũ.

¶Quæ apud Rhomanos fuerint militaria signa, quæ apud exteros, quóue pacto educi consueuerint, & quid Tessera, quid Vexillum sit. Caput II.



SIGNA militaria quæ exercitum præire consueuerant, cùm acies educẽdæ, & manus cum hostibus conserendæ forent, à principio fœni manipulos fuisse accæpimus, quos hastis alligatos Signiferi deferre, & illis præeuntibus decernere solebant: unde & Manipulares dicti: Aucto mox imperio propagatisq́; finibus, quinq; signa ex ærario depromi, & militum acies ac Legiones præire assuerant: Hæc fuerunt, Aquilæ, Lupi, Minotauri, Equi, & Apri simulacra, quibus præeũtibus, Legiones educere, & ferro decernere

Margin notes: Manipulares unde. Signa quinq; militaria ex ærario.

mos erat: inter quæ Apri effigiem quintũ tenuisse locũ accæpimus: Sed tamen cùm dimicandum foret, sola Aquila quæ ordines præiret, è castris educebatur, & sub eo Vexillo pugnabatur: Reliqua uerò in castris ante Prætorium fixa locabantur: Hoc enim insigni Iouem aduersus Titanas usum ferunt, inde ad Cretenses, à Cretẽsibus ad Troianos, demum in Latium ab Aenea translatum defluxisse: quo postea Rhomani uelut præcipuo Vexillo in bellis usi sunt. Proprius uerò est, quòd Ioue dimicãte cõtra Saturnũ, Aquilæ augurio tanq̃ felici & fortunato, Regni uictor euasit: quo exẽplo Rhomani Aquilam uelut auspicatissimum signum habuere: quam unam habuisse non satis fuit: ideo plures educere institutum erat, ita ut singulas Legiones Aquilæ anteirent: Obseruatumq́ue ut Rhomanæ Legiones nisi ubi Aquilarum iugum foret in castris, nunq̃ ferè hybernarent: Seuerissimaq́ue disciplina Cohortes, quarum desidio signa amissa foret, plectebãtur. C. deinde Marius bello Cimbrico, reliquis depositis militaribus signis, solam Aquilam tenuisse fertur: eamq́ue argenteam magis q̃ auream habuisse, quòd fulgentior ex argento atq́ue cõspectior foret: quam tanta religione coluere, ut festis illam diebus, unguẽtis haberent delibutam: miræq́ue obseruationis erat, ut Rhomana signa, quæ in castris ante prætorium figebantur, non antè euellerẽtur, cùm acie dimicandum foret, q̃ captatis auspicijs, Legiones in prælium prodirent: prælia enim maiores nostri nunq̃ gerebant nisi auspicatò: Quæ si, cùm foras educi deberẽt, facili ductu euellerentur, & leuia translatu forent, prosperrimi augurij, & indubitatæ erat uictoriæ signum: cõtrà uerò, si in eximendo, magno impulsu opus foret, tunc cladem & excidium futurum haud dubiè præmonstrabãt: Cumq́ue in conflictu bellorum manus conferebant, ipsa militaria signa in media locabãtur acie, ut pro signis Antesignani, post signa alia pugnaret acies: nõnunquam in prima frõte multiplici subsidio firmata, præibãt ordines. Persis quoq́ue aurea Aquila supra oblongam hastam patentibus alis militare signum fuit: Nõnunq̃ Solis simulacrum, sacerq́ue & æternus ignis: Atheniensibus Noctua, Thebanis Sphingis affigies, Aeææ insulæ marina Turtur: Cimbris æneus Taurus: Eumeni Ceres & Alexander: Cratero & Neoptolemo Minerua, militiæ signum in bello notabatur: Cyrus aureum gallum affixum lanceæ, militi in acie pro Vexillo dedit. Fertur Osiris canẽ gestasse pro insigni armorum: Et Porus Indorum Rex Herculis simulacrum, quod deseruisse, militare flagitium habebatur: Indis autẽ Regibus sæpius nulla imago aut effigies, sed Tintinnabula & Tympanum præcedunt: Aegyptij quoq́ue animalia quæ colunt, effictis tabellis, pro bellico insigni habuere: Germani effigies lucis detractas præire iubent: Insubres si quando præcipua bella sumpturi erãt, aurea signa quæ immobilia uocãt, è tẽplo Mineruæ efferẽtes, præferũt Phalãgi. Cõsueuisse etiã singulas Turmas, Manipulos, & Cohortes ac Legiones, ꝓpriũ Vexillũ & militare signũ habere, uulgò ꝓditũ est: ut cuius esset Legiõis quisq́ue miles, & sub quo Duce militaret, facile dinosceret, ne sinè signis, sinè imperio inordinati & incõpositi ducerent, sed conspicua oĩbus signa forent: In q̃bus nomen Imperatoris, aut Consulis, nõnunq̃ Draconis effictí imago, quare Draconarij dicti milites, quod Vexillum purpureum erat, aliaq́ue insignia perscripta erant: Namq́ue Diuus Iulius, Vexillo quintæ Legionis, quòd contra Iubam Elephantorum uictrix fuerat, Elephantum inscripsit: Alioq́ue insigni Legionarij milites, alio Prætoriani, dissimiliq́ue Auxiliares utebantur. Postea ut Imperatorum imagines per Imaginiferos deferrentur in acie, pro signis uulgo seruatum est: Nõnunq̃ labans quadratum hastæ appẽsum, quod Labarũ dixere, pro Vexillo fuit. Signa uerò educendi exercitus, & certaminis conferendi, in Rhomanis Legionibus, concentus Tubarum & Cornuum: & si quando silentio educendæ forent, Tesseram fuisse accæpimus: Eam uerò Tubam Tyrrhenus Pisæus inuenit primus æneam, cùm antea ex cornu bubulo fieret. Tamẽ Buccina in Prætorijs castris semel, in Consularibus uerò bis dabatur signum: qua Tuba pedites, equites uerò Lituo ad pugnam aduocari sæpe notatum est: Eratq́ue mos militaris, ut quoties mouenda erant signa castráue, & ad reliqua belli munia, soli Cornicines signum darent: Excubias uerò somniq́ue & uigiliarum tempora, Buccina designarent: Si autem Legiones ducendæ in hostes, & acie decernendum foret, aut receptui canendum

Vnde Aquilæ signum apud Rhomanos.

C. Marius aquilæ signo solum usus.

Aquila religione culta.

Auspicia capta ãte præliũ.

Locus signorũ in ipso cõflictu.

Persarũ signa.
Atheniensium
Thebanorum
Aeææ insulæ
Cimbrorum
Eumenis
Crateri
Neoptolemi
Cyri
Osiris
Pori
Indorum
Aegyptiorum
Germanorum
Insubrium

Vexilla diuersa.

Draconarij milites.

Imperatorum imagines.

Signa alia atq́ue alia per tubã, cornu, aut buccinam.
Tessera.

canẽdum: & Cornua & Tubæ eodem concentu canerent: Si conciones aduocarent,
Persæ aut silẽtium indicerent, per Tibicinem indicebatur. Persis uerò proficiscendi hora si
Aegyptij. gnificatur cornu: Aegyptijs Sistro. Alexander Macedo, cùm Tubæ sonitus, tumul-
tuante exercitu, nõ exaudiretur: iussit perticam ex qua signum eminebat, quæ omni
bus conspicua foret, supra tabernaculum figi, quo uiso, quisq; miles paratus in hostem
iret: Quæ quidem Tubæ non in singulis modò Legionibus, sed Cohortibus & Tur
mis, prælij signum dare, nec non diei noctisq; horas uigiliasq; diuidere solebant. La-
Lacedæmonij & Phryges. cedæmonij & Phryges non Cornuum Tubarumq; signis, sed Tibiarum miti sono &
modulo leni temperari consueuere. Lycurgus enim militibus Tibiam pro classico de
Tibia phrygia dit: Ea enim Tibia quæ Phrygia dicitur, à dextra unũ, à sinistra duo foramina habuit,
cuius modulos nõ unos accæpimus: quippe pro modulo sonorum, ita animos mulce-
Aeolio modus. re aut accendere solebant: Siquidem Aeolius modus simplex fuit, Asius uarius, Ly-
Asius Lydius dius querulus, Phrygius religiosus, Dorius bellicosus, Gygius autem hilaris & letus,
Phrygius Ionicus floridus. Græci autem in rebus serijs sæpe Doriũ adhibuerunt: Apud quos
Dorius fuit in bello modulus ad Tibiam Hormius, & Orthius: In commessationibus Parœ-
Gygius nius. Lacedæmonijs Enyaterius. Atheniensibus Cyclius: Hunc Orthium tam rapi-
Ionicus Hormius dè audientium animos accendere ferunt, ut cùm illum Alexandro Timotheus conci-
Orthius neret, uelut furẽs, & efferatus in rabiẽ, protinus ad arma exiliuerit. Præter quod Ca
Parœnius storiũ, melos Laconicum, ad excitãdos militũ animos multùm ualuisse fertur: Quin-
Enyaterius Cyclius etiam in prosequendis hostibus effusè fugientibus, aut si receptui canendum esset, di-
Castoriũ me- uersi traduntur moduli, ad militum excitandos animos, aut sedandos. Qui quidem La-
los. cedæmonij prælium inituri, pluribus concinentibus Tibijs, acies ineunt, ut his modu-
Lacedæmonij lis capti, maturè incederent, ferociamq; & immodicos animos cohiberẽt, néue, id quod
præliũ inituri. in concursu magnorum præliorum usu uenit, hostem cupidè insequti, sæuè & atroci
ter contra uictos insultarent, ita ut longius effusi, acies confunderent & perturbarent.
Rhom. tibiæ Rhomanæ uerò Tibiæ primo quaternis foraminibus, postea tot pertusis excultæ fue
quot foraminũ. re, ut haud multùm abessent à Tuba, quarum diuersa traduntur genera: Nam Præcẽ-
Tibiarũ diuer- toriæ erant & Vastæ, quibus in sacris præcinebant: & Puellatoriæ sono clariore: ac
sa genera. Gingrinæ & Miluinæ, quæ in acutos exeunt sonos, sicut à locis Lydiæ, Corinthiæ, &
Cretenses Aegyptiæ sonis diuersis & nominibus uarijs. Cretenses autem Cithara, fidibus, & Ti
Parthæ bijs utuntur in prælijs, quibus instructas acies accendunt. Parthis Cornua, sæpius in-
gens Tympanum cum ferreis Tintinnabulis, pugnæ acuebant animos: quod quidem
lance concaua, corio undiq; protento, & clauis æneis affixum erat, quod simul ac diuer
Lydi. berabant, ignoto & horribili sonitu tonitrus instar intonabat: Lydi autem cùm fistula
Indi. & Fidicine: Indi cum Cymbalorum & Tympanorũ pulsu in hostes ducũt: Id enim
erat Tubarum loco. Non enim Tibias habebant Indi, nisi in Regia, cùm Rex dormi
Galatæ tum uadit: Sicut Reges Siculi ad Citharæ & auium cantus dormiebant: Galatis uerò
Busiritæ Lycopolitæ Barbara tuba horribili sono bellicum occinuit: contrà apud Busiritas & Lycopolitas
in Aegypto, quibus Tubis canere uetabatur, quòd sonum Asininum redderent: ipsi
enim Asinos exitiali odio prosequũtur, propter Typhonem asini colorem præferen-
Cimbri. tem. Cimbri protentas uehiculorum pelles tantis pulsabant ictibus, ut ingentem frago
Pœni rem redderent. Apud Pœnos, & in castris Hannibalis rubrã uestem tabernaculo Du
Illyrij cis protensam, plerũq; Tubæ sonitum: Illyrijs linteum protentum, aut rubicundã tu-
Signa certaminis futuri. nicam Sarissæ appositam: Alijs protẽtam purpuram, indicium certaminis fuisse pro-
ditum est: quo uiso, quisq; miles præuideret præcaueretq;, & se ad pugnam accinge-
Rhomani ret: quod in Rhomanis castris obseruatum legimus, ut rubra ueste tabernaculo Ducis
Dareus protenta, diem prælij præsignarẽt. Dareo super tabernaculum imago Solis crystallo
Spartani inclusa, signi loco fulgebat in castris. Apud Spartanos in usu erat, ut quoties fortiter
& magnis utrinq; uiribus decernendum foret, milites capita comerent, capillum bar-
bamq; depecterent: quo argumento periculũ se animæ adire, & hostiles spiritus ge-
Milites comati rere signabant: Erant enim Spartani milites comati omnes, sicut Milesij, Thurij, &
Tarentini, ac cæteri, quibus Laconica instituta placuerunt: Ideo cùm Persarũ Duces,
milites Leonidæ comatos, & multo pectine comptos uidissent, ferunt illos despectui
habuisse,

habuisse, uelut desides & ignauos. Cùm uerò animi uigorem & fortitudinem fuissent in acie experti, animorũ præstantiam admiratos obstupuisse: In Nauali autem prælio Vexillo ex Prætoria naui in sublimi elato, pugnæ signum militi dabatur: Nonnunq̃ concussu ueli aut Chlamydis, aduetus demonstrabatur, excussu uerò discessus: Sicut in nocte lumen & in die fumus insidias aduentusq; hostium, & occulta consilia plerũq; indicarũt: Apud Athenienses puniceo paludamento è naui Prætoria, contra Lacedæmoniorum classem, pugnæ signũ sæpe datum est: Lysander æreo clypeo è naui elato, irruptionis signum dedit: Bruti uerò nauis Prætoria, quò ab alijs dinosceretur, O. signũ habuisse fertur: Tametsi singulæ naues Deorum imagines ferrent, sub quorũ essent tutela. Nãq; aliæ Neptunũ: Nõnullæ Pistricis, Centauri, Equi, uel Draconis insignia habuere. Græcis uerò nauibus ex Insularũ nominibus plerũq; nomina fuere: quippe Gnidurgis ex Gnido nauis dicta, Samena quod ex Samo rotundæ figuræ, Parona quod ex Parò, & Corcyrion ex Corcyra. Cercuriam autẽ quasi caudatam appellarũt, sicut Afractam Rhodiorum, contra tempestates imbellẽ, Dyerotã Mityleneorũ: Legimus quoq; in Libya fuisse nauigia, quæ Hirci & Capri tulere nomina. Barbarũq; nauigiũ frequens habuisse arctis lateribus, quod Cameram dixere, lata aluo in modum tecti occlusa, pari utrinq; prora, quòd sinè noxa mutari, & uolui ex oĩ latere posset: Supparum uerò Alexandrinæ nauis proprium insigne fuit: Nam solis Alexandrinis suppara uelorum licebat intendere: sicut Corbes onerarijs nauibus pro signo suspendebatur. M. uerò Antonius successu rerum insolens, purpureum uelum Prætoriæ naui apud Actium pro insigni dedit, quo abiecto, uictus, fugiẽtem uxorẽ fuit prosequutus. Id quod Alcibiades fecisse dicitur, ut Prætoriam nauim cum uelo purpureo haberet: Alexander quoq; cùm Indum nauigaret, uersicolori uelo totius classis insignia uariauit: Fuitq; obseruatum, lumẽ in Prætoria naui quod cætera classis prosequitur, spectatissimum insigne noctu fuisse: Quare Scipio in Aphricam transmissurus, uelis in altum datis, singula rostratæ naui, bina onerariæ, Prætoriæ trina luminaria dedit. Et in nauali pugna deponere signum, aut uelum, ad alterius præscriptum se imperata facere, & mandatis obsequi significari: Abiectis uerò armis plausum facere, aut nauim uelatam infulis occurrere, supplicandi genus esse, probatum est. Sed quod modò de Tessera dictum fuit, animaduertimus Tesseram Symbolum fuisse bellicum, & signum quo socij milites dignoscebantur ab hostibus, ut pro quibus, & contra quos arma sumerent, facile dinoscerent: Eã fuisse in castris Diui Cæsaris, Venerem genitricẽ: in Põpei Magni, Herculẽ inuictum: in Pompei Iuuenis, Pietatẽ: in Antonij exercitu Lardeus fuit: in Syllæ autem Apollo: Neronem uerò Optimã matrem militibus Tesseram dedisse tradunt: Ipseq; Diuus Cæsar quandoq; Felicitatẽ, nonnunq̃ Victoriam militibus Tesserã proposuit. Brutus in Philippis Apollinem: Cyri autem Tessera fuit, Iupiter belli socius, & dux. Diuus uerò Antonin⁹ Aequanimitatis: C. Caligula Priapum & Venerem, Cassio tanq̃ molli & effœminato signum dedit: adeò Seuerus Septimius, laboremus: Pertinax uerò militemus. Claudius Cæsar Græcanico uersu definiuit Tesserã, in hæc uerba: Virũ ulcisci decet, quãdo quispiã prior iniuriatur, siue molestus est: Demetrius Ioue & Victoriã militibus edixit Tesserã: Fertur Antiochus cognomẽto Soter aduersus Galatas ducturus, signũ proposuisse, Bene Valere: Et Mecœnas quoties in castris Ducis fungebatur officio, discincti Tesserã dedisse: Quã qdẽ siue quẽ incolumẽ reuerti, siue castra metari, aut corpora curare, & prãdere milites: seu qua uigilia educi Legiones cõueniret, uel qd aliud silẽtio agi oporteret, pro militari signo dare soliti sunt: Qua data, satis cõstabat, nõ errore, sed cõsilio & imperio Ducis, ea quæ iubebantur, fieri: Fuitq; probatum experimẽtis, Tessera accepta, milites ordines seruare frequẽtes: ea uerò sublata, aciem dissipari. Alij Tesserã mẽsurã fuisse, qua frumẽtũ militibus metiebatur, nõ ineptè arbitrati sunt. Erat prætera Vexillũ cerulei russiq; coloris, quo educto, inq; arce proposito, satis cõstabat milites, si qd subitũ ingrueret, in re præcipiti nõ iusto delectu, sed tumultuaria manu arma expedire, & Iusticio indicto, noĩa dare, etiã sinè uacatiõis priuilegio, Sagã sumi & inter se cõiurare, Legiões cõscribi, delectũ festinãter haberi, arma apparari oportere:

Signa in prælio nauali.

Athenienses.

Deorũ imaginibus naues insignitæ.

Nauiũ nomina Græcorum naues ex insulis nominatæ.

Barbarum nauigium.

Alexandrini.

Lumẽ in prætoria naui.

Tessera militaris

Tesseræ alia significatio.

Tumultuaria manus & subitariæ legiões. Tēpus apparādæ expeditiōis. Indicia quædā militaria.

quæ quidem tumultuaria manus, & subitariæ Legiones dicebātur: cùm ad subitos hostium incursus, in præcipiti celeritate, non satis laxamenti iusto delectui Ducibus dabatur: iusti autē fuere dies XXX, intra quos expeditioni milites apparari necesse erat. Illud autem satis constat, concussu & crepitu armorū uictoriā significari, exhortationes fieri, apud Græcos ἐκ παιάν: apud Aphros, inijce, inijce seditionis signū fuit. Pileūq; in hasta propositum, ad Libertatem proclamari: Manus expedire, atq; altè illas efferre, consensio militaris erat: Manus uerò Imperatori protentare milites, initium armorum, & flagrante seditione, tumultū suscitari: Ad arma conclamari, Hostes adesse significari. Defectionis, Athenionem uocare: Is enim Athenio Siculus fuit, qui Drepanetis deficientibus, cùm capita factionis assumeret, interempto Domino, & ex Ergastulis coacta seruorū manu, & comitibus uolūtarijs, Regnū sibi asciuit: Fuisse enim factiones partiū in Sicilia, queādmodū in Græcia satis constat: In omni ferè Græcia fuerūt partes, Doricæ & Ionicæ: inter Dores erāt Lacedæmonij: inter Iones Athenienses: Athenas quoq; in factiones tres diuisas legimus, in Diachreos, Pedios, & Paralios. aliquādo in duas, Thucydidis unā, Periclis alterā: aut in plebeiorū, cui Polyporcon, & optimatum cui Cassander præerat. Nonnunq̄ in plures, scilicet Ephialtis, Myronidis, Thomidæ, Cimonis, & Leocratis: Thessaliā uerò in Egesaretos & Petreios. Et in Argo, Aristippi & Aristæi. Et apud Milesios, una Plutis, altera Cheromacha factio fuit: Sicut apud Carthaginēses Barcina & Hānonis: Alibi simultas plebeiorū & paucorū: q̄ppe Pericles plebē, Cimon optimates fouebat. Gallia uerò cùm in factiōes duas diuisa foret, alterius Hedui, alterius Sequani capita fuere. Lycurgus Spartam in duas facttiōes diuisit, quas phylas & obas nūcupauit: etiam Pelopōnesus uarijs nitebatur factionibus: Nāq; Argiui, Elij, Mantinēses, alijq; finitimi Lacedæmonijs diuersarū factionū fuere: In Chio autem fuere factiones duæ, & cùm alterius princeps Onomadeus, uictoria contra alterā potitus esset, alterius factionis uiros ab Vrbe minimè exigēdos curauit, ne inimicorum metu uacuus (quod usu plerūq; uenit) dissidiū cum amicis sereret. Cōsueuisse quoq; Rhomanos milites, itaq; militari disciplina traditū ferūt, ut stipendij pecuniam, aut aliūde paratā, quæ unicuiq; superesset pugnæ tēpore, apud signa in sarcinulis deponerent, eāq; Imperatores iuxta signa seruari mandarent: Quod ideo constitutū ferunt, ut nō modò patriæ & Lariū, sed fortunarū suarum, milites defensores paratiores, proptereaq; fortiores forent: Et licet dimidia pars stipendij apud signa sequestrari prius soleret: tamen Domitianus, ne ultra mille nūmos deponerentur à singulis, edicto prohibuit: Quod ab Asiaticis Rhomanos sumpsisse crediderim: quibus fuit in more, ut militiā sequti, quæ preciosa haberent, & magni cēsus, secū in expeditionē ferrēt: ut tuēdi necessitate, quæ illis erant charissima, plurima & maxima prælia obirēt, prōptiusq; dimicarent. Persæ uerò non pecuniā & gazas, sed pellices uelut charissima pignora, quæ stimulis agerēt, apud signa deponebāt, ut pro his quæ erāt exoptatissimæ, & quas maximè diligerēt, uelut cōiugū & patriæ memores, forti & presenti animo mortem oppetere non dubitarent. Illud quoq; proditū memoriæ est, quoties duo simul COSS. iisdē creati auspicijs, contra eosdē hostes ducerēt Legiones, tam itineris q̄ ineundi certaminis signum ab antiquiore, & Cōsulari, aut pluribus honoribus functo dari consuesse: Quodq; si quando Patricios & Senatum aduocare COSS. uellent, per Præconē singulis nominatis, aut buccina: plebeios uerò Tribunus plebis per ministros non singulos expressis nominibus, sed uniuersos cornu aduocabat.

Athenio. Factiones. Siciliæ Athenien. Argorum Milesiorum Carthaginēsiū Gallorum Spartanorum In Pelopōneso In Chio. Rhomanorum militum mos. Asiatici. Persæ. Cum duo COSS. cōtra eūdē hostē ducerēt legiones.

¶ Quæ fuerint Rhomanis Comitia centuriata, quæ curiata, quæ tributa, & quæ calata. Caput III.



Centuriata comitia.

QVOD Centuriatis Comitijs COSS. Tribuni militares, Prætores & reliqui magistratus, qui maiora auspicia habebāt, crearētur, nemini dubiū fuit: Cùm enim IIII essent Comitiorū genera, Aedilitia, Prætoria Tribunitia, & Cōsularia, qb⁹ postea addita Cēsoria & Quæstoria. Cēturiata fuere, quæ nisi auspicatò fieri poterat: uocatis Centurijs, partibus distributis

distributis centuriatim aut tributim: descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, auditis authoribus, & re promulgata & cognita. Vocabantur enim Cẽturiæ in Martium campum, quò conuenire facilius possent, ubi libera erat suffragandi potestas, ibiq; cotiorum die ex censu & ætate illorum, qui ex qualibet Tribu in Cẽturias selecti erant & in Classes (Nam populus in cẽtum turmas diuidebatur) non autem mixtim ex colluuione omnium, per pontem suffragia ferebant: Quæ tamen comitia si quando populus coire nollet, per patres clientesq; patrum fieri poterant: positoq; Vexillo in arce, exercitus præsidij causa imperabatur: Idq; propterea cautum, quòd intra Vrbem comitia habere, aut legere militem non deceba: quippe armatis Legionibus Vrbem ingredi fas non erat, ne grassatoribus obnoxia foret. Candidatorum uerò mos fuit, cùm comitia fiunt, & in suffragium ciues uadunt: in candida ueste sinè toga in campum descendere: cùm clientibus gentilibusq;, singulasq; Tribus prehensare & circuire: Hominesq; etiam tenuissimos & ignotos, quorum suffragijs nituntur, rogare, atq; illos per se, & communes amicos appellare, obsecrare, & obtestari: quorum nomina memoriter referenda erant, quod si qui facere nequirent, adhibito Nomenclatore, faciebant: Tametsi cautum postea fuerit, ne candidatis Nomenclatores adessent, suaq; merita & facinora domi forisq; commemorare, demisisq; & humilibus uerbis supplicare, nihil deniq; fraudis aut lenocinij omittere, prehẽdere amicos, ambire patronos, domos stationesq; circuire, admonere beneficij, perlicere donis Iuuenes, & ingentia polliceri, nihil reliqui facere, ut sibi in consequẽdis honoribus socij & adiutores sint, atq; in petitione suffragentur: In qua re elaborandum erat, ut adolescentes nobiles & summo loco natos studiosos haberent, qui omni studio & comitate rogandi persuadendiq; erant, ut se amicos suffragatores, duces, atq; assertores exhiberent, competitoribusq; inuidiam, sibiq; studia hominum, fauoremq; conciliarent: Nam multos potentia & multitudine amicorum fultos, potestates & imperia peruicisse inuenimus: Cùm enim populus tam Romuli quàm Tulli legibus comitiorum princeps foret, ita ut quos creare magistratus uellet, illi potestas esset: his artibus delini mẽtes, singulorumq; animos captare oportebat: Quod licet esset in usu frequens, nõnulli tamẽ hoc supplicandi genus uelut sordidum & parum libero homine dignum deuitarunt, siquidem L. Crassus nunquam adduci potuit, ut præsente Q. Scæuola more Candidatorum populo supplicaret: Phocioni quoq; cum nunquam supplicare populo sustinuisset, & ideo Comitijs interesse nollet, absenti & inuito honores delati sunt: Qui etiam candidati, ut plus authoritatis ferrent, utq; iusta suffragatione digni haberentur, cognomenta sæpe clarissimarum familiarum desumpserunt: eaq; propria & peculiaris licentia Cãdidatorum fuit, ut bonum nomen ferrent, & ex optimatibus iudicarentur: Nec minore studio his quos rogabant, agere gratias: Nam mirum & efficax studium in agendis gratijs habebatur. Singulos deniq; prehensare, obuiasq; manus dare, salutare & omnibus arridere debebant: Qui ut conspicui essent, utq; à populo spectarentur, nundinarum tempore & mercatu frequenti, quo opifices & agrestes ad Vrbem commeabant (cùm nona quaq; die fora constituerentur) in ædito colle spectandos se præbebant, ut popularem gratiam fauoremq; aucuparentur: Idq; post aliquod sæcula lapsis iam & defluxis moribus fieri seruatum est. Antea enim sinè ambitu suffragiorum, aut his lenocinijs præsente Senatu, summo silentio ipsi per se Candidati in comitijs uitam suam belli domiq; decora, atq; officia in Rempub. & quid singulis uniuersisq; præstitissent, tũ maiorũ fortiter facta, longa & accurata oratione explicabant, qua cura, qua diligentia, qua animi magnitudine, honores gessissent, testesq; & laudatores dabant, qui omnes æquissimis animis audiebant: Quæ rerum gestarum cõmemoratio non ficta, longè plus poterat ꝙ preces, & ambita suffragia, quæ postea Vrbẽ inuasere: Quibus quidẽ comitijs plerũq; Dictator, COS. aut Prætor maioresq; magistratus præerant: Ante cuius Curulẽ sellam Cãdidati suffragia excipiebant: Scita uerò suffragiorũ nongẽti, qui ex ordine Iudicũ erãt selecti, custodiebant: & ne quid fraudis doliue admitti posset, nêue quis Tesserulas in loculum conijceret, sollicitè curabant:

Pop. in cẽtum turmas.

Candidatorũ mos.

Nomẽclatores Candidatorũ.

Romuli & Tulli lege populus comitiorũ princeps.

Comitijs centuriatis qui præerant.

Scita suffragiorum qui custodiebant.

curabant: Quippe singulis Tribubus comitiorum die, non solùm custodes, sed rogatores & distributores præerant: Describebãtur nomina Tribuum, uel Centuriarum, quæ intra cancellos, quibus Ouilia nomẽ erat, ut quæq; uocata fuerat, ex urna ut sors ferebat introducta, suffragabatur: Demum Tribuũ sortitione facta, in cistellam posita, quam situlam dixere, renunciabant Præconis uoce, quem quæq; Tribus Candidatũ elegisset. Fuitq; prisci moris, ut Veturia, cuius erat prærogatiua suffragiorũ, pro suo Candidato prius in suffragium iret: Nãq; ex Centurijs militaribus facto iterum delectu, tam ex iunioribus q̃ ueteranis præstantiores in proprias seligebant Centurias, quarum erat prærogatiua suffragiorũ per uices, quibus Veturiæ nomen datum. Nõ nunq; alia seruata est suffragiorum ratio: siquidem L. Cassius Lõginus Tribunus plebis C. Mario & Flacco COSS. ut populus per tabellas punctis distinctas suffragia ferret, legem tulit tabellariam, quæ diu sancta & incorrupta mansit: Ea enim lege, ne qua inuidia oriretur, & quo magis animo libero uota impartirent, cautum fuit, ut non uoce, sed punctis suffragarẽtur: Puncto enim in tabula apposito, per singulas Tribus, pro quo Candidato suffragia conferrẽt, dinosci poterat: Quibus tabellis nihil aliquãdo melius uisum, cùm illis ambitus & cõcionum licentia palam adempta fuerit. postea animaduertentes, quia authoritas optimatum, & illorum qui honoribus præstant, plus uoce quàm puncto haud dubiè poterat, postpositis tabellis, ad aperta suffragia, & primum ordinem comitiorum rediere: Nonnunq̃ discoloribus ceris ligna suffragiorum & sententiarum notabãtur, quod in iudicijs quoq; fieri animaduertimus. Persæpe uerò uniuersus populus effuso studio, & fauore accensus, aliquem insignem Cãdidatum ob excellẽtem uirtutem militarem, cuius summa dignitas, maximæq; res gestæ fuere, cunctis suffragijs Consulem aut Prætorem, Aedilem aut Censorem declarauit, & comitijs renunciauit: Quibus in suffragium missis, COS. qui præsidebat, eum qui ad honores promotus fuerat, primus uoce renũciabat, mox Præconis uoce populo palam fiebat: in quo proditum memoriæ est, Domitianum morte affecisse Flauium Sabinũ, quòd Consularium comitiorum die, Præco illum non Consulem, sed per errorẽ ad populum Imperatorem declarauit. Qui uerò Candidatus renunciatus, designatusq; fuerat, anteq̃ iniret magistratum, solẽne carmen precationis præfatus, sicut mos est, celebri oratione populo uniuerso agere gratias, eumq; honorificentissimis uerbis alloqui, & de se bonam spem polliceri debebat, quod Paulus Aemylius cùm aduersus Persen totis comitijs COS. foret renũciatus, facere recusauit: Nam palam professus est, nullas se gratias populo debiturum, quin si meliorem nacti essent, liberam se eligendi potestatem populo daturũ dixit: inde è campo qui designatus declaratusq; fuerat, in Capitolium, mox ab uniuerso populo, in domum suam deducebatur. Quod si primis suffragijs minus ualere poterant, parumq; uiriũ in promouendo Cãdidato fuisset: quippe cùm bina domo de eisdem Candidatis sæpe comitia fierent, quò facilius in comitijs concordia populi firmaretur: plerunq; prolatis comitijs, fracto animo, squalore, & lachrymis demissi, & supplices Candidati, singulos etiam de plebe homines, atq; humillimum quemq; prehensare, populoq; uniuerso supplicare solebant: ita ut quod prius assequi non poterant pietate motus populus, traderet: Id enim in cõmitijs plerũq; eueniebat, ut dies intermissus, rumoresq; temere dissipati, aut fabula ficta, uel minima offensiuncula, paruaq; rerum momenta, totam sæpe rationem comitiorum perturbarent, & magnos motus excirent. Fiebat enim sæpe tum miseratione, tum splendore uitæ, nonnunq̃ gratia, aut meritis antea exhibitis, ut magni casus intercederent, fieretq; repentina mutatio: ut qui modò erant repudiati, honestissima suffragatione haberẽtur digni, præsertim à populo, qui uelut mare sempiterna agitatione mouetur. Nonnunq̃ in cõferendis honoribus populum bis censuisse, & suffragia dedisse compertum est. Centuriatisq; & Decuriatis comitijs diuersa suffragia contulisse, quod ideo fit, ut cuiq; libera facultas foret postremis comitijs mutare suffragium, si quem primæ suffragationis pœniteret: Fertur tamen C. Cæsar comitia ita cum populo partitus, ut pro parte dimidia Candidatorum quos populus uellet, exceptis Consulatus petitoribus, pro altera dimidia, quos ipse dedisset, pronunciaret. Persæ uerò in comitijs

Consularibus

Ouilia.

Suffragiorum ratio.

Veturia tribus

Suffragia per puncta.

Lex tabellaria

Alia ratio suffragiorum.

Cãdidatus ad magistratũ aliquẽ designatus

Vbi primis suffragijs nõ successisset cãdidatis.

Primis comitijs repudiati, secundis sæpe admissi.

Consularibus, quia Imperatores deligebantur, præter populum uniuersum, etiam militaris ordo, & Equites frequētissimo concilio aduocati intererant: Quippe suffragatione militari summi plerunq; Duces delecti sunt: Scipioni enim Aphricano iussus populus inire suffragium, omnis militaris ordo, omnesq; Centuriæ & Tribus ad unū, Imperium in Hispaniam detulere. Quoties dissimilia suffragia diuersis comitijs darētur, illa præualere certùm est, quæ iustis comitijs fierent: Prærogatiua enim suffragiorum semper iustorum comitiorum fuit: Quod autē dempta toga, Candidatos in campum prodire obseruatum est; propterea constitutum ferunt, ne per occultos sinus pecunijs absconsis, largitione & ambitu suffragia mercarentur: aut saltem ut cicatrices & uulnera, quæ pro patria, proq; ciuibus pugnando passi sunt, cōspicua forent, proditumq; memoriæ est, Aphricani superioris filium, cùm Prætura cādidatus in campum descenderet, candidam quam induerat togam, turpitudinis maculis obsolefactam ostēdisse, magnoq; dedecore, totius populi suffragio repulsam tulisse. Quæ quidem Centuriata comitia per Cornicinem indici: Curiata uerò per Lictorem calari solebant: Fuere autem Curiata Comitia, in quibus non de magistratibus conferendis: sed de exercitu, de legibus, de legatis, deq; Ducib° deligēdis, & legionibus inter COSS. partiendis, de prouincijs, de genere belli, deq; his quæ ad rem pertinent militarem, & an cōtra hostes arma sumere expediret, decernebatur: ut si rogationem probaret populus, bellum fieret: si uerò antiquaret, cessaretur ab armis: in quibus suffragia non ex censu & ætate, sicut in Centuriatis, sed ex generibus omniū ętatum & ordinū promiscua multitudine ferri assuerant. Cùm enim uiritim Tribules dabāt suffragia, & ubi accedebat singulorū totiusq; uulgi opinio & cōsensus, ea comitia curiata: cùm uerò per singulas Cēturias unus ferebatur calculus, Centuriata dicta sunt: Ideo in Curiatis omnis potestas suffragiorum & comitiorum euentus, penes populum stetit: Nam singulis popularibus, etiam despectissimo cuiq; uiritim suffragandi, proq; suo Candidato decertandi potestas erat: in Centuriatis uerò cùm non singuli censerent, sed per Cēturias suffragia ferrent: in quibus copiæ aliquorum plus poterāt pro eo quòd ex omni Tribu præcipui opibus & dignitate, in Centurias selecti, suffragabantur, Diuitū suffragationem præualuisse certùm est: Interdum uerò Curiatis comitijs, Tribunos pl. Tribunosq; militares, & alios magistratus extra ordinem creatos inuenimus: Tūc maximè, cùm hi magistratus primùm inuenti, constitutiq; sunt: Erat enim consentaneū, in nouis magistratibus creandis, non aliquorum, sed totius populi suffragia postulari: Quod nisi comitijs Curiatis fieri posse, nemo dubitauit: Fuit quoq; animaduersum, leges quæ ad populum pertinerent, quandoq; Centuriatis comitijs latas; siquidē L. Valerius Publicola Comitijs Centuriatis legem tulit, nequis magistratus ciuem prouocantem uerberaret, necarètue. Præter quæ fuere Calata comitia, quæ Curiata & Centuriata continent: Hæc enim sunt Pontificis Maximi, & Sacerdotum: in quibus non omnes, sed descripti selectiq; conuenire & suffragia ferre poterant: Nā cùm uniuersum populum Sacerdotia mandare, uel quenq̄ sacris præficere, propter religionem non deceret, Cn. Domitio Tribuno. pl. legem ferente, cautum est, ut minor pars populi selectiq; uocarentur, & ab ea parte qui dignus Collegio foret, in Sacerdotium assumptus, cooptaretur: ideo non plures quàm decem & septem Tribus, in Pontificis aut Sacerdotum comitijs unq̄ interfuisse compertum est: Quæ non comitia, sed populi concilium dicebatur: quippe qui non populum uniuersum, sed tantùm partem concilio aduocarent: Cunq; Sacerdotium maximæ esset authoritatis, propter religionē, decuit Sacerdotes comitia habere propria, in quibus ad Sacerdotiū assumerentur: His quoque comitijs Calatis, quæ arbitris Pontificibus fiūt, arrogationes illorum, qui cùm sui iuris sint, in alterius transeūt potestatem, fieri compertum est: Hæc enim comitia illa sunt Calata, quæ pro Collegio Pontificum, aut Regis sacrorum, Augurisue, aut Flaminis inaugurandorum causa fiunt: siquidem ut hi crearentur, & in Collegium admitterentur, sacrisue præficerent, & inaugurarentur, Calatis comitijs decernebatur. Calatis quoq; Comitijs, & sacrorum detestationem, & testamenta fieri animaduersum est: Tria enim ueteribus fuere testamentorum genera: unum quod Calatis comitijs

Militaris ordo in comitijs cōsularibus aduocatus.

Cum diuersa suffragia darentur.

Curiata comitia.

Centuriata.

Diuitum suffragia.

Calata.

Concilium populi.

Sacerdotū comitia propria.

Testamentorū tria genera.

bat: alterum quod per æs & libram, libripende adhibito, & emptore familiæ: tertium quod procinctum uocabatur, cùm milites ituri in prælium, nulla legum solennitate, tribus aut quatuor adhibitis, raptim apud commilitones testabantur: qui mos talis erat, ut milites cùm decernere parant, ante quàm togam circumcingerent, aut clypeos arriperent, tribus aut quatuor audientibus, hæredem sibi nuncuparent, si quid in acie secus eueniret: postremò fuere comitia Tributa, quæ tunc fieri cognitum est, cùm non ex generibus hominum, neque ex censu & ætate, sed per Regiones Vrbis tributim uicatimq; suffragabantur: in quibus interesse Tribus & suffragari per Regiones & cõpita assuerant. Post aliquot uerò sæcula, P. Scipio Aphricanus & L. Mummius Censores suffragia mutasse feruntur, ut regionatim suffragarentur, pro generibus hominum causisq; & quæstibus, Tribus discribendo. Quibus comitijs, ut Tribuni plebis minoresq; magistratus fierent, à Volerone primùm, deinde à Lectorio Tribuno plebis rogatione promulgata cauebatur, ne patricij quos uellent Tribunos per clientum suffragia crearent, non populus: Quibus etiã tributis comitijs, Tribuni militares sæpe creati fuere, qui Comitiati dicti: in quibus si deessent Senatorij ordinis candidati, Augustus Octauius illos ex Equestri ordine suffecit, ita ut finito honore, in utro uellent ordine, permanerent: Et licet Centuriata Comitia, nisi decreto Senatus & auspicatò, ac sacrificio perfecto, & litato, fieri minimè solerent: tamẽ Tributa comitia, quia minimorum magistratuum sunt, nec Senatus Consulto, nec auguratò, nullisq; præcedentibus sacrificijs facta, & eadem die absoluta, rata erãt: Tametsi lege Elia & Susia, nequis per eos dies quibus cùm populo agitur, nisi de cœlo prius seruasset, agere liceret cautum fuerit: Eratq; mos auspicandorum comitiorum, ut cum præfatione Deorum Dearumq; bonis faustisq; nominibus, ac Dijs bene iuuantibus, concilia inirent. Apud Argiuos uerò indictis comitijs, cùm Pretor in præfationis carmine, Iouem, Apollinẽ, atq; Herculem præfari soleret, ut successus darent prosperos: postea Philippi nomẽ adiecerunt præfationi, assentationis genus. Illud tamen non præterierim, neq; comitialibus diebus, more maiorum, Senatum haberi: neq; nundinarum tempore, comitia fieri licere: ne à legibus accipiendis, quæ trinundino dabantur, plebem auocari cõtingeret, nẽue interpellarentur nundinatores, utq; rusticis qui in Vrbem ueniunt, componendi lites, & transigendi facultas foret: Quodq; die imbribus aut turbine procelloso, aut si fœda tempestas cum grandine, uel si tonitrua aut uenti fierent, uel si in frequenti multitudine quispiam morbo concideret comitiorum die, & nisi seruatum de cœlo esset prius, quoad Centuriata comitia, cum populo agi nõ licebat, habitaq; in his & promota, tanq̃ fœda tempestate facta, dirimi oportebat, Augurum responso, qui quid uitij intercessisset, renunciabãt, idq; lege Elia & Susia: in quo id fuit memoriæ proditum, cùm Appius pulcher ad populum causam diceret, quòd naualí prælio uictus, per contemptum religionis, classem amisisset, omnesq; Tribus in eius noxam suffragia ferrẽt, beneficio tempestatis adiutum, pœnam effugisse: Nam subito imbri & turbine cooroto, sublatis Comitijs, iudicium euasit. Ante uerò Comitia habita, quid uitij intercessisset, renunciare Auguri non licebat, quia diuinare uidebatur. Quodq; cum fœminis comitiorum nulla fuit comunio: ideo mulieres nec comitijs interesse, nec suffragia ferre, neq; foro, aut cõcionibus immisceri, & propterea nec arrogari poterãt: quod erat apud Athenienses constitutum, ut nulla fœminarum concilijs publicis aduocetur, uel ferre suffragium, aut concionibus uirorum interesse ualeat: fuitq; moris apud eos, quo frequentius comitijs assuescerent, ut singuli suffragatores numos acciperent, quòd à Calistrate primùm inuentum ferunt: Nam cùm propter assiduas bellorum expeditiones, Athenienses à rebus Vrbanis distracti, uix foro assuescerent, & per infrequentiã comitia cogi nequirent: quippe cùm ex omni populo, in quouis arduo negotio, ultra quinq; millia non conuenirent, ut post habitis negotijs, ad Rempub. accederẽt, & de publicis consultarent, aliquo inuitamento cohortandi fuere. Neque ab his quorum imminutum Imperium fuit, apud Rhomanos comitia haberi, tanq̃ infausti prodigij & infandi ominis foret: neq; illorum qui rei agerentur, nomina, ad petendos honores admitti, nisi crimine inducto & absoluto: neque absentium rationem habendam, licet nonnulli

Tributa comitia. — *Comitiati Tribuni.* — *Mos auspicandorum comitiorum.* — *Senatum & comitia quando haberi non licebat.* — *Fœminæ comitijs non intererant.* — *Athenienses. Numi in suffragatores distributi.* — *Qui comitijs excludebantur* — *Absentiũ nulla ratio.*

nonnulli legibus soluti, contra Comitiorũ morẽ, absentes suffragia pertulerint. Quod à Locris, Amphissæis, qui haud procul Delphis incolũt, factũ meminimus: apud quos nullius absentis habetur ratio, sed cùm concio aduocatur, non solùm Pylagoræ & Sacratores, sed omnis multitudo illorum qui sacra faciunt, conueniunt, & suffragia ferũt. Quotiesq; non iustus comitiorum rogator fuisset, comitia inde habita minus legitima censeri: Et licet eum qui comitia haberet, aut illis præesset, ad honores assumi non deceret, plerũq; tamen qui comitijs præfuere, licet pessimo exemplo, aliorum ministerio & opera illos assequi meruere. Estq; memoriæ datum, sexagenarios maiores, & homines grandæuæ ætatis, quòd ciuilibus uacarent muneribus, ad comitia suffragij causa descedere cogi nequire: quare deiecti de ponte & depontani senes dicti sunt. Nãq; iuuenes olim Senes de ponte deturbasse dicuntur, cùm illis nõ idem maneret uigor, & animi sensus esset obtusus: Quodq; comitia magistratuũ nõ solùm per Dictatorem, Cõsulem, & Prætorem, sed per Interregẽ, Aedilem, Quæstorem, Tribunum. Pl. Præfectum Vrbis, Tribunũq; scelerum, aut Pontificem Maximum, de Senatus sententia plebisq; scito, nonnunq̃ per populum indici compertum est: ipse tamen Prætor Consularibus comitijs author esse non potest, quòd maius uersaretur Imperium in COSS. creandis, q̃ ut per Prætorem explicaretur: Cumq; Cæsarum tẽporibus, arbitrio Principis, nonnunq̃ Tribuum suffragio comitia fierent, Tiberius Cæsar inter cætera cõstituta, è campo ad patres illa transferri uoluit: quorum concilio & suffragio etiam sinè populo Candidati ad honores & imperia prouecti fuere: ex duobus tamen Consulibus, ei qui minor natu foret, comitiorum habẽdorum munus dari cõsueuit: sinè autẽ Cõsulis, Prætoris, uel Tribuni, aut alterius magistratus decreto, populo & plebi conuenire, aut clandestinos cœtus, coitiones, uel conciliabula habere (nequis malo exẽplo populum seuocaret, uel secretas consultationes faceret) non licebat.

Comitia illegitima.

Senes depontani.

Comitia quorũ autoritate indicebantur.

Clandestinæ coitiones uetitæ.

¶Quando primùm Aedilitas cœperit, & quot fuerint Aediles, & qui Curules, & qui Plebei. Caput IIII.



QVO tempore exactis Regibus, & Consulibus creatis, plebs contentione maxima cum Patribus certauit, & tandẽ ut alter ex Consulibus plebeius foret, obtinuit: Patres pro cõmunicato plebi Consulatu, Aedilitatem simul, & Præturam uendicarunt: Igitur, curuli Aedilitate creata, illam Cn. Quintio Capitolino, & P. Cornelio Scipioni ex Patribus dederũt: postea alternis annis, modò ex plebe, nunc ex patribus Aediles creari cœpti, munusq; promiscuum fuit: donec curulis Aedilitas ad libertini generis homines delata est: tunc cùm Cn. Flauius Appij scriba, libertino patre natus, cùm Q. Anitio Prenestino, haud multò antè hoste populi Rhomani, Aedilis curulis, Ius ciuile in penetralibus Pontificum diuulgauit, diesq; fastos in albo proposuit, ac ædem Cõcordiæ cum non mediocri inuidia nobilium dedicauit: Demum dissidẽte plebe à Patribus, ut duo essent plebis Aediles, sicut duo patricij antea fuerant, plebi est à Patribus concessum. Lapsis inde temporibus, cùm Iulius Cæsar rerũ potiretur, tunc primùm VI Aediles creati, duo Patricij qui Cereales dicti, qui curam gererent annonæ forensis, copiæq; cibariorum: reliqui ex plebe, quorum præcipuũ munus erat, Vrbis, ædium sacrarum priuatarumq; curam agere, ad eosq; absentibus uel impeditis COSS. summa rerum, & maiestas Consularis Imperij sæpe delata est: Hi præcipuè curabant ut ædificia publica priuataq; fierẽt, utq; Tẽpla, Theatra, Stadia, Fora, Porticus, Curiæ, & Basilicæ, atq; Mœnia, magnificis operibus reficerentur & ornarentur: quod lege ueteri sancitũ erat, in hæc uerba, Suntoq; Aediles curatores Vrbis, annonæ, ludorumq; solẽnium, ollisq; ad honoris amplioris gradum, prius accessus esto, & infra: Quibus sacrarum rerum procuratio & totius Vrbis tutela sæpe commissa est: Ad quos etiam Senatus consulta & scita plebis, ut in æde sacra conderentur, deferebantur: Præparando conuehendoq; frumento, & oleo, ne Vrbs penuria annonæ, néue caritate laboraret, utq; commeatus, quæq; bello usui forent, in castra deferrẽtur, Aedilium muneris

Alter ex consulibus, plebeius.

Aediles alternis annis modo ex plebe, modo ex patribus.

Duo plebis ædiles.

Sex ædiles. Cereales.

Lex de ædilibus plebeis.

erat: Ideo Manius Martius & Trebius Aediles plebis, quòd in summa caritate frumentum populo in modios assibus dedere, cõmeatusq; inuexere, statuas in Capitolio & palatio cum titulis honorum meruere: Et M. Seruilius T. filius Aedilis Curulis, quòd olei denas libras singulis assibus præstitit, celebri memoria dignus fuit: Etiã in eos qui plusq̃ lege diffinitum erat, agri possiderent, diem dicere, matronas probri accusare, Fœneratores coercere, popinas & ganeata obsonia inhibere, in facta dictaq; in ciuilia atq; improba, animaduertere, atq; in exiliũ agere, Aedilitiæ potestatis erat:

Nero ædilis.

Aedilium potestas nimia, cohibita.

Nero tamen dum munere Aedilitio fungitur, ne quid cocti in popinis uæniret, præter legumina & olera, interdixisse fertur: Quinetiam nimiam Aedilium potestatem cohibuit: statuitq; quantum Curules, quantum Plebei pignoris caperent, quantumq; pœnæ irrogarent:

Aedilitiũ edictum in Iudæorum & Aegyptiorum sacra.

Circa religionem, ne qui nisi Rhomani Dij patrio more colerentur, néue à uetustis cærimonijs decederent, Aedilibus præcipua cura fuit: quorum edictis cautum est, ut Iudæorũ Aegyptiorumq; sacra, ritus, & cærimoniæ ex Vrbe pellerentur, & exigerentur: Senatus consulta excipere, super emendis uendendisq; seruis, aut iumentis si ex fide bona uænirent, deq; illorum uitio, & morbo cognitionem animaduersionemq; habere. Thermarum curam agere, illasq; ne essent immundæ, néue nimis æstuarent, curare, Aedilitiæ cognitionis erat: De mensuris quoq; & uerrendis Vijs, deq; alea cognoscere, desuperq; edicta proponere, quæ Aedilitia dicta sunt, multamq; non parenti irrogare, aut nota turpitudinis afficere poterãt.

Ephori apud Lacedæmonios

Agoranomi.

Horum exemplo Ephori Lacedæmonijs fuere: & in Thessalia Aediles, quibus uirgas lixæ præferebant, quorum munus erat annonam & forũ cupedinis curare: apud Græcos & Aetolos Agoranomi, quorum edictis uendentium & ementiũ rabies coercebatur: qui hoc etiam sibi arrogarũt de uenditarum emptatumq; rerum usu & cõmercio, deq; cõuentionibus & pactis cognoscere:

Honos ædilitij muneris.

in tãtumq; honoris culmẽ Aedilitas prouecta fuit, ut Vrbe peste laborante, maiestatem Consularis Imperij ad Aediles decidisse, T. Liuius author sit: ac iam bonis temporibus, ab optimis quibusq; splendor Aedilitatis quæsitus fuerit: Nam & duo Crassi, & Q. Mutius, & Pub. Lentulus, & Scaurus summis honoribus functi, Aedilitatem magnificentissimè gessere, illamq; magni muneris loco exequti fuere. Paulus quoq; Aemylius, cùm duodecim magnis cõpetitoribus in petitione Aedilitatis prælatus fuerit, pro summo honore duxit.

Aedilitatis repulsam passi: ad alios tamen magistratus statim euecti.

Sunt tamen exempla illorum qui repulsam in petitione Aedilitatis perpessi, mox Consulatus, Præturas, & summos honores meruere, inter quos C. Marius, qui in duabus Aedilitatis petitionibus, Curulis scilicet & Plebeiæ, una die bis repulsam tulit, septies deinde. COS. fieri meruit. Scipio uerò Aemylianus, cùm candidatus Aedilitatis in campum descẽderet, ab uniuerso populo fructum uberrimũ cœpit: Nam pro Aedili omnium suffragatione COS. factus est. L. Lucullus cùm ante adultam fratris ætatem, magistratus petere nollet, tantùm gratia & fauore ualuit, ut absens unà cum fratre Aedilis relatus fuerit: Vespasianus uerò candidatus Aedilitatis, quinquies repulsam passus, demũ ad Imperiũ fuit euectus.

Aedilitatis munus cũ alio munere cõiunctũ.

Et q̃uis Aedilitas per se proprium munus foret, sæpe tamen magistros Equitum & Tribunos plebis simul cum magisterio & Tribunatu Aedilitatẽ gessisse comperimus: Cn. Flauium Appij Cæci scribam, cum Tribunatu plebis Aedilitatem, & T. Sempronium, magisteriũ Equitũ unà cum Aedilitate habuisse constat: Tametsi duos magistratus præsertim Curules simul gerere, antea interdictum fuerit.

Ludi per ædiles æditi.

Munera etiam magnificentissima, & ludos apparatissimos, ad conciliandum Populi fauorem, per Aediles Plebis, aut Curules, nunc Rhomanos, nunc Plebeios, nõnunq̃ Scenicos, publica uel priuata impensa, aut ex multatitia pecunia curari & instaurari plerũq; adnotauimus: in quibus uenationes belluarum, quæq; mira spectatu & insolita sunt, nonnũq̃ gladiatorum paria qui digladiarentur, spectaculis exhibuere: quæ munera cũ magnificentissimè per Aediles ædita fuissent, gradus ad amplissimos honores magistratusq; fecere.

Scribæ ad ædilitatem non admissi.

Aediles sacrosancti.

Illud memoriæ datum est, eos qui scriptum facerẽt, ad Aedilitatem admitti nequisse: propterea Flauius scriba, quia scriptum fecerat, nisi iurasset se scriptum non facturum, ad Aedilitatem admissus non fuisset. Quodq; Aediles, sicut Tribuni plebis, sacrosancti aliquando habiti sunt: Quod licet ueteri constet exemplo, lexq; à Valerio

COS.

cos. post Decemuiros lata, tā Tribunos q̄ Aediles, Iudices, atq; Decemuiros inuiolatos sanxisset: tamen quia Aediles Curules, neq; prehensionem, nec uocationem habere, nec Lictore uti, eosq; à priuato ad maius tribunal, prehendi duciq; à magistratibus nouimus, propterea Aedilem non esse sacrosanctum opinati sunt; quod Domitianus Cæsar facto declarauit, qui Tribuno pl. author fuit, Aedilem repetundarum accusandi, Iudicesq; in eū à Senatu petendi. Qui quidem Aediles non Rhomæ tātùm, sed in oppidis & uicis ignobilibus sæpe fuere magistratus, qui de mēsuris & rebus minimis iura dabant: Hoc quoq; notatum est, posse Aediles, exhausto atq; inopi ærario, nouum uectigal constituere, quò Reipub. oneribus consulatur: Quodq; sicut Tribunos plebis ad Tribunatum, ita Aediles siue Curules seu Plebeios, qui patrem haberēt superstitem, ad Aedilitatem minimè admitti posse, exemplis maximè probatum est. *Vectigalia p aediles cōstituta.*

¶ Iudicium ignaui Iudicis super controuerso Iure, perperam iudicantis, haustum aquæ per fundum alienum non deberi. Caput V.



SVPER controuerso Iure in foro Rhomano, me præsente, apud ignauum Iudicem qui præsidebat, dum quotidiana patrocinia præstarem, aspera & uehemens quæstio agitari cæpta est: Petebatur enim à Testatoris filio, cui haustus aquæ in fundo quem alteri legauerat testamēto, exceptus fuerat, isq; fons immodicis calorib⁹ postea exaruerat, deinde tribus post annis denuò emerserat, ex Testatoris uoluntate se ad illius haustum per fundum legatum admitti: Cui contra stabat fundi Dominus, & desita aqua, seruitutem se nullam debere aiebat: Quippe cùm aqua, cuius haustus testamēto exceptus fuerat, fonte arefacto, esse desierit, cessare etiam seruitutem: quæ propterea debebatur, dicēdum erat: Et ubi haustus aquæ ex nouo fonte illi forsan deberetur: ius tamen eundi per fundum suum, se inuito, illi non esse: pluraq; in hanc sententiam adduxerat: quibus non dissimulanter quæstioni respondere uidebatur: Cōtra uerò Testatoris filius, relicta à patre seruitute, & haustu aquæ sibi legato, etiā aditū ad aquam, qui nullibi nisi per fundum patere poterat, relictū dicebat: cùm nullus aquæ usus foret, nisi haurire liceret: neq; posse hauriri, nisi per fundū aditus esset. Quod si fieret secus, profectò cùm sibi aliunde haurire non daretur, ipse legato præter Testatoris uoluntatē, frustratus foret: quod est pudendum dicere. Rursus tametsi aqua desita fuisset, siu æstu uehementi, seu quouis modo arefacta, ea postea renata Ius pristinum sibi deberi asserebat: Nam quādiu è fonte manaret, ius hauriendi sibi integrum esse, dicendum erat: Cunq; immodicis iurgijs desuper obstreperent, & turpibus uocibus inuicē conflictarentur: Iudex qui assidebat seuerus & uehemēs, amborum audito postulatu, pauca interfatus, quæsiuit an aqua ex fonte arefacto penitus fluere desijsset: & cùm triennio aquā ex fonte manare desijsse, (quippe cùm tenuis non perēnis foret) illamq; denuo scaturisse, tabulis & testibus planum fecissent, deq; hoc nulla controuersia foret: hoc asseuerato, parumper subdubitare uisus, paulo post eò inclinauit sententia, ut eundi per fundū alienum, & aquam desitam rursus hauriendi, Testatoris filio ius non esse, sibi liquere iniquissimo decreto pronunciaret. Qua iniuria decreti cùm uehemēter ille offensus reclamasset, & propterea me adijsset, peteretq; ut sibi in causa adessem, utq; suas partes propugnationemq; mea cura patrocinioq; susciperem: Quæsiui ego à Iudice, ut bona cum uenia diceret mihi, quo iure, qua lege, aut exemplo, isti cui seruitus testamento relicta fuerat, ius non esse hauriendi ex fonte renato declarasset: Siquidem si haustus aquæ testamento legatus erat, iter quoq; ad haustum ex æquo & bono relictum uideri debet, cùm nisi haurire liceret, nihil præstaret commodi legatum, nihil opis: Idq; tā Paulum & Marcellum, q̄ Neratium & Vlpianum de seruitutibus sentire asseueraui. Quinetiam de sumptibus funerum idem Vlpianus censuit: Si in fundo à me uendito sepulchrum mihi excepero, iter quoq; ad sepulchrum exceptum uideri, cùm subsequens antecedens supponat: Neq; repugnat, quòd arescente fonte, desita seruitus uidebatur, quia satis habet rationis explicatæ, quòd mox fonte renato, ius idem mihi

mihi deberi quiuis potest intelligere, idq; Iabolenum & Paulum de seruitutibus etiam censuisse. Quinetiam Actilicinus consultissimus uir, super hac controuersia, Cæsarē Statilio Seuero in hanc sententiā rescripsisse dicit: idq; cum lege & iure affirmare cōtenderem, peteremq; ut more institutoq; maiorum, siquid iudicando deliquisset, caueret ne magno saltē afficeretur incōmodo, is qui in meam fidē clientelamq; uenerat. Iudex ad me conuersus, grauiter credo ferens se frequenti auditorio interpellatum, stomachabundus & uultu ferè minaci, semel inquit desita aqua, postq̃ fons exaruit, ius illā hauriendi pariter desitum uideri: Quippe cùm aqua nulla sit quæ debeatur, seruitutem extinctam amplius non reuocari respondit: Cunq; ego contradicerem, horum autoritatibus nixus, pluraq; in meam sententiam adducerem, præsertim cùm nemo tam indoctus ignarusq; rerum foret, uel qui primis, ut aiunt, labris iura degustarit, qui restituta re, in statum priorem, idem ius quod antea fuerat, re integra, incolume esse negaret: ipse autem egregius nebulo cùm in eandem sententiam iret, illamq; nullo argumento, nec iudiciali disceptatione, ut modesti Iudices solent, dilueret uel firmaret, siqd probandum aut refellendum esset, sed prope ad extremam insaniam uæcors excandesceret: Ego qui probè noram spiritum eius, ne insectatione & conuitijs agerem, dicē di pausam feci, satiusq; duxi Cliēti salutari concilio prodesse, q̃ rationibus nō proficiē tibus cum homine illiberali & clamoso nequicq̃ disceptare, Clientiq; ut ad maius tribunal prouocaret, persuasi, profuitq; prouocasse: Nanq; haud multo post, discusso negotio, lege & iure, inducto Iudicis decreto, probabili & recto iudicio ꝓ Testatoris filio lis data est: Verba uerò Cæsaris ad Statiliū Seuerū ex eius Epistola hæc fuere: Suc
» currendum his putaui: itaq; quod ius habuerunt, tunc cùm primùm ea aqua perueni-
» re ad eos non potuit, id eis restitui placet.

¶Quanta seueritate à Rhomanis contra licentiam Magistratuum, & quoties occursum sit. Caput VI.



QVANTA disciplina cauerint Rhomani, ne qui Magistratus gererent, nimia licentia abuterentur, illud documēto est, quòd pluribus legibus, plebiscitis, & Senatus consultis præscripti fines magistratuum & potestas coartata fuit, præcipuè cauendo, ne imperiosa illorum licentia, extra gyrum rationis excederet: P. Valerius, is qui cum L. Bruto post Reges exactos COS. factus est, ad terrorem increscentis audaciæ legem promulgauit, qua cauebatur, ut à quocunq; magistratu ad Populum prouocandi cuiuis potestas foret: scilicet existimans maioris Imperij aduocatione, nimiam magistratuum licentiam coartari: Tametsi Regum temporibus, prouocationem à Regibus fuisse ad Populum, idq; Pontificalibus libris caueri, multi contendant: quam legem à Murena COS. quo tēpore Sora & Alba Coloniæ deductæ sunt, iterum latā comperio: postea exacto Decemuirorum Imperio, populus Rhomanus ut licētiæ temeritatiq; obuiam iret, præter auxilium Tribunitium, nouam sanciendo legem, cōstituit, ne quis ullum magistratum sublata intercessione, crearet, eum qui creasset, ius fasq; esset occidi: Quod mox Duillus COS. alia cōstitutione innouauit, ut qui magistratū, sublata prouocatione, creasset, tergo & capite lueret. Lapsis inde temporibus cùm opes plurimorum præualerent, humilioresq; à ditioribus assiduè premerētur, hisq; superbè auareq; imperitarēt, iterum Valeria lex, tanq̃ unicum præsidium libertatis, ante primum Punicum bellum lata fuit: qua inter cætera eum qui prouocasset à quouis magistratu, uirgis cædi & securi percuti uetuit: pœnam tamen si secus fecisset, non adiecit, nisi improbè factum uideri: Cunq; adhuc non satis innocentiæ cōsultum foret, & plebis libertas opprimeretur magis, sæpiusq; hoc malum increbesceret, inita tādem ratio est, qua salubriter tenuioribus consultum foret. Siquidem Martius Valerius COS. legem de prouocatione ad Populum, ab eadem familia sæpius latam tanq̃ patronam & uindicem libertatis tertiò promulgauit, grauissimisq; pœnis affecit eū, qui, spreto more patrio, ad maius tribunal prouocare inhiberet, in tātum ut etiam de ui & maiestate dānatis, ius prouocandi

[Margin notes: P. Valerij lex. — Duilli constitutio. — Valeria lex. — M. Valerij lex de prouocatione ad populum]

uocandi ad populum dederit: Tametsi post decursa sæcula, Caligula, ne lõgo circuitu ducerentur lites, nimias prouocationes inhibuerit: Sed quis tot legibus aduocatio maioris potestatis, quæ ab iniuria tenuiores uẽdicaret, permissa foret: nondum tamẽ satis petulantiæ & effrenatæ licẽtiæ prouisum erat, nisi caueretur, ne sæpius eadem imperia gerendo, nimis aliquorum potentia insolescerent: Ideo Q. Martius Censor legem tulit ad populum, ne quis eũdem honorem bis ambiret: Et deinde Fabius Maximus aliam recitari iussit, quod etiam plebiscito cauebatur, ne intra annos decem eandem potestatem gerere liceret. L. deinde Sylla, aliquem prius Prætorem q̃ Quæstorem fieri, aut Consulem q̃ Prætorem, ædita lege uetuit: eundemq́; nisi decurso decẽnij spatio, bis uni magistratui præesse, graui pœna interdixit: arbitratus frequẽtes honorum uicissitudines, nimiæ potestatis esse, & potentiæ nõ ferendæ. Quod haud multo post noua constitutione innouatum fuit: cautumq́; ne cui intra uigesimum annum, muneris publici administratio daretur. Et cùm licentia Præsidum in ædendis spectaculis, multo prouincialibus damno & incõmodo foret, quotidieq́; nouis collationibus exhaurirentur, Nero uetuit ne gladiatorum munus, aut ferarum spectaculum Præsides in prouincijs æderent: Quo etiam tempore statutũ est, ut qui perperam ad Principẽ uel Senatũ ꝓuocasset, pecuniã pœnæ nomine in ærariũ ferre, & multã exoluere cogeretur: Pluraq́; extãt plebiscita, quibus ne duos magistratus præsertim Curules uno anno habere, néue plebeium magistratum patritio gerere liceret, cauebatur. Quinetiam pro magistratu aliquid gerere inhibitum erat, nisi prius sacramento adactus fuisset: quod ideo cautum ferunt, ne spe & cupiditate improba, imperia & honores assumerent: iurabant enim apud Consulem uel Senatum solenne iusiurandum per Deos: postea ut in acta Principum iurarẽt, Cæsarum temporibus seruatum est: neq; enim plus quinq; dies, nisi qui iurasset in legem, Imperium gerere licebat. Siqui tamẽ in magistratu auarè, superbè, & insolẽter se gessissent: ipsos ante tempus finiti honoris imperio desistere, & de gradu deijci iubebãt: Primusq́; cui abrogatum Imperium fuerit, Tarquinius superbus proditus est, qui propter insolẽtiam Regno pulsus fuit. Postea exactis Regibus, Sergium & Virginium Tribunos Consulares, quòd malè ad Veios pugnassent: & Cn. Mãliũ, & Seruilium Cepionem Procõsules, quòd ipsorum temeritate clades ingens accepta fuisset, & à Cimbris cæsi, & castris exuti essent: aliosq́; ignauiæ insimulatos, abrogato Imperio, ante tempus finiti honoris, Senatus magistratu abire, & insignia Imperij dimittere coegit. Quod & C. Gracchus alio plebiscito confirmauit, cauens, ut si cui ante tempus propter indignitatem, Imperium esset abrogatum, is alterius adeundi honoris facultatem non haberet: néue maxima Imperia diuturna essent, quod unum officere libertati cognitum est. Magistratus & honores geri ultra annum, annaria lege prohibetur: Iulius uerò Cæsar lege sanxit, ne Prætoriæ prouinciæ ultra annum, néue Consulares plus biennio obtinerẽtur. Tiberius collatos semel honores non facile ademit: cùm saturos & opulentos Præsides minus noxios Prouincialibus duceret: Néue finito magistratu, is qui Prouinciæ præfuisset, impunè insultasse gauderet, XXX diebus lege Cornelia successorem expectare, & ex Prouincia reuersus, rationẽ administrati muneris lege Iulia reddere cogebatur. Ideo plures COSS. Prætoresq́; functos honoribus, quòd mente improba, auarè, & crudeliter in Prouincia se gessisset, damnatos & ærarios factos inuenim⁹. Apud Græcos uerò lege cauebatur, ut qui gesti muneris rationẽ nõ redderet, Alogij teneretur. Apud Atheniẽses quisquis ad Rempub. accessisset, rationibus ita obnoxius erat, ut etiam Sacerdotes obnoxios lex iuberet, apud quos computator publicè eligi cõsueuit, qui redditus ciuitatis per singulos magistratus populo resignaret, neminẽq́; coronari licebat, qui rationibus reddendis obnoxius foret. Carthaginensibus ne insolescerent magistratus, toto Imperij tempore uinum interdicebatur, ita abstemios moderatiores fore arbitrati. Thebanis lex data est, ut ad munera publica nemo accederet, nisi qui annis decem à mercimonijs destitisset. Bithynis, ut minor annis XXX ad honores admitti nequiret: quod tamen Augustus ita præfiniuit, ut ab annis duobus & uiginti admoueri Iuuenes ad munera iuberet. Quod si forte finito magistratu, quisq̃ Prouinciam successori

Prouocationes inhibitæ.
Q. Martij lex
Fab. Max. lex.
L. Syllæ lex.
Aetas muneris pub. obeũdi.
Neronis statutum.
Multa iniquæ prouocationis.
Plebiscita diuersa.
Magistratu & imperio deiecti.
C. Gracchi plebiscitum.
Annaria lex.
Ratio administrati muneris
Græci.
Alogij rei.
Athenienses.
Magistratu fungẽtes apud Carth. uino abstinebant.
Aetas fungẽdi magistratus apud Theb. & Bithynos.
Qui finito magistratu, prouincia abire nollet.

successori tradere negaret, uel ultra iustum tempus fasces retineret, is uelut Maiestatis reus in Principem & Rempub. agebatur: Cui simile apud Thebanos accepimus: nam qui ultra præscriptum honores gesserat, conspirationis reus, capite luebat: fertur tamen Epaminūdas Thebanus, dum patriæ consultum uult, Præturæ quam gerebat, ultra præfinitum tempus præfuisse, nec successori exercitum tradidisse, quo tēpore Lacedæmonios graui bello & intestinis cladibus affecit, ne si honore decederet, Thebani tanto progressu rerum frustrarētur: cuius rei causa capitis anquisitus, omniū uotis absolutus fuit. Carthaginensibus quoq; tam seuera uiguit disciplina, ut siquis Imperator aut Dux, prauo consilio, licet felici euentu, pugnasset, fœdo supplicio in crucem elatus, morte pœnas dabat. Rhomani uerò Duces, qui temeritate uel inscitia exercitus amisissent, aut fugæ & pauoris insimulati essent, pecunia & exilio sæpe multati sunt: lege quoq; à Valerio Publicola primùm lata cautum fuit, ut qui Imperium magistratúmue à populo non accepisset, capite plecteretur: quod ab Atheniensibus seruatum est, quibus nulli erant magistratus, nisi sortione publica, & suffragijs populi creati: Tanta uidelicet cura tantaq; sollicitudine Maiores nostri contra insolentiam Magistratuum, præsidia legum inuenere.

Thebani. *Carth. seuera disciplina.* *Rhomani Duces multati ob exercitū temere amissum.* *Valerij publicolæ lex.*

¶Qui ordo in disponendis aciebus, & quæ norma militiæ apud Rhomanos olim seruari solita fuerit, & quæ apud exteros. Caput VII.



MILITVM ordines in Rhomanis castris plures fuisse, exq; diuersis formis instrui acies consuesse, & firmari subsidijs, sæpe notatum est: Species uerò militum à principio ita distinctæ fuere, ut aut inter Hastatos & leuis armaturæ milites, aut in principibus, uel inter Triarios essent. Et licet de instruendis disponendisq; aciebus certa lex tradi nequiret, quia ex monte, flumine, uel locorum situ facili, uel impedito, aut ex subiecta planicie, & natura regionis perlustrata oculis, prouidens diligensq; Dux, exploratò & præuisò acies dirigere, & copias admouere debet: & nūc directa, nunc cuneata, uel trigona, aut hemicycla, modò latè fusa, & protenta acie, nūc quadrato agmine, quod frequēs apud Persas & Siculos fuit, in hostes uadere, aut hostium uim excipere: nunc frōtem uel cuneum, nunc subsidia, Orbem, Globum, Forfices, Serras, Turres, atq; alas facere: ita ut terrarū situi sese accōmodet, & qualitati insinuet: tamen ubi locus tempusq; patitur. Hæc acierū forma & turmarū descriptio magnas sæpe acies fudit: Nam primi erant Hastati, qui hasta tantùm gesaq;, & Pilani, qui pilo primos cōgressus excipiebāt: Fuit autē pilum ligneo hastili, & ferro quadrato, oblongo, & præacuto: Hi ergo XV manipuli erant expediti & delecti pedites: Inter quos iaculatores & leuis armaturæ milites, qui in prima fronte siti, dato signo, in hostes incurrere, ac pilis missilibusq; hostem ferire, deinde gladijs cominus congredi solebant: in quibus Tyrones qui nuper militiæ asciti erant, militabant, ab hisq; primi erant congressus, & hostes lacessiri assueuerant. Mos ergo Rhomanus erat, instructo paratoq; exercitu, cùm congredi acie pararant, Deos primùm consulere, mox auspicatò & litatò, ne incertis auspicijs, & turbatis religionibus, acies cōmitterēt, Solem uenerari, & in hostes ducere, sicut in Syria mos erat: cunq; Classico signo dato, pugnam ineunt, primo occursu, ad ardorem excitandū, ardentissimo clamore concurrere, & signa inferre: qui si consona uoce æditus, neq; impar, uarius, uel dissonus foret, haud dubiè satis animorum ad certamen esse, & futuram uictoriam spondebant: namq; is erat index uoluntatis & animi cuiusq;: Si uerò excitatior crebriorq; ab hoste sublatus esset, quò euentus prælij casurus foret, indiciū haud dubium præbebāt: in qua quidem re, ad ardorem animi excitandum, non solùm acies, sed ipsa quoq; signa militaria inferebant. Neq; enim parui momenti fuit, illa prima uis & cōgressio militaris, cùm alacres & fiduciæ pleni, ardēti clamore simul in hostes ibant & signa inferebant, intolerabili clamore, animorum uno impetu consentiente, ac uirtute, quæ res magnorum uictoriarū plerūq; causam dedit. Quare à Iulio Cæsare Pompeius haud imeritò imperitiæ arguitur, quòd in pugna Pharsalica milites

Species militū. *Prudēs dux ex occasione oblata acies dirigit.* *Acierū & turmarum forma.* *Pilum.* *Tyronum congressus.* *Mos Rho. aggrediendi conflictus.* *Clamor consonus.* *Pōpeius a Iul. Cæsa imperitiæ accusatus.*

certaminis

certaminis auidos, impetum accipere, non inferre iussit. Quod quidē Cyri consilium fuit, ut si hostes tumultuosius irruerent, taciti milites impetum exciperēt: si autem taciturni essent, clamore & strepitu acies inuaderēt. Galli & Germani, quibus incōsulta ira, & furor est, si quādo cum hoste congredi parant, dissono & truci cantu, quē Barritum uocant, cum ululatu & tripudijs scuta quatientes, prælia inibant, ex quo futuræ pugnæ fortunam augurabantur: aut patrio more, nudis corporibus horrendoq; uocis sono: Nōnunq; ut auspicium pugnæ sumerent, captiuum cum suo milite cōmittebant, unde belli omen augurati, in hostes ibant: Quibus Germanis hoc etiam in usu erat, nō antè acies cōmittere, quàm p matresfamilias, quas plurimas educebant in castris (sicut Dionysius, qui armatas Thyrsis mulieres habuit) an decernēdū esset, sortibus & uaticinio prædictum foret. Ambrones nō cursu furioso, sed incessu tardo arma pulsantes, Rhythmis cum gressu & pulsu armorum cōsonantibus, suū nomen exprimētes, in hostes ducunt. Vbij & Treuiri uirorum cantu & fœminarū ululatu, terrorem faciūt, & uoce obtundunt. Aethiopes, cùm cecinit bellicum, clamoribus dissonis tumultuantur, & sui moris tripudijs exultant. Syri autem in primo cōgressu Solem uenerati, immodicis uocibus exultantes, cursu quàm citatissimo acies subeunt, & in hostes irruunt, ita uano metu deturbari, & ludisicari hostē opinati. Athenienses & Lacedæmonij Pæana canētes, & hymnos Ioui, congredi solēt: quod frequēs apud Græcos fuisse notatū est: fuitq; Spartanorum mos, ut ante hostium cōgressum, Amori sacra faciāt, utq; Reges Laconici anteq; signa inferant, Musis immolēt, Clementiæq; & Amicitiæ, nō Marti: satius ducentes, pactione hostiū animos, & pace incruenta conciliare, q̃ prælij subire aleam, & multa hostium cæde uictoria potiri. Cyrus autē, ne hostium efferis clamoribus milites perculsi trepidarent, hymnū Polluci & Castori canere iussit, quo concentu effecit, ne improuisa formidine caperentur. POST Hastatos sequebantur Principes, qui uiribus & ætate fortiores, in XV pariter distincti manipulos, scuto & insignibus armis, sub ipsis signis militabāt: qui non continenter iuncti erant, sed modicis spatijs discreti, quasi in subsidijs positi: Vt si Hastati commisso prælio, ab hostibus deturbati retro cederent, ad Principes & grauioris militiæ uiros receptus tutus foret: Hiq; cùm ad hostium subitos conatus presto essent, obnixi urgētesq; integris uiribus fessos adorirētur, & impressionem facerēt. Post Principes uerò Triarij pluribus Vexillis ordines ducebant: Erant enim ueterani milites, magnæ & expertæ uirtutis, qui stabili genere pugnæ assueti, scuta & hastas tenentes humi fixas, genu dextro innixi, prælij euentum, & Imperatoris nutum expectabant ad inuadēdum, qui modico etiam interuallo seiuncti à Principibus, considebant: Iisq; ordinibus, cùm procinctæ acies starent, si à Principibus haud feliciter pugnatum esset, nec ad arcendam uim satis roboris aut uirium foret, ut uicti, perculsi, & consternati cederent, pditis propè rebus, & desperata salute, se ad Triarios per interualla ordinum sensim referebant. At tunc exurgentes Triarij, in quibus omnis belli moles, quodq; uirium erat, esse putabatur (namq; his uincere aut mori decretum erat) conserti pluribus ordinibus, firmata acie, tāquam uallo muniti, strictis mucronibus, ita ut uir uiro, armis arma coniuncta forent, uias claudebāt, ita magno præsidio firmati, in hostes ibant, ut dirumpi ea acies non posset: Neq; enim longum certamen, & increscens uis diutius durare posset, nisi secunda acies primæ, & integri fessis succederent. Cyrus quoq; haud absimili exemplo, ita aciem instruxit, ut qui primi in prælio, quiq; primarum Centuriarum milites essent, in secundis pugnarent ultimi: deinde ultimi succederent ad primos, ita acie instructa, ut seruato ordine progredi ad pugnam, & cùm opus foret, pedem retro ferre possent. Germani uerò per familias & propinquitates cuneis acies instruebant. Sarmatæ per turmas, quibus insuperabiles erant: pedestri uerò pugna nihil ignauius. Scythæ, Thraces, & Macedones, cuneo, qui mediam urgeret aciem, frequenter usi sunt. Persæ & Siculi quadrato agmine. Celtiberi tantùm cuneo ualebant, ut quacunq; parte decurrerent, irruptionem facerent. Galli bifronti acie pugnabant, cuius usus talis erat, ut nullam militibus terga dandi spem ostenderet. Lacedæmonij cùm in cornu incedunt, turma in postremis sequitur, quæ se ad frontem & in latus flectere queat, &

Cyri cōsilium. *Galli & Germani.* *Barritus.* *Belli omen.* *Germanorum mos.* *Ambrones.* *Vbij & Treuiri.* *Aethiopes.* *Syri.* *Athenieses & Lacedæmonij.* *Cyrus.* *Principes.* *Triarij.* *Cyri aciei instructio.* *Germa. acies.* *Sarmatæ.* *Scythæ.* *Thraces.* *Macedones.* *Persæ.* *Siculi.* *Celtiberi.* *Galli* *Lacedæmonij.*

Agesilaus. cùm opus foret, uerterent se singuli ordines, & depugnarent. Agesilaus quoq; quadrato agmine exercitum sæpe duxit, ita ut dimidiũ ante, dimidium uerò post exercitũ haberet. Thessali Rhõbi figurã primi inuenere, quòd facile circumagitur, cuius ope adiuti, hostibus præualuere. Ferunt Triballos populos omnem aciem in IIII phalanges, & quicquid est copiarum diuidere: Primam ex imbellibus: Secũdam ex optimis, qui robore præstabant, & uiribus: Tertiam ex Equitibus: Quartam ex mulieribus, quæ in fugam conuersos conuitijs incesserent. Latini uerò populi cùm antea phalanges similes Macedonicis facerent, postea disciplina Rhomana edocti, manipulatim acies instruebant. apud Spartanos in expeditionibus obeũdis Reges erant primi cum cohortibus suis: in recessu uerò postremi. Atheniensibus lege cautum erat, ut Polemarchus, cùm acie decernitur, dextrũ semper lat⁹ teneat, indeq; in hostes irruat. Thebani cùm ad Leuctram sinistro cornu Lacedæmonios fugassent, & uictoria potiti essent, omnibus prælijs obseruarunt, ut sinistro cornu principatum darent. Erátq; inter Lacedæmonios & Athenienses conuentum, ut si arma contra eosdem hostes ferrent, Athenienses sinistrum, Lacedæmonij dextrum in acie tenerent locũ: Tametsi in pugna aduersus Mardonium, Athenienses dextrum cornu contra Persas, Lacedæmonij sinistrum cõtra Bœotios & Thessalos tenuere: Cumq; aduersus Mardoniũ & Medos Athenienses & Tegeates super instruendis aciebus dissiderent, dextrum cornu usurpantibus Atheniensibus, Aristidis authoritate effectum est, ne intempestiuè contẽderent, quãcunq; partem in acie dedissent, se uiriliter operam nauaturum professus: Cui non absimile est, quod cùm Themistocles cum Euribiade Lacedæmoniorum Duce contra Xerxem classem ducerent, & de Ducatu orta contentio esset, facile cessit, asserens intempestiuã contẽtionẽ è sua Repub. nõ esse, sed eum uideri Principem, qui meliorem operam nauasset. Apud Lacedæmonios uerò milites ex Scyro insula, cùm sinistrum sibi locum delegissent in acie, semper obseruarũt, ut deinceps sinistrum cornu tenerent. Fertúrq; Psametychus Aegypti Rex, cùm pugnaturus cõtra Assyrios, ignominiæ loco, Aegyptios in sinistra, mercenarios uerò & externos in dextra phalangis locauisset, exercitus alienationem & dissidium passus fuisse. More tamen Rhomano antiquiori Duci, dextrum cornu dari consueuit: sinistrum uerò, quia minus curæ & solitudinis habet, Iuniori & minus assueto. Quamuis sinistro nõnunq; summos Duces attributos inueniamus. Tullus enim Hostilius aduersus Fidenates pugnatur⁹, sinistrum sibi desumpsit cornu, dextrum uerò Metio dedit. Darius quoq; ad Arbelã cùm sibi sinistrum tuendum sumeret, Mazeo dextrum assignauit. Si tamen inter Duces de loco non cõueniret, plerũq; de ordine agminis quem tenerẽt, inuicem sortiebãtur. Cúmq; signa militaria in media locarentur acie, ita ut pro signis Antesignani, post signa alia pugnaret acies, quoties hostiũ impetu Antesignani uicti cederent, ne nudarẽtur pugnatorib⁹ signa, collato statim gradu, ex secũda prima fiebat acies: ita ut à suo quisq; Manipulo uel Cohorte pugnans nõ recederet: qui omnes ita docti instructiq; erant, ut ad nutũ monentis intenti, ad illius Imperium se in Turmas colligere, rursus diuidere possent, obsistere, circuire, mutare pugnam, modò à fronte, nunc à cornibus occurrere, sequi signa, ordines seruare, consistere, & locum non deserere, tam facile scirent, ut signo dato, expediti & dicto uelocius, mãdatis parerent: Erant enim ita instructæ acies, ut faciles partienti, faciles iungenti forent, talisq; disciplina, ut etiam in conflictu belli, & dum præliatur, miles in sua Legione, Cohorte, uel Manipulo, maneret, ab eaq; pugnans non recederet. Hoc quoq; proditum est, quòd quoties grauis armatura hostem fugasset, ne Turmæ Equitum cursu & fuga insequendo dissiparentur, signaq; & ordines relinquerent, leuem armaturam, funditores, sagittariosq;, qui hostes longius agerent, & trepidantes opprimerent, emittebant. Quod longè secus apud Lacedæmonios fuisse tradunt: quippe in pugna acerrimi existunt, diuq; & fortiter præliantur, dum hostem in fugam uertant, quibus fugatis, effusos insequi nesciunt. Cùm enim hostem dare terga coegissent, continuo redibant in ordines: Neq; enim uidebatur decorum satis, in fugientem hostem & agmen consternatum inferre signa, & in terga dantes, ius Victoris exercere. Quotiesq; ad ultimum laboris & periculi

Margin notes: Agesilaus. — Thessali. Rhombus. — Triballi. — Latini. — Spartani. — Atheniẽsiũ lex — Thebani. — Lacedæmoniorum & Atheniensium conuentum. — Themistoclis dictum. — Princeps. — Psametychus. — Rhomani. — Darius. — Sortitio de loco. — Vbi antesignani uicti cederent. — Vbi terga uerterent hostes. — Lacedæmonij hostes fugiẽtes nõ ĩsequebãtur — In extremo periculo.

periculi uentum erat, ut ſolutis ordinibus uagè diſſipati milites, forent in ſumma deſpe
ratione & diffidentia, rem in aſperis prælijs ſæpe tentatam, felici euentu multi magno
ſtudio exequti ſunt, ut diſſipati milites ad ſuos mox ordines redirent. Deinde coacto
agmine, omnes uno impetu impreſſionem facerent, & ultro in hoſtes irruerent, ma-
gnoq́; ardore animorum pugnam repararent: id quod apud Germanos frequens fuit, *Germani.*
ut cedere loco, & rurſus inſtare pro conſilio haberent, uel ut Equites, dimiſſis equis,
ad proximos euaderent, immiſcentes ſe peditibus, dum fluctuatur acies, hoſti obuiam
irent: ideo ut ſpe fugæ erepta, æquato omnium periculo, pedeſtri prælio acrius inſi-
ſterent: uel ut in hoſtes acrius incurrerent, detractis frenis, cùm effuſum curſum tem
perare nequirent, equos concitatos agerent, & impreſſione facta, ui uiã facerẽt, ſpar-
ſosq́; & incompoſitos adorirentur. Nõnunq̃ ut Vexillo ſigniferis adempto, & in ho-
ſtium agmẽ, aut intra uallum iniecto, quò acrius ſubirẽt, inſtando atq; urgendo, ne illo
potiretur hoſtis, maiori impreſſione dimicãtes, ita irruerent, ut lapſam plerumq́; aciem
repararent. Apud Cimbros in more fuit, ne fuga ſigna & ordines diſſiparent, Tur- *Cimbri.*
más & robora legionum longis catenis inuicem connectere, & per balteos milites col
ligare, ut ita nexi firmius propugnarent: In quo traditur operæpretium, quòd cùm
Lacedæmonij contra Tegeates dimicarent, & de uictoria confiſi, uincula ſecum fer-
rẽt, quibus illos uinctos ducerẽt: Poſtea uicti & fugati à Tegeatibus, eiſdẽ uinculis
nexi & captiui ducti ſunt. Rhomanis frequẽs uſus erat, cuneũ facere & phalangẽ, ut *Rhomanorum cuneus & phalanx.*
inuicem ſcutis annexis, & ſupra capita elatis, denſa latitudine ſuccederẽt, unaq́; conſpi-
ratione & conſenſu in orbem ſe colligerent & impreſſionem facerent. Illud quoq;
ſalutare creditum eſt, transfugas detractis armis, nequid inſidiarum ſimulata tranſitio- *Transfugæ.*
ne moliri poſſint, in poſtremam aciem inducere: nanq; illis credere non facile licet:
Profuit quoq; ſalubre conſiliũ, quod in magna conſternatione, abſciſſis rebus, & deſpe
rata ſalute, à Rhomanis ſæpe factitatum nouimus: ut diſpoſitis Equitum Turmis an- *Fugientes ex prælio.*
te munimenta, fugientes temere ex prælio ad caſtra, milites pauidos & conſternatos
pro hoſte haberent: illosq́; ſtrictis gladijs inuaderent, ut non minus à tergo q̃ à fronte
infeſtas acies uiderent. Hæc enim ultima deſperatio nõnunquam militum animos ita
inceſſit, ut inclinatas, & turpi fuga profligatas acies plerũq; repararint, tantoq́; ardore
pugnam legamus reſtitutam, ut milites ancipiti coacti metu, uictoriam ex hoſtium ma
nibus ſæpe eripuerint. Fuit hoc quoq; notatum, dum acies præliantur, & armis decer *Petitio ut defuncti ſepelirẽtur.*
nunt, petere ut defuncta corpora liceat ſepelire, uel poſt prælium abire conceſſum, de
uictoria uideri: Eos enim qui uicerunt, precariò aliquid ab hoſte petere non dece-
bat: Sicut confeſſio cedentis, & detrectãtis certamen, ubi hoſtes ad pugnam elici ne-
queunt, pro uictoria fuit. Apud Gallos & Hiſpanos brachia & manus inermes ten- *Deditionis ſigna apud diuerſas gentes.*
dere: apud Rhomanos capita ſcutis ſubdere, & arma tradere, deditionis ſignum erat:
Quare Pompeiani, in pugna Pharſalica paſſis palmis ſalutem petiere. Armis quoq;
dimiſſis, ſalutationem more militari facere, magno ſæpe præſidio extitit militibus: Iũ
ctis uelatisq́; manibus ſupplicare, aut cum infulis & uelamentis prodire. Apud Græ
cos manus inermes dare: Indis cum pateris occurrere, & uina libare: aut ex Solis
ara accenſis facibus, obuiam prodire, in fidem uenire & poteſtatem, ſignũ fuit: Neq; *Dedentes ſe interficere nefas.*
enim decebat illos qui paſſis palmis in deditionem ueniſſent, morte afficere, aut in eos
uelut hoſtes inſultare. Dextris autẽ exertis, & ſublatis manibus incedere, apud Græ- *Pacis ſigna.*
cos & Perſas pacis ſignum erat: ſicut Aſſyrijs & Maſſiliẽſibus cum infulis: Græcis
cum oleæ ramis aut lauro accedere: & Barbaris florẽtes capiti corollas geſtare: Ae
gyptiorum mos traditur, ut ſupplice ueſte ſumpta, & prælatis omnibus ſacris, pacem
deprecentur: Gallorum, occurrere magiſtratus cum pueris & fœminis: apud Per-
ſas, terram & aquam offerre, deditionis ſignum erat. Quare Darij Legati cùm
ab Athenienſibus magnificis uerbis terram & aquam peterent: ab eiſdem alij in
Barathrũ, nonnulli in puteos præcipites acti ſunt: apud Lacedæmonios ſcutis po-
ſitis, manus excutere, in ſiugulari pugna uox herbando, ſe uictum fateri ſigni-
ficat: ſicut olim bello capti, cùm ſalutem peterent, in diſcrimine extremo, ſaltem
dicere cœperunt. Athletarum mos erat, ut cùm in certamine uicti, digitum aut *Athletæ.*

Brasidæ sententia.

manũ exerendo, pacem peti ostenderent. Fuitq́ꝫ sententia Brasidæ Peloponnensium Ducis, cùm acies decernere parant, instructo exercitu, lancearum frequentem motum & galearum, à qua parte futura sit fuga, demonstrare. Esse quoqꝫ Rhomanæ militiæ

Equites, duos equos habebãt. Pedites, & Eqtes quæ ferrẽt secum.

comperimus, ut Equites in prælio duplici utãtur equo, ut uni fatigato, alter recẽs ex peditusq́ꝫ succedat: Quodq́ꝫ sicut miles pedestris militiæ arma & uallum, & quoties opus foret, plus dimidiati Mensis cibaria: ita Equites præter arma & gladium, follliculis frumentum deferebant. In nauali autem prælio constitutum est, ut milites nõ mi

In nauali prælio.

litari solùm fungantur munere, sed uelut Classiarij remigent, & per tabulata nautarum ministeria exequantur, hostiumq́ꝫ tela excipiant, & scutis auertant. Hanc disciplinam militarem Lycurgus non omnibus significandam censuit. Ideo lege cauit ne contra eosdem sæpius mouerent arma, ne iterum repugnando, diutino bello assuescere, & lõga militia hostes disciplinis erudiri contingeret: ideoq́ꝫ bellicosiores effrenatiores forent. Accusaturq́ꝫ Agesilaus, quòd cõtinuis bellis quibus Bœotiam infestauit, Thebanos ociosos & bellorum rudes ita erudiuit disciplina & usu armorum, ut sæpe ipse ab eisdem in extremum uitæ discrimen, cum toto exercitu lapsus fuerit.

¶ An Sapienti uxor ducenda sit, & quæ ad propagandam sobolem indulta cõmoda à Rhomanis fuerint. Caput VIII.



VETVS quæstio fuit, & à prudentibus in utranqꝫ partem agitata, & adhuc in quæstione est, an Sapienti uxorem ducere expediat. Compater amicus meus, homo perfacetus multæq́ꝫ uenustatis, & multi salis, cui in omni sermone mira fuit urbanitas, semperq́ꝫ uenustè dicta, sempq́ꝫ opportunos iocos habebat: si quem in nostra Parthenope uxorem ducere audisset, eum grauibus conuicijs, perinde ac si in aliquod crimen prolapsus foret, incessere solebat, quòd homo liber & sui potens, in seruitutem mãcipari, & sub imperio uxorio seruilem in modum excruciari non curasset: habens semper illud in ore Thaletis

Thaletis dictũ de ducẽda uxore.

Milesij, qui Iuuenis cur uxorem non duceret interrogatus, quia intempestiuum erat, respõdit: Iterum Senex cùm ad coniugium urgeretur, rursus intempestiuum dixit: hac ambage uerborum, Sapiẽti nunq̃ uxorem ducendam fore demonstrans: Verùm

Coniugij commoda.

qui hæc perpenso iudicio explorare uult, profectò in coniugijs multa inueniet cõmoda usui uitæ necessaria, sinè quibus uix homini sapienti cælibem uitam ducere expediet: Siquidem non parua adiumẽta ex hac societate homini uel inquieto & fatigato, ad requiem forensium exercitationum, uel in secunda fortuna ad ampliorem fructum lætitiæ, cùm habeat cum qua congaudeat, parantur: præsertim siquis moratam, & nõ quotidiani damni, ac fœdis, & pudendis uitijs nequissimam fœminam nactus fuerit: Nec minus cùm studio & labore foris bona quæsiuerit, superesse domi qui ea diligentissimè tueatur, haud mediocre præsidium uitæ putauerunt. Illud quoqꝫ non paruũ refert, habere in miserijs solatium, in periculis adiumentum, sociamq́ꝫ uitæ etiam in calamitate, quæ te perinde ac se foueat & amplectatur. Adde mutua pignora tori genialis, sobolisq́ꝫ, quam sibi quisqꝫ post futuram, & bonorum participem cernit: ingenitamq́ꝫ charitatem in filios, animosq́ꝫ consociatos: quæ ad ciuitatis & Reipub. præsidium, nec minus ad propagationem nominis ualent sempiternam. Quibus delinimẽtis aductus Socrates, nec Xantippe quamuis morosa & iurgiosa: nec Pythagoras,

Lycurgi lex in cælibes.

Crates, & Aristoteles, alijq́ꝫ sapientissimi uiri coniugio carere uoluerunt. Quod legibus Lycurgus mandasse fertur: Nam siqui in orbitate & solitudine cælibes uixissent, ea afficiebantur ignominia, ut à ludis arcerentur, per hyemem uerò forum nudi circuire cogerentur. Spartæ enim tam cælebi q̃ fero & malo marito legibus indicta pœ

Spartæ.

Cretenses,

na fuit: quæ iudicia Cacogamia & Obsigamia dicta: Cretenses uerò felici instituto usurparunt, ut è grege Iuuenum deligerent forma conspicuos, quos ad uxores ducen

Thurij.

das, propagandamq́ꝫ sobolem ui & lege compellerent. Thuriorum lex erat, ut Iuuenes primo ætatis flore, ad ducendas uxores muneribus honoribusq́ꝫ inuitarent. qui

uerò

uerò ea defuncta, alteram superduxisset, is inuisus & execrabilis Dijs hominibusq; ab omni honoris aditu, & magistratu arcebatur. Platonis uerò legibus cauetur, ut qui ad quintum & trigesimum annum mansisset cælebs, nullo dignus honore & omnium postremus haberetur: cuius rei causa, Rhomanos magistratus ad coniugiũ & prolem excitandam, non solùm pœnis coercere repugnãtes: sed & præmijs inuitare Iuuentutem sæpenumerò uidemus. Furius Camillus & Posthumius cùm Censuram agerent, his qui ad senectutem cælibes peruenissent: aut uiduarum nuptias, quarum uiri bello ceciderant, detrectarent: multam pœnæ nomine in ærarium ferre iusserunt. Q. Metellus Humidicus Censor, & postea Diuus Iulius, deinde Augustus, liberorum gignẽdorũ & sobolis causa, legem de maritandis ordinibus tulere: eos ad progeniem propagãdã præmijs & immunitatibus inuitantes: Siquidem cui tres erant liberi, uacatio muneris, cui plures, libertas donabatur: quod à Lacedæmonijs cõstitutũ ferũt, ut triũ liberorũ parens, à custodia & excubijs, quatuor uerò, ab omni onere immunis foret. Quinetiam Præturas, Quæsturas, & Consulatus, honoresq;, & magistratus, Rhomani ueteres, nisi parentibus plurium liberorum, comitijs dedêre. Quare exemplis palam factum nouimus, plures Candidatos cùm ad comitia & campum descenderent, fictis adoptionibus, liberos sibi pessimo more ementitos fuisse. Quod postea Senatus consulto sublatum fuit, ne simulata filiorum adoptio, ueris parẽtibus fraudi esset: semperq; mariti & pluriũ liberorum parentes, in omni negitio, pauciores liberos habentibus, aut sinè uxore degentibus, antelati fuere: Persarum more, qui ingentia munera his qui plures genuerant filios, proponere soliti sunt: quorum Reges siquando Persidẽ adirent, singulis mulieribus ad sobolis inuitamenta singulos aureos dare cõsueuêre, prægnãtibus uerò duplices. Quò Rex Ochus, cùm esset sordidæ auaritiæ, ne quid elargiretur, adire recusauit. Mulieribusq; quæ trium liberorum matres forent, etiam uiuo patre testari, & sinè curatore de bonis disponere, negotiaq; alia gerere pmissum erat: Viroq; decedente sinè liberis, omnium bonorũ hæres lege Romuli uxor erat: Si uerò cum liberis, æqualem bonorum partem cum liberis ferebat. Vtq; non seuera & tristis, sed læta atq; hilaris illorum pudicitia foret, uxoribus nec molere, nec coquere, aut alio seruili munere fungi permisere: Nuptasq; pecuniarum & fortunarum uiri sacrorumq; socias esse, iussere. Illosq; qui in uxorem aut liberos uiolẽtas manus intulissent, uelut sanctissima Deorum templa uiolassent, impios consceleratosq; duxerũt. Veteres enim, mulieres, propter infirmitatem consilij, sub parentum tutela cognatorumq; esse uoluere: donec uiro desponsatæ, coniugali copula iungerentur: tunc enim à tutela liberæ, in uirorũ manu, nõ in seruitio erãt: Ideo & mariti mores pro lege habere, atq; his se accõmodare cõuenit. Cõtrà decet uirũ curare, ad cultũ uictũq; ei ne qd desit: Nãq; uxori malæ tractationis contra uirum actio datur: Cauendũq; ne uxoris imperio maritus agatur: Nã illũ famosum despectumq; paulo momento præcipitem ageret: Quare uerbũ Catonis talia exprobrãtis in Rhomanos sæpe emanauit: Illos omnibus gẽtibus armis imperitare, ipsis uerò uxores. Fuitq; ideo proditũ in Assyria, Lunæ templũ apud Carras fuisse, in quo qui Lunæ supplicaret, uxoris imperio subigi: q̃ uerò Luno deo sacrũ faceret, uxori dominari ferebatur: Quibus etiã mos à Semiramide traditus, perdiu mãsit, ut uiris uxores dominentur. Sauromatas etiã ferunt hoc habere præcipuũ, ut uiri sub Imperio uxorio & famulatu sint. Apud Aegyptios, ut uiro mulier præficiatur lege cauebatur, testãtibus uxoribus inter solẽnia spõsaliorũ, imprimis uirum suo arbitrio parere oportere. Spartanæ mulieres minimè muliebris animi uiris imperant, domesticisq; negotijs solæ præsunt, curaq; omnis & procuratio ad ipsas pertinet. In quo fertur lepide dictũ Gorgonis uxoris Leonidæ, quæ cùm ab hospite argueretur, quòd solæ Spartanæ uiris imperitarent, haud immeritò inquit: Nã solæ uiros parturiũt. Semper tamẽ bonũ maritũ agere, q̃ in Repub. magnũ uirũ esse, pluris Veteres censuerunt. Ipsisq; ad coniugij & sobolis inuitamẽta, inter muliebria iura, abundanti auro, mundoq; muliebri, aureisq; segmentis, & purpura, omnibusq; delinimentis uti permisere. Quare in maximis bellis sæpe matronas auro collato, inops ærarium subleuasse, & magna Reipubli. adiumenta dedisse, perspectum est.

Platonis leges.
Cælibes multati.
Lex de maritãdis ordinibus.
Qui plures haberent liberos, alijs prælati.
Persæ.
Romuli lex.
Vxores seruilia munera nõ obibant.
Qui in uxorẽ aut liberos uiolentas manus intulissent.
Mulieres antè matrimonium sub tutela.
Vxor erga maritũ & cõtrà.
Viri sub uxoris imperio apud quos.
Semiramis.
Sauromatæ.
Aegyptij.
Spartani.
Leonidæ dictũ.
Matronarũ auro, inops ærariũ subleuatum.

Legimus ſecundo Punico bello, cùm Reſpub. infeſtis hoſtibus afflictaretur, ſcirentq́;
matronæ ærariũ populi Rhomani bello exhauriri, ipſas cœtibus factis, ſponte aurum
& ornamenta ſua in ærarium contuliſſe, cuius rei cauſa, ut feſtis profeſtisq́; diebus, dũ-

Matronæ cur carpẽto uectæ, & in funere ſolenniter laudatæ.

ad ſacra & ludos irent, Carpẽto ueherentur, à Senatu datum eſt. Camilli quoq; tẽpo-
re, cùm à Gallis populũ Rhomanũ redimere oporteret, in anguſtia ærarij, quicquid au
ri & ornamentorum erat, matronas publicè contuliſſe, eoq́; ſe populum redemiſſe ac-
cępimus: Propterea ut earum ſicut uirorum, in funere ſolẽnis laudatio eſſet, Senatus
conſulto cautum fuit: primaq́; Popilia à Craſſo filio laudata fertur in funere. Poſtea
Iulius Cæſar defunctã primus laudauit uxorẽ: Et Nero Poppeæ formam, & alia for
tunæ munera pro roſtris magnificè extulit: Alijq́; deinceps defunctorum laudes ad
poplum ſolẽni oratione proſequuti ſunt. Vtq́; perpetuũ hoc coniugale fœdus & ſinè

Diuortij cauſæ

diſſidio foret, uxori uirum relinquere, & cum alio copulari nequaq̃ licebat: Viro au
tem niſi uxor in adulterio, aut ueneficio, ſeu clauium adulteratione deprehenſa foret,
aut ſi uinum biberet, leges à Romulo latæ diuertere nulli ſinebant: qui aliter diſſidiũ
feciſſet, bona uiri ad uxorem deuolui uoluere: Quare. L. Antonius à Cẽſoribus no
tatus, & Senatu motus fertur, quòd nullo conſilio aut modo, quam in matrimonium du
xerat, repudiaſſet: & Tiberius Cæſar Quæſtorem gradu deiecit, quòd quam coniu-

Repudium ob leues cauſas.

gem duxerat, tertia poſt die dimiſit: Tametſi ex leuibus cauſis repudium interceſſiſſe
plerunq; inueniamus: Siquidem. Q. Antiſtius uxorem, quòd cum libertina fabulari
uiderat, repudiauit: Et. C. Sulpitius, quòd inuelato capite foras prodijſſet: quippe ue
ſte à capite deducta, matronas incedere, minimè fas erat. P quoq; Sempronius, quòd lu
dos ſe inſcio ſpectaſſet, uxori repudium remiſit: Taxaturq́; Mecœnas inconſtantiæ,
quòd cũ ab uxore ſemel diuertiſſet, illamq́;, recõciliata gratia, paulo poſt reduxiſſet,
iterum ac tertiò cum ea ſimultate exorta, repudiũ fecit, & mox in gratiam uenit. Qua
re millies eum duxiſſe uxorem ferebatur, cùm unã haberet: Paulus uerò Aemylius
cùm argueretur, quòd poſt longum tempus uxorem Papyriam fœcundam, & formo-
ſam dimiſiſſet, dixiſſe ferunt, neminem ſcire, in qua parte calceus, licet ſpecioſus foret,
ſuos premeret digitos. Domitianus tamẽ Auguſtus Equitem Rhomanũ ob reductã
uxorem, cum qua Martius ob adulterij crimẽ diſſidium fecerat, Iudicum albo eraſit, &
nota affecit: & M. Lepidus, quòd Apuleiæ uxoris deſideriũ poſt diuortiũ ferre ne-
quiret, morbo extabuit: ſicut Antiſtia repudiata à Pompeio, ipſius mater indignitatẽ

Solonis lex.

ferre non ualens, necem ſibi manu conſciuit. Solon uerò lege conſtituit, ut qui uxorẽ
exturbaſſet, dotem illi reſtitueret, alioqui interuſuriũ ſexquidrachmale ob morã ſolue

Quis primus repudiarit uxorẽ Rhomæ.

re cogeretur. Primus enim. P. Caruilius Ruga poſt annũ quingenteſimũ trigeſimum
tertium, uel undeuigeſimum ab Vrbe cõdita, cùm uxorem duxiſſet, ex qua uitio cor-
poris, liberos ſuſcipere nequiſſet, ſterilitatis cauſa diuortium fecit, quòd apud diuerſas
gentes fiebat conditionibus uarijs: Nam Thurijs hac lege permittitur, ut neutri cum

Thurij.

iuniore ſponſa, aut uiro coniugium poſtea inire liceret, ne libidine, aut illecebra uolu
ptatũ magis, q̃ cauſa diuertiſſe uideantur. Apud alios his uerbis cõcipitur diuortium,

Verba diuortij concipiendi & ſponſaliorũ dirimendorum.

ut pari uoto uir & uxor inuicem dicerẽt, tuas res tibi habeto: In ſponſalibus uerò di
rimendis, hæc fuere uerba: conditione tua non utar. Athenienſibus libello repudij

Libellus repudij.

porrecto à uiro uel uxore, an concedi debeat, magiſtratus decernit. Apud Germanos

Germani.

ſemel cum nupta tranſigitur, cum qua ſeneſcendũ erat, neq; à uiro diuertere, neq́; poſt
obitum alteri nubere permittitur. Id tamen memoriæ proditum eſt, uxori, concepto
necdum ædito partu, poſt diuortium, alteri nubere nõ licere: Damnaturq́; Auguſtus
Octauius, quòd Liuiam Druſillam ex altero uiro abduxit grauidam, quam probauit
unicè. Neq; in ius uocanti matronam eius corpus tãgere, aut à magiſtratibus ſummo-
ueri permittitur, ut à tactu alienæ manus inuiolata maneat: Sed matronæ in ſemitis ui

Dos uxoria.

ros de uia decedere iuſſum eſt: quòd & Senatusconſulto cauebatur: Neq; dotale præ
dium, quódue dotis cauſa exhibitũ eſſet, uiro, inuita uxore, alienare (quod lege Iulia
uetatur) ne uxor indotata maneat. Expedit enim Reipublicæ dotatas eſſe uxores, li-
cet priſcis ſæculis dos apud Rhomanos æs graue fuerit: mox decem millia æris dotes
non exceſſere: poſtea corruptis moribus ad XL millia ſupergreſſæ ſunt, in tantũ, ut
Megulia,

Megulia,quòd quingenta æriu millia dotem dederat, dotatæ nomẽ tulerit. Fuit ta-
men lege cautum,ut si mulier uiro in manũ conueniret, omnia quæ mulieris fuissent,
uiro accederent dotis nomine: Proditumq́ est,populũ Rhomanũ. C. Fabricij,& Cn.
Scipionis,ac Manij Curij filias, quòd ob tenuẽ rem familiarem pro natalibus nubere
non possent,de publico dotasse: sicut Athenienses Aristidis filias ob modicas faculta-
tes,ære collato,connubio locarunt. Solon uerò & Lycurgus salubriter consulentes,
ne sponsæ magnò coniugia inirent,uiris dotes dare legibus uetuere. Germanorũ fuit
uetus constitum,ut uiri uxoribus dotes dare cogantur,qua non exhibita, nihil conso-
ciatum,aut fœderatum,sponsalia haberent. Idem Cantabris, ut nisi à uiro sponsæ dos
fuisset soluta,nullum esset matrimonij fœdus. Apud Indos pari boum sponsas mer-
cari permittitur,qui cùm in plures diuidantur ordines,unius Tribus uiro,alterius su-
mere non licet. Massiliensibus ultra aureos cẽtum,dotem dare nulli permittitur. Cre
tensibus dimidia pars bonorũ,quæ fratri cõtingit,sorori dotis nomine accedit. Apud
Gallos quantam pecuniam uir ab uxore accipit dotis nomine, tantam de suo conferre
tenetur,ut quod inde redundaret,cum fructibus superstiti accederet. Aegyptij uerò
adeò dotes auersati sunt,ut qui uiri dotes acciperent,uelut mancipia, uxori addiceren
tur. Carthaginenses non dotibus,sed nuptiarum impensis,quas immodicas faciunt,mo
dum statuêre: Fuitq́ constitutũ apud Spartanos., ut qui rei quærendæ causa locuple-
tum affinitates quærerent, pœna multarẽtur. Quare Lacedæmonij qui Lysandro su
perstite,illius filias se ducturos uxores promiserant,& eo morte sublato,ducere recu
sarãt,optimo iure, Ephoris Iudicibus,pœnas dedere: quòd spe præmiorum locuple-
tum affinitatem affectassent. Siquid uerò ab uxore delictum esset, aut si quæ simulta-
tes offensionésue forent,si quidem leuia & per ignorantiam admissa,clementi animad
uersione & mollissimis pœnis emendabant: Siquid uerò grauius,de eo uir non in Iu-
dicio & foro, sed remisso Iudiciorum munere, ne litibus obstreperent, cum propin-
quis tanquam domesticis Iudicibus,cognoscebãt,quicquid dissidij foret in sacello deæ
Viriplacæ, illarumq́ contumaciam pœnis seuerioribus,aut mollioribus cohibebant.
Quod etiam Tiberius Cæsar statuit, ut propinqui & necessarij matronas prostratæ
pudicitiæ, quibus accusator deesset, communi sententia coercerent: Nonnunquam
uxoris offensa mariti iudicio permissa fuit: Nam Pomponia Grecina capitis & fa-
mæ postulata, Iudicio mariti insons renunciata est. Athenis uerò erat magistratus,
qui dissidentes cum uiris uxores, quæ non syncera fide in gratiam redijssent,sinè iur
gio, & sinè offensa conciliaret: In quo Crates Diogenis sectator fuit, qui litium
omnium & iurgiorum moderator & arbiter inter propinquos præcipuè habitus
est. Sicut apud Spartanos Harmosyni erant magistratus,qui mulierũ petulantiã in mo
destiamq́ cohibebãt. Apud alios fuere cõciliatrices, quæ uiris uxores & uxoribus ui
ros conciliarent. Adeoq́ more maiorũ muliebri pudori,salubri temperamento cõsul
tum fuit,ut ne priuatam quidẽ rem agere fœminas,nisi authore parente,fratre,uiroq́,
permiserint. Illud certè non est ab re dixisse,quòd quæ uno uiro cõtentæ erãt,quæq́
matronale decus seruassent incolume,haud aliter q̃ pudicæ corona donabantur. Quæ
uerò post uiri obitum coniugium inisset,nisi post decimum mensem nupsisset,leuis,&
impudica, atq́ infamiæ inusta putabatur. Ideo pregnãtem,bouem Numæ legibus im-
molare,& ita facinus expiare cogebatur: Neq́ omittendum, quondam uxores uiris,
& matres filijs,tunicas togasq́ facere,easq́ acu,& licio,ac telis intexere cõsuesse: sum
mosq́ Imperatores & Duces à necessarijs sæpe uestes cõtextas induisse. Quare Ale-
xãder Macedo & Augustus Octauius, domesticis tunicis ab uxore,matre,& sorore,
aut nepte confectis,usi sunt,quas ueteri more in atrio domus cum clientibus Rhoma-
ni intexebant. Græci uerò in Oeco & Proœco: Quippe apud matronas quondã la-
nificium magnæ laudi fuit,lanamq́ fecisse mulierẽ, pudicitiæ & probitatis signũ erat:
quod à Phrygibus institutũ ad Rhomanos fluxisse putarim,quibus Attalus Rex, pri-
mus aurum uestibus intexere instituit. Vnde Phrygiones dicti,qui pictas uestes inte
xebant. Quo enim tempore inter Rhomanos & Sabinos fœdus ictum est,cum Ro-
mulo & Tatio conuenit,ut Sabinæ ab omni opere,præterq̃ lanificio,immunes forent:

Megulia dotata. — *Solonis & Lycurgi lex.* — *Germanorum uetus cõstitutum.* — *Cantabri.* — *Indi.* — *Massilienses.* — *Cretenses.* — *Galli.* — *Aegyptij.* — *Carthaginẽses* — *Spartanorum constitutum.* — *Vbi uxores deliquissent in maritos.* — *Viriplacæ deæ Sacellum.* — *Magistratus Athenis ad cõciliandũ dissidẽtes cum uiris uxores.* — *Post uiri obitũ matrimonium ineuntes.* — *Lanificiũ matronarum.* — *Phrygiones.*

scribitq; Varro lanam cum colo & fuso Tanaquilis & sandalia in templo Anci Martij, ad sua tempora durasse incolumen, factamq; ab ea togam Regiam uirgulatam, qua Seruius Tullius usus fuit. Erat tamen Pagana lege sancitũ, ne mulieres in uia torquerent fusos, aut illos detectos ferrent: quoniam frugum prouentibus auersari putabatur. Vtq; lanificium ueteribus cordi fuisse adnotarent, Sponsam nuptiarum die colũ comptam, & fusum cum stamine, ad uirum deferre iussere: quem morem apud multos etiam nunc coli obseruariq; uidemus, præcipue Iberos, quibus quicquid texunt mulieres, in cõmune conferunt, & uirorum iudicio quæ plurimùm texuit, honoribus cumulatur & precio. Pheacenses quoq;, Homero teste, sicut rei naualis uiri, ita mulieres pensa trahendi & acu uestes intexendi periti sunt. Non sic Aegyptijs: nam uiris domi pensa curare, fœminis uerò in foro uacare usus erat. Apud Persas autem matronas lanæ admouere manus, aut calatũ & pensa tractare, probro & turpitudini dabatur.

Pagana lex. Pheacenses. Aegyptij. Persæ.

¶ Ingens miraculum rerum quæ in Germania, & Britannia, tam ex uitibus quàm fluctu maris proueniunt. Caput IX.



PROFECTO rem mirificam & ostento similẽ, & quæ dici crediq; uix possit, amicus meus summus nuper enarrauit mihi, quàm ego his cõmẽtaciunculis meis adijcere dubitassem, ita uidetur esse rara dictu, & super omnem impudentiam, prorsusq; ridiculæ uanitatis, nisi hoc pro comperto & explorato, multorum testimonio comprobasset, qui se non audisse uel legisse, sed oculis uidisse, & manibus attrectasse asserebant. In citeriori Germania intra Danubium loca esse, in quibus, nisi contra frigora & gelu, ac feram sæuamq; hyemẽ, uites maxima parte anni, sub niuibus humo contectæ iaceant: cùm nulla his cõtra immodica frigora tempestatesq; firmitas sit (utpote in tractu gelidissimo) prorsus algore intereant. Eas demum liquatis niuibus, æstate anni ingruente, & calore cœli, mirificè germinare, & frondes geniculatas emittere, sed uini parũ effundere: Interq; eas nonnullas, nescio qua cœli temperie, seu occulta & cæca origine, uites existere, peculiari miraculo, & admirationis præcipuæ: quæ, clauiculos & plerũq; candicantia folia ex puro auro germinẽt, & simul coalescãt, illosq; uidisse & manibus attrectasse, Regibusq;, & summis Ducibus unà cũ palmite uitis, rimoso cortice, dono datos, ingẽti miraculo fuisse: neq; id ubiq; & passim, sed alijs atq; alijs in locis, & modò hic, modò alibi fortuito euentu, & prout naturæ libitum fuit, euenire: idq; apud incolas pro ostento minimè haberi: sed quia in locis pluribus id accidere soleat, quasi inter quotidiana & frequentia reputari: Cuius rei causam quærentibus nobis, & plerosq; eruditos cõsulentibus Physicæ non ignaros, qui naturalium rerum momenta & causas didicere, nemo eorum quisquam satis exploratam ferre sententiam, aut quæstioni satisfacere uisus fuit: adeò difficiles causas explicatusq; habebat, nisi quod ex contagio terræ & glebæ, ubi hæc prouenere, cùm ibi aurifodinas esse certũ sit, subtus in radicibus coalescere aurum, & unà ingenitum & condensatum occulta ui & origine, dũ germina emittunt, mirabili naturæ constituto, aut decreto stellarum, aurum simul erũpere, & ita germina concipere, frondesq; aureas emittere crediderunt: sicut in Scythia authores tradunt, in montibus ubi minium effoditur, ex terræ contagione & cœli moderamine extare rubras niues. Iunius Dentatus Parthenopeus, ingenio ornatissimo, uir apprime nobilis, & eruditus, quo cum mihi à primo ætatis gradu uetus & magna amicitia fuit, referre solebat, pleraq; prodigiosa & admirabilia, inter quæ, miraculum ingens in penitissimis oris Britanniæ & sinu intimo, ubi æstus effusi Oceani, secundi & reciproci ad Lunæ augmenta & damna, ac frequẽtes fluxus maris & refluxus haud secus quàm tempestas statis uicibus litora infestant, ab authoribus memorati existunt, sæpe malos & nauium carinas uetustate tabescentes, ad litora expositos, & diutina aqua madefactos, quosdam ueluti fungos breui pediculo, iuxta aquas gignere, paulatimq; adolescere inter fluctus, lapsisq; diebus etiã moueri, sed tamẽ à trunco minimè diuelli. Interiecto deinde tẽpore, uelut ad iustam magnitudinem peruenerint, mirum dictu tradit, quod

Vites in Germania. Clauiculi & folia uitiũ ex auro. Causa. Niues rubræ in Scythia. Fungi in cariosis nauibus nati, qui deinde nant.

quod oẽm superat fidem, fungos eiusmodi ita genitos, à trunco sponte euelli, mox alis emissis, & penniculis enatis euolare, & marinas aues existere, uesciq́; pisciculis litoralibus, per'q; maria passim enatare, pariterq́; apud incolas mirum non haberi. Sed quia passim id euenire soleat, quotidiano usu miraculum esse desinere: Hæc inquam mirifica uiderentur, nisi monstrifica esse ubiq; solertis prouidentisq́; naturæ opera experimento uideremus. Ita enim parens natura comparauit, & opus fabricata est, ut sub orbe diuersissimo, pleraq; dictu admirabilia, excedentia fidem inexplicabili difficultate gignantur. Nã quis crederet quod Aristoteles, Cicero, & Plinius tradunt, in Ponto Euxino apud Hypanim fluuium tenues mẽbranas acinorum modo innasci arboribus, ex quibus mox uolucris quadrupes, quæ ultra diem uitalis non sit, erumpere conspiciatur? Aut quod idem scribit Aristoteles περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων: in Cypro genus quoddam gigni æris, auro non absimilis, quod in frusta minutissima concisum Agricolæ serant, mox ad pluuiam exoriri & coalescere, & postq̃ adoleuerit ad iustam maturitatem, colligi & recondi: Vel quod idem compertum in Iberia dicit, Pastores quandoq; Syluam incendisse, mox Tellure conscissa, multùm argẽti deliquati effudisse, iudicatumq́; esse, glebam refertam uenulis, orichalcum argẽtumq́; educere: Aliaq́; quæ arduæ sunt explicationis & difficultatis immensæ: Atq;, ut reliqua omittantur, nónne usu quotidiano assiduoq́; experimẽto didicimus, ex minimis paruisq́; seminibus leui calore fotis, animari uermiculo mirabili cõstituto, qui frõde cõtecti & educati, paulopost cùm adoleuerint, Sericum, unde nobis preciosarum uestiũ usus est, ex se emittant, & demũ cùm adulti fuerint, gignãt ex se cucullos & follicula? in quibus reconditi immoriãtur, indeq́; enascantur papiliones canididuli, qui inuicem nexi, pariunt semina, ex quibus denuo nasci queant. Ista quidẽ frequenti apud nos spectaculo quasi quotidiana uiluere: quæ si aliis referãtur, quibus hæc incomperta sunt, prorsus incredibilia, & fide caritura, ac fictis sermonibus similia haud dubiè uiderentur: In qua quidem re mirari succurrit, quod Procopius Græcus author literis & monumentis recẽtium historiarum prodidit: Iustiniani temporibus cõmentum hoc Serici, solerti ingenio quæsitum, primùm in Italiam allatum fuisse, cùm antea incompertum foret & incognitũ: Cuius dicto licet coniectari, Sericeas uestes ex uermiculis, quales hodie uisuntur, apud prius sæculum & ueteres Rhomanorum non fuisse, licet Byssus & Purpura ac uestes Sericæ, dissimili uidelicet licio contextæ, omniũ sermonibus celebratæ sint, quod ex frondium canicie depectũt Seres. Byssumq́; apud Indos frequẽtem gigni tradunt, ex arbore populo haud dissimili, foliis uerò salici, quẽ in Græcia etiã nasci Pausanias ꝓdit: Apud eosq́; lanigeras arbores florẽ emittere cum nucleo, quo detracto, reliquũ, ut lana carminetur: Atq; in Persicis insulis, arbores, instar cotonei mali, cucurbitas emittere, quæ mox ruptæ, lanuginis pilas ostẽdant, ex qbus cõficiũtur uestes. Et in Atlante arbores nasci, quarum comæ lanugine uestiũtur, quæ Sericis uellribus non cedant. Quod nobis quoq; satis probabile, nec à fide deuium uideretur: nisi apud Indos & Aegyptios Bombycem Coam intexere uermes, qui aranearum more fila deducant, multiplici lectione uideremus.

Apud Hypanim fluuium. *Aes seminatũ in Cypro.* *Vermiculi sericum ex se mittentes.* *Papiliones.* *Sericæ uestes quando primũ emerserint.* *Byssus.* *Lanigeræ arbores.* *Arbores in Persicis insulis.* *In Atlante.*

¶Locus ex Iuuenale declaratur, & quotuplex apud Veteres libertatis genus fuerit, qualiterq́; ciuitas amittebatur uel dabatur. Caput X.



IN Iuuenalis Satyra quinta, qua in eos inuehitur: qui potẽtiorum sectatores fiunt, hos uersus postremos meminimus legisse:

" Omnia ferre
" Si potes & debes, pulsandum uertice raso
" Præbebis quandoq; caput, nec dura timebis
" Flagra pati, his epulis, & tali dignus amico.

Quos pleriq; parum docti Grammatici uerborũ inuolucro interpretati, ita studiosos demorantur, ut non sit facile æstimare, quæ tãdem Authoris mens, & qui uerborũ sensus existat: qui tamen si explorato iudicio exponantur, profectò manifesti apertiq́; fient.

fient. Et licet aliud alij autument eruditiores: huic ego opinioni accedere͂, quæ magis ex cõtextu uerborũ redũdat: Quòd cùm antea multis criminationibus illos qui mẽsas potentiorũ sectantur, & aliena quadra stude͂t uiuere, Poëta fuerit insectatus: post multa quæ sub alieno Imperio digna atq; indigna pati necesse est, ut tandem se in libertate͂ uendicent, & iugum quem, imperiosi domini ferendo seruitiũ, sponte subierant, demũ è collo discutiant, suadendo concludat: Quodq; pulsandum caput uertice raso, probè arbitratur: scilicet modũ quo liber quispiam à Prætore fit, designauit. Fuit enim antiqui moris, ut qui ex seruitute in libertatem uocabatur, raso capite ad Prætore͂ iraret, apud quem bis terq; caput percussus, uel per Lictore͂ percuti iussus, uirgula quæ Vindicta dicta est, aut Festuca, in eũ iacta, cùm eum uertisset dominus, Prætoris iussu seruitute eximeretur, quiq; libertatem eo modo nactus fuerat, manumissus Vindicta dicebatur, quo genere manumissionis, libertatem unà & ciuitatem Rhomanam assequebatur: scilicet à Vindicio Vitelliorũ seu Aquiliorum seruo, cuius indicio detecta cõiuratione, de opprimendis Consulibus, authore T. Liuio, primus libertate & ciuitate donatus est. Cautumq; fuit, ut qui ita libertatem assequuti essent, Vindicta manumissi dicerentur. Raso enim capite, tam illi qui liberi fiebant, quasi tempestatem effugissent, quàm qui bello capti, seruitute exempti fuerãt, incedere & triumphantis currũ prosequi consueuere. Obseruatumq; fuit, ut in templo Feroniæ libertorũ deæ, tam serui quàm addicti ex compedibus & Ergastulo, libertorũ munia acciperent. Nõ ergo inscitè, debere eos qui potentioribus tam seruiliter famulantur, caput raso uertice Prætori pulsandum præbere, seq; in libertatem uendicare, nec dura Virronis flagra patienda esse, Poeta censuit: Scilicet alludens ad eos, qui ex seruitute à Prætore manumissi, & libertate donati sunt. Apud Lacedæmonios uerò, qui serui mancipio eximuntur, fronde coronati incedunt, & templa circũeunt: apud quos hi qui à Tyrannis liberati erant, Adscripti uocabãtur. Sed notandũ apud Rhomanos libertatum triplices fuisse species: Nam plerisq; manumissi, liberi simul & ciues Rhomani erant, quæ maior libertas, & ex Vindicta appellatur: Alij testamẽto, uel in æde sacra, aut ante Cõsulem, ut inquit Caius: Nonnulli censu fiebant liberi, quo genere manumissionis, etiam ciuitatem Rhomanã assequebantur: Cùm enim soli ciues censerentur, siquis seruus, iube͂te domino, in censum relatus esset, & liber, & ciuis erat: qui tamen census non ius ciuitatis confirmabat, sed indicabat eum qui census fuisset, pro ciue se gessisse: Quã quidem ciuitatem & libertatem, nisi aut proscriptione solum uertendo, aut si aqua & igni interdictũ foret, ex decreto Senatus, iussuq; populi, nemo inuitus amittebat: Neq; ẽm ciuem Rhomanum sinè authoritate Sanatus, ciuem esse desinere fas erat, nisi capti ab hostibus fuissent: tunc enim quoad captiui erant, ius ciuium, & ciuitatem amittebant: qui si in Vrbe͂ postea redirent, Iura ciuitatis & libertatis postliminio recipiunt: Itaq; liberi & ciues Rhomani fiunt. Fuitq; memoriæ proditum, ut quem pater aut populus uerdidisset, uel pater patratus hostibus dedisset, si ab hostibus receptus susceptusq; fuisset, cum eo nullum postliminium foret. Quod si is que͂ pater patratus deuouerat, receptus non sit, cum eo postliminium esse, consentiunt omnes: cùm nec deditio, nec donatio sinè acceptione intelligi possit. Ciuitatem Rhomanam amitti, si Rhomanus ciuis Vrbis alterius iura asciuerit, multi censuere: cùm duarum ciuitatum iure ciuili, nemo cẽseatur ciuis. Animaduersumq; est, eũ qui ab Imperatore ciuitate donatus esset, nunquam ob crimen, populi Iudicio fuisse condemnatum: siqui tamen rei capitis agerentur, & ob id solum uerterent, non prius ciuitate͂ amisisse censebantur, quã essent recepti in eam, quò uertendi soli causa uenerãt: Idq; non ademptione ciuitatis, sed aquæ & ignis interdictione fieri. Hanc uerò ciuitate͂ à principio parcissimè populus Rho. dabat: quippe Crasso, & Scæuola COSS. ne ius ciuitatis in colluuione, & quasi ꝑmiscuũ foret, cautũ fuit, ne hi qui ciues Rhomani non essent, pro ciuibus fiere͂t: Quare Punico ardente bello, Murrina Syracusanus, ob plurima in Re͂pub. merita, & quòd in Sicilia cum equitatu trãsierat ad nostros, ex authoritate Senatus & rogatione populi, ciuitate donatus fuit, loco magni muneris. Mox lege Gelia & Cornelia, ut nisi quibus, Cn. Pompeius ciuitatem dedisset, nemo ciuis fieret, decretum est: Quo tempore

Theophanem

Manumissio quibus cærimonijs fieret.

Feroniæ templum.

Lacedæmonij.

Adscripti.

Apud Rhomanos triplices libertatũ species

Postliminij ius

Qui ab imperatore ciuitate donatus esset.

Ciuitate͂ parcissime initio dabant Rhomani.

Theophanem Mitylenenm ciuitate donauit, pro cõcione. Antea uerò lege Apuleia, quam Saturninus, Cõsule C. Mario, tulisse dicitur, ut in singulas Latinas colonias ternos ciues facere liceret, cautum erat. Deinde lege Pompeia, quam Pompeius Strabo tulit, ueteribus incolis trãspadanis idem iuris quod Latinis colonijs, tributum est, quos postea ciuitate donauit. C. quoq; Gracchus Italos & Rhomanos eodem iure censuit, quo tempore Italicis populis pluribus ciuitas tributa fuit: Primusq; Fuluius Flaccus COS. Italos ut in ciuitatem assumerentur, excitasse dicitur: deinde Tyrrheni, Lucani, & Sannites iure ciuitatis donati fuere. Demum Sylla illorũ seruos, qui ciuili bello ceciderant partium suarũ, in libertatem uendicauit, & ciues esse uoluit. qui tametsi ius ciuitatis haberent, non tamen cum ueteribus Tribubus suffragia ferebant. Sed ex illis uelut nouis incolis, alias effecit Tribus, in quibus ultimi suffragabantur, ita fiebat ut ad illos perrarò suffragij ius ueniret. Quæ omnia post ciuile bellum, cùm rerũ Sylla potiretur, & summã Imperij teneret, sublata & inducta in melius emẽdauit. Nã magnæ sibi curæ fuit, nõ in colluuione omniũ, neq; apud exteros nomẽ Rhomanũ passim uulgari: Ideo populi iussu, comitijs Centuriatis, singulis municipijs ius ciuitatis, quod antea acceperant, ademit. Quod & Licinia lege & Mutia cauebatur: Quippe cùm Italiæ populi magna pars se pro ciuibus gererent, Licinius Crassus orator, & Mutius Scæuola Pont. Max. ut in suum quisq; ius rediret, legem de regendis ciuitatibus tulerunt, cùm summa cupiditate ciuitatis Rhomanæ, Italici populi tenerentur: qua lege ita alienati animi sunt, ut principium belli Italici fuerit: Itaq; ius ciuitatis, quod cũ infimis antea promiscuum erat, apud paucos redundans optabilius fuit. Diuus postea Cæsar medicinam professos, & liberalium artiũ doctores, præcipui muneris loco, ciuitate donauit. qui cùm Nouocomensibus ius ciuitatis dedisset, Marcellus COS. id irritũ fecit, arreptumq; Decurionem Nouocomensem uirgis in foro pulsauit, præfatus ea dedisse uerbera, ne se Rhomanum ciuem aliquando censeret. Marius quoq; legem tulit, ut nisi ex decreto populi, nemini in Regione esse liceret. Mox Syllæ exẽplo, mille homines Camertes, ꝑpter nauatã insigniter operã in bello, ciuitate donauit: Erátq; constitutum, ut qui in numero ciuium Rhomanorũ adsciti, quiq; ciuitatem Rhomanã populi iussu assequuti fuerant (ne quid discriminis cum ueris ciuibus foret) pudendas artes, & homine Rhomano indignas, non pertractarent, ac mutatis explosisq; ueteribus nominibus P. Cornelij, Metellorumq;, & Claudiorum, aliorumq; nobiliũ Rhomanorum prisca nomina tanq̃ ueri ciues & cultu Rhomano educati, usurparẽt: Demum Augustus Cæsar uindex Maiestatis Rhomonæ, ne unq̃ tortus aut uinctus ullo libertatis genere, ciuitatẽ nancisceretur, ædita lege statuit: Ipsamq; parcissimè & uelut magnum operæprecium largitus fuit. Quod & Claudius Cæsar prohibuit: Nam peregrinæ conditionis homines, gentilia Rhomanorum nomina assumere uetuit, ciuitatemq; Rhomanam usurpantes, securi percussit. Sed animaduertendum, nom omnes qui in ciuitatem adsciti erãt, protinus suffragij ius in Tribus habuisse, uel ad magistratus & honores admissos esse: Quia nisi ius suffragij à populo his impartiretur, atq; in Tribus admissi descriptiq; fuissent, ad dandos honores promouẽdosq; magistratus, ius suffragij non habebant: Siquidem multis dabatur ciuitas sinè suffragio, plerisq; ius Quiritum, nõnullis libertas, aliquibus ius municipij & fœderis, pluribus ius Latij: alij tanq̃ Coloni, aut stipendiarij, & uectigales habiti, nonnulli sponsione in amicitiam recepti fuere: Quam quidem suffragij lationem, sinè consulto Senatus, solus populus ut beneficium tradebat. Ius uerò Quiritiũ primùm Archagatho medico cum taberna, in compito Acilio datum fuisse legimus. Municipij uerò illis, qui ex alienis ciuitatibus adsciti, munerum Rhomanæ ciuitatis participes erãt, nisi quòd ad suffragia ferenda, & magistratus admitti non poterãt: sicut Fundanis, Formianis, Cumanis, Acerranis, Lauinijs, & Tusculanis, qui haud multo post, in ciuitatẽ admissi fuere: His nãq; & Campanis equitibus ciuitas sinè suffragio data fuit: quibus postea & Arpinatibus ius suffragij, quod antea negabatur, concessum ferunt. Anagninis quoq; ciuitas sinè suffragij latione collata est, conciliaq; & connubia adempta, magistratibusq; interdictum: præterq̃ in curãdis sacris. Et cùm Puteoli Salernum & Buxentum, pro eo quòd adscripti coloni

Pompeij Strabonis lex.

C. Gracchi lex

Ciuitate donati raro suffragabantur.

Licinia & Mutia lex.

Lex de regendis ciuitatibus.

Docti ciuitate donati.

Marij lex.

Ciuitate donati à pudẽdis artibus abstinebant, & nomina mutabant.

Aug. Cæsaris lex.

Ciuitate donati sine suffragio.

Ius Quiritium cui primo datum.

Municipij ius.

coloni,nomina dedissent,se pro ciuibus gererent, Senatus iudicauit non esse ciues. Nonnunquam qui ex municipijs suo iure & legibus utentes,muneris tātūm cum populo Rhomano participes erant,nullis necessitatibus,aut alia lege uel fœdere astricti, municipes dicti sunt: sicut M.Cato senex.T.Coruncanus.C.Marius.M.Tullius,& alij. Tertiò qui ad ciuitatem Rhomanā ita uenerunt,uti municipia essent suæ cuiusq; ciuitatis & coloniæ,ut Tiburtes,Prenestini,Pisani,Vrbinates, Nolani,Bobutinenses, Placentini,Napesini,Sutrini,Lucenses: Fuitq; obseruatum,ut ita recepti,peregrinorum loco non haberentur,sed ciuium. Et tametsi ius coloniæ,quàm municipij semper maius & auctius fuerit, quòd coloni iura instituta'q; populi Rhomani,nihil sui arbitrij habent: municipes uerò suis utūtur moribus & institutis, sinè Imperio P.Rhomani: tamen in coloniā semel auspicatò deductam, illa incolumi,noua colonia deduci nequit, licet illa existente,noui coloni deduci ualeant: Differt tamē colonia à municipio,quia ex ciuitate colonia aliò traducitur, Municipes uerò aliunde in ciuitatem ueniunt: In quo animaduertendum,plura fuisse coloniarum genera: Namq; aliæ Latinæ,aliæ ciuium Rhomanorum dictæ sunt,aliæ ex utrisq;,nōnullæ ex peditibus uel equitibus,cùm in agrum bello captum stirpis augendæ causa mittebantur: Siquidem Bononia colonia Latina fuit: Mutina,& Parma ciuium Rhomanorum: Placentia equites solos habuit Latinos,licet Cicero Placentiam municipium,non coloniam dicat esse. Eratq; cōstitutum,ut singulæ coloniæ, annuā pensionem populo Rhomano pēderent: tametsi Liuius Drusus Tri. pl. XII colonias sinè onere pēsionis deduxisse legatur. Fertur tamen populus Rhomanus Iliensibus ob generis uetustatem,& quia authores Rhomanæ stirpis fuerant,plenissimā immunitatem dedisse,ut tutelæ curæq; excusationem haberent: Tyrijs uerò libertatem, sicut Atheniēsibus,& Thessalonicis,quibus etiā Diuus Seuerus ob egregiam fidem Italicum ius dedit. Cyzicenis uerò, cùm Mithridatico bello,ob insignem operam libertatem meruissent,postea Tiberius Cæsar,quòd insolenter in ciues Rhomanos se gessissent,libertatem ademit,& stipēdiarios fecit. Nero quoq; uniuersæ Achaiæ libertatem dedit, Græciam'q; liberam dimisit, & nationes Alpiū maritimas in ius Latij transtulit. Ex insulis uerò,Cephalenia Iacynthus, Aegina,liberæ fuere. In Aphrica,Carthago,Leptis,Adruma,Rhuspinū,Tapsus: quæ etiā à Diuo Seuero,& Antonino iuris Italici factæ sunt. Otho Lingonibus uniuersis ciuitatem dedit. Ex finitimis,Ostia,Antium,Minturnæ,Tarracina,& aliæ plures,militiæ aliorum'q; munerū uacatione fungebantur. In Sicilia, quia prima omnium prouincia facta est, Mamertina ciuitas & Taurominiana fœderatæ: Liberæ uerò & immunes Centuripinū,Alexina,Segestana,Aletiensis, & Panormitana: Inter quas, Centuripini,& Segestani Latinitatis iura obtinebant. Eratq; uetus mos, ut qui ius Latij haberent,alios sumere magistratus aut præsides nō tenerentur, nisi Rhomanos ciues. Nemausenses enim cùm ius Latij obtinerent, ad Aedilitatem & Quæsturam aliosq; honores,nullos nisi Rhomanos ciues admisere. POSTEA liberalitate populi Rhomani,ex omni genere,omniq; natione terrarum,benemeritos de nomine Rhomano,quorū uirtus enituit,in ciuitatē adsciscere,& fide,ac societate iūgere,usus inualuit. Estq; inter exempla,nō stipēdiarios modò,sed hostes populi Rhomani,qui ad nostros Imperatores profugissent, aut magno usui Reip. fuissent,quinetiā seruos bene de Repub. meritos,ciuitate donatos esse. Itaq; Tusculanos, Equos, Volscos, Hernicos bello uictos,post uictoriam,ciuiū numero Rho. adsciuere,suæq; tutelæ duxere,& ueluti patroni cliētes,in fidem accepêre,cognationeq; & hospitio iūxere. Sic Iulios Alba,Coruncanos Camerino,Portios Tusculo oriūdos, in Senatū acciuerunt. Lapsis deinde tēporibus,latius hoc ius propagatum fuit, ita ut in Hispania oppida Latio antiquitus donata,unde XXX numerentur,libertate VI, fœdere III, stipendiaria CXX. In citeriori uerò, oppida ciuium Rhomanorum XIII, Latinorū ueterum XVIII fuerūt, fœderatum unum. Stipendiaria CXXXXV. Inter quas Pacenses,& Emeracenses in Lusitania iuris Italici fuere. in Aphrica ciuiū Rhomanorū XV: Deniq; Respub. uarijs casibus agitata, Vespasianus uniuersæ Hispaniæ ius Latij tribuit. Otho Lingonibus uniuersis ciuitatem dedit. Claudius uerò Cæsar, omnes Græcos, Gallos, Hispanos,

Coloniæ à municipio differētia.

Coloniarum genera.

Libertas.

Ius Latij.

Priuilegiū eorū qui ius Latij haberent.

Liberalius deinde ciuitatem dabant Rhomani.

Ius ciuitatis latius propagatum.

Hispanos, Britanos, Sauramatas, ciuitate donare, & togatos uidere statuit. Quinetiam non modò in iura ciuium, sed in Imperium saepe externos Rhomani adsciuere. Primus enim Traianus externus, & deinceps alij ad Imperium promoti feruntur. Solon uerò Atheniẽsibus, praeter eos, qui sacra, & genus, aut stirpem antiquissimam haberẽt, ius ciuitatis nulli peregrino dari mandauit, nisi ei qui aut perpetuo exilio patria pulsus esset, aut alicuius artis causa cum Penatibus & domo Athenas cõmigrasset. Postea Pericles legem tulit, ut hi soli Athenienses fierent, qui utroq; parente Atheniensi ciue nati forent: In tantùm, ut Euagoras uix propter multiplicia beneficia, ciuitate donari meruerit. Qui etiam author fuit, ut ex non legitimo matrimonio aediti, ciuiũ non censerentur numero: Licet cõtra legem à se aeditam, illegitimũ filiũ sibi superstitem, ciuis loco haberi uoluerit. Deinde inquilini, & aduentitij passim in ciuitatem adsciti fuere, coacti, tributi nomine, drachmas XII quotãnis pendere: foeminae uerò VI. Lacedaemonij uerò Lycurgi legibus & Thebani, nouos incolas & peregrinam stirpẽ non admisere: sed ius ciuitatis & urbis usum peregrinis interdixere, uictosq; armis pro alienis arcuere. Finitimos tamen, quos Helotas nuncupant, pari iure uixisse, & à Procli & Euristhenis Heraclidibus descendẽtes, in ciuitatem adscitos fuisse comperimus. Quinetiam peregrinis Spartam adire, omni tempore non licuit, quòd illorũ cõmertia uitarent: quare Derinoxeni, quasi fallentes hospitem, dicti sunt. Nec solùm Spartae peregrinos & cõuenas non admiserunt: sed si quis ciuis Sparta discedẽs, apud exteros moraretur, capite luebat: quibus nec peregrinari licitum erat, ne uersutias & dolos à peregrinis hauriret: Neq; aliud Lacedaemonijs & Atheniẽsibus fuisse fertur exitio (q̃q̃ multùm armis ualerent) nisi quòd uictos bello osos haberẽt, nulloq; comercij iure dignos ducerent. Qua de re Photion Atheniẽsibus subiratus fuit, quòd filium Spartam ad peregrina noscenda instituta dimisissent. Tirteum tamẽ poetam Lacedaemonij ciuitate donarũt, cõtra instituta maiorum: quod ideo factũ Pausanias ait, nequãdo illis obijci posset, quòd peregrino Duce usi fuissent. Atheniensibus quandoq; lege cautum fuit, nequis Atheniẽsium Megaram pedẽ inferret, multa capitis indicta: quòd odio eos prosequerentur perniciali, poenis, siquis ui tempestatis, aut hostium impetu, ad eorum litora applicuisset, intra quintũ diẽ, abire cogebatur. Carthaginenses quoq; adeò peregrinos osos habebãt, ut qui in Sardiniam aut Herculis colũnas adnauigabant, mari demergerẽt. quod de Scythis quoq; proditum est, qui adeò peregrinos insectati fuerũt, ut eos omni uitae cõmercio prohiberent, Anacharsim, quòd sacra Graeco more faceret, occiderint. Idem de Scythotauris, qui pro hostijs aduenas immolabant, proditum est. Inter caeteros ferũtur Gamphasantes in intimis Libyae oris, adeò hominum comercia fugere, ut nulli se peregrino misceri sinant. & Seres, qui coetus & congressus fugiunt hominũ, ita ut rerũ precia oculis aestimantes, sua tradant, aliena non emãt: scilicet arbitrati, iura ciuium cum peregrinis cõmunicari non oportere. Apud Indos quoq;, nisi triduo, hospitẽ diuertere licebat, ne ciues lõgo usu dissimiles mores imbuerent, & in alienas leges ritusq; transirent. In Aegypto quoq; apud Busirim & Cynospolim, hospites non diuertebant, neq; admittebantur alieni. qui omnibus ferè Barbarijs mos exoletus erat, ut hospites finibus pellerent. Claudius quoq; Caesar, peregrinos ferre gentilia Rhomanorum nomina uetuit edicto. Proditumq; est de Epidaurijs mirum, quòd cùm Illyricos mores osos haberent, nec illorum commercia uitare possent, ut se à contagione accolarum seruauent immunes, ita cauisse, ut unum seligerent aetate grauem, qui solus ad illos penetraret, cum quo commercium haberent, quem Poletem dixerunt. Contrà uerò Germanis ius hospitij sanctissimum erat, hospitijsq; ita enixè indulgebant, ut quenq; hospitum cum quo mensa fuisset communis & sacrificia, arcere tecto, aut auersari, nefas ducerent. Idem apud Lucanos, quibus lege cauebatur, ut siquis Sole occaso, diuertentes hospites, notos ignotosq; domo exigereret, κακοξενίας teneretur, multamq; eo nomine pendere cogeretur. Calabri quoq; hospites comi hospitio benignè inuitant, pira illis affatim apponendo. Traditum tamen memoriae est, cùm inter Megarenses & Corinthios de Imperio certaretur, captiuos in bello tam leniter habuisse, ut illos uelut hospites inuicem

In imperium adsciti.
Athenienses.
Pericli lex.
Lacedaemonij.
Helotae.
Inhospitalitas.
Derinoxeni.
Quid Lacedaemonijs & Atheniẽsibus fuerit exitio.
Tirteus poëta
Atheniẽsiũ lex
Carthaginẽses
Scythae.
Scythotauri.
Gamphasantes
Seres.
Indi.
Aegyptij.
Claudij edictũ
Epidaurij.
Poletes.
Ius hospitij apud Germanos
Lucani.
κακοξενία.
Calabri.

Iupiter xenius

tractarēt, & ſinè precio dimiſſos, Doryxenos appellarent: Illis enim Iupiter ξένιος in præcipuo cultu erat, id eſt, hoſpitalis: quare milites cum hoſtibus extra aciem familiaria iura ſeruabant, in acie uerò pugnabant uehemētiſſimè.

Apud Græcos qui à uectigalibus immunes, & qui non.

GRAECIS quoq; diſſimiles & longè diſpares libertatis ſpecies fuere: Siquidem non pari libertate fruuntur, aut uectigali & tributo premũtur omes: quippe Tenedij & Hæmij uectigales erāt: Chij tributorum immunes & liberi, nauibus tantummodò præſtandis obnoxij: Cythera Laconiæ inſula, hoc tantùm præmebatur onere, ut è Sparta præfectum quotannis acciperet, ad reddendum iura: Lacones præter amicorum miniſteria, aliud nihil tributi nomine pendebant: Vici quoq; circa Babyloniam ad præbenda cibaria canibus Regum cogebantur, reliquis exēpti oneribus: Aethiopes uerò tertio quoq; anno, binos ſemodios auri rudis Dareo Regi pendere dicuntur, ducenos faſces Ebeni, quinos pueros, & Elephantorum dentes uigenos: Sicut Colchi cētenos pueros, & totidem uirgines, reliquorum tributorũ immunes. Indi autem æquali omnes præmuntur onere: nam quartam fructuum partem Regibus annis ſingulis pendere cogũtur. Syri (ut inquit Vlpianus) à quartodecimo maſculi, à duodecimo fœminæ ad quintum & ſexageſimũ annũ, tributa conferunt. Leptis in Aphrica tantùm uectigalibus ualuit, ut ſingula indies talēta Carthaginēſibus uectigal pēderet: Sicut ex effoſſione æris in Macedonia, ſingula talenta in ſingulos dies Alexādro pendebantur. Et Babylon Regi Perſarum, ſingulis diebus ſingulas argento plenas Artabas ſoluebat.

Rhomanorum uectigalia.

Apud Rhomanos uerò qui populi liberi erant, tributi nihil conferebant: Stipendiarij autē, ad militum opus, ſtipendia pendere cogebantur: licet ex Cæſaribus pleriq; uectigalia noua & inaudita propoſuerint, ut pro edulijs quæ tota Vrbe uenirent, pro litibus atq; iudicijs quadrageſimā ſummæ: ſicut Caligula exegit, ex gerulis octauam, ex proſtitutis quantùm unaquæq; uno concubitu mereret. Veſpaſianus quoq; uectigalia reuocauit noua, & grauia prouincijs auxit. Alexander Seuerus Braccharioꝝ, Linteonum, Citrariorum, Pellionum, Plauſtrariorum, Argentariorum, Aurificum, & aliarum artiũ uectigal inſtituit: ex quo Thermas quas fundauerat, pluribus uſibus ornauit. Antiquis etiam Rhomanorũ, ex agris & noualibus decima ſeminũ dabatur, uectigalis nomine: Namq; Aratores decimam frumenti Po. Rho. pendere cogebantur. Tiberius Cæſar centeſimam rerum uenalium, in ducēteſimā relaxaſſe dicitur. Et Nero in initio ſui principatus, quò gratiam popularem aucuparetur, quintam & uigeſimam uenalium mancipiorum remiſiſſe: & Traianus uectigal uigeſimarũ ſuſtuliſſe. Proditũq; memoriæ eſt, cùm in dubium ueniret, qui liberi eſſent populi, quiue ſtipendiarij, à M. Antonio publicos Tabularios inſtitutos, ut ſi in Prouincia quiſpiā cauſam liberalē diceret, per eos teſtationes libertatis, & alia immunitatis documenta Rhomam ferrent.

Minor, ſeu media libertas.

Minorem uerò libertatē, ſeu mediam, ij aſſequi dicebātur, qui manu à Prætore emiſſi, non Rhomani ciues, ſed Latini nominis tātùm ex lege Iunia Norbana fiebāt: uel ſuprema uoluntate domini teſtamento, ſi eũ hoc expreſſo manumiſiſſet: aut ſi inter amicos dextra apprehenſum, ad ſe conuertens, liberum eſſe iuſſiſſet: Hi enim his immunitatibus, quæ Latinis populis ſocietate & fœdere iunctis indulta erant, fungebantur: Nam & in urbe ut Latini cenſebantur, & in caſtris ut milites ex Latinis colonijs, non ut externi aut leuium armorum auxiliarij, ſtipendia merebant. Fuitq; obſeruatum, ut qui ius ciuitatis haberet, ſi Latinas colonias incoleret, non ideo ſolum uertiſſe, aut ius ciuitatis amiſiſſe putaretur. Et quis in Rhomanis caſtris, qui militabāt, ſiquid deliquiſſent, ſi externi flagellis & uirgis, ſi uerò Rhomani ciues forent, uitibus cæderentur:

Externi milites uirgis, Rhomani uitibus cædebantur.

tamen Liuius Druſus, & C. Gracchus, Tribuni. Pl. ne liceret quempiam Latini nominis uirgis afficere, ſed uitibus plebiſcito ſanxerunt, in hac re Latinos populos Rhomanis coæquantes.

Minima libertas.

Tertiam deniq; libertatem, quam minimam dixere, aſſequuntur hi, qui manumiſſi, nec ciuitatem, nec ius Latij habentes, dedititiorum numero cenſentur, qui nullis priuilegijs fulti, uiuentes liberi erant, & uelut ingenui, munia publica priuataq; obire, magiſtratusq; & cætera dignitatis ornamenta, quæ libero debentur, aſſequi poterant: Morientes autem, uitam una & libertatem amittebant, ideo decedētes, neq; teſtari poterant, neq; poſt obitũ de bonis diſponere, præter Patroni uoluntatem.

Adeò

Adeò ut eorum bonis, quasi serui peculio, manumissores potirentur. Quod etiā, cum Latinæ libertatis hominibus multi cōmune dixerunt. Fuere autem Dedititij, qui uicti armis, & in fidem recepti, tantùm ne seruirent, néue sub mancipio essent, immunes facti sunt: cuius etiam generis feruntur serui, qui post admissa crimina, supplicijs subditi, aut publicè pro criminib' cæsi, uel in quorum facie notæ seruitutis impressæ fuerant. Diuq; hæc discrimina libertatum & dissimiles species fuere: donec sequti Principes, pertæsi multiplices uariasq; libertates dari, ueteribus legibus abrogatis, nouisq; adscitis & cooptatis, exæquato omnium iure, statuerūt, ut manumissi apud Prætorem, plenam assequantur ciuitatem & libertatem: unde abusus inualuit postea, deprauatis moribus, ut multi serui per rapinas & furta quæsitis pecunijs, libertatē à dominis emerent, statimq; liberi & ciues Rhomani fierent. Dedititij. Manumissori plena libertas.

¶ Qui fuerit modus cōsulēdi Senatus, & ubi haberi, & quo pacto suffragia ferri solerent, & quid apud exteros. Caput XI.



SENATORES à Romulo centū creatos fuisse, qui ob honorem Patres, eorumq; progenies Patricij dicti sunt: quorum consilio Respub. niteretur domi forisq;, multi prodidere: Deinde communicata Vrbe cum Sabinis & Tacio, idem Romulus alios centū legit in Patres, explēs numerum ducentorum. Postea Tarquinius priscus, in orbitate Senatus, legisse centum alios fertur, minorum gentium appellatos. Tametsi à Bruto familias minorum gentium inuentas nōnulli credant. Primus enim Valerius Publicola, post exactos Reges, Patrum numerū à Superbo cædibus imminutū, expleuit, & amplissimū ordinem auxit, quatuor & sexaginta supra cētū ex Equestri ordine in concilium cooptatis, ita ut trecentorum numerum faceret, qui Adlecti dicti sunt. Quos enim post exterminatos Reges, ætate graues, spectatæq; probitatis uidebāt, Senatui tanq̄ grauissimo sanctissimoq; concilio adscribebant: Quibus cùm alij in locum decedentium suffecti, & in Senatum literis adscripti essent, conscriptos uocarunt, modò plures, modò pauciores, ita ut frequens Senatus, & quicquid erat Patrum, ex fere CCC Senatoribus constaret. Et cùm Iulius Cæsar supra mille Senatores, belli casibus imminuto ordini adsciuisset: Augustus Octauius selectos & perpurgatos duabus lectionibus, remotis indignissimis, in pristinum decorem reuocauit. Hiq; ueluti præsides & Reipub. custodes, tātæ authoritatis fuere, ut si populus Regem aut magistratum quempiam iussisset, id sic ratum foret, si Senatus author fieret. Leges quoq; à populo latæ, haud aliter ratæ fuerunt, quàm si Patrum consensu approbarentur: In reliquis uerò ita præscripta Senatus potestas erat, ut iudicium populi, authoritate Senatus rescindi non posset. Athenis uerò Senatus fuit quingentorum: qui unà cum Tribunis & Quæstoribus, Senesq; cū Iunioribus, de rebus singulis decernebant. Postea Areopagitæ sanctior Senatus à Solone delectus est: quorum consilio librata moderatione, ciuitatis iura seruabantur, bella indicebantur, lites explicabantur. Nōnunquam Eumolpidæ & Præcones publico concilio præfuere: Maximum uerò à mille & quadringentis gerebatur, cui Arnophoron dixere nomen: in quo unà, & Senatus, & populus aderat. Lacedæmoniorū Senatus ex duo de triginta Senibus constabat, qui nisi sexagesimum implessent annum, in Senatum adscribi non poterant. Apud Epidaurios centum octaginta Rempub. administrabant, ex quibus nobilissimos popularium deligebant Senatores, quos Artinos uocabant, & Conipodes. Carthaginensibus pro Senatu præfuere Seniores, nonnunquam Iudicum ordo, qui perpetuus erat magistratus, & nunquam nisi cum uita desinebat. Cato apud Vticam trecentorum concilium legit: Massilienses sexcentos, quos Thymuchos appellarunt: ex quibus XV Principes, III Præsides erant, authoritate & opibus longè primi: nemoq; Thymuchos fieri poterat, nisi qui iustos filios haberet: In Gnido sexaginta præfuere ex optimatibus, Amnemones appellati, ad quos de rebus maximis referebant: Qui uerò sententiam rogabat, Aphester dictus est. Achæi

Patres cētum. Patricij. Patres ducēti. Patres trecēti. Patres minorū gentium. Adlecti. Patres conscripti. Senatores Rho. CCC. Iul. Cæsar. Augu. Octa. Senatus authoritas. Athenis quingentorum. Areopagitæ. Eumolpidæ & Præcones. Arnophoron. Lacedæmoniī senatus 28. Epidaurij Artini. Conipodes. Carthaginēses. Vticenses. Massilienses. Thymuchi. Gnidi. Amnemones. Aphester.

Arnarion. cõmune conciliũ Arnarion uocarunt: qui de rebus publicis consulturi, in Iouis luco
Demiurgi Aenario coibãt, cui decẽ præsidebant, quos Demiurgos uocatos ferunt. Sicut Bithyni
Bithyni. & Galatæ concilium trecẽtorũ, in locum Dryminetum aduocabant. Apud Argiuos
Galatæ. Argiui. octaginta uiri: idem apud Mantinẽses. In Elide autẽ LX Senatus uice fungebãtur.
Mantinenses. Cretenses X habuere præfectos, qui de rebus maximis decernebant. Apud Bithy-
Elienses nos minorẽ annis XXX, in Senatũ adsciscere nõ licet: Aetolorũ conciliũ multiplex
Cretenses. Aetoli. fuit, quod Apocletũ nuncupãt. Maximũ uerò Crotoniatarum concilium erat, nec faci
Apocletum. le explicatu, & turbulentæ cõfusionis, in quo siquid consultò statuendũ erat, mille dele
Crotoniatæ. ctos cõsulebant uiros, ubi præ tumultu minus decerni quicq̃ lege poterat. Sicut apud
Seres. Seres, maximus ordo ex quinq; millibus Cõsiliarijs fiebat, q̃ in apparatu belli Elephã-
Q. Hortẽsij & Philonis lex. tem singuli præstare tenebantur. Q. Hortensius Tribunus pl. deinde Philo Dictator
legem tulere, ut plebiscita omnes Quirites tenerent, utq; leges à populo latæ, ritè pro-
Senatus authoritas. mulgatæ nõ essent, nisi post initum populi suffragiũ, Patres authores fierent. A primo
uerò urbis ortu, post exactos Reges, de nulla re populus dijudicasse, aut suffragia tu-
lisse traditur, nisi ex consulto Senatus. Prius enim iubebat populus, deinde cõfirmabat
Senatus, quod æuo subsequente fieri desitum est: Nam de his quæ plebs sciuit, nõ Se-
natus, ut prius dijudicabat: sed deprauato usu, de his quæ Senat⁹ cognouerat, populus
Lacedæmonij iudex erat: quod à Lacedæmonijs seruari meminimus, ut sentẽtiã, quã Senatores Re
gesq; cẽsuerant, populo decernendi corrigẽdiq; facultas foret, iubẽte Lycurgo, qui co
Athenienses. optandi Senatus, & legendi quos uellet magistratus, ius populo dedit. Contrà Athe-
niẽses, iubente Alcibiade: nã omne regimen & summã imperij à populo ad Senatum
transtulere. Sylla quoq; dũ rerum potiretur, trecentos legit Senatores, sanxitq; ut nisi
Senatoris officium. ex consulto Senatus, nihil ad populum ferretur. Erat igitur Senatoris officium, tã de
promouendis magistratibus, prouincijsq; administrandis, q̃ de bellis, triumphis, suppli-
cationibusq; decernẽdis, deq; præsidib⁹ in prouincias, & auxilijs summittẽdis, de lege,
de fœdere, & pactionibus, ac tota gerenda Rep. liberè sentire, ac fortẽ cõstantẽq; sen
tẽtiam dicere. Neq; enim in administranda Rep. gerendoq; imperio, quicq̃ bello uel
pace decerni poterat, nisi Patrum authoritate & decreto Senatus. Quippe Senatui de
Populi prærogatiuum. rebus omnibus decernẽdi libera facultas erat, nisi in magistratibus creandis, & legibus
sanciendis, aut si in hostes arma mouenda, uel à bello recedendũ, pacesq; & fœdera in-
eunda forent: tunc enim sinè populi iussu, Senatum nihil sentire, uel decernere posse
liquet. Prouinciarum tamen decernẽdarum, Imperatorisq; deligẽdi iudiciũ, atq; ærarij
dispẽsandi munus, ad Senatum sinè populo semper spectasse, nemo dubitauit: Tametsi
populum Rhomanum cõtra Senatus decreta, prouincias nõnunq̃ demãdasse legamus,
pacta quoq; sponsionesq; iniussu populi facta, & si per Senatum postulata, aut Consu-
Qui & quomodo senatores eligebãtur. les, populum non tenere, nulliusq; roboris esse haud dubium est. Senatores quoq;, uel
à Dictatore, legendi Senatus causa, uel à Cẽsoribus, seu Triũuiris, qui ius legendi Se-
natus habebant, & eos ex gente patricia, Rhomanos primũ ciues, summa dignitate &
amplis honorib⁹, functos, legi & cooptari solitos inuenimus: deinde, ex ordine Eque
stri: postremo plebeios, & ultimæ sortis, per gratiã & libidinem, census habita ratio-
Appi⁹ Claud. ordinẽ Senatoriũ inquinauit ne, non morum: Nõnunq̃ libertinorum filios. Appius enim Claudius Cæcus, dũ Cẽ
suram ageret, filijs libertinorum in Senatum adscitis, ordinem inquinasse dicitur pri-
mus. Nec longo post interuallo, exteræ gentes & trãsalpinæ nationes, Senatorum iu
ra in urbe adipisci, & in Senatum admitti meruere. Primiq; Hedui, qui iura fraternita
Exteri in Senatum admissi tis cum Rhomanis habebant: deinde alij illorum exẽplo admissi in Senatũ, & ius suf-
fragij habuisse feruntur. Nero uerò q̃uis præceps & furibundus, libertinorum filios
Senatorum honos. diu in Curiam nõ adsciuit, admissosq; gradu deiecit. Augustus Octauius tanti Senato-
res fecit, ut singulos nominatim sedẽtes in Curia salutaret, & discedẽs, nullo se mouẽ-
te, uale diceret. Vespasianus quoq; nõ oportere maledici Senatori, remaledici autem
ius esse respõdit. Alexãder Seuerus Imperator nullũ in Senatũ admisit, neq; Laticla-
uum ademit, aut pœna affici passus fuit, nisi de cõsilio Senatus. Quod Diuus Nerua
& Hadrianus iurauerat, se nunq̃ Senatorem, nisi ex consulto Senatus, puniturum,
qui cùm libertum suum inter duos Senatores medium ambulantem uidisset, misit
qui

qui illum colapho cæderet, indignũ arbitratus, præripere illis honorem, quorum poterat esse seruus: Tantæq; dignationis habiti sunt, ut Tiberius Cæsar illis quãdoq; assurgeret, & de uia decederet. Claudius quoq; tanti Senatores fecit, ut de maiore negotio acturus in Senatu, medius inter Consulum sellas Tribunitio subsellio sederet. Contrà, Heliogabalus uniuersum Senatum adeò flocci fecit, ut Senatores omnes urbe expulerit: illosq; seruos togatos esse dixerit. Qui tamen non statim, ut in Senatum lecti erant, ius suffragij habebant: Siquidẽ qui in postremis scripti fuerant, neq; suffragari, neq; per se censere aliquid poterant: sed in sentẽtiam quã princeps in Senatu dixisset, ire oportebat. Siqui tamen Præturam Censuramq;, aut alios magistratus non Senatores gessissent, ius propterea suffragrãdi, aut in Curiam eundi nõ habebant. Non enim quia Prætor aut Quæstor fuerat, ideo in Senatum admitti, aut publici concilij particeps fieri poterat: neq; is Senator cui abrogatum Imperium fuisset. Siquidem L. Cassius Tri. Pl. C. Mario & L. Flacco. COSS. legem tulit, ut quem populus damnasset, is de gradu deiectus, ius in Senatũ ueniendi, aut suffragandi non haberet. Senatores quoq; qui honoribus functi essent, quiq; Curules gesserant magistratus, Curuli sella in Senatum & Curiã uehi, & cum sceptris, si Duces aut uiri Consulares fuissent: qui uerò non gessissent, pedibus ire in Curiam, & quod uidebatur è re publica censere, & ideo pedarios nũcupari perspectũ est: qui tametsi in Senatu deesse non solerẽt, cùm de triumphis aut supplicationibus agitur: tamen si cùm Senatus cogendus foret, ad Consulis edictum nõ cõuenirent, aut cõtumacius parerẽt, pignoribus & multa plectebatur: Siqui tamen Senatores quintum & sexagesimũ annũ ætatis excessissent, eos cogi inuitos aut contumaces, pignore uel pecunia plecti non decebat: Senatori enim saxagenario ad eã ætatẽ, in Senatũ non uenisse, nulli fraudi fuit: semper tamen in Senatum frequentẽ uenisse, & fortè sententiã dixisse, boni Senatoris est habitũ. Fertur uerò Cato Iunior, tametsi ãnis grauior esset, cùm in eo uigeret uis ingenij cõsilijq;, nulla re, nulloq; negotio adduci potuisse, ut in frequentẽ Senatũ uenire moraretur: Sicut de Nicia ferebatur, qui assiduus semp in Atheniẽsium Senatu erat. Tametsi Senatores plerũq; in Senaculo stationẽ habere, & inde citato gradu, nõ expectato edicto, in Curiam ire solitos legamus. Sed animaduertendũ, non cuicunq; conuocãdi Senatus uel Consultũ faciendi ius potestatemq; fuisse: quia solis magistratibus, qui uocationẽ prehensionẽq; habebant, ut Dictatori, Consuli, & Prætori, aut Tribuno. Pl. Tribunoq; militari, uel Vrbis præfecto, aut Interregi, conuocandi Senatus, ius potestasq; fuit: Priuatis enim hominibus aduocandi Senatũ facultas nõ dabatur. Neq; in loco profano Senatores cõuenire ad consultandũ: sed in loco Augusto & sacro, & ubi Deorum templa essent: Neq; ante lucẽ uel post occasum diei factum Senatus cõsultũ, ualere, aut ratum esse liquet. Debereq; prius auspicari, & ab ingressu hostias immolari apud aram illius Dei, in cuius templo conuenirent: quorum exta Tribunis ærarijs uænire mos erat: uel, sicut Augustus cẽsuit, thure & mero supplicare, ut ritè Senatus consultum fiat, exemplo Atheniensium, qui omnibus publicis concilijs Mantes sacerdotes, qui sacra facerent, adhibebãt: & Lacedæmoniorum, qui Senatui semper Augurem adesse uoluere. Senatusq; consultum uel per singulorum sententias exquisitas, & per calculos coniectos in urnas, cùm de quoquo negotio quid quisq; sentit consulitur, & suo loco rogatus sententiam dicit: aut cùm uerbo assentitur, fieri adnotatum est. Et in perrogandis sententijs, post relationem Consulis, debere à Consulari gradu incipi, & principẽ in Senatu, aut Consulẽ designatũ prius, deinde ordine reliquos rogari. Nõnunq; obseruatum est, ut ex Consularibus æuo maximi rogarẽtur primi: deinde inferiores: Iuuenes uerò uix rogari, quasi pudor esset, Iuuenem Sene sapiẽtiorem uideri. Et si certaretur sententijs, nec satis liqueret, tunc uel differri consultationem, uel si duæ Senatum distinerẽt sentẽtiæ, cùm aliud alij cẽseant, id quod Senatus maxima pars decerneret, id ratũ fieri: aut si non probaretur, sententiã diuidi: hoc erat, ut si plures causæ in disquisitionem uenirẽt, ut de singulis referatur, postulare, & quod in parte placeret, id sequi: Vel per discessionẽ, tũc cùm unius exquisito uoto, cæteri qui in suffragium ituri erãt, in illius sententiã pedibus irent, uel si manũ porrigerẽt, aut cũ de scripto

Senatorum cõtemptus.
Senatores electi non statim suffragabãtur, sed in sentẽtiã ibant.
L. Cassij lex.
Pedarij senatores.
Senator sexagenarius onere Reip. exemptus.
Cato iunior.
Nicias.
Senaculum.
Qui senatum conuocabant.
Vbi senatus haberetur, & quãdo.
Auspicatò.
Athenienses.
Lacedæmonij
Senatuscõsultũ.
Vbi sententijs certaretur.
Diuidere sententiam.
Per discessionẽ

ſententiam dicerent. In quo id fuit traditum, ut de diuinis rebus prius, & de Repub. infinitè, aut ſingulis rebus finitè, ad Senatũ referatur, ſiqd publici priuatiq; negotij foret ſtatuendum. Nõnunq̃ licuit Senatori priusq̃ ordinẽ ſententiæ rogarentur, poſtulare, ut extra ordinem de Rep. dicere liceret:
Athenienſes. Apud Athenieſes uerò in frequenti Senatu pro cuiusq; ætate ſententiæ rogabantur.
Reges Lacedæmonij. Regibus autẽ Lacedæmoniorum binos
Calculis. calculos ponendi, cùm ſententiam dicunt in Senatu, facultas erat: tertium uerò ſi quid
Fabis. pro ſe decerni uellent. Græcis & plerisq; gentibus fabis ſuffragia dabantur. Syracu
Mores rogandi ſententiã apud diuerſos. ſanis nemo ſententiam dicit rogatus, ſed ut quisq; ætate & honore anteit, ita ſua ſponte quid ſui conſilij ſit, in medium affert, non rogatus: aut ſi tacent omnes, ſorte dicere coguntur: quibus in uſu erat, ut in concionem prodituri, per literarũ elementa ſorte educerentur. Quare Dionyſius proditurus, cùm M. ſortitus fuiſſet, futuram ſibi monarchiam cauillatus eſt.
Lycurgi edictum. Lycurgus uerò, cùm eſſent adoleſcentes loquaciores, & in concilijs obſtreperent, cauit edicto, ut nemo in foro, nec in publico conſeſſu diceret, niſi rogatus.
Hedui. apud Heduos fuit conſtitutum, ut qui in Senatu ſententiam dicit, ex eadem familia rogare neminẽ poſſit, quid eſſet ſententiæ & opinionis ſuæ: proditumq; memo
Germani. riæ eſt, Germanos concilio coacto, ſiquid quod minus placeret propoſitum eſſet, murmure & fremitu diſſentire, & ſententiam aſpernari: Siquid uerò complacitum fuiſſet
Macedones. frameas & tela concutere, ſonoq; armorum & tripudijs approbare. Macedonũ quoq; fuit mos, ut in publica cõſultatione ſiquid improbarent, haſtis ſcuta quatientes obſtre
Lacedæmonij perent, & auerſarentur. Lacedæmonij ſummis clamoribus agunt, nec calculis ſententiam dicunt, nec admurmuratione ſuffragia ferunt: Aut ſi cuius partis clamor contentior eſſet, ut nõ facile dinoſcerẽt, in duas partes ſuffragatores tranſire iubent, ut quæ pars maior eſſet, animaduerterent: Apud quos uſu receptum erat, ut ſinguli in concio
Belgæ. nibus baculum ferrent. Belgæ uerò contrà: nam ſiquid publico concilio ſtatuendum erat, miro ſilentio decernunt: Siquis autem fremeret, aliquo concionãte, parte ueſtis
Galli & Germani. multabatur. Gallis & Germanis, ut in publicis conſultationibus armati conueniant, & quid facto opus ſit decernant, in more fuit: & ſi tumultuarentur, ſilẽtium Sacerdotes
Tyrij. indicebant. Apud Tyrios ſecus, apud quos ſiquis cum telo concioni intereſſet, capite
Athenienſium fatum. luebat. Id tamen Athenieſibus fato datum erat, ut abuſi ingenio, ſiquid publico concilio decernẽdum foret, in deteriorem partem plerũq; ſtatuant, ſemperq; quod in diſcri
Anacharſis dictum. men adducit, conſilium ſequantur: Quare uerbum Anacharſis fuit: Sapientes in concionibus ſentẽtiam dicere apud Græcos, ſtultos uerò dijudicare.
Perſæ. Perſarum uerò mos fertur, inter epulas, poſtq̃ uino incaluerant, haud ſecus quàm reliqui in cõcionibus, cõ
Diuerſus ordo rogandi Senatus. cilium habere, & de rebus maximis decernere. Sed tamẽ nõ idem ſemper ordo rogã di Senatus fuit: Siquidem modò primus rogabatur, qui Princeps lectus erat in Sena
Princeps ſenatus. tu à Cenſoribus. Is autem legi debebat princeps Senatus, qui ex Cenſorijs uiris, qui Cenſuram antea geſſiſſent, antiquior ſuperuiueret: nõnunquam COSS. deſignati, aut uiri Conſulares æuo maximi, ſummis honoribus functi: ſæpe aliqui extra ordinẽ à Conſulibus ſtudio & neceſſitudine ductis, rogabantur primi. Obſeruatumq; fuit, ne quem citra conſularem locum extra ordinem primũ COS. rogaret. Quem tamen ordinem rogandi ſententias. CALEND. Ianuarijs ſeruare cęperat, is toto anno perpetim ſeruabatur. Diuum tamen Auguſtum ſentẽtias de maiore negotio, non ordinẽ
Germani. nec more, ſed prout libuiſſet, rogaſſe ferunt. Germani uerò pro ætate & nobilitate in concionibus audiuntur primi, ſiqua conſultatio foret. Rogabant ergo ſententiam
COSS. & Patres quomodo ſentẽtiã rogabant. COSS. quiq; Senatui præerant Patres, qui concilio aderant, ipſosq; dum de re quapiam conſultant, dumq; diſſerendo altercandoq; ſententiam dicunt, quicquid è fide ſua ducerent, ſtantes eſſe oportere: poſt uerò ſententiam aſſidere: In quo fuit prohibitum, ne poplites alternis genibus imponerẽt; quod eos eſſe otioſos, & non præparatis animis deſignaret. quod Athenis quoq; ſeruatum meminimus, ut Præcone pronunciante in Theatro uel Curia, ſtantes ſinguli decernant, quid ſuæ opinionis foret. Ius tamẽ
Sex horæ Accuſatori, Reo uerò nouem cõſtitutæ. Senatori erat, ut rogatus ſententiam, perpetua oratione, & q̃ uoluit diu, dicendo diem abſumeret: adeò ut nõnullos horis VII, plerosq; dies totas, concionem in Senatu habuiſſe tradant. In foro autem lege cauebant, ut VI horæ Accuſatori, Reo uerò darentur

rentur

rentur IX, ne paucioribus Clepsydris tempore præscripto præcipitarent causas. Ex quibus nōnulli, ne orationes præmeditatas memoriæ mādarent, nimiumq; in eo tēpus absumerent, descriptas conciones è libello lectitarūt. Postea Cn. Pompeius, quasi frenos eloquentiæ dedit, ex quo tempore intra paucissimas, neq; ultra tres horas, perorare cogebantur. Nam duæ horæ Accusatori, tres Reo dabātur, unaq; die & ab Accusatore, & Reo perorari iussum: quia multi data opera, in serum rem trahebant, tempusq; diffundebant, rebus non definitis. Si tamen aliquorum opinioni assentiri uellēt, poterant etiam sedentes, illi opinioni cui uisum erat, studio & uoluntate accedere: Ius tamen fuit Senatori, à sententia quam semel dixerat, si probabile quid contrà afferretur, deduci: aut si ambigua foret, nec facilis explicatu, illam interpretari. Id tamē notatum est, parùm fuisse in Senatu, breuiter censere & rectè sentire, nisi facundè sententiam tueretur, & agumentis firmaret. Post omnes uerò rogari, & nouissimùm dicere sentētiam, ignominiæ loco est habitum. In qua re succurrit annotare, quod literis proditum est, M. Perpennam & L. Volusium Saturninum, omnibus quos in Senatu sentētiam rogauerant, superstites fuisse. Cumq; antea Senatus consulta pro uoluntate Consulum supprimerētur, uel enūciarētur: postea à L. Valerio & M. Horatio COSS. statutum fuit, ut amplissimi ordinis decreta ad ædem Cereris ab Aedilibus deferrētur: demū ut in ærarium deponerentur. Quod etiam Augustus cauit, ne Senatus acta publicarentur, néue magistratus, deposito honore, statim in prouincias mitterentur. Ex his tamen quædam fuere tacita Senatus consulta, quæ palam enūciare non licebat, quæ in sanctiore Senatu & concilio arcano, tanq̄ in recessu semoto seruabantur, quibus decernēdis, neq; Scribæ, neq; serui publici intererāt, ne cōmunicatio consilij foret, cauebaturq;, ne quis enūciaret. Apud Carthaginēses uerò XXX Senatorum principes, sanctiori concilio & arcanis negotijs præpositi erant, quæ tanq̄ cœleste arcanum, dici non potest, q̄ alto silentio obtegerentur. Qui etiam sanctior Senatus Athenis fuisse ꝓditur, sine cuius cōcilio aliquid grauius decerni, aut ferri ad populum, Solonis lege uetabatur. Syracusani autem sanctiorem Senatum nō habebāt: sed si quid arduū & per difficile imminebat, solius Thimeleonis summi Ducis uelut sancto arcanoq; concilio, iudicio decernebant: Aetolis Apocleti, sanctissimum & arcanarum rerum fuere concilium: quorum consultatione, si quod instaret periculum, decerni oportebat. Cæsarum uerò temporibus, decreta Senatus, quæ ad Principem pertinerent, nō arcano Senatui, sed libris Elephantinis mandabātur: qui summa cura in Vlpia bibliotheca, ut essent perpetuo monumento, seruabantur. Quæ quidem arcana Patrum cōcilia, quanto silētio obtegerētur, illud argumēto est, quòd Q. Fabius Maximus, cùm de tertio Punico bello, quod in arcano cōcilio decretū erat, Crasso in itinere obnūciasset, à Senatu grauiter increpitus & conuitijs affectus fuit. Alia uerò consulta, quæ tacita nō erant, postq̄ maturè statuta fuerāt, de cōcilij sententia, in cōcione, quæ pro uestibulo Curiæ obuersabatur, recitari & publicè ædi poterant. Erant igitur Senatoris insignia, Tunica, & Purpura, Laticlauus: Ius spectādi in orchestra, & epulādi publicè, tam in epulo Iouis, in Capitolio, quàm ludorum causa: Qui quidem Laticlauus propria uestis Senatoris erat, qua Senatus dignitas & amplissimus ordo notabatur. Nōnunq̄ Senatoribus uti penulis, quanq̄ tenuissimo cultu foret, indultum fuit: Quippe Alexander Seuerus Imperator, ut Senatores ingrauescēti ætate, frigoris causa, penulis uti possent, priuilegio indulsit: sæpiusq; alijs insignijs uti licere, datū est: Nam C. Duilio, qui nauali prælio Carthaginēsium classem fudit, præter Curulem sellam, ut quoties à cœna rediret, funale præferretur, & Tibicen præcineret, cōcessum fuit. Et M. Valerio Volesi filio, quòd Sabinos fudit fugauitq;, & castris exuit, locum in Circo ad spectandum cum sella Curuli sibi posterisq; permissum nouimus. L. quoq; Metello qui oculis orbam senectutem egit, ut quoties in Senatum iret, curru ueheretur, fuit, pro munere datum: Nōnunq̄ antiquior sentētiæ dicēdæ locus, Toga prætexta, sella Curulis, ius imaginis, in memoriam posteritatis, & in ueste purpurea spectandi, pro magnis officijs in Remp. Senatoribus munera data sunt: Tantæq; dignatiōis fuere sequtis temporibus, ut in oppidis per loca & conuentus, umbraculis uterentur, indultum sit. Mox sequti

Conciones è libello legere.
Duæ horæ Accusatori, Tres Reo cōcessæ.
Sedentes aliorum opinioni assentiebantur
Senatoris ius.
Nouissimū sententiā dicere.
Senatusconsulta in ærarium deposita.
Tacita senatusconsulta.
Sanctius concilium.
Sanctior senatus.
Solonis lex.
Apocleti.
Decreta Senatus ad principē pertinentia
Senatusconsulta non tacita.
Insignia senatoris & uestes.
Laticlauus.
Penula.
Insignia alia atq; alia cōcessa bene de Repub. meritis.
Vmbracula Senatorum.

Cæsares, eum ordinem amplissimis honoribus honestarunt, præcipuè Alexander Seuerus, ut dignitas conspectior fieret, argentatis rhedis carrucisq; Senatori uti permisit: utq; sanctior reuerentiorq; ordo putaretur, ex Senatoribus illos, qui principali dignitate insignes forent, in ordinem Patriciatus, quæ maior ampliorq; dignitas habetur, multos adsciuit, & prouexit: Sed hoc post multas ætates nouissimo inuẽto. Fuitq; lege sancitum, ne mulieres cuiusuis negotij causa, Senatũ aut Curiam adirent, nisi quod Heliogabalus Senaculum mulierum in colle Quirinali constituit primus: qui præter mores institutaq; maiorũ, ut in ordine Senatorio mater admitteret à Senatu, peruicit: Sicut de Mesa Varia eiusdem Heliogabali auia proditum est: cui tributum ferunt, ut fœmina in Senatu sederet, Patres consuleret, & sententiam diceret, cæteraq; Senatoris munia obiret. Quod de Xerxe authores tradunt, qui in arcano cõcilio, cùm delectos Persarum proceres cõsuleret, Artemisiam sæpe ad consultandum accersiuit, cuius sententiam sequtus fuit. Antea uerò, Claudij & Neronis tempore, cùm nõ pro dignitate uideretur, Agripinam Patrum consultationibus admitti, decreuere Patres, ut à tergo abditis foribus staret, uelo discreta, quod uisum arceret, aditũ admitteret. Lacedæmonijs uerò mulieres adhibere publicis cõcilijs, illasq; frequẽti Curia in exequẽdis negotijs socias assumere, usus erat: apud quos fœminarũ arbitrio decernũtur multa. Idẽ apud Germanos, ut ubi plurimùm negotij sit, fœminarum consilijs regantur: quarum plerasq; ut deas colũt. Neq; omittendum, quod de Troglodytis traditur, quibus tanti exempli fuere mulieres, ut in cõflictu bellorum, matronarum intercursu infestas acies dirimant, adeò ut ipsis intercedentibus, præliari ducerent nefas. Quod etiã apud Germanos frequens fuit, ut illarum fœminæ, quas plurimas in castris habebant, labẽtem sæpe aciem restituant, aut infestissimos animos concilient. Celtæ uerò & Galli, nõ solùm mulieres concilijs admittunt: sed quicquid est cõtentionis, fœminarum iudicio decernunt: Ita ut intestina sæpe odia illarum interuentu sedasse ferantur: Proditumq; memoriæ est, in fœdere cum Hãnibale & Gallis icto, caueri, ut societas staret eo Iure: quòd si Carthaginẽsis aliquod admissum pateretur à Gallis, eius rei iudiciũ penes Gallicas mulieres foret: si uerò Gallus à Carthaginensi, penes magistratum Carthaginẽsem cognitio esset. Vtq; pueri prætextati cum parẽtibus Senatoribus, boni exempli causa, in Senatum uentitarent: quod post Papyrium prætextatum, ne quis in Senatu gesta enũciaret, longo exinde tempore fieri desitum est. Neq; illud prætereundum, memoriæ datum fuisse, Legatis exterisq; gentibus in Senatum admissis, Rhomanos COSS. nisi Latinè respõsa dare cõsuesse: Quibus admissis, more tradito à Patribus, potestatem, siquid uellẽt, Senatus faciebat. Græci uerò cõcilio indicto per Præcones, siquis quid peteret, enũciabant: Sicut Atrebates & Bellouaci, tubarum cantu concilium aduocabant. Siquid uerò proprio sermone loqui uellent, his in Senatum admissis, Interpretes dabãtur: per quos quæ opus erant proponebant, per eosdemq; consulta Senatus, & responsa accipiebant. Et tametsi Molo Rhetor in Senatu Græcè declamasse dicatur primus: Tiberius tamẽ adeò Græcum sermonem osum habuit, ut in Senatu nescio quid Græcè prolaturus, ueniam petierit. Et Claudius Cæsar, Græcæ prouinciæ principem, quòd Latinè nesciret, albo Iudicum erasit, & peregrinatum misit, Inualuitq; mos, ut Mense Februario usq; ad CALEND. Martias per COSS. designatos, Senatus Legatorum audiendis postulatis, & sociorũ querimonijs quotidie detur: ne tædio aut longa expectatione, & mora frustrarẽtur: quæ quidem decreta Senatus, in prouincias quisq; suas, cum singulis actis referebant. Illud quoq; satis cõstat, censum Senatorium ad numos octingẽta millium olim fuisse: quem Cæsar Augustus & sequti principes ad duodecies centies sestertiũ auxerũt: & ne quis eorum inops aut egens foret, illos largo uiatico & magnis muneribus prosequti sunt. Tiberius uerò, preterq̃ quòd censum Senatorium iuuit, & honestam paupertatem innocentiũ subleuauit: ꝓdigos tamẽ & egentissimos, uel Senatu mouit, aut loco cedere coegit. Fertur tamen Claudius laudasse illos, q̃ ob rei familiaris angustiam, Senatorio ordini sponte cessissent. Et Nero Senatoribus qui tenui re familiari essent, annua salaria statuisse: & M. Antoninus Philosophus, ut Senatores peregrini, quartã bonorũ & fortunarũ,

Argentatæ Rhedæ & Carrucæ. Ordo Patriciatus. Mulieres Senatum adire uetabantur. Senaculum mulierum. Mesa sedit in Senatu. Artemisia. Agrippina. Lacedæmonij & Germani fœminas consilijs admittunt. Troglodytæ. Germani. Celtæ & Galli. Gallicæ mulieres indices. Pueri in Senatu. Respõsa latinè dabãtur Legatis. Atrebates. Bellouaci. Græcus sermo Rhomanis inuisus. Census senatorius. Antonini philosophi lex.

saltem

saltem in Italia possiderent, lege sanxisse: Quotiesq; ambo COSS. adessent, Senatum unius iussu conuocari non licuisse: quodq; Comitialibus diebus ex lege Pupia, aut teris & nefastis, seu cùm tonuisset, aut uentorum procellæ, tempestatésue fuissent, Senatum haberi non decebat: His tamen comitialibus qui Quirinalia sequntur, Senatum non impediri nonnulli putant: id quod Athenis quoq; & Syracusis præcipuè obseruatum fuit. Nam terræ motu facto, aut tempestate ingruente, concilium differri oportebat. Fuitq; adnotatum, post horam decimam, nouam cognitionẽ causæ in Senatu haberi non licere. Neq; Patrum decreta in Aerariũ ante lucem deferri posse, quod Senatusconsulto, Tiberio postulante, uetabatur, quo tempore comitia è campo ad Patres translata fuere, cùm ad eam diem, etsi arbitrio Principis niterentur, plura tamen suffragijs Tribuum fierent: Augustus tamẽ Octauius, ut bis in mense legitimus Senatus haberetur, CALEND. scilicet & Idibus, edicto cauit. Ac nisi exacto IIII & XX ætatis anno, in Senatum quempiam admitti non licere, præter admodùm paucos, quibus ob egregiam uirtutis indolem, hoc à Senatu indultum fuit. Tametsi Augustus, quò celerius liberi Senatorum Senatui assuescerent: Iuuenibus post uirilem togam, protinus Laticlauum dedisse, & Curiæ admisisse feratur. Fuitq; uetus constitutũ, ut adolescentes Senatorum filij, primo flore ætatis, parentes & necessarios in uestibulo Curiæ operiãt, illosq; Senatu egressos, domũ reducant, & comitẽtur. Senatoribusq; ad plebem transire, & iura Patrum amittere, & plebeia subire licuisse. Quod præter M. Manlium, qui primus à Patribus ad plebem defecit, alijs pluribus datum & permissum fuit.

Quando Senatum habere non decebat lege pupia.

Edictum Augusti.

Senatores domum reducti p filios & cognatos.

¶ Quæ origo fuerit sacrorum Lupercalium, & quo modo celebrari, quãdoq; coli soleret, & quã uariæ Deorum effigies fuerint. Ca. XII.



DE ORIGINE Lupercalium diuersa ab Authoribus prodita sunt: quippe à Romulo & Remo, postq̃, Numitore auo occiso, Amulio regnum restitutum est, ipsisq; cõdendæ Vrbis locũ in Regionibus, in quibus geniti educatiq; erant, nacti sunt, sacra eiusmodi instituta ferunt, cùm capti epulis & uino, incincti pellibus hostiarum, per luxum & lasciuiam currerent: quæ Inuum uocauere. Multi ab Arcadibus, qui cum Euãdro in hæc loca uenerant, hoc solenne ludicrum in honorem Lycæi Panos allatum fuisse autumant. Sunt qui putent, Romulum & Remum, cùm Fauno sacra facerent, clamore pastorum excitos, quorum oues abactæ erant, in latrones præda onustos incurrisse nudos, prædamq; detraxisse: qua postq̃ potiti sunt, sacra instituisse, ut nudi iuuenes, incincti pellibus, per ludum & lasciuiam currerent: ex quibus alij Fauiani, nonnulli Quintiliani dicti. Quod sacrum expiationis causa inuentum, ad inferos pertinere, argumẽto est: quòd mense Februario, hoc est, XV. CALEND. Martias, quo populus purgatur, & inferorum placantur Manes, hoc sacrum celebrari tradant: quodq; Iunoni februatæ tũc sacra fiant, cuius feriæ Lupercalia sunt: in quo licet antea adolescentes passim currerẽt, postea Augustus Octauius, dum pudori consultum uoluit, ne imberbes cursitarẽt, decreto sanciuit. In eo quoq; capræ immolantur candidæ, quæ solẽnis uictima in Lupercalibus habetur: quibus immolatis, uiri honesto loco nati, quos Lupercos dicunt, duo ibi sisterent, quorum frontes & ora cultro sanguine hostiarũ infuso, inuicem intingerent: mox lana lacte madida sanguinem detergerẽt, quibus de more in risum effusis, dum cachinnant, tergora in lora inciderent, nudiq; & uncti, amicti caprina pelle, in orbem discurrerent, uultu hilari usq; ad ineptias, obuiamq; turbam eisdem loris impeterent: quare Crepi dicti: obseruatumq;, ut à ficu Ruminali, ubi Romulus & Remus expositi fuerant, cursum inceptarẽt, concitoq; gradu per Vrbem uaderẽt: quibus mulieres occurrere, & palmas feriendas præbere assuerant, fœcunditatem & partus facilitatẽ propterea sibi dari arbitratæ. Quad sacrũ in Palatino mõte, ubi Panos templum fuit, colebatur: cuius simulacrum Caprina facie, rubro colore, hirtis cornibus, pectore sideribus radiãte, infima sui parte hispida, & caprino pede fuit: altera manu fistulam tenens,

Lupercalia.

Lupercalia ad inferos pertinent.

Cærimoniæ lupercalium.

Luperci.

Crepi luperci.

Panis simulacrum.

tenens, altera pedum incuruum. In cuius etiam sacris canem immolari tradunt: quippe Pan magnum & sanctissimum habebatur numen: Aegyptijs enim ex octo Dijs habetur maximus: qui & Iouis simulacrũ Arietis facie effinxere. Mendesij Pana summis percolunt honoribus, adeò ut hircum pro Deo colant, mulieresq́ cum hircis coire dicantur: Caprarijsq́ maximo in honore sint: Apud Thebanos arietes tanti fuere, ut nõ mactarentur, sed essent sacrosancti. Arcades Pani & Ioui Lycæo stata die, humana uictima sacrificant: in cuius templo umbras non cadere opinio fuit. Athenienses annuis hostijs & ardenti cãdelabro litant. In Parthenio monte Panos delubrum erat, ubi locus nomine Aula omnibus animalibus uelut Asylum, quem Leones & Lupi, dum feras insectantur, adire non audent, sed protinus subsistunt, & feras relinquunt. Sicut in Dianæ Aetoliæ luco in Venetis, fabulantur, canes dum feras insequuntur, ubi ad lucũ confugerint, ab insectatione quiescere. Idem in mõtibus, quos Græci Mænalos uocãt, Aristoteles prodit: ad quos ubi feræ à canibus impetuntur, tanq̃ in tutissimam arcem se recipiunt: ipsiq́ ultra præscriptum progredi non audent. Quod de Bœotijs perdicibus memoriæ proditum est, ut præscriptũ finem, & quasi metas habeãt in aera, ultra quas meare non possunt. Mirumq́ euenire in Pedasia regione Cariæ, ut cùm Ioui Lycæo stata die sacrificetur, capram è Pedaso sua sponte ad sacrificij locum uenire, & se immolandam præbere dicant. Rhomanis uerò præter alios Deos, fuit Veiouis simulacrum, quem dixere Apollinem, cuius caput ornatur cornibus, sagittasq́ manu tenet, iuxta quem aries iacet: Sicut imago Apollinis Smynthei, premens murẽ effingitur. Atq́ in Aegypto in templo Vulcani, eius simulacrum cum mure apprehenso conspicitur: propterea quòd Arabes cùm regionem inuasissent, Vulcanus magnam uim murium effudisse, arcusq́ & habenas corrodi fecisse, atq́ ita hostes fugasse dicitur. Fauno quoq́ capram immolari nouimus, quãuis Semideo: Cuius ædes una ad forum olitorium: altera ad Tyberis ripã Iouis & Fauni. Veiouis templũ inter duos lucos erat, Capitolium, & Palatium, præter quæ fuit Sospita Iuno Lauini, cuius simulacrum Caprina pelle uelatur annis singulis. Sed quia de imaginibus sermo est, nõn omittẽdum, id quod à Tyrijs obseruatum legimus, ut Deorũ simulacris uincula annectant, ne euo carent & abirent, cũ eos hostili carmine euocatos, abituros timerent. Rhomani quoq́ Saturni effigiem toto anno uinctam laneo uinclo habuere, festis solùm diebus Saturnaliorum, uinclis exoluentes. Aegyptij cùm Osirim, quem Solem, & maximũ Deorum nuncupant, effingere contendunt, Sceptrum, in cuius summo oculi species inerat, effinxerũt: Serapidi uerò, modium apponunt supra caput. Persæ figurant Solem Leonis rictu, cum Tiara utraq́ manu cornua premente. Indi Gryphos iungũt Solis quadrigæ. Phenicibus Solis simulacrum lapis est niger, ab imo rotundus tenuatur in cuneum: Apud Pæones Discus breuis, lõgo ligno appositus, pro Sole colebatur. In Attica Apollo uerticosus exurgit in Pyramidem. Isis uerò apud Sueuos in modũ Liburnæ. Et Iuppiter Labradæus cum securi: sicut Terræ simulacrũ cũ claui. Paphia quoq́ Venus fuit nõ humana effigie, sed informi, latiore initio, metæ in modũ fastigiata. Elei Venerem hirco insidentem, altero pede testudinẽ premente, effinxere. Et Pygalienses Cererem habitu mulieris in petra iacentis, capite & iuba equina, tunica uerò demissa. Apud Celtas Hercules fuit cognomẽto ὄγμιος, imagine decrepiti senis, capite incompto, pelle rugosa, dextra clauam tenens, sinistra protẽtum arcum, multos mortales catenis uinctos ducens: quibus altissima quercus, erat Iouis signum, sicut Palladis Atticæ, & Cereris Farræ informe signum. In Cypro Venus barbata uirili specie, & habitu muliebri: apud Tussas in Aegypto cũ cornibus bubulis effingebaur. Fuitq́ apud Ascalon Syriæ Derceta dea facie hominis, cuius postrema desinebant in piscem. Mercurij imago Græcis fertur quadrato statu, capite solùm efficto, tali specie pluribus figuratis, quos pro immortali gloria magnis sæpe Ducibus dicabant: Eratq́ opinio Pythagoræ, nõ ex omni ligno exculpi Mercurios decere. Hãmonis uerò effigies umbilico similis habetur. Et apud Arabes lapis Tetragonus pro Deo. Olympij autem Iouis in Attica os ex ebore auroq́, cõstat, reliquum corpus ex luto & gypso, supra cuius caput Horæ & Parcæ uisuntur: sic Mineruæ Trenalis os erat ligneum, manus & pedes

Panis numen maximum.
Iouis simulacrum.
Aula animalium Asylum.
Dianæ Aetoliæ lucus.
Mænali.
Bœotiæ perdices.
Veiouis simulacrum.
Apollinis.
Veiouis templum
Iunò sospita.
Simulacris deorum uincula annexa.
Saturni effigies.
Osiridis.
Serapidis.
Solis.
Isidis.
Iouis labradei.
Terræ.
Paphiæ ueneris.
Cereris.
Herculis apud Celtas.
Veneris in Cypro.
Dercetæ.
Mercurij.
Hãmonis.
Dei apud Arabes.
Olympij Iouis.
Mineruæ Trenalis.

& pedes marmorea. Matris deûm simulacrũ, nec qua sit materia aut specie, nec à quo Artifice, noscebatur. Boni euentus species erat, pauperis habitu, dextra pateram, sinistra spicam tenens. Diuitiarum uerò deus Spartæ, & cæci, & iacentis facie colebatur. Iustitia apud Aegyptios fuit sine capite; Osiris uerò canino. Dionysij forma una bar bati, altera cornuti, tertia adolescentis uisebatur. Mirumq́ prodi de Memnonis statua, ut cùm matutino Solis radio illustratur, æris tinnitum & speciem loquẽtis præbeat: Sicut de Serapidis simulacro in Aegypto, templo ita extructo, ut exoriens Sol, os & labra illustraret. Nec prætereũdum quod Aethiopibus in usu uenit, ut Deorum simulacra minio illinirent, illa pro maiestate numinum sanctiora & augustiora arbitrati. Et apud Aegyptios & Phœnices ut singulis Dijs singulas alas adderẽt: Saturno uerò quatuor, duas protentas, duas uerò remissas, & oculos quatuor, ut signarent ipsum dormiẽtem uigilare, & uigilantem dormire consuesse. Quodq́ Athenienses, siquem Athletarum uictorem designabant, statuam illi obnixo genu cum scuto, porrecta hasta, impetum excipere effinxerunt: pro eo quod Chabrias milites Agesilai hoc statu impetũ excipere docuit, & uictor fuit. Fertur Licinius in Alabandeos facetissime cauillatus, quòd statuæ quæ erant in balneis, essent habitu iura dantium, & causas agentiũ: quæ uerò in foro, omnes discos tenerent. Illud quoq́ non in postremis fuerit, Rhodi supra septingenta, tria millia signorum, nec pauciora Athenis, Delphis, atq́ Olympiæ fuisse: Rhomæ uerò tantùm statuarum, ut alter populus lapideus uideretur.

Matris deûm. Boni euentus. Pluti. Iustitiæ. Osiridis. Dionysij. Memnonis. Serapidis. Alæ dijs additæ. Saturni. Athletarũ uictorum. Alabandei.

¶ Quæ uitia ex loci natura aut Cœli climate quibusdam Gentibus ita innata sint, ut illa habeant propria & perpetua. Ca. XIII.



LVCIVS Parthenopeus, delitiæ, amor, & decus nostrum, ingenio fuit homo eleganti, sermoneq́ perquàm docto & exculto: uultu hilari & festiuo, præditus omni urbanitate & omni sale: sed cultu corporis inuenusto, uesteq́ humili & inhonesta, adeoq́ omnium rerum hominumq́ contemptor, ut summæ nobilitatis uiros ne cõgressu quidem suo dignaretur. Et nisi literatos, quos toto pectore fouebat, reliquos floccipẽderet, & nihili duceret: deniq́ nulli obnoxius, liber & suo arbitratu uiuebat: Is dum Neapoli essemus, doctis iuuenibus comitatus, ad nos uentitabat, congressuq́ hominis eloquentissimi & mihi amicissimi fruebamur totos ferè dies. Dumq́, ut fit, diuersarum gentium mores apud nos scitè subtiliterq́ pensitaret, memini ipsum dicere solere: quòd sicut quædam Regiones sunt quæ acuta ingenia & solertia gignũt, ut quibus est aer purus & tenuis, uelut Athenis: aliæ, quæ retusa & hebetiora, ut quibus crassus & pinguis, sicut Thebis: ita ex Cœli rigore uel clementia, nonnunq̃ ex Siderum statu uel influxu, uirtutes uitiaq́ gentibus innasci, quæ ingenita adeò loci incolas afficiunt, itaq́ corporibus animisq́ insident, ut illa habeant propria & perpetua. Siquidem Campani superbi natura, & bonitate agrorum ex mitissimo Cœlo, & affluenti copia uoluptatum terrestrium maritimarumq́ rerũ, semper habiti sunt: Domiciliũ enim superbiæ (ut Cicero inquit) penes Campanos fuit. Argiui & Brutij ex more insito genti, latrones: Illorum nanq́ ingenia latrocinijs læta sunt, & rapinis gaudẽt. Rhegini pauidi & formidolosi. Itali nobilitate præstant, & Regali quadam magnificentia lauti & magni sunt. Galli super insitam genti uanitatem, mobiles & stolidi, contentionis auidi, consilijsq́ capiẽdis, non ratione, sed impetu feruntur: tamen religioni deditos esse, haud dubiũ est. Hispani iactabundi, duri, & parci, abactoresq́ acerrimi, ad inediam laboresq́, atq́ ad mortem parati. Græci licet ingenio & facundia præstent, eos tamen nationis uitio (unde Græca fides in prouerbiũ uenit,) assentatores, leues, atq́ infideles esse, manifestum est. Cappadoces, Cilices, & Cretenses, suopte ingenio fraudulenti & mẽdaces: quippe promissi fidem fallunt, & periurio se abstringũt: in quorum notam Græcũ illud est, τρία κάππα κάκιστα. Aphri subdoli & mendaces: Cùm enim multùm classe rebusq́ maritimis ualeãt, usu & cõmercio multarum gentium, ad fallendum proni & solertes sunt: Apud eos enim frequenter mercatores uentitant, & studio quæstus, quæ usui sunt merces important.

L. Parthenopeus. Campani. Argiui & Brutij. Rhegini. Itali. Galli. Hispani. Græci. Cappadoces. Cilices. Cretenses. Aphri.

Numidæ

Numidæ. Chij. Galatæ. Syri. Alexandrini. Indi. Persæ. Aetoli. Lydi. Phryges. Emporitani. Aetoli. Locrenses. Druidæ.

Numidæ uerò leuissimæ fidei ingenia. Chij petulantissimi: Nam cùm tribunal Ephorum fœdassent, ob petulantiam, qua naturæ uitio laborant, ab Ephoris impune tulere. Galatæ minaces. Syri cupidi & auari, præter modum rerum appetentes, gens inquieta auidaq; in nouas res. Alexandrini derisores & dicaces. Indi & Persæ otiosi: neq; enim ab re proditū est, otiū fratrem esse libertatis: quod de Aetolis quoq; tradit, qui nullius imperio paruerūt: Hi enim cùm perpetuo liberi sint, in otio degunt. Contrà uerò Lydos & Phryges cùm Regibus seruiant, negotijs intentos esse & laboriosos. Emporitani imbelles & barbari. Aetoli & Locrenses fœdifragi. Druidæ religiosi & malefici, supra quàm dici potest: Nam dedita superstitionibus gens, in sacris hominem immolant, & cruore captiuorū adolent aras: Viscumq; & alia dictu nefanda pro Numinibus colunt: fuere enim Druidæ gens Gallica in Belgis, apud Gallos præ omnibus sacri: sicut enim apud Persas Magi, in Græcia philosophi, in Babylonia Chaldæi, apud Indos Brachmanes, in Aethiopia Gymnosophistæ, apud Scythas Agrippei, Abij, & Calui: in Aegypto Heliopolitani, apud Hyperboreos Arymphæi, atq; in Hispania Turdetani, sacri habentur: sic apud Gallos Druidæ magno in præcio sunt, & diuinis prope laudibus celebrati. Emporitani autem in ora minoris Syrtis, iuxta Aphros Numidasq; degunt, agri uberis & fertilis soli. Germani uerò & Cimbri duri & laboriosi: Latrocinijs tamen & rapinis, quarum nullam infamiam putant, à pueritia dediti: quare Cymbros Germani prædones uocant: quorum uires ad impetū ualidæ sunt, sed momēto tēporis dilabūtur. Corsi diri & immanes, horridis ingenijs: quippe qui ipsas belluas crudelitate uincant, truci ore ingenitam immanitatem præferētes. Scythæ quoq; rapidi & feroces, & dira feritate grassantes, suis tamen rebus contenti, nihil alienū appetētes, apud quos nihil est furto grauius. Asiani, Iones, Abydeni, Medi, Arabes, Tarētini & Galatæ molles & effœminati, eneruatis animis, ad inertiam nequitiamq; parati, omnibus imbuti delinimentis, in Gymnasijs & turpibus amoribus exerciti: Illecebræ enim luxuriæ ad extinguēdum uigorem animi apud eos sunt: Addebat etiam Siculos uafro & monstrifico ingenio, & astos supra Byzantium dolosos maximè. Contrà uerò Cumanos in Aeolia hebetes & insulsos: quippe qui pluuiæ tempore, nisi admoneantur uoce præconis, porticus non subeant. Sicut Bœotios & Thebanos, qui plus habere uirium quàm ingenij feruntur. Et Syracusanos uariæ multiplicisq; naturæ: aut enim excellentissimos esse & omni uirtutum genere præditos, aut improbissimos & omnibus uitijs deprauatos: quod de Atheniēsibus quoq; proditur. Atq; Heduos iracundos & temerarios, turbulenti & concitati animi. Et Ligures duros, agrestes, & fallaces suopte natura, & ex sterili agro & aspero quem incolunt, nihil ferendo nisi magno labore partum: Sed cùm Ligurum quidam Firmates, non nulli Apuani, pleriq; Montani, alij Hiluaces, alij Frusinates dicantutur, hoc non cōuenire nisi transmontanis Liguribus asserebat: His enim cùm longè ab hominū cōmercio & cultu distent, & in arido solo luctētur, facile euenire, ut agrestes, duri, & inmanes fiāt. Hoc modo Lucius noster apud nos sermocinatus, peracri iudicio locorum mores examinabat, uitiaq; & uirtutes rimabatur. Sed quia mentio locorum & morum distinctio facta est, hoc dicere ausim longa obseruatione probatum, eas Regiones quæ cœli clementia & affluenti copia gaudent, sensu hebetes & obtusa mente plerunq; homines gignere: quæ uerò difficiles & agrestes sunt, singulari ingenio uiros educere: Ita enim parēs natura, siue ille effector mundi Deus comparuit, ut ubi rerum ubertas & copia sit, ibi bonarum artium studia sæpe & ingenia desint. Sensit tamen Aristoteles, eos qui Scythiam uersus loca deserta incolunt, animo quidem abundare, ingenij non satis habere: qui uerò mitiorē plagam, ingenio & arte præstare. Neq; omiserim quod Maximus Tyrius græcus author cum primis prodidit, Crotoniatas palæstra & gymnico certamine ualere, Lacedæmonios pedestri, Athenienses nauali, Venatu Cretenses, Sybarites luxu, Thebanos uerò Tibijs, Iones autem Choro & cantu: Qui etiam adnotauit uulgari adagio ferri, Medicam molliciem, Sardanapali luxum, Delicias Ionicas, Siculas mensas, Saltationes Sybariticas, Corinthias meretrices. Artium quoq; disciplinas Menander dixit, natiua consuetudine distingui nationibus uarijs: Namq; Mityle-

Emporitani. Germani. Cimbri. Corsi. Scythæ. Asiani. Iones. Abydeni. Medi. Tarentini. Galatæ. Siculi. Cumani. Bœotij. Thebani. Syracusani. Athenienses. Hedui. Ligures.

Regio fertilis hebetiores, contra difficilis ingeniosiores producit.

Max. Tyrius de diuersarum gentiū peritia peculiari.

Adagia à ciuitatum moribus sumpta.

nei

næi Cithara delectantur, Thebani Tibia, Alexandrini Geometria ualent, Athenienses statuaria & pictura, Crotoniatæ medicina, Aeginetæ Athletarũ pugna. Quod proximè accedit ad id quod Eustathius memoriæ prodidit, forsan mutuatus ab illis, Bœotios circa palæstram, reliquasq; artes Gymnicas ualde probari, Athenienses in naualibus, Thessalos in equestri(quippe cùm ex equo primùm pugnare docuerint) Lacedæmonios legibus ualere, Cyrenæos in Ephectica sciẽtia. Quod autẽ de, Thessalo equitatu dictum est, qui conferto prælio insuperabilis erant, non prætereũdum, Philippum Macedonẽ, qui totius Græciæ cõmunis hostis & prædo habitus est, ut Thessalos equites uelut firmissimum robur & longè optimos bello, suæ phalangi adiungeret, Thessaliam propterea inuasisse, illamq; incendijs & ruinis deformasse.

Eustathius.

Thessalus equitatus.

¶ An sit idem Deprecari quod Recusare, contra quorundam Grãmaticorum opinionem. Ca. XIIII



QVID in mentem uenerit nonnullis Grammaticis, qui non temperantes maledictis, multa, nec perpenso iudicio, nec examinato modo digesta, præcipere non uerentur, non satis conijcio. Nuper cùm in comentariolos obseruationum Grãmatici cuiuspiam, quos de latina dicendi norma uiuens ædiderat, forte incidissem, in quibus graui cẽsura antiquissimum quenq; authorem taxat, ita ipsum loquutum offendimus, ut diceret Aulum Gellium malè sensisse, quòd deprecari, abominari uel detestari esse dixit: censuitq; deprecari nihil esse aliud, q̃ dicto uel facto recusare, quasi multùm discriminis foret, inter abominari & recusare: Idq; Ouidij authoritate probare nixus fuit, de ponto.

Lau. Vallensis taxatus li. vi. cap. iiij.

Sæpe precor mortem, mortem quoq; deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.

In quibus uersibus deprecari pro recusare intelligit, quod uerbis pluribus affirmare contendit, quæ consultò præterimus: Sed libet interrogare, núm proprio significatu Latinè dixerim: Scipio fœdus cum Hannibale inire deprecatur, quia pacisci cum Hannibale recusat: aut Rhomani cùm Pyrrho pacem deprecãtur, quia pacem abnegarunt: Contraq; hanc uerbi significationem, secus ab Authoribus dictum, & uerbum deprecari in alio sensu accipi uidemus. T. Liuius sexto ab Vrbe condita, Non præripiam(inquit) gratiam publici officij deprecandi. Cicero prima actione in Verrem, Si liberè quæ sentio de Repub. dixero, primùm deprecor ne irascatur. Suetonius in Cæsare, Senatum literis deprecatus est: & ueterum authoritatibus pluribus, in quibus si deprecari recusare dixeris, profectò absurdè & barbarè loquêris: Hic enim deprecari idem est, quod ualdè precari. De enim præpositio adiecta uerbo, plerunq; auget, ut demirari, defraudare, deierare. Rursus quod ille authoritate Ouidij motus, uoluit deprecari idem esse quod recusare: Idem Liuius exploratius ostendit tertio de Macedonico bello, At Hercule non ius, sed iniuriam deprecantur. Suetonius in Tiberio, Claudium(inquit) adeò uiolentum & cõtumacem, ut ne capitis quidem reus deprecari substinuerit. Cicero in legem Agrariam. Siquid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à uobis deprecentur: Quibus in locis non signatè, nec propriè loquetur, qui deprecari recusare dixerit. Sed uetus probabilisq; sensus est, tam in Ouidij q̃ proximis authoribus, id esse deprecari quod suppliciter petere, & precibus exposcere, ne quid fiat, quod tu uitare cupis, & contendis ne eueniat: Mortẽ ergo Ouidius deprecatur, non simpliciter recusans mortem, sed suppliciter exposcens, ne mors contingat inter tot truces immanesq; homines. Et ille iniuriam uel supplicium deprecatur, uidelicet rogat ne inferatur iniuria, nêue conuitium fiat. Multùm longeq; distat deprecari à recusare: quippe deprecari est precibus rogare, & summissè obtestari ne quid fiat: Recusare uerò, iure & manu contendere, & quadam mẽtis uecordia minaciter magis quàm precibus exposcere. Cæsar commentario quinto, Hedui nec deprecandi, uec recusandi causa, Legatos ad Cæsarem mittere uolebant. Cicero Tusculanarum quæstionum secũdo, de Anaxarcho inquit, Democritoq; cogitetur,

De præpositio adiecta uerbo.

Deprecare a recusare multũ distare.

" qui cùm in manus Cyri Nicochreontis incidisset, nullum genus supplicij deprecatus " est, neq; recusauit. Pluribusq; patet exemplis, sicui illa persequi libeat: ex quibus, sine controuersia liquet, deprecari id esse quod precari, sed dupliciter, uno modo, uehementi studio & enixè precari ut quid fiat, & tunc de præpositio auget, ut primis authoritatibus, quas suprà memoraui, ostēsum est: altero, precibus eniti & rogare, ne quid fiat seu eueniat tale quod tu nolles euenire, & futurum detestaris, sicut est proximè dictū. Et tunc de præpositio non augendi, sed uim potius minuendi habet. De enim adiecta uerbo, duplicem significatum, licet diuersum, capit, ut plerūq; solet: plurimumq; interesse, in utro accipias significatu. Quonā modo & utro magis conueniat, sensu ex ipsa lectione & contextu uerborum, prout obuia sunt, cuiuis uel mediocriter erudito, facile est dinoscere.

¶ Triplex quæsitum super nonnullis uerbis Iurisconsultorum subobscuris, quis sit illorum significatus, quæue pecuniæ olim fuerint. Ca. XV.



Vlpiani locus. CVM Rhomæ Palatini fori iudicia operiremur, quidam nō ex plebe, homo pollens eruditiōe & doctrina, ad me adijt, & pconctatus est, quid sibi uellet Vlpianus de officio Proconsulis, æstimantis eum, qui prouinciæ præesset, dissimulare non debere, siquos causarum cōcinnatores, aut litiū redemptores deprehendisset. Quis esset litium concinnator, & quis redemptor quærebatur? Et quia facilis explicatu quæstio erat, leui functus opera, respōdi, concinnatorem litium eum dici, qui nouas lites, simulatis captionibus & cauillis improbis, in longùm ducere molitur, cū sibi iure agere nō liceret. Concinnare enim esse, rem effictis mendacijs, omnibus lenocinijs perpolire, sicut is qui unguentis delibutus, madenti coma, & capillo cōposito, cōspicitur, quos M. Cato Vitiligatores nuncupat, Græcè autem κρατὴρ δικῶν, quasi sector litium, Redemptoremq; causarū eum dici, qui lites quotidianas pecunia mercari, illasq; pactionib⁹ muneribusq; pellicere conaretur, haud secus q̄ qui domos edificiumq; faciēdum utendúmue precio cōducit: qui etiam quadruplator & interceptor alienæ litis dictus est, quos homines tanq̄ inciuiles & malarum artiū artifices, Iurecōsulti iure incessêre. Iterū quæsiuit ex me quid esset quod " Alphenus legem Aquiliam interpretatus, inquit. Quòd si Tabernarius à prætereūte, " flagello, in quo dolor esset, fuisset cæsus, si illi repugnādo oculum eruisset gladio, pro" pter id admissum, Aquilia nō teneri: quòd diceretur flagellū in quo dolor esset, quærebatur? Cunq; nōnulli falsa opinione persuasi, flagellum quod dolorē afferat, ideo dolorem in eo esse assererent. Dixi ego mendum in hac dictione fuisse, ingenuè me arbitrari, neq; Iureconsultū tam insciтè loqutum, ut in flagello dolorem esse dicat, pro eo quòd flagris inflictis dolorē affert: cùm Iurecōsulti non per Metaphoras, nec circui" tu longo, sed mundè admodùm & circuncisè loquantur: sed pro eo quòd dolor esset, " scriptum fuit, Dolon esset, dicendum fuisse: neq; aliter à Iureconsulto scriptum ueris patere argumentis. Dolonem enim lignum uel fustem signare, in quo ferrum " acuta cuspide lateret, qd' haud secus quàm gladius uulnera ingerat, ut Varronis testimonio probatur: In eo enim latens pugio ita situs erat, ut foris minus appareret: Idq; coarguitur facili argumento, quòd non erat consentaneum, ut si à prætereunte leui flagello Tabernarius ictus foret, illi repugnādo ferro decernere, & oculū eruere liceret, prout in quæstione est. Quippe inculpata tutela non esset, cùm non pari, sed maiore impetu armorum iniuriam propulsaret, qud est lege uetitum: Dicendum ergo fuit, aliquid occulti teli flagello latuisse, quo percussus Tabernarius, impune prætereuntem gladio repercutere, & illi oculum eruere ualuit. Hoc Dolone Tiberium Gracchum, ne oportunus iniuriæ foret, accinctum processisse in forū, Authores tradunt, quò honestius & dissimulato telo, in Curiam iret. Et Claudium Cæsarem à duobus Equestris ordinis, cum Dolone & uenatorio cultro præstolantibus, penè oppressum, Suetonius refert. Tertiò consuluit me, quod esset iudicium Eremocidiū, de quo

Cōcinnator litium. *Concinnare.* *Vitiligatores.* *Redemptor causarum.* *Quadruplator* *Interceptor alienæ litis.* *Alpheni locus.* *Dolo.*

de quo apud Iustinianum fit mentio frequens, contra quod restitutionem dari le-
ges uoluere. Cumq; aliquorum discreparet sententia, peruici tandē, Eremocidiū dici
iudicium, cùm quid Reo absente, in disquisitionē uenit, superq; iure cōtrouerso mota
lite, solus Actor nullo se opponente exercuit, contraq; Reū, indicta causa, lis data fuit:
ἀπὸ τῆς ἐρήμου, hoc est, solitudine, eò quod solus Actor nullibi Reo comparente, nec si-
gnis collatis (ut aiunt) obtinuit: contra quod rescissionem plerūq; dari leges uoluere.
Demum cùm sermo incidisset, quid emptio, quid permutatio esset, quæsitum fuit, quo
in loco Homerus meminit Achiuos non pecunia, nec ære signato, sed rudi massa æris
uel ferri tātū mercari, & cum mancipijs permutare cōsuesse: cuius authoritate Vlpia
nus de contrahenda emptione, etiam sinè pecunia fieri emptionem, asseuerat: Dixi id
de quo consulebamur mihi imprompu non succurrere: sed tamen meminisse me, tam
apud exteros, quàm Rhomanos æris signati argentiq;, & pecuniarū longo tēpore nul-
lum usum fuisse, mercesq; non pecuniæ interuentu, nec signato ære, sed rebus com-
mutare consuesse: Siquidem Armeni, Scythæ, Seres & Sarmatæ, nō intercessu pecu-
niæ res emere, sed rerū cōmercio permutare assuerāt. Deserta enim & uacua cultori-
bus loca, hominibusq; infrequētia, magis q̃ Vrbes incolebāt. Indi quoq; illi penitissimi,
& Esseni idē factitarūt: Nam fuso ære utebantur, aut Aurichalco (quippe cùm uete-
res Aurichalcū præciosius auro ducerēt) percusso uerò minimê. Lusitani graui sarci-
na æris, uel frusto argenti sæpius numi loco usi fuere, Lacedæmonij Lycurgi legibus
omnē auri argētiq; usum amouētes, ferrū & rudē massam uasti pōderis pro pecunia ha
buere. Sicut Byzantij ferri massam pro numo appendebant. Massyli uerò in Aphrica
populi, pecora & mapalia, pecuniæ loco habuisse ferunt: cum quibus merces sæpe mer
catores cōmutabant. In Britannia gens inhospita iuxta Scyllirā insulam, permutando
dare necessaria & accipere cōsuerāt. Reliqui ære aut annulis ferreis ad certū pondus
delibratis. Quod apud Baleares fuit in more, ut omnē auri aut argenti materiā exe-
crati, nullius generis numos ad se afferri sinerēt. Idē de Carmanis & Bambycacijs, qui
in Tigri sunt, memoriæ proditū est, ut omnia metalli genera coementes, illa in profun
da terrarum, & abditas solitudines suffodiant, ne pecuniæ cōmercio eneruaretur animi
indoles, ingenijq;. Quod de Indis & Aethiopibus traditum accepimus, qui auri mate-
riam tam uili æstimarunt, ut catenas noxiorū tantùm ex illo conflarent. Omnes deniq;
gentes nationesq; apud prius sæculum mercibus res inuicē cōmutare, uel corijs boum
numorum loco, aut bobus pecudibusq;, ac ferreis uirgis usos cōperimus, Homeri testi-
monio, qui res censu & æstimātione dignas, nō pecunia, sed boum, & pecudum nume
ro taxauit, cùm nihil tunc impenso precio ueniret. Primi igitur Lydi aureum & ar-
genteum numum, cùm tunc nullus foret, inuenisse traduntur: Tametsi Aeginæ argē-
tum primò signatum nonnulli credant: Alij apud Eleos pondera & ex argento nu-
mos à Phedone inuentos putant. Apud Persas uerò Darius ex auro monetam percus-
sit primus: In Latio Saturnus æreum numum repperisse traditur. Rhomanis quoq; au
ri argentiq; signati longo tempore nullus usus fuit: Pecudibus enim & iumentis bo-
busq; res permutare, sontesq; plectere solebant, æstimabaturq; bos cētussibus, ouis ue-
rò decussibus. Corijs uerò boum numos percussos à primis originibus iudicare licet:
quòd Numa Pompilius Scorteos asses, congiarium populo dedisse fertur. Post quos
Dionysius ex Stāno conflauit numos. Interiectio deinde tempore, ære graui Rho-
manos usos comperimus, quod appenso, non numerato, debita exoluebant, quo tempore
Seruius Tullius Rex primus, nota pecudum æs signasse proditur, unde & pecunia di
cta: Cuius rei causa, in uetustissimis numis, bouis pecudis, aut suis signum incussum ap-
paret. Sed q̃uis à Seruio Tullio pecunia percussa, nō propterea à graui ære præcijno
mine, quod inter licentem ementemq; conuenit exoluendo desitum est: Quippe post
Decemuiros, etiam ære graui Rhomanos usos fuisse, debitaq; exoluisse, Authores
tradunt, quod æs graue, massa æris fuit, non percussa aut signata, appendi non nu-
merari solita. Sequtis mox temporibus, Seruio Cepione & Cn. Sempronio COSS.
post Attilium Regulum, argenteo numo primùm figurato, Rhomæ altera parte
Ianus bifrons, altera nauis prora incussa fuit. Tametsi, quinq; annis ante primum

Indiciū Eremocidium apud Iustinianum.

Apud ueteres diu pecuniarū usum, argentitē & auri nō fuisse.

Aurei & argētei numi inuentores.

Numi ex corijs boum.

Pecunia undè.

Numorū apud Rho. insignia.

Punicum bellum argenteum numum Rhomæ signatum, non nulli credant: demũ post
annos II & LX, aurei apud Rhomanos eadem nota incussi fuere. Deinde bigæ, &
quadrigæ, ac uictoria: quare uictoriati, bigati, & quadrigati dicti. Fertur tamẽ Liuius
Drusus in Tribnnatu tertiam æris partem argento miscuisse, & signo Victoriæ pari-
ter numũ percussisse, cui Victoriato nomẽ. In triente autem & quadrãte Rhomani ra-
Persarum stateres. tes incussere. Persæ Stateres Darecos numismata habere dicuntur: Græci & Athe-
nienses Tetracinam, & Cistophoros, ac Philippeos numos, qui bouis imaginem lon-
Græci. go tempore habuere incussam, tunc primum à Theseo inuentos, ut ab armis ad agrorũ
Athenienses. cultum ciues auocaret: Cuius formæ Eleis numisma fuit, in quo bouis imago designa-
Elei. batur: Præter quos fuere Oscenses & Stateres Darıci, Philippei, & Alexandrei, qui
Noctua in numismate atheniensi. ex auro cudebantur, in quibus mulæ cum curru uidebãtur effictæ. Postea Noctua cũ
Mineruæ facie Athenis incudi cępta: unde illud proditum est, Gilippi seruũ Epho-
ris detulisse, multas sub tectis cubare noctuas, quod Lysandri pecuniã, quã Gilippus
fuerat depeculatus, sub tecto condiderat. Trœzeni cùm Neptunum præcipuum co-
Trœzeni. lant, Tridentem numo effictum habuere. Persicus uerò numus Sagittarium incussum
Persæ. habuit, qui Darıcus etiã dictus. Germani Serrã, qui Serrati. Dardani duos insculpsere
Germani. Gallos: Rhegini leporẽ & currũ: Cephalenes equũ: Thasij Persen: Argiui Murẽ,
Dardani. Mitylenæi Sapphus imaginẽ: Tarẽtini numi Taran Neptuni filium, qui Delphino ue
Rhegini. ctabatur. Aspendij palæstras: Locri autẽ & Ozolæ Hesperũ stellam effinxêre. Apud
Cephalenes. Chios ænea moneta fuit, cui nomẽ Homerus. Pelopõnessiorũ numisma testudinis figu
Thasij. ram habuit, cui Cheloni dixere nomen: Cyzizeni altera parte Cybelem, altera Leonẽ:
Argiui. Tenedij securim, & facies duas eadẽ ceruice prominentes: Corinthiaci, qui Poli dice-
Mitylenæi. bantur, Pegasum: Gergithij autem, qui in Phrygia minore sunt, Sybillæ imaginẽ, quòd
Tarentini. inde esset oriunda: hoc sempiternæ laudi fore arbitrati. Postea uerò nouitio inuento,
Aspendij. ut imagines Cæsarum cum inscriptione & titulis, numis ascriberentur, obseruatũ est:
Locri. Quare Nero Cæsar in habitu Citharœdi se numo insculpsit: & Seuerus Imperator
Chij. habitu Alexandri numos figurauit: Galenus post occisos Satrapas Persarũ, monetam,
Peloponnessij. qua Persas captos ducebat, percuti iussit: Augustus Octaui⁹ nota sideris Capricorni,
Cyzizeni. sub quo in lucẽ æditus erat, argenteũ numũ percussisse dicitur. Deniq;, cùm apud prius
Tenedij. sæculum nullus numorũ usus foret, iudicare licet Homeri tẽporibus, non pecunia, nec
Corinthiaci. ære signato, sed mercibus inuicẽ Achiuos uinũ, æs, & ferrũ, armis & mancipijs eme-
Gergithij. re consuesse. Cùm uerò hac admonitione attentior factus, ἐν τῇ. κ. τῆς Ἰλιάδος ὁμήρου ῥα-
Numi cũ Cæsarum inscriptione. ψῳδίᾳ uersarer, eos uersus haud multo negotio comperi: qui tales sunt:

In fi. li. vij. Iliados.
» Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
» Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
» Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσιν,
» Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι, τίθεντο δὲ δαῖτα θάλειαν. idest,
» Vnde reportabant criniti uina Pelasgi,
» Aeris quidam, alij fulgentis munere ferri:
» At scutis alij, pars bobus mancipiisue
» Mutabant passim, & conuiuia læta parabant.

¶ Quæ portæ Vrbis Rhomæ præcipuæ fuerint, & unde nomina sumpse-
rint, & ex quibus causis cognomenta. Ca. XVI.


VRBIS Rhomæ sicut sæpissime pomœrium prolatum fuit, ita multipli-
ces portas pro murorum ambitu extructas fuisse, facile est coniectari:
Nam cùm à prima origine fundamenta Vrbis in Palatino monte fue-
Tres portæ. rint, cuius radicibus antiquissimum pomœrium terminabatur, tribus
Carmentalis. portis tunc Vrbs contenta erat: hæ fuerunt, Carmentalis quæ Sce-
Pandana. lerata, Pandana quæ Libera dicta est, & Mugonia quam Trigoniam à tribus
Mugonia. angulis uocatam ferunt: id autem pomœrium quod Romulus posuit à foro Boario
procedens

procedens ad magnã Herculis arã: inde per ima mõtis Palatini ad aram Consucij, mox ad Curias ueteres, & demũ ad sacellũ Lariũ, protendebatur. Et cùm esset tũc Rhoma quadrata, ad forum Rhomanũ procedebat. Varro autẽ à Sylua quæ erat in arca Apollinis in palatio, usq; ad superciliũ scalarũ Caci, in Auẽtino, occidentẽ uersus. Et ad Tuguriũ Faustuli, ubi casa Romuli fuit, prima Vrbis fundamẽta protendi asseuerat. Adiecto deinde Capitolino colle à T. Tatio, quem Arcades Saturniũ uocarunt, satis constat portam illic excitati castelli, Saturniã nũcupasse, quæ Pandana, eò quod semper pateret, dicta est. Cumq; infima Capitolini, montis Carmentæ habitaculũ fuerint, inde Carmentali portæ nomen datum, quæ & Scelerata, eò quod CCC & VI Fabij inde prodeuntes, infausto prælio ad Cremerã omnes à Veientibus oppressi, & miserãda nece cæsi fuere: Iuxta quã ædes Matris, Matutæ, & Bellonæ, & Columna, ex qua dabatur belli signũ, si quãdo contra hostes præualentes sumebãtur arma. Ad hanc portã, matronas Carmentæ nymphæ (quæ mater Euandri fuit) annuas hostias immolare, & sacrum facere produnt. Sed cũ Tarquinius priscus, quadrato saxo primus, & deinde Seruius Tullius pomœriũ protulissent, duosq; Vrbi colles adiecissent, ita ut septẽ colliũ Vrbs fieret, q ultimus Vrbis ambitũ auxisse fertur, ac reliqui Reges Vrbem parũ mœnibus ualidam, aggere & fossis muniuissent, portarũ quoq; numerũ augeri consentaneũ fuit: eoq; magnitudinis Vrbs ꝓcessit, sæpi⁹ aucto dilatoq; pomœrio, ut IIII & XXX portæ per omnẽ ambitũ Rhomæ fuisse legamus: Ipsumq; pomœriũ, Aurelianũ Cæsarem tandem definisse, ut ad millia passuũ XXX mœnia protẽderet. Tametsi Nero Hostiã tenus mœnia promouere, atq; inde fossa mare ueteri Vrbi statuisset inducere. Exquilinam ergo, Viminalem, Quirinalem portas, & Cœlimontanam, à collibus Vrbis, ubi sitæ erãt, uetusto nomine denominarũt: q̃uis qđ Quirini sacello foret proxima, Quirinalem dictã nonnulli ferãt, iuxta quã Veneris Erycinæ templũ. Quæ quidẽ Viminalis aliquãdo Numẽtana, dicta est: sicut Exquilinam Taurinam à capite Tauri insculpto, uocatam ferunt. Capenã uerò, constat affluentiũ aquarũ multiplices habuisse decursus. Illinc enim ad Martis ædem semita fuit, quadrato saxo, ubi & Manalis lapis qui in Vrbem delatus, pluuias excitare dicebatur: Sicut aqua in Lycæi Iouis fonte, si quãdo siccitate leboraret, Sacerdotis manu querno ramo agitata, cogebat nubes, largosq; effundebat imbres. Et Athenis Terræ fuisse simulacrum Pausanias prodit, suppliciter à Ioue aquã expetentis uero euẽtu, cuius ara in monte Hymetto uisebatur, quẽ ἴμεβριον, quasi pluuiũ Iouem dixere. Et apud Indos in arce quã Magi incolunt, dolium uidisse Apollinius tradit, quo aperto, in defectu aquarum nebulæ emittũtur, quæ totã Indiam imbribus humectãt: Quod etiã documẽtum Democriti fuit, ut ad imbres excitãdos, caput & collum Chameleontis ligno roboris uti præceperit. Ad eandemq; Capenam, aqua Mercurij erat magnis studijs celebrata: qua mercatores Idibus Maijs se inspargebant, & sua uberes quæstus propterea facere arbitrati. Et Alcmon aquæ riuulus, cuius aqua Sacerdotes furore uesano inter se digladiantes, Cybelis simulacrum ex Pessinunte aduectum, quotannis abluebant. Iuxta quam M. Marcellus secũdo Punico bello, ædẽ Virtutis antea uotã dedicauit. Mutionis uerò à Mutione, q illi aliquãdo præfuit, & Minutia, quia Minutij sacello erat proxima, quẽ pro Deo uetustas coluit. Et Salutaris ab æde Salutis. Et Rhautumena ab auriga Rhautumeno, qui Veijs cursu uicerat, quo è curru effuso, equi citatissimi cũ palma in Capitoliũ cõtenderũt: portæ dictæ denominatæq; sunt. Catulariã uerò dixere, quòd iuxta eam ad placandũ Caniculæ sidus frugibus inimicũ, immolarẽtur ruffæ canes. Et Piacularẽ, propter ostẽta & piacula quæ illic fiebãt assiduè, dici Pompeius memorat. Collina quoq;, quæ Agonensis dicta est, ꝓpter anfractus multiplices, quòd partim ædita, partim decliuia essent loca, nomen sortita dicit̃: extra quã Veneris Erycinæ, & Quietis Tẽpla fuere, & iuxtà cãpus cui Scelerati nomẽ fuit: in quo incesti dãnatas, uiuas defodere Vestales assueuere. Rhomanulam uerò, & Collatinã: alteram quòd ex Sabinis Rhomã patens uia foret: alterã quòd illinc Collatiã expeditũ iter esset, denominarũt: Sicut Ferẽtinã, quòd Ferentinũ ferret. & Gabiusam, quòd Gabios. Hanc uerò Collatinam aliquãdo Pincianam dictam nonnulli uolunt, quod nomen adhuc manet, à proximo palatio deductum, unde de-

Forte Consi.
Saturnia.
Pandana unde
Carmentalis
Scelerata.
Vrbs septem collium.
Portæ xxxiiij. Rhomanæ urbis.
Exquilina.
Viminalis.
Quirinalis.
Cœlimontana.
Numentana.
Taurina.
Capena.
Pluuiæ excitandæ modus.
Iupiter pluuius.
Aqua mercurij.
Alcmon.
Mutionis.
Minutia.
Salutaris.
Rhautumena.
Catularia.
Piacularis.
Collina seu Agonensis.
Campus sceleratus, in quo Vestales defodiebantur.
Rhomula.
Gabiusa.
Collatina seu Pinciana.
Ferentina.

Rhomula siue Rhomanula. molita marmora Theodoricus Rex Rauennam deportauit. Fuit quocꝫ Rhomula por
ta quã Sabini Rhomanulã uocauerũt, quòd per eã proximus Rhomã aditus esset, quæ
Querculana. gradus ad noualia & Volupiæ sacellum habuit. Et Querculana, quòd quercũ proxi-
Rãdasculana. mam haberet. Et Rãdasculana, quòd ære munita foret: Siquidẽ à ueteribus æs Ran-
Randus. dus dicebaẽ: In qua caput Aeneũ longo tẽpore stetisse memorãt, postꝗ Genutius Ty
pus Prætor oraculo monitus ne Regno potireẽ, illinc ingredi noluit, accessumcꝫ dene-
Ianualis. gauit. Sicut Ianualis à Iani signo ibidem affixo, nomẽ uẽdicauit: quæ sub colle Vimi-
nali fuisse traditur, per quã uim aquarũ ingẽtem magnis procellis cõtra Sabinos fluxis-
se, illoscꝫ uiolentissimis tempestatibus oppressisse memorãt. Quã Rhomulam, Ianualẽ,
Trigemina. & Mutionis nõ in Pomœrio, sed intra Vrbis ambitũ sitas, nõnulli uolunt. Nam de Tri
gemina & Lauernali satis cõstat, alterã ꝓpter Trigeminorũ pugnã, cùm regnãte Tul-
Lauernalis. lo, inter Rhomanos & Albanos à Trigeminis pugna cõmissa fuit: Alterã quòd ad la-
Lauerna. cum Lauernæ facilis inde uia foret, nomina tulisse. Fuit enim Lauerna furũ Dea, in cu
ius luco ut impunita essent furta, prædã fures sortiri, & rapacissimũ quencꝫ immolare
tradiderũt. Est tamen literis proditum, Latinos populos annis singulis ad Trigeminã,
Sanqualis. Euãdro ueluti Deo sacrũ facere: Sicut matronæ apud Carmẽtalem, Carmẽtæ. Sãqua-
Libitinensis. lis ꝓxima ædibus Ancij Regis porta fuit nõ incelebris. Et altera Libitinensis, ꝑ quã
Mugonia seu Trigillia. fato defuncti efferebãtur. & Mugonia à boũ mugitu, qui illic frequẽtes erãt, denomi-
Neuia. nata: iuxta quã Tarquinius Priscus habitasse fertur, quæ & Trigillia dicta est. præter
Lauicana. quas fuere Neuia, Lauicana, Metia, & Flumẽtana, iuxta quã fluxisse Tyberim uolũt:
Metia. Ex hac enim ad Petellinũ lucũ modica uia erat. Et Triũphalis, per quã triũphi die, au-
Flumentana. Triumphalis. rati currus, captiua præda, & põpa triũphi ꝓcedebat. Aurelia, Vaticana, & Portuensis,
Aurelia. quæ Septimiana nouicia denominatione, ac Fontanilis trãs Tyberim, qđ haud procul
Vaticana. inde fontiũ sacra, fontibus & puteis coronatis, fierẽt, dictæ nominatæcꝫ sunt. Sed præ
Portuensis. cæteris, unã legimus fuisse, cui Fenestræ dedere nomẽ, uel quòd humilis & angusta fo
ret: siue quòd Tarquinio Prisco regnãte, cùm à pastoribus oppressus fuisset ex insi-
dijs, Tanaquil inde populũ alloquta, ipsius interitũ tam diu dissimulauit, donec Seruiũ
Tulliũ regni successorẽ fecit. Est quocꝫ illud animaduertere, quòd cùm mœnia ciuita-
Mœnia ciuitatum sancta. tum sancta sint, proptereacꝫ illa trãsgredi sinè piaculo fas nõ sit, certiscꝫ præfinitis spa-
tijs, pomœrio inaugurato, fuerint cõsecrata: ita ut quicꝗd circa ea soli esset, necꝫ habi-
tari, necꝫ arari liceret: Portas tamẽ sanctas haberi minimè decebat: ꝗppe cùm ingredi
& exire, & defuncta corpora illinc efferre, aliacꝫ ꝓfana facere cuiuis ꝑmissum fuerit.
Apud Exteros portæ. APVD exteros uerò portæ præcipua denominatione istæ feruntẽ, Scæa apud Troiam,
in cui⁹ superliminio Laomedõtis cadauer sepulchro conditũ erat: sicut murus & am-
nis eiusdẽ nominis fuere. Alexãdriæ Canopica. Athenis Pyraica, & Sacra, & Charo-
nia, per quã dãnati ferebãtur ad suppliciũ: & Dipylus oĩbus patẽtior, atcꝫ aliæ Nym-
phades noĩe. Megaris fuit Triasia, q̃ Diplon dicta. Corinthi Teneatica, Thebarũ por
tæ Homoloidæ nũcupatæ sunt: apud Sycionios quocꝫ Sacra fuit, ubi Epopei uisebaẽ
monumentũ. In Argo Diampares: apud Leõtinos Iracea: in Zichico Thracia: apud
Tybur Rarana: Capuæ Iouis, ubi platea Selapsia, in qua unguẽtarij negotiãtur: Cre-
monæ Brixiana: Tarẽti Temenitida: Syracusis Meniditæ, Trogillorũ, & Agradianæ:
extra quas frequẽtia sepulchra uisebãtur. Babyloniæ uerò licet plures celebrentur, ta-
men præcipuè Semiramidis, Ninorũ, Chaldæorum, Belides, & Cissiæ.

¶Quo ritu, quibuscꝫ cærimonijs Hostia apud Priscos Dijs immolabatur, &
quo modo fiebant sacra, & quid apud Exteros. Ca. XVII.

QVI MOS sacrorum fuerit, quocꝫ ritu, aut quibus exemplis hostia cæde-
retur, & res diuina fieret, ueteribus monumentis intercisè perscriptum
Singulis Dijs sua sacra. est. Et tametsi, singulis ferè Dijs sua sacra instituta forent, quæ trãsgredi
aut præterire ducerent nefas: necꝫ Deos omnes eisdem sacris semper,
sed alios alijs ritibus cærimonijscꝫ placari deceret: tamen in omni sacri-
ficio, statas cærimonias, & solita solẽnia cõuenit obseruari: quas si prætereãt, haud du-
biẽ,

biè, piaculum fieri, & sacra pollui putabãt: Siquidẽ in oĩbus sacris, Sacerdos cùm Dijs
immolat, & rẽ diuinã facit, prius corporis ablutiõe purgat̃, & à Venere abstinet, ut lau
tus purusq; accedat: Quippe Ieiunij & castimoniæ sacra adituris mirã obseruationẽ
fuisse, Authores tradũt. Legimus Numã Põpiliũ, cùm ꝓ frugibus faceret, esu carniũ
& Venere abstinuisse. Et Iulianũ Cæsarẽ oleribus leguminibusq; cõtentũ sæpe cœni
tasse, ob religionẽ: atq; eos q̃ Isidis sacris initiãdi erãt, dies x parcere carnib⁹ & uino:
& Aegyptios festis quibusdam diebus Ieiunia seruare. Aquæ uerò aspersione cor-
poris labem tolli, & castimoniã præstari putabãt: præterq; Mysos & Essenos, aliosq;
qui ob religionẽ animãtibus abstinẽt, cælebemq; uitã agũt, qui Abij & Anymphi di-
cti sunt: constat Sacerdotes matris Deùm Samia testa sibi uirilia amputare: atq; illos
qui maxima sacra obibant, ut in casta religione manerent, & procul à mulierum conta
gio uitam agerent, hærbis quibusdam emasculari, & uirilitatem amittere. Vtq; nulla
nisi sacrorum maneret cura, nudiq; & uacui religioni intẽderẽt, cunctarum rerum do
minio se abdicare. Quod iure Pontificio cauebatur, cuius uerba sunt: Ad Diuos ad-
eunto castè, pietatem adhibento, opes amouẽto, qui secus faxit, Deus ipse uindex erit.
Quam castimoniam apud exteros quoq; seruari meminimus: quippe in Thesmopho
ris, matronæ Athenienses, ut Veneris ictus cohiberent, folijs Vitilium cubilia subster
nebant: nõnulli garo ex piscibus, qui squamam non habẽt, quòd incendia libidinum re-
primeret, & irritos conatus faceret, in sacris usi sunt: quòd Agesilaus putabat, Deos
non minus religiosis operibus, quàm sacrificijs castis delectari: Legimus quoq; Hie-
rophantas Atheniẽsium, postq̃ in Pontificatum euecti erãt, ut castissimè sanctissimeq;
Sacrum facerẽt, cicutæ sorbitione castrari: & Aegyptios Sacerdotes, negotijs omis-
sis, mulierib⁹ nũq̃ indulgere, carnibusq; & uino abstinere: atq; Gymnosophistas adeò
abstinentiæ studiosos, ut pomis solùm, oriza, & farina alantur: in Creta quoq; Euripi-
des testatur, quos uocant Iouis Prophetas, non modò carnibus, sed ne coctis quidem
uesci: Et Indorum Magos, qui ad Solis Sacerdotium euecti erant, carnibus abstinere,
& nunq̃ sub tecto esse, sed lineis uelari, & sub dio uitam agere. Quinetiam obseruatũ
inuenimus, ut qui rem diuinam facturus erat, ad suam leuandã culpam, se in primis reũ
dicere debeat, & noxæ pœnitere, ac fateri admissum, uultũq; sũmittere, & ad oẽm mo
destiã fingere: deinde ipse, aut publicus Præco præcedẽs sacra, HOC AGE clamitet,
uoceq; excitet populum, ac uirga turbam summoueat, quæ Cõmẽtaculum dicta est: si
lentiumq; indicat, ne mala uox obstrepet, néue quid triste auribus accipiat, & sacris fa-
uere, & intentos esse iubeat: Namq; in Deorum sacrificijs taciturnitate in primis, &
intẽtis animis opus erat: quia si opus facientem Sacerdos inter sacra uidisset, temerari
& polli putabantur, religione inexpiabili: Ideo custos dabatur, qui sacra inspiceret, &
alter qui linguis fauere iuberet. Græcis autem, ad sacrificium accessurus, hoc præfa-
tur primùm, τίς τῇδε; hoc est, quis hic? qui uerò intersunt sacris referũt, πολλοὶ, κἀγαθοί,
quod est dicere, multi, & boni: Nam polluti homicidio, aut sanguine infecti humano,
hominesq; turpissimarum sordium, sacris arcebantur: néue aras contingerẽt, aut sacri-
ficio interessent, lege uetabantur. Et quia à quibusdam sacris mulieres innuptas, aut
seruitio pressos, uel ære coemptos, abesse oportebat: ideo in sacrorum apparatu, Li-
ctor præfabat̃, Hostis uictus, mulier uirgo exesto. In Chæronea uerò Sacerdos lorũ
tenens, pro ædibus Matutæ clamitat, non seruum ingredi, non seruam, non Aetolum,
non Aetolam: cùm his sacrificio adesse non liceret. Apud Magos, qui lentigines ha-
bent, tanq̃ inuisi Dijs immortalibus, ab aris procul fiunt: & hi qui elati reuixerũt, qui-
busq; uiuentibus exequiæ factæ sunt, uelut profani, à sacris arcebantur: sicut à Sacer
dotio bis nupti. Apud Germanos, qui scutum amisissent in acie, sacris interesse nõ po
terat: Et apud Aegyptios subulcis uniuersis Templa interdicta fuere: & Hebræis
menstruatis, & his qui impetiginem habent: Scythis quoq; qui nullũ hostem interfe-
cisset in acie, in solẽnibus libare nõ poterat: reliqui initiati, adesse nõ uetantur: Rho-
manis uerò siquæ sacrificio mulieres intersunt, capita uelant. Cũq; adorat qui rem diui
nam facit, uelato capite, ne auersus animus à sacris fiat, dexteram ad osculum ferre, &
se in orbem circumagere, prout Numa instituit, necessum habet. Quodq; Tibicines

Sacerdos lotus & castus.
Ieiunium.
Aegyptij.
Aquæ aspersio
Abij.
Anymphi.
Cybeles sacerdotes.
Antidota aduersus Venerẽ
Agesilai sententia.
Hierophantæ Atheniensium.
Iouis prophetæ.
Indorũ magi.
Rem diuinam facturus.
Cõmẽtaculum.
Taciturnitas in Deorum sacris.
Quibus, sacris adesse non licebat.
Chæronẽses
Magi.
Germani.
Aegyptij.
Hebræi.
Scythæ.
Mulieres in sacris, & rẽ diuinã facturus, capite uelato.

& Citharœdi, qui liras septicordes tenderent, in Deorum sacrificijs cum cantu & lõgis Tibijs præcinant, & nequid aliud agatur exaudiaturq́, moneãt: illudq́ ius in æde Vescendi habeãt, prisca est religione seruatum: quæ quidem Tibiæ sacrorum ex buxo: quæ uerò ludis præcinebant, ex osse Asinino, aut argento fiebant: quòd illæ miti sono ad rem diuinam, istæ stridenti & acuto ad prælium accenderẽt. *[Tibiarũ uariæ species.]* Fuere enim Tibiarum species plurimæ, ad usus uarios: Nam Libyes Plagialon uocant, quæ ex Loto fit: Elymos ex buxo & lauro. Celtæ ex calamis utuntur fistula. Aegyptij ex stipula ordeacea. Scythæ & Arimaspi ex aquilarum & uulturum ossibus, ex quibus aliquæ erant Serranæ, quæ æquales habẽt cauernas: aut Phrygiæ, quæ impares & inæquales. Post aliquot uerò tempora, ne Tibiæ præcinerẽt in sacris, fuit lege cautum: *[Aegyptijs pro Tibijs cantus in sacris adhibitus.]* Aegyptijs in usu erat, nõ Tibias, sed cantus adhibere in sacris, quibus septem uocales Deos modulata uoce collaudare, Tibiarum & Citharæ loco fuit. *[Iudæi.]* Iudæi in sacris non modò Tibia sed Tympanis cõcinunt. *[Suæ cuiq; deorum hostiæ.]* Vtq́ suæ hostiæ Dijs dicatæ sint, & Superis albæ, Inferis uerò nigræ immolẽtur, neq; duobus Dijs unam hostiam mactari, quia utri Deo res diuina fieret, facile non dinoscerẽt, in omni sacrificio uulgò seruatũ est: *[Quæ hostiæ dij nõ placabantur]* Nãq; aliena hostia, uel debili & manca, quæq; reluctatur, & se admoueri altaribus non sinit, Dij non placantur, fugientemq́ hostiam, quæq; altaria detrectaret, ubicunq; nãciscerentur, mactari oportebat, ne piaculum fieret. *[Suæ cuiq; aræ]* Et sicut suæ hostiæ numinibus dicatæ sunt, ita & aræ fuerunt: Superis enim à terra exaltatis aris, Terrestribus in terra, Inferis uerò sub effossa terra, sacra facere conuenit: *[Indorum sacra]* quod apud Indos fuit diu seruatum, ut terrestribus Dijs in cauernis, Soli uerò in sublimi sacrum faciant. Nõnunq̃ sinè ara, in nudo solo & pauimento, sacra peregisse Græcos, cõpertum est. *[Odyss. xiiij.]* Eumæus apud Homerum super Escharam, uictimã fecit. *[Arabes.]* Arabes arulam super aram constituũt, in illaq; Soli immolare, & thus adolere solent: Hæ enim ad normam quadratæ fuerunt: *[Verbenæ faustæ in sacris.]* superq; eis sacra facturi, cespitem ex gramine, seu uerbenas apponũt: Istæ enim faustæ in omnibus sacris habitæ, quas ex sacro loco decerpere conuenit. *[Aræ frõdibus dijs sacratis ornatæ.]* Ipsasq; aras suorum numinũ fronde ornare, ut Ioui esculo, Apollini lauro, Mineruæ olea, Veneri myrto, Herculi populo, Baccho hedera, Pani uerò pino, Diti autem cupresso: *[Laurus ad arã maximã Herculis.]* Quanq̃ ad arã maximã Herculi sacra facturi, sola lauro, neq; alia coronẽtur fronde. *[Thraces.]* *[Iudæi.]* Thraces & Iudæi pro lege habent, in ommibus sacris hedera coronari: *[Cappadoces.]* Cappadoces ambrosia. *[Aegyptij.]* Apud Aegyptios, hedera uitibus præfertur. *[Druidæ.]* Druidæ nullum sacrum sinè roboris fronde cõficiunt. Ptolemæus heliochryso coronauit Deos. Thraces uerò nõ solùm coronati, sed scuta & gladios hedera ornati, in solẽnibus libant. *[Isiaci.]* Isiaci absinthij marini ramũ uirgultis cæteris præferunt. Aegyptij in Iouis pompa, & Magi myrica. *[Hermionẽses.]* Hermionẽses hyacintho coronantur in sacris. *[Parthi.]* Parthi ex diuerso gramine coronata agna, odores incendunt. Ferũt Aegyptios agrosti hærba manibus decerpta, adorasse, & papyri flore coronasse Deos. Vespasianus uerò coronas ex Cinnamomo interrasili auro sæpe Tẽplis dicauit. Apud alios autẽ fagi cortex religiosus fuit. *[Thebani & Athenienses.]* Non sic Thebis & Athenis: nãq; in Palladis templo haud facile quisq̃ hederam inuenit. *[Hærbæ infaustæ in sacris.]* Ea uerò hedera quæ fert racemos Labruscæ modo, quã Smilacem nominant, & arbores quæ nec seruntur, nec fructũ ferunt, infaustæ omnibus habentur sacris, & damnatæ religionis. *[Persæ.]* apud Persas non modò qui sacrificat, sed hostia, & qui sacris intersunt, festa ornantur fronde. *[Indi.]* Indis cõtrà: nãq; ex his coronatus sacrificat nemo: Persæ tamen, nec Deorum imagines habent, nec Tẽpla erigũt: Erãt enim ædium sacrarum & simulacrorum euersores, sed in loco mundo & excelso, cum precatione Dijs uictimas immolãt: quod à plerisq; usurpatum inuenimus: Nam Carmeli, Deus colebatur, cui nec Tẽplum erat, nec simulacrum, sed ara tantùm & diuinus cultus. *[Iudæi.]* Iudæi mente sola unum numen colunt: ideo nulla apud eos simulacra, non modò Tẽplis, sed nec urbibus insunt. *[Germani.]* Germani quoq; nullam humani oris speciem Dijs, præ eorum magnitudine, dederunt: nec Tẽpla dicarunt: sed lucos & nemora Deorum nominibus appellant, illa uelut sacra Templa uenerati. *[Vestis sacerdotis sacrificantis.]* Sacerdos autem, & qui uictimã facit, pura in ueste & cãdida (nam color albus Deo gratus in primis) in textili tela, nec maioris operæ quã menstruæ, nõnunq̃ in purpura & auro. *[Triũphales uiri.]* Triumphales uiri, & qui amplos honores gesserant, in triumphi ornatu,

ornatu, aut in prætexta, lotis manibus & frõde coronati, sacri & uenerabiles, nudis pedibus, & tonsa coma, ad rem diuinam accedebant: Idq́ à Pythagora traditum Lacedæmonij obseruarunt, qui nudis pedibus adorandum sacrificandumq́ cẽsuerunt. Pura autem & religiosa dicebatur uestis, qua rem diuinam facturi, festa utuntur die, ea quidem erat soluta omni uinclo, nullis maculis, nec squalore obsita, nec funesta aut fulgurata. Quod siquis nece aliqua pollutus fuisset, bis septẽ uicibus inundationibusq́ uestes abluebat aqua, his piamentis ab immũdicia emaculari arbitrari. Aegyptij uerò laneas uestes non inferunt in Deorum Tẽpla, nec cum his cadauera sepeliunt. Hostia si maior erat, auratis cornibus, si minor coronata illius Dei fronde, cui sacra fiũt, incedebat: Infulaq́ lanea, & candida uitta circũdata, ante aras nullo uinculo ligata sistebatur: neq́ enim in sacris uinctum quid esse poterat. Contrà uerò apud Senones: nam lucũ sacrum uenerantur, quem nisi uinculo ligatus, ingredi nemo poterat: qui si forte prolapsus corruisset, attolli minimè licebat, sed per humũ reptare necessũm erat. In Scythia quoq́ Marti sacrum fit, in quo uictima primis pedibus ligata, ad aram sistitur, cui laqueum in collo iniiciunt, ac baculo circunducto strangulant, sinè precatione & uotis. Quam quidem aquã de fonte Iuturnæ, qui circa Numicium labitur, quæq́ in omnibus sacris adhibetur, in primis inspergebant: eam uerò aquam super terram posuisse, piaculũ & triste omen erat: Ideo uas lato ore, & fundo angusto, in quo hauriretur, ne stare posset, in sacris adhibebant: cui Cadum, alij Scyphum dixere nomen: Illudq́ manibus tenere oportebat: Quod quidem Flaminicæ uirgines sacrorum ministræ, aut Vestaliũ famulæ, nõnunq̃ pueri Flaminum ministri, quos Camillos appellant, patrimi & matrimi omnes coronati tenebãt manibus: Ex hac aqua ægros curari, & bonæ ualitudini restitui putabant. Apud Athenienses uerò aqua erat ex Calliroe fonte, magnæ religionis, in maximis sacris, & spõsalitijs cærimonijs, in quibus aliam adhibere nefas habebatur. Fertur in Delij Apollinis tẽplo, præcipua aqua fuisse, sacrificantium usui accõmoda, quam ad alios usus hausisse, magni criminis instar erat. Græci in sacrificijs & expiationibus, Eleutheri aquã freq̃uẽtes adhibent: Trœzeni ex Hippocrene: Persici Reges ex Choaspide, quã peregre profecturi, secum ferunt: Arabũ Reges ex Euleo, qui ortus à Medis, præcipuo nitore fluit. præ cæteris uerò Aegyptij, tanti Nili aquã fecere, ut cùm Hydria ad Templum humeris ferebatur, omnes procumberẽt, & sublatis manibus Dijs gratias agerent. Ferũtq́ Babylonios Reges ex Nilo & Istro aquas inter gazas condere assueuisse, uelut hoc argumentum suæ magnitudinis ostenderent, cùm per tot spatia terrarum, totq́ inuias regiones aduectæ fuerint. Ipse uerò Sacerdos lanea Infula uelatus, & fronde coronatus, aram manibus tenens, ad Orientẽ uersus (quippe matutinũ tempus sacrificijs idoneum æstimarũt: cùm Deos tunc assidere Tẽplis, & matutinis salutationibus adesse opinio foret: Magorũ & Persarum exemplo, quibus in more fuit, primo semp diluculo canere Dijs, hymnosq́ & laudes dare, orientemq́ Solem uenerari) meditato & solẽni precationis carmine, uerbis priscis ex annalium uetustate erutis, Numina & Deos precatus, uota effundebat: quam precationem plerũq́ ter geminabat. Indi uerò & Gymnosophistæ in meridie, & ubi multùm diei processerat, immolare Dijs usurparunt: Quod Mercurius in Asclepio existimauit, ut adorantes medio die cõuertantur in austrum, occiduo in occasum; si uerò primùm oriatur Sol, in ortum. Fuitq́ Apollonij Tyanei opinio, summo diluculo cum Dijs uersari, procedente mox die, de Dijs loqui oportere. Moses autem & Hebræi occidentẽ spectari censuerunt. Ea uerò Infula ex lana alba & cocco fuit, instar fasciæ, plerũq́ lata, nõnunq̃ tortilis & rotunda, ex qua uittæ hinc inde defluebant. Principiumq́ precationis à Iano & Vesta, quæ in omnibus sacris præcipua Numina sunt, quæq́ in uotis nũcupandis, præfationẽ perpetuã meruere, fieri oportebat: ut per eos ad reliquos Deos aditus pateat, quibus thus & merum offerebat in primis: In qua precatione obseruatur, ut Iupiter pater Optimus Maximus, Vulcanus, Apollo, Mercurius, omnes deniq́ Dij sacro carmine patres aduocentur. Quod in omni sacro constitutum fuit, ut cuiuis Deo sacrificetur, necesse foret, post ipsum reliquos aduocari, ut hi uolentes & propitij, uotis & precationibus adsint. Antoninus uerò Imperator Deum Heliogabalum

Lacedæmonij. *Pura & religiosa uestis.* *Homicidij expiatio.* *Aegyptij.* *Hostiæ ornatus.* *Senones.* *Scythæ.* *Aquæ sacris adhibitæ apud diuersos.* *Camilli.* *Sacerd. sacrificantis cærimoniæ.* *Tempus sacrificijs idoneum.* *Magi & Persæ.* *Indi & Gymnosophistæ.* *Hebræi.* *Infula sacerdotis.* *Precatio.* *Constitutũ in omni sacro.*

balum,quem magni Numinis loco habuit, in præfatione sacrorum reliquis Dijs præponi uoluit: & Domitianus Palladē uelut genitricem,& se Palladis filium per Sacrificulos in primis iussit aduocari.

Melissa nympha.

In Peloponeso aūt Melissa nympha, quæ usum mellis gentibus dedit, in omni præfatione sacrorū, principium precationis fecit: Quam quidem precationem plerūq; ter repetebant,sicut libationē. Dijs deinde & uotis ritè nūcupatis,eundē Ianū in fine precationis denuo aduocare necessum erat,ut is Deus precationis caput & finem faceret: Sinè precatione autem uictimas cædere,aut Deos ritè consuli,fas non putarūt:

Sua cuiq; deorū carmina & precationes.

Itaq; sua carmina suæq; precationes singulis Dijs institutæ sunt,quas plerūq;,ne quid præposterè dicatur,aliquis ex scripto præire,& ad uerbum referre solebat.

Quid precandum à dijs.

Fertur tamen Pyrrhus Epirota,ubi immolabat,nullas effundere precatiōes solitus,nisi quòd sanitatem & bene ualere precabatur a Dijs. Apud Indos hi qui Pedalij uocantur,inter uota precesq; solam iustitiam petere in usu habent, quasi hoc munere Deûm amplissimū esset mortalibus datū: Socrates in Phædro,ut pulcher intus fiat,utq; bona animi & corporis bene haberent,& ut dentur optima, precari docuit. Apollonius Tyaneus à Dijs poscebat,ut bonos cognosceret,malos uitaret. Interdum pauca habere,& nullius indigere precatio fuit: quā quidem precationē nunc sacra præcedere,nunc subsequi,plerūq; finem claudere,nōnulli uolūt.

Precantes arā tenebant.

Manibusq; precantem aram tenere oportebat: quia nisi teneretur ara,solas preces non litare perspectum est: Pellex tamen Numæ legibus aram tangere uetabatur,quā si tetigisset,agnū solutis crinibus cædere cogebatur.

Precibus peractis.

Precibusq; peractis,& ritè deprecato Numine, qui rem diuinam facit,se ad dextram uoluere,& circūuertere,manūq; priore digito in erectum pollicem residente,ori admouere,deinde sedere,uetusto more debet,uelut Dijs ratas preces habentibus. Galli uerò se ad læuam uertere religiosus putarunt. Græci post effusas preces,manus osculantur: Id quod Rhomani factitarunt,qui prætereūtes fanum aliquod,manum labris admouent, tanq̄ Deos ueuerarentur & timerent, ratasq; preces significarent. Frugesq; in caput uictimæ,aut molam ex farre molito & sale,deinde nouum uinum aut costum,& mascula thura inter cornua fundebat,mactā esse hostiam uoce significans;quod quidem ad uictimarum probationem proficere credebāt, ut si non obstupuissent,sacrificio probarentur idoneæ. Græci autem nō fruges,sed ordeum sale conspersum,aris inspergebant. Ad Terei sepulchrum Megaris,dum sacrū fit,calculis pro ordeo utuntur. Dianæ uerò Propyleæ mulieres Eleusinæ,nullam nisi ex ordeo ibi nato,molam conficere possunt: proditumq; memoriæ est,Iliacis temporibus,ueteres,non thure,nec costo,sed cedri & citri fumo Deos adoleuisse. atq; Sabæos cùm omnia odorū genera Dijs accumulent: de myrrha tamē nihil impartiri,quasi Numinibus subiratos,quòd solam myrrhā ex omnibus odoribus apud se gigni non siuissent.

Nullū sacrum absq; mola salsa.

Sinè mola enim salsa,nullum Dijs sacrificium ratum fieri putabant: In ea efficaciorem uim placandis Numinibus & cōmouendæ diuinatis esse opinati.

Propinatio in sacris.

Vinum uerò anteq̄ funderet Sacerdos, propinabat prius Scipulo aut Simpuuio ligneo, uel fictili admodum paruo,quod in sacrificali apparatu erat Cyato haud dissimile, illudq; secundum libationem astantibus circunferebat, ut pariter libarent.

Cærimoniæ in uictimis litandis.

Tum setas inter cornua uictimæ manu exerptas, tanquam prima libamina, in ignem mittere, obliquumq; cultrum à fronte ad caudam uictimæ ducere, & se ad orientem uertere debebat, quod in sacrificio habebatur primùm:

Sacrificij partes quatuor.

Siquidem prima sacrificij pars erat,libare Dijs, secunda immolare,tertia reddere,quarta litare: facibusq; adhibitis ex Tedæ ligno, ut in quocunq; sacro fieri mos erat,quas nisi mares ferre alius nemo poterat,& igne accēso super aras (

Nullum sacrū absq; igne.

neq; enim sinè igne ullum sacrificium fieri licebat, cùm etiam Sabbatis lucernas accendere Dijs prisco more seruatum sit) accinctos ministros, qui sacrificāti præsto aderant,uictimā immolare iubebat,

Victimarij. Cultrarij. Popæ. Agones.

qui Victimarij seu Cultratij,à nōnullis Popæ,& Agones dicti sunt: Qui illam supra uerticem,plerūq; infra iugulum feriebant:

Indi nō iugulabant uictimam Græci.

Indi uerò uictimam non iugulare,sed præcluso spiritu necare assuerant, nequid deperiret,nêue quid mancum Deo offerretur. Græcis autē moris erat,si Cœlestibus Dijs uictimam facerēt,sic hostiæ caput statuere,ut cœlum spectaret: si uerò Inferis,ut terram despiceret. Quibus quidem ministris,nisi iussi essent, mactare non licebat: Ideo

succincti

succincti nutum imperiumq; expectantes, Agon dicebant: Interim cæsa uictima, alij
uasa ut cruorem exciperent, cadenti hostiæ supponebant, alij decoriabãt: Mox Aru-
spex, Flamẽ, aut Sacerdos cultro ferreo uiscera & iecinora rimabatur, in illisq; Deos
consulebat, & an perlitatũ foret, explorabat attentè. Apud Galatas uerò nõ Aruspex, *Galatæ.*
sed Philosophus aderat, sinè quo sacrum Dijs nullum exhiberi poterat. Is autem cul- *Culter sacri-*
ter ferreus erat, & oblongus, manubrio Eburno, clauis æneis, ære Cyprio, & capulo *ficij.*
argenteo ornatus: Namq; manu uiscera tangere non decebat, ne qua offensa, pollutis
sacris, contraheretur. Apud Delphos fuit usurpatum, ut cultro quo Dijs immolabant *Delphi.*
de nocentibus supplicium sumerent. Persæ & Cappadoces nõ gladio, sed stipite ma- *Persæ.*
ctabant hostias. Rhomani etiam malleo: apud Homerum querno trunco. Quibus in *Cappadoces.*
spectis, ex omni uiscere, & membro primitias, partesq; desectas farina farris inuolue- *Rhomani.*
re, & in Calatis sacrificanti offerre debebat. Tunc hostia profecta dicebatur, quas Sa-
cerdos aris imponens, foculo accenso comburebat. Hoc enim in omni sacrificio ser- *Seruatum in*
uatũ est, ut de singulis oblatis, aut Deo immolatis, particulas tanq̃ libamina, ut holocau *omni sacrificio*
stum fiat, in ignem mitterẽt. Aegyptij Sacerdotes, immolata uictima, caput abscindũt: *Aegyptij.*
illudq; diris carminibus execrati, in flumen deijciunt, cum precatione solẽni, ut siquid
aduersi casurum foret, in caput illud redundaret. Apud Græcos ex cæsa uictima, non *Græci.*
nunq̃ capite & uentre excepto, cætera dabãtur Dijs: linguæ uerò Præconibus. Hũc *Ignis sacrificio*
uerò ignem ex olea, lauro, uel quercu crassioris corticis, aut cuius caudex cauus fun- *rũ ex quo stru-*
gosusq; foret, accendere, uel Numinibus adolere nefas erat. Hæc enim ligna tanq̃ di- *ctus.*
ra maliq; ominis, detestati sunt: quem ignem subdita face accendebant, eumq; partim
ex fumo, quas uertigines faceret, quantumq; se attoleret, partim ex flamma, si lucidior
aut obtusior, & qua specie foret, multi obseruarũt, qui Capnomantes dicti. Si aũt mor *Capnomantes*
tuo carbone sacrificetur, signum neglectæ religionis fore, & perniciosum, nemo dubi
tauit. Persis ligna arida, dempto cortice, sacrificio apponere, desuperq; oleum funde- *Persæ.*
re, & aruinam pinguem, ignemq; appositum, nõ flatu sed uentulo excitare, in usu fuit:
Soliq; uelut Deorũ maximo, cùm uirgultorum fasces apponũt, & incendium suscitãt,
his uerbis proloqui, * ede ignis Domine. Apud Siculos in colle Vulcanio, iuxta Pe- ** Ecce.*
tresium stagnũ, dum sacrũ fit, sarmentorũ fasces super aras sua sponte ignẽ cõcipere, *Siculi.*
& nullo flante halitu, incendiũ fieri fabulantur: sicut de Seleuco traditur, qui cũ Ioui
in Pella uictimã faceret, ligna aris imposita ultro arserunt. Et de Egnatia Nympha in *Egnatia nym-*
Appulis, in cuius ara lignis extructis, ignẽ sua sponte excitari opinio erat. Tradunt *pha.*
Magos apud Persas, dum sacrum fit, carnes super myrto & lauro appositas subtilibus *Magi.*
uirgis adurere. Atq; Eretrienses mulieres in Cerealibus obseruare, ut cæsa uictima, *Eretrienses.*
carnibus non igne coctis, sed Sole torridis uescantur. Et apud Scythas sacrũ fieri Mar *Scythæ.*
ti, ubi uictimarũ carnes ipsarum ossibus aduruntur. Lusitani uerò ignitis lapidibus, sa- *Lusitani.*
crificales carnes coquunt. Iosides licet ex omni ligno incendãt aras, spinas tamẽ Aspa *Iosides.*
ragi, aut stramina in sacrificijs cremare, nefas habent. MOX farra uisceribus spargẽs,
probata libataq; exta lancibus imposita aræ, superponebat, uisceraq;, detractis extis, flã
mis, & foculo, mittebat desuper thus & costum. Ea quidem uiscera licet nunq̃ abluta,
elixa per se fiebãt: uinũq; aris postea fundebat, & tunc porrici hostia dicebatur. Per- *Porricere ho-*
sæ uerò ex immolata uictima nihil Dijs adolent, sola anima Deos contentos esse rati. *stiam.* *Persæ.*
Lusitani quoq; ex hostia immolata nihil concidunt, sed exta perspiciũt, & diuinãt. Thi *Lusitani.*
setæ in Asia & Argini ossa uictimæ tantùm in ignẽ mittunt, & deflagrant: ipsi autem *Thisetæ &*
uescuntur carnibus. Apud Aegyptios inualuit mos, ut immolata uictima, dum sacrifi *Argini.*
cium ardet, omnes se diuerberent, & flagris afficiant: Quare uerbum Xenophanis *Aegyptij.*
Physici proditur nõ inuenustũ, qui cùm Aegyptios sese cõuerberantes, & lugẽtes in *Xenophanis*
sacris uidisset, admonuit, ut si Deos esse crederent, quibus sacra ministrabant, ne luge- *dictum.*
rent: si uerò homines, ne sacrificarent. Quod ferè à Lacedæmonijs usurpatũ fuit, ut *Adolescentes*
in adolescentes Ephebos circa aras flagris desæuiant. Ex reliquis uerò hostiæ mem- *in sacris Lace*
bris, cœnam apparabãt, quibus qui sacris interfuere, uesci licebat. Græci uerò satis ha *dæmoniorum*
bent femora hostiæ in duo frusta concisa, igni subicere, ut ex his holocaustum fieret, *flagellari.* *Græci.*
uisceribusq; super prunas assis, pro ientaculo, mox carnib⁹ ueru decoctis, discũbentes
uesci.

uesci. Quibus ex legis præscripto portiũculam ad domesticos afferre, & amicis par-
tes uictimarum impartire licebat: extraneos autem ad sacra adhibere, fas non erat.
Lacedæmonij. Apud Lacedæmonios autem in publica uisceratione primi Reges erãt, quibus duplũ
q̃ cæteris dabatur, priuilegioq; honoris, præter libamina, immolatorum quoq; anima-
lium coria debebantur: Ordeaceasq; pultes libaq; & farra, ac fructuum primitias non
auro uel argẽto, sed fictili urna & Catino, aut Simpulo, uel ligneo Scypho, q ne carie
absumeretur, pice oblitus erat, aut gutto fagino, sicut Marius Curius, Dijs prolibare
soliti sunt, uetustissimã religionem, qua in Deorum sacrificijs fictilibus utebantur, desi
gnantes, qui pietate, religione, & iustis precibus, nõ censu, Deos placari putabãt. Quip
pe tunc maximè Dij propitij esse crediti sunt, cùm fictiles erant. Hostiaq; immolata
& mysterijs peractis, qui sacris intererant, uisco & farre apposito, cum rotundis pani
ceis, quas in honore Deorum adhibebant, stantes uescebantur. Siquidẽ in ædibus Deo
Mensæ pro aris. rum, & epulari simul, & sacrum fieri seruatum est: Nam mensæ in sacris ædibus ara-
rum uicem præbebant. Quibus quidem extis & carnibus sacrificalibus, nisi ritè sacri
Delphi. ficio perfecto, uesci non licebat. Delphis uerò assuetum est, ut immolantes uictimã, ex
Hecatæ sacra. clusis cæteris, uescantur: ad quam extraneos admittere, nefas erat. Cõtrà in sacris He
catæ, in quibus qui sacrum fecit, de sacrificio uesci non permittitur. Quæ quidem ex-
ta ueru assa apponebãtur semper, cùm Heroicis temporibus non uescerentur elixis:
Arietis tamen non ueru cocta, sed elixa in olla apponunt: aliter ritu præpostero sacrũ
Laudes deorũ inter uescendũ fieret. Interq; uescendum laudes Dijs canere assuerant, his quibus sacrum fieret, pedi
busq; circum aras psallere ad numerum, carminaq; & hymnos canere, ac cymbala pul-
santes, Choros agitare. Fuitq; obseruatum, ut sacrificantes aras circumcurrerent, cur-
sum auspicati à læua dextrorsum, quod religiosius putarunt, mox à dextra læuorsum:
Hymnorũ genera. Cunq; hymnorum plures species forent, quibus psallebant Dijs: hi tamen fuere in usu
frequentes: Hypingos Dianæ: Apollini Pæan, & Prosǫdia: Dionysio Dithyrãbus:
Cereri Iulus: Veneri Eroticus, id est, amatorius: præter quos fuere, Prosǫdion, Hy
porchema, & Stasimon. Quod ideo inuentum est, ne qua pars corporis religione uaca
Memphitæ. ret, quasi penitus sacro Numine afflati, quodam furore capti forent. Memphitæ uerò
in Osiridis templo dum sacrificant, præter aliorum motum, nec canere Tibias, nec
Græci. psallere soliti sunt. Et Græcorum pleriq; cùm nulla Numinis afflatione sacrificia per
Indi. ficiunt, sed animo remisso absq; Tibia uel cantu. Contrà apud Indos, quibus nulla fuit
Delij. Numinis cõsalutatio, uel sacrificium, nisi adhibita psaltatio foret. In Delo quoq; absq;
psaltatione, uel musica sacrũ nullum fiebat. Fertur Antoninus Cæsar cùm deo He-
liogabalo sacrum faceret, mulieres Phænissas, quæ in orbem cursitarẽt, Cymbalaq; &
organa musica circum aras psallerent, adhibuisse. Et Cybelis sacerdos cũ tinnitu Cym
Curetæ. balorum, & sonitu Tympanorum sacrum facere. Apud Curetas quoq; nullum fit sa-
crum, sinè strepitu & fragore, Tympanis unà Tubisq; pulsantibus. Re igitur diuina
& cærimonijs concelebratis, Sacerdos tunc. ILICET succlamabat, qua uoce illos q
Ilicet. interfuerant, missos faciebat: apud Græcos uerò functus mysterio Sacerdos, sic re-
nunciat, λαοῖς ἄφεσις, quasi populum missum faceret. Siqua tamen mysteria in sacris in
Profani a mysterijs exacti. staurãnda forent, initiati manebant, profanos autem foras exigebant: Namq; hoc erat
usu frequens, ut omnia mysteria secreta sint, summaq; in his silentij fides habeatur, si-
cut in Samothracijs & Eleusinis. Illud utiq; in sacrificijs seruatum nequaq̃ præterie-
rim, ut mola salsa & farre non modò frons uictimæ, sed foci cultriq; aspergãtur unà:
Quodq; immolata uictima, si non litassent, hostias denuo augeri iterum ac sæpius, &
maioribus hostijs sacrum instaurari debebant, donec inuenta pace Deûm, & propitia-
to Numine, ritè perlitatum æstimarent.

¶ Quæ militibus operam in bello nauantibus militaria dona ab Imperatoribus olim dari solita fuerint.

Ca. XVIII.


RISCIS temporibus militaria dona, quæ militibus fortem operam nauantibus in bello à Ducibus dabantur, Heminæ uel quartarij farris fuere (unde Adorea laus bellica dicta) binaq; iugera, aut tantùm agri quantùm uno die circumarassent, amplissima dona putauere. Precia enim militiæ hæc habita sunt maxima, ut post exhaustos labores, milites emeritis stipendijs, sanguine & sudore partis agris donarentur: Hos enim lætissimos fructus, uelut opimam prædam, laborum periculorumq; accipiebant (Quippe perniciosum ciuem putabant, cui bina aut septem iugera non essent satis) Præter quæ, ut ad decora militiæ magis incenderent animos, quoq; honoratior testatiorq; eorũ uirtus foret, mercede proposita, Obsidionalem, Ciuicam, Muralem, Naualem, Castrensem & aureas Coronas, amplissimaq; alia honoris genera inuenere, qbus donabant, qui Vrbes, Castra, aut Exercitus obsidione liberassent, Ciuémue seruassent, uel primi obsessæ Vrbis muros subijssent. Primus enim A. Posthumius Dictator ad lacum Regillũ castris expugnatis, magni muneris loco auream Coronã dedisse fertur. Mox sequuti Duces militibus, ut essent re & fortuna auctiores, alias largiti fuere, quas quidem frequẽti prætorio egregijs laudibus cumulatis, cum præfatione uirtutum militibus tradebãt. Apud Græcos, Duces in unum coeuntes, in concilio agitant, & sententijs decernunt, quem primum, quem secundum, qui depulsas hostiũ copias longius egerit, & quo præmio aut honore dignus sit, dijudicant: Idq; apud Deorum aras in Isthmo, inclyto Neptuni templo, sumpto ab ara suffragio, & ut erant sententiæ, sic agro & uacatione donare, ac pro merito præmia largiri solebãt. Apud Indos uerò nullo militari dono aut hostili præda donabatur miles, nisi qui hostis caput retulisset in castra. SED præ cæteris corona Ciuica maximi fuit ornatus, cui cedũt Aureæ, Murales, Castrẽses, atq; Rostratæ: eratq; propriũ ius Ciuicæ, ut illa donatus perpetuò eam gestare liceret, & ludos ineunti, à populo & Senatu uniuerso assurgeretur, ius spectandi inter Senatores, munerum uacatio sibi, patriq;, & auo paterno. Præcipua uerò Obsidionalis, tanq̃ uirtutis præferens spectatissimũ insigne, æstimatione immẽsa, longè præcellere credita est: Hæc enim ex illo fiebat gramine, ubi ciues obsidione essent liberati: qua nulla nobilior publica militari lege diffinitur: quippe cæteras, Imperatores, aut Duces singulis militibus tradunt: Graminea uerò, uelut multò maximum decus præferens, nisi ab uniuerso exercitu seruatori suo concedi minimè poterat. Ciuica ex querna fronde fit: Muralis in pinnorum similitudinẽ: Naualis instar nauium rostris: quæ uerò Castrensis, uelut effricto uallo figurabat̃. Hac Obsidionali, Q. Cincinnatus à Minutio & toto exercitu, quòd illius opera obsidione liberati fuerãt, primus donatus fertur: Et deinde, M. Valerius COS. contra Sãnites. P. Deciũ Tribunũ militũ, quòd eius consilio & ministerio exercitus ex saltu angusto & arctissimis faucibus euaserat, præter Gramineam, qua ab uniuerso exercitu, & suo præsidio donatus fuit, etiam Aurea corona, & centum bobus, eximioq; uno albo opimo auratis cornibus, donauit. Eademq; Obsidionalis Fabio Maximo Imperatori, quòd cunctãdo Rempub. & ciues seruasset, à toto exercitu, Senatuq; & populo, cõmuni conspiratione & consensu tributa est. Et bello Cimbrico. Cn. Teio Atinati, quòd cunctantẽ Primipilũ interfecerat, ipseq; arrepto Vexillo, per castra hostium eruperat, exercitumq; incolumẽ eduxerat, præter Gramineã, ut prætextatus ad Tibicinem immolaret, foculo accenso, cõcessum fuit. Cõtigitq; idem honos semel. L. Sicinio Dentato, & M. Calphurnio Tribuno, quòd M. Attilium Regulũ, primo Punico bello in Sicilia cum exercitu, hostiũ excidio liberasset. Deinde Scipio Aemylianus bello Aphricano: Mox Sylla bello Marsico: Demũ Iuli9 Cæsar in expugnatione Mitylenarũ: & Augustus, Obsidionali & Ciuica donati fuere: Ea enim Ciuica singularis salutis signum erat: Obsidionalis uerò uniuersorum: Rostratam uerò accepit primus M. Varro bello Piratico, donante Cn. Pompeio, & deinde Agrippa bello Siculo ab Augusto, quòd in conflictu naualis pugnæ, in naues hostium insilijssent primi. Corniculasq;, & aureas coronas, phalerasq; argenteas, & aureos torques, tum armillas, adde uexilla cerulea, honoris causa ob nauatam insigniter in bello operam, & ob multa rei militaris facinora, militibus quàm sepissimè

Militaria dona.
Adorea.
Perniciosus ciuis.
Coronæ militibus dari solitæ.
A. Posthumius primus coronã dedit.
Græci.
Indi.
Ciuica corona cui dabatur.
Obsidionalis.
Ciuica ex quo
Muralis.
Naualis.
Castrensis.
Obsidionalem quis primo adeptus.
Rostratã qs primũ accepe-rit.
Alia dona militaria.

ab Imperatoribus dari adnotatū est. Sed auxiliares & externi, aureis: Rhomani argẽteis torquibus donabantur. Contrà uerò armillas non externis, sed ciuibus tradebãt: Augustus tamen Octauius facilius phaleras & torques, & quicquid auro constaret, quam Murales, Castrẽses, aut Ciuicas coronas munera dedit. C. autẽ Caligula noui generis coronas Solis, & Lunæ, ac Siderum specie cõmentus fuit. Scipio uerò Aemylianus Regum & sociorum munera oblata pro Tribunali recipiens, in publicas tabulas per Quæstorem referri iussa, postmodùm fortibus uiris, pro meritis tradebat. Prætereà aureos torques, etiam duplicẽ annonam, interdum militiæ uacationem, & immunitatem ob uirtutis præmium, nõnunq̃ duplex stipendium Imperatores largiti sunt: Aeraq́ multiplicia sagaq́ & tunicæ singulis militibus, qui rebus fortiter gestis interfuere, plerũq; ius ciuitatis ex lege Calphurnia: uel Senatoria fungi dignitate, inter Patres, aut diebus solennibus coronatum incedere, uelut præmia uictoriæ haudquaq̃ spernenda munera fuere. Neq; dubium, illos quorum opera insignis in bello stetisset, perditæq; & afflictæ res restitutæ essent, pluries donis muneribusq; honestati. C. Sicinius Dentatus clarus uir ingenio factisq;, ob egregia facinora militaria, præter octo aureas coronas, Obsidionali una, Muralibus tribus, Ciuicis quatuor, Torquib⁹ tribus & octoginta, Hastis puris duodeuiginti, Armillis plus centum sexaginta donatus fuit. Habeturq; inter exempla, hũc Siciniũ, militaribus donis, omnium honores & uirtutum premia anteisse. Hæ quidem hastæ, quòd nullo ferro munitæ forent, puræ dictæ sunt, quibus donabãtur plerũq; milites, qui tunc primũ militare facinus in bello admisissent. Cui proximus fuit Manlius Capitolinus, qui uix decimo & septimo ætatis ãno, bina ex hostibus spolia tulit, primusq; Murali corona donatus, Ciuicas sex, militaria dona sex & uiginti meruit ob uirtutem. Probus quoq;, qui postea in imperio assumptus fuit, cùm bello Sarmatico iã Tribunus multa fortiter fecisset, hastis puris quatuor, coronis Vallaribus duab⁹, corona Ciuica una, Vexillis puris quatuor, armillis aureis duab⁹, torque uno, & patera sacrificali aurea quinq; libris, unà pro concione donatus fuisse memoratur. Quinetiam, illud perspectum est, in annonæ caritate, & rebus angustissimis, militem ob rei militaris singularem scientiam, collato frumento & pecore donari. Manipulumq; hastatorum ob insignẽ operam corniculis armillisq; argenteis. Sp. q; Nautiũ à Papyrio. COS. bello contra Sãnites, etiam coronis aureis donatum. Prætereà aureas pateras, sellasq; Curules eburneas, & Scipionem eburneum, hastæ quoq;, Tunicæ palmatæ & pictæ, atq; in bello nauali uexilla cerulea, nõnunq̃ altioris dignitatis gradus aut militaris ordinis prærogatiua, militibus qui strenuam operam nauarunt, munera tributa fuere. SVMMIS uerò Ducibus Triũphalis statua, aut Consularia ornamenta: In quo animaduersum est, populum Atheniensem perrarò uirtutis præmiũ aliquibus statuas dedisse, in quibus illorum nomina inscriberent, ut populi hoc uideretur beneficium, non illorum qui id meruissent. Nemoq; qui præclarum aliquod gesserat facinus, prout cuiusq; meritum uirtusq; fuit, militaribus donis indonatus abijsse fertur, adeò ut Quintius Prætor, deuictis Hispanis, equites nouo genere honoris, catellis & fistulis donarit. Proditum tamen est, Fuluio nobiliori à Catone obiectum, quòd leuissimis de causis, utpote, quòd puteum strenuè effoderant, aut uallum curarant, coronis milites donasset. Cæsari quoq; Augusto multiplicia hæc munera largienti, obiectum à militibus fuit, puerilia hæc deliramẽta esse: Namq; exercitui pecunia & agris, non his honoribuss opus erat. Legibus uerò Solonis apud Athenienses cauebatur, ut præter ea dona quæ militibus Duces impartiti fuerãt, illorum filij qui bello occubuissent, publicè alerentur, & bonis disciplinis instruerentur. Quod Pisistratus cauisse dicitur, ut filij parentum, quorum uirtus insignis in bello fuerat, dona acciperent. Frequens tamen illis munus erat, Corona ex auro, nonnunquam tænijs & uittis caput ornare, aut publica sepultura in Ceramico: Namq; intra mœnia sepelire non licebat, nisi qui ob singularem excellentiam, præcipuum hoc donum meruissent. Legimus Syracusanum Dionem, parta uictoria, militibus aurea, & Themistoclem, quòd Græciam liberasset, à Lacedæmonijs corona oleagina, & curru eximio donatos laudatosq; magnificè; ac Milciadem ob pugnam Marathoniam, in qua ultra centum millia

Noui generis coronæ à Caligula excogitatæ.

Alia dona.

C. Sicinius Dẽtatus opimè donatus.

Hastæ puræ quæ dicebãtur.

Murali corona quis primũ donatus.

Alia dona.

Dona summorũ Ducum. Athenienses.

Nemo benemeritus de Rep. in Rho. exercitu indotatus.

Solonis lex de filijs quorũ parentes in bello perierant.

Ceramicus.

Oleagina.

Persarum una acie uicit, ab Atheniensibus consequutũ, ut in Pœcile porticu sua imago in Prætorum numero exculperetur inter primores. Agamēnon uerò, Homeri testimonio, Aiacem, quòd cum Hectore pugnasset, bouis immolati tergore & cornibus: Achillem uerò præter septē Tripodes, & uiginti Lebetes, decemq; auri talēta, equorum duodecim, & septem Lesbidum fœminarũ munere donauit. Platæensibus ob nauatam insigniter operam in bello Persico, munus octaginta talenta largitus fuit. Scythis uerò mos erat, his qui hostem superassent, semel ānis singulis Cratere Regio uinũ bibere, quod uictoribus circũferebat: qui uerò pluribus cæsis uictor fuisset, duobus Calicibus potare. Rhomanis uerò traditur usus, ut quorum parentes Reipub. causa occubuissent, liberi præmia ferrent, quæ illis deberentur. Si tamen Regibus fœderatis, aut socijs mittēda dona forēt, Scipio eburneus, Toga picta, & palmata Tunica cum sella Curuli, frequētia fuere. Erat autem Ceramicus extra Athenas locus, in quo Deorum hominumq; excellētiũ simulacra & statuas, publico decreto erigere, atq; eos qui pro patria occubuissent sepelire, illisq; erectis tumulis, inscriptiones & Elogia, decretaq; ac titulos apponere assuerant, inter quas Chrysippi imago porrecta manu uisebatur, aliorumq; philosophorum, diuerso gestu & modo: Singulis enim sepulchris singulæ colũnæ affigebantur, cum inscriptionibus & titulis, quos ob egregia quisq; facinora meruisset, ibiq; uelut monumentis & Trophæis, celebrata illorum memoria fuit. Alter uerò Ceramicus intra Vrbē locus erat Athenis, diuersoriũ scortorũ, cui nomen Casaluio: sicut Græcis Celosta, & Rhomæ Sũmenium, ubi prostabant meretriculæ, quæ pluribus notatæ nominibus fuere: Nã & Sphinctæ, Casaluades, Lecastriæ, Casorides, & Casoritæ dictæ: apud Latinos Lupæ. Postea sequuti Cæsares, Centuriones, Legatosq; legionum pro magnis officijs in Rempub. Consularibus ornamentis, aut equo publico, nonnunq̃ triumphali statua donauere. Quod à Macedonibus antea fuit usurpatũ: Namq; Alexander Macedo centum uiginti Equites, qui in cãpis Adrastæis ceciderant, propter multa belli decora, Equestribus statuis donauit: illorumq; filios patrũ stipēdia ferre iussit. Illud tamē haud indignũ est quod annotetur, quòd uiri Triũphales, q Triũphalia ornamēta meruissēt, præcipuo honoris priuilegio, eadē ipsi dona alijs fortiter dimicãtibus lege militari impartiri poterãt: quodq; uigente hoste, & nisi debellato, dona militaria Duces largiri non solebant. Et licet milites in castris perexiguo ad uescendum argento uterentur, militariq; disciplina horridus miles, non cælatus auro & argento, sed ferro & animis deberet esse munitus: tamen eiusmodi dona, quibus uirtutis gratia miles donabatur, ueluti inuitamenta uirtutum, permulcendis militum animis tanti fuere, itaq; animos ad res magnas acuebant, ut his honoribus aucti & confirmati, quisq; suum decus faceret, destinarentq; animis uincere aut mori, moremq; potius quàm ignominiosam seruitutem præoptarēt: uitam deniq;, & quæcunq; pericula nihili penderent.

Pœcile. *Iliados. vij.* *Iliad. xix.* *Scythæ.* *Rhomanorum usus de ijs quorũ parētes cæcidissent bello.* *Dona confœderatorum.* *Ceramicus extra Athenas.* *Ceramicus alter in urbe.* *Casaluium.* *Celosta.* *Sũmenium.* *Sphinctæ.* *Casaluades.* *Lecastriæ.* *Casorides.* *Casoritæ.* *Lupæ.* *Alia dona militaria.* *Ornamēta uirtutis militaris ferebant in castris.*

¶ Delusiones Dæmonum malorum à multis expertas fuisse, qui diuersis imaginibus homines delusere. Caput XIX.



NON est profectò fabulosum, quod apud Sanctos uiros authores memorant, ut cum tetris spiritibus, quos Dæmones uocãt, congressum habuerint, illosq; diuersis imaginibus, ac multiplici specie, ꝓpè deluserint: Siquidem nostra quoq; memoria id euenisse cōpertũ est: Nuper amicus meus summus, ingenio & fide singulari, rē dictu admirabilē hæc prodētious nobis, sibi euenisse enarrauit, quòd cùm credi uix posset, illam multorum testimonio comprobauit: se cùm apud coniũctissimũ & sibi familiarē Neapoli diuerteret, & noctis silentio clamantis de uia, & opem implorantis uocem hominis audisset, cùm accenso lumine accurrisset, ut quid rei esset inquireret, ibi Dæmonem & dirum quoddam numen, tetra & horribili specie conspexisse, qui Iuuenē quempiam clamãtem, & reluctantem, in uia infestis manibus inuadere quærebat, quo conspecto, cùm miser ille ad ipsum quem propè uidebat accurrisset, & ne apprehenderetur, quanto poterat

nixu ipsius uestem & manum apprehendisset, se diuino sæpius aduocato numine, cùm multùm diuq; frustra fuisset reluctatus, uix tandem Dæmonem abegisse, quo demum abacto, cùm Iuuenem animo consternatum in domum recepisset, nunq̃ quòd se dimitteret, aut pallium relaxaret, efficere quisse: tantaq; eum torpedo inuasit, ut mente euicta, sui compos non esset, cùm sibi prorsus repræsentari & ante oculos obuersari illa species uideretur. Tandem ad se redditus, rem quo pacto se habuerat, enarrauit. Cõstabat enim prauis illum moribus & inciuilibus cum Dei contemptu diu uixisse, in parentesq; tunc iurgatum, contumelias & intoleranda probra dixisse, deuotionibus execrationibusq; diris ab his agitatum abijsse. Sed ne cui hæc uana uel ficta sermonibus uideantur, Author est Thomas monachus, homo minimè malus, cuius ego fidem probitatemq; pluribus in rebus expertus didici, qui seriò mihi retulit, quòd cùm in monasterio & sacris ædibus, quæ in Lucanis montibus sunt, cum pluribus iurgatus foret, & post immodica cõuitia & rixas, animo perturbato inde se proriperet: cùm per nemora iter solus intenderet: speciẽ hominis uultu tetro, nigra barba, promissis tunicis, uultu aspectuq; deformi & sæuo, obuiam habuisse, quem cùm compellaret, quid ille solus per deuia errabundus incederet? dixit equum quo uectabatur amisisse, atq; in proximos campos illum euasisse crederet: cumq; per sinus inuios equũ unà quæsitum pergerent, ad profluentem, in cuius alueo gurgites magni & formidabiles redundabant, deuenisse: Et cùm monachus, ut aquam traijceret, calceos sibi eximere appararet, illum magnopere coegisse, & tandem peruicisse, ut super spatulas suas ascenderet, potiusq; à se qui corpore maior erat, uectaretur: qui acquiescẽs, cùm super illi⁹ spatulas, ut succollaretur monachus ascenderent, illeq; iam aquam ingredi appararet, dum uada exquirit, illius pedes, non humana, sed tetra & deformi specie conspexit, quo animaduerso, horribili terrore percitus: Deum ut sibi præsto adesset, acclamauit: Mox Dæmonem & diram illam speciem, diuino audito uerbo, stridore quærulo, & ui maxima quanta dici potest, ita è conspectu abijsse dicit, ut imminentẽ quercum ingenti impetu colliserit, ac perfractis ramis, funditus euerterit: Ipseq; cõsternatus, atq; exanimis diu iacuerit. Credebat enim, quod à uerò non abhorret, nisi præuidisset, illum in rapidissimos uortices, & uoragines fluminis prę altas, se fuisse necaturum. Sed præ omnibus quæ audiuerim, aut uiderim, res est admiratione digna, quam recẽti memoria, euenisse comperimus Rhomæ. Quippe nota res est, cùm apud Gabios quidam infimæ sortis & obscuris natalibus adolescens uesanus & furiosus, cuius praui mores & uita facinorosa fuerat, in parentem grauibus iurgijs conuiciatus foret, post iurgia immodica, cùm furijs agitatus, aduocato Dæmone, cui se deuouerat homo ille improbus & impurus, furore cæcus & amens discessisset, & Rhomam petere cępisset, eo cõsilio ut aliquod dirum facinus in patrem moliretur, dum iter faceret, Dæmonem facie hominis truculenta, sordida barba & capillo, uesteq; obsoleta & squalida obuiam habuisse, quò cùm simul pergerent, illum interrogasse Iuuenem, quem animo anxio & sollicito uidebat, quid tam tristis incederet? atq; ille, cùm quid sibi iurgij cum patre fuisset, quodq; aliquid scelesti facinoris patrare cuperet, respondisset, Dæmonem illum se quoq; simili casu percitum fuisse dicere, proinde pergerent, & suas iniurias ultum irẽt: Cumq; nocte appetẽte, ad Vrbẽ applicuissent, in proximo hospitio diuertisse, atq; in cubiculum quod à Caupone utriq; exhibitũ fuit, haud multo post cubitũ iuisse: Cumq; unà cubarent, pestẽ illã immanẽ, cùm illum somno oppressum uideret, infestis manibus iugulum hominis apprehendisse, ut elisis faucibus necaret, quem iam oppressisset, ni expergefactus ille, Dei opem & auxilium aduocasset: quo audito, furiam illã teterrimã stridore & tumultu maximo, tantoq; impetu cubiculum, unde euasit, dicit̃ collisisse, ut tigna & tectum euerterit, tegulasq; penitus perfregerit: quo strepitu cùm magister hospitij excitatus surgeret, & quid ruinæ & strepitus esset inclamaret? allato mox lumine, rẽ sicuti erat, adolescens ille quem solùm & seminecem inuenerat, enarrauit: tectũq; collisum & perfractum, unde Dæmon è cõspectu abijt, demonstrauit: quo malo perterritus, cùm suæ turpitudinis, & antè actæ uitæ nõ solùm pigeret, sed puderet, diuino afflatus spiritu, prorosus scelera, boni exẽpli & procul à populari tumultu, uitam egit.

Multas

Multas quoq; malorũ Dæmonũ illusiones persæpe apud sanctos uiros fuisse legimus, quas nostra non semel uidit ætas: Quibus salutaribus exemplis admonemur, ut præmuniti aduersus illorum insidias simus, qui nobis inimici infestiq; sunt, & tanq̃ in specula in insidijs stant, néue desides & ignaui concepta opinione populari, illorũ qui ista minimè credunt, in aliquod discrimen dilabamur.

¶Quando dies tam apud Rhomanos q̃ exteras gentes incipiat: & qui dies atri, quiue fausti sint. Caput XX.



PERVVLGATVM ferè est, Aegyptios & Athenienses diem à Solis occasu facere, & ad alterum occidentem terminare: ita ut quod spatij inter duplicem occasum fuit, integrum diem putarent. Persæ & Babylonij contrà: nam diem ab ortu Solis incipere, & ad alterum terminari dixerunt. Vmbri & Hetrusci à sexta hora ad alterius sextã. Rhomani à media nocte ad mediam sequentem, ita quod inter duas dimidiatas noctes temporis fuit, integrum diem facerent. Vulgus omne ab oriẽte luce ad tenebras. Galli & Germani ita sunt metiti diem, ut temporum spatia, non dierum numero, sed per noctiũ uicissitudines computarent, noctesq; diebus anteferrent. Ipsi enim noctes ante diem fuisse arbitrati sunt. Fertur Solon Atheniẽsibus suasisse, ut non ad Solis, sed Lunæ meatum dies & tempora dinumerarẽt. Thebæi uerò contrà: nam dies non ad Lunæ, sed Solis cursum metiti sunt. Fuitq; tam Græcorum quàm Siculorum mos, in primis curare, ut sui dies mensesq; cum Solis & Lunæ ratione congruerent: & siquid discreparet, tunc unum diem aut biduum ex singulo mense adijcere, uel adimere. Dierum uerò, quidam fausti, & agendis rebus felices; quidam atri & tristi omine infames habiti: quibus aliquid moliri, aut nouæ rei inceptare, euentus exitialis erat. In his, exercitum conscribere, Legiones educere, manus cum hoste conserere, sponsalia inire, peregre proficisci, aut quicq̃ publicæ uel priuatæ rei moliri, inceptu fœdum & exitiale æstimarunt: Obseruatumq; fuit, ut qui hostes bello tentare, uel acies eo tempore cõmittere curarent, rem in non mediocre periculum discrimenq; adducerent, magno postea exitio consequto. Fuisse aũt atros duxere dies, post Idus Quintiles ad XV. CALEND. Sextiles duplici clade insignes, quo ad Cremeram Fabij cæsi, & quo ad Alliam fœdè Rhomani à Gallis fusi fugatiq; fuere: quibus grauiter afflicta, & in extremum discrimen adducta Rhomana res fuit. Quare Vitellio Põtificatum Maximũ adepto, quòd diem ad XV. CALEND. Sextiles cærimonijs publicis sacram concilio edixisset, dirum omen fuit: qua calamitate doctus populus Rhomanus, illum diem, nullius publicæ, uel priuatæ rei insignem & notabilem fecit. Cuius exemplo etiam postridie CALEND. Nonas, & Idus, mensis cuiusq; religiosos & ominales, ac infaustos putauere: propterea quòd maximis cladibus, & infandis contumelijs populum Rhomanũ tunc affectum fuisse liquet. Dies quoq; Manibus sacros, cùm mundus patêre dicitur, quibus occulta Deorum Manium sacra apparent, plerique omnes ueluti atros, & ominosos obseruarunt: Illosq; uelut fœdi exitus, & ancipitis fortunæ detestati sunt: Hi fuere dies postridie Vulcanalia, & antè tertio nonas Octobris, & antè sexto Idus Nouembris. Etiam mense Maio, dies quibus Remuria celebrantur, ut occisi Remi umbra placaretur: & Nonis Iulij, quæ Caprotinæ dictæ sunt, qua die Romulus apparere desijt. Et dum Feralia seu Parentalia Dijs Manibus fiũt, ac impuris diebus, quibus ancylia nõdũ condita in templo Martis erant, tam nuptijs quàm itineri ominosos, exitiales, & euitabiles duxerũt. Et qua antè quarto Nonas Sextiles populus Rhomanus ardẽte Punico bello, ad Cãnas insignẽ cladẽ passus fuit, etiã antè quarto Nonas, CALEND. & Idus cuiusq; mensis, ueluti tristi euẽtu infelices, pari superstitione deuitarunt. Ferijs quoq; Latinis statis, uel cõmunibus, aut Saturnalibus, ac diebus Festis & sacris, ludisq; publicis, licet fausti felicesq; forent, tamen prælium cõmitti, uel rei militaris delectum haberi, aut quoq̃ peregre proficisci, tanq̃ piaculari die, ominosum erat, dirum, atq; pestiferũ. Præter hos fuere dies Profesti, Fasti, Intercisi, & Præliares: qa ferijs publicis

Aegyptij & Athenienses. *Persæ.* *Babylonij.* *Vmbri.* *Hetrusci.* *Rhomani.* *Vulgus.* *Galli.* *Germani.* *Solon.* *Thebæi.* *Græci & Siculi.* *Dies fausti & infausti.* *Dies atri.* *Dies manibus sacri.* *Remuria.* *Dies profesti, fasti, intercisi & præliares.*

quibusdam, hostem lacessere uetabatur. Quippe diuisa tempora uoluptatis, & laborũ
Profesti dies. remissionum, & curarũ, Rhomani ueteres habuere. Profestis enim diebus, quasi pro
cul à religione, Rempub. & priuatam gerere licet, quia comitiales, comperendi-
Comitiales dies. nos, & præliares continent. Comitiales fuere, quibus cum populo agi licebat, concilio
Comperendini dies. coacto, nisi si quæ feriæ conceptæ essent, quibus non liceret. Comperendini, quibus
uadimonium dicere, & uadare permissum: fuitq; animaduersum, in profestis etiam fa-
Fasti. Festi. stos contineri, quibus fari ius erat: Festi uerò dies Dijs dicati fuere, in quibus forensi
bus negotijs omissis, sacrificia, ferias, ludos, epulasq; solennes celebrare, ac inter uota
Intercisi. & sacra, faustaq; omnia uersari, uerbisq; profanis abstinere conuenit. Intercisi autem
dicti, in quibus Deorum simul atq; hominum res agere licet: Nam mane & uespere
Fasti. fari inhibetur, medio tempore inter cæsam hostiam & porrectam fari permittitur. Fa
Nefasti. sti etiã dies, in q̃bus ius fatur, id est dicitur: Nefasti in quibus non redditur ius, nec fa
Idus Martij. ri licet. Profestos etiam dies, qui erant ante fastos, nonnulli dictos uolunt. Idus quoq;
Martias, quòd illis C. Cæsar coniuratorum manibus cæsus occubuit, placuit parricidi-
um uocari, ideo inter atros & ominosos receptæ. Quotiesq; incurrente anno, dies
cœpit, qui adiectus nundinis foret, totũ annum luctuosis casibus, & diro euentu infe-
Apud exteros licem incurrere opinati sunt. Proditum tamen memoriæ est, statas dies anni, infeli-
ces, aut fortunatas apud uarias gentes pro multiplici euentu non una ratione obserua-
Chalcedonij. ri: Siquidem Chalcedonij cuiusq; mensis uigesimam primam diem, funestam & por-
tentosam habuere, quòd illa Darij præfectus, ipsorum pueros castrauit, & in Persi-
Parthi. dem misit. Parthi diem qua Arsaces Seleucum uicit, tanq̃ initium libertatis, faustum fe
Cyrus. licemq; obseruarunt. Cyrus diem qua Scythas & Sacas clade afflixit, adeò felicem ha
Assuni. buit, ut eam Sacam appellarit: Sicut Assuni festam diem Mutiam nuncuparunt, quòd
ἑκατομβαιών. Q. Mutius Asiam singulariter rexerat. Athenienses quartam Hecatomuæonis, qui
mensis erat Soli sacer, duplici uictoria insignem, uelut fortunatam, obseruandam præ-
ceperunt, qua ad Leuctram & Geræstum feliciter pugnatum est. Iidem quartamdeci
βοηδρομιών. πάνεμος. mam Boedromionis, aut secundum Bœotios, sextam & uigesimam Panemi mensis,
quòd Artabazum & Persas è Græcia fugarunt, felices habuere: qua die Liberatori
Persæ. Ioui uictimas cædunt, & sacrum faciunt. Persæ uerò, tertiam & sextam mensis Voe-
dromionis tanq̃ lugubres & defamatissimas deuitarunt: Quibus diebus in pugna Ma
rathonia, & ad Platæas, & ad Mycalen, à Græcis conflictati, & magnas clades per pessi
sunt. Qui etiam diem qua Magi qui Regnum occuparãt, interempti sunt, tam solen-
Μαγοφονία. nem habuerunt, ut illam Magophoniam, hoc est, Magorum occisionem, appellarẽt, qua
Θαργηλιών. die nulli Magorum extra limen prodire fas est. Mẽsis quoq; Thargelion plerisq; ma
nifestum infortunium fecit: in quo Alexander Macedo apud Granicum Duces Re-
gis Thargelionis, & Darium clade afflixit: & Carthaginenses à Timoleonte in Sici-
Sextus Thargelionis dies felix. lia uicti, fusi fugatiq; fuere. Contrà uerò sextus Thargelionis dies multis auspicatissi-
mus erat: In eo enim Socratis natalis dies proditur fuisse, & Alexandri Macedonis,
qui qua die in lucem æditus, eadẽ uita functus fertur: Sicut de Magno Pompeio, qui
altera post natalem suum die, & Attalo, qui ipso natali die morte sublati fuere, prodi-
tum est. Quam diem Philippus Macedo, ut lætam, & fortunatam mirificè obseruauit,
quòd triplici gaudio delibutus fuit: Nam quadrigas suas ea die Olympia uicisse acce
pit: & Parmenionem Ducem hostes fudisse: natumq; sibi Alexandrum filium fuis-
se: Qua nocte deflagrasse templum Dianæ Ephesiæ authores memorãt, ab Herostra
to incensum, ut famam nominis scelere propagaret. Qua etiam die iterum Persæ ad
Platæas ingenti clade superati traduntur: atq; ideo ex uoto Milciadis capras trecẽtas
Carthaginẽses Atheniẽses quotãnis immolare. Ipsi quoq; Carthaginẽses nonũ diẽ mensis Metagit-
Μεταγειτνιών. Persæ. nionis pluribus calamitatibus inuisum & detestabilem habuere, qua magnis infelicitati
Syracusani. bus, & infortunijs oppressi sunt. Contrà uerò Syracusani, quartam supra uigesimam
mensis Maij, quem illi Carnium uocant: quòd Atheniẽses cum toto exercitu ad Asi
Dies Natalis. naram flumen, memorabili clade profligarant, præcipuè felicem habuerunt. In qua
Timoleontis. re proditum memoriæ est, Timoleontem Syracusanorum Ducem præcipuas
uictorias semper Syracusanis natali suo dedisse, adeò ut ipsius natalis diem omnes

Siculi uelut multiplicis uictoriæ authorem, festũ agerent: sicut de Iulio Cæsare proditur, qui Idus Iulij natalem suum fortunatas semper habuit & felices. Xerxes uerò diem qua Rex dictus fuit, tanq̃ Imperij natalem, singulis annis insignẽ celebrauit, qua Diademate ornatus, gaudio delibutus, cœnam Proceribus dabat, cui Titan dixere nomen: fuitq; adnotatum, diem qua Alcibiades Athenas ab exilio remeauit, certissimum illi præsignasse exitium, quòd funesta tunc colerẽtur sacra, qua templi ornamẽta deponere, pauimẽta tegere, & Iusticio indicto, à negotijs quiescere, mos erat. Sicut quintadecima Iulij mœstissima fuit, qua mulieres Athenis ieiuniũ seruãt, & cùm sacra Adonia celebrant, & apud Rhomanos VI CALEND. Aprilis, quo die cultores Matris deûm plangere, & lãmentari incipiunt. Augustus uerò mirum in modum obseruauit, ne postridie nundinarũ quoq; proficisceret, aut nonis quicq̃ rei seriæ inchoaret, quòd illas infortunatas multis fuerat expertus exemplis. Apud Cretenses obseruatum est, ut albis lapillis lætos dies, lugubres nigris calculis adnotarẽt: Idẽ apud Thraces. Rhomani quoq; quid quaq; die lucri damniue fecissent, literis designabant, quæ Ephemerides dictæ: Nam uetusti moris erat, unumquemq; domesticam rationem totius uitæ suæ, per dies singulos adnotare: Cæsar autem in consulatu diurna acta Senatus & populi, publicari mãdauit, testãtia siue lætum quid, siue triste cecidisset. Fuitq; ex dignitate populi Rhomani, res illustres semper annalibus, quotidiana uerò diurnis actis mãdare literis. Sed tametsi à rebus arduis ominosa dies deterreat, nonnulli tamẽ, omnem hanc religionem ludificati sunt: prosperoq; euentu contra uulgi opinionem minimè obseruãdam censuerunt. C. Cæsar cùm admoneretur, ne ante Brumã copias in Aphricam transmitteret, nulla religionis cura feliciter transmsit. L. etiam Lucullus cùm contra Tigranẽ duceret legiones, nulla fati religione motus, quin pridie noñ. Octobris (quæ dies atra forte inciderat) cõtra innumerabiles Parthorum copias prælio decerneret, asserens se ex atro & lugubri felicissimum illum diem facturum, nec euẽtus defuit: nam prælium ingressus, parua manu ingentes hostium copias incredibili felicitate superauit, milites'q; imperiũ auspiciumq; sequti suum, memorabili uictoria Tigranis, Regia, & Regno pariter potiti sunt. Dion quoq; Syracusanus cùm contra Dionysium moturus, Luna Eclipsim pateretur, & tota delitesceret, nullo prodigio aut ostento moratus fuit, quin eiecto Tyranno, crudeli dominatu Syracusas liberaret. Quod de Pelopida dum contra Alexandrum Pheræum ducit, & alijs memoriæ proditũ est. Romulo quoq; licet felici augurio nato, in ortu tamen & obitu Solem defecisse dicunt. Alexander uerò Macedo, cùm ducturus cõtra Darium, Luna Eclipsim paterẽt & ob id milites trepidarent, Aegyptios adsciuit Vates, causasq; defectionis expromere iussit: qui dum contra Persas dimicaturus, Iunio mense exercitum duceret, quod apud Macedones luctuosum erat, contempta religione feliciter dimicauit, asserens mensem Iunium, secundum Maium appellari iussisse. Sunt tamen exempla Rhomanis, eandem diem luctuosam, & mox felicem intercedentibus annis euenisse. Nam qua die Crassus magno dedecore profligatus à Parthis, cæsus fuit, eadem licet aliquot decursis annis, Ventidius Pacorum, & Parthos singulari uictoria magnis cladibus interfecit: Et die qua à Cimbris profligato exercitu, Rhomani cæsi fuere ingenti clade, eadem postea Lucullus contra Tigranẽ & Armenios, quos magna cæde debellauit, & castris exuit, gloriam tulit insignem. Augusto quoq; Octauio, idem dies suscepti imperij primus, & uitæ supremus fuisse traditur. Q. uero Fuluio cõtigit, ut qua die priore anno ex Prætura triumpharat, eadem postea de Liguribus bello uictis, triumphans Vrbem iniret. Græci quoq; qua die ad Platæas cõtra Mardonium feliciter dimicarũt, eadem, licet intercedentibus annis, ad Mycalen uicerunt. Sed sciendum populum Rhomanum quoties hostium uim propulsarent, aut illatam iniuriam lacessiti depellerent, quò minus arma sumerent, & hostibus obuiam irẽt, nulla religione teneri, atrosq; & euitabiles dies nullos censere: Illosq; tantùm obseruare, cùm inferenda in hostes arma, nõ propulsanda forent. Feriatis enim diebus, uim cuiq̃ inferre piaculare est, propulsare non utiq;: Illud etiam succurrit ad VIII CALEND. Aprilis, Rhomanos læticiæ diem colore, quem Hilaria nuncupant; quo tempore Sol Zodiaci peragrato spatio, per omnes signorum

Iulij.
Xerxis.
Quintadecima Iulij.
Postridie nundinarum, aut Nonis.
Cretenses.
Thraces.
Rhomani.
Ephemerides.
Annales.
Acta diurna.
Dierum obseruatio à quibus contempta.
C. Cæsar.
L. Lucullus.
Dion.
Pelopidas.
Alexander.
Qui eundem die luctuosum, & paulo post felicem habuere.
Rho. quando atris diebus à re quapiam auspicanda abhorrerent, & contra.
Hilaria.

gnorum stationes ad nos reuertẽs, longiores noctibus efficit dies, quibus festa solẽnia, & ludos publicos, ac dies hilares concelebrant: quo mense mulieres Veneri sacrum facere, & myrto coronatas lauare tradunt. Athenis, Lunæ Hebdomadibus festos agere dies, & Iuuenes conuiuari solenne fuit. Apud Indos erat patrius mos, ut cùm dies primùm augeri incipiũt, Rex cum Regio comitatu ad flumen lauaturus accedat, equosq; & nigros tauros Dijs immolet, ueluti felices & fortunatos. Ipsi enim nigrũ albo prætulerunt, & sanctius duxerũt. Quodq; Sextilibus CALEND. ex ueteribus domibus migrare, & nouas incolere Rhomani consuerant: Illasq; ueluti boni euentus & fortunatas obseruarunt. Neq; pręteriérim, diebus atris & infaustis, Pontificum iussu, nõ modò à bellis gerendis & Reipub. cura, sed à rebus diuinis & sacrificijs Deorum supersederi iussum: quippe diebus inauspicatis & ominosis nullum sacrificiũ ritè fieri Pontifices putarunt, nisi Hordæ, hoc est, prægnantes immolarentur boues, quæ Hordales dies nuncupati. Rhomanosq; à primis originibus ad primũ Punicum bellum, ortus tantùm & occasus dierum: postea meridiem, Accenso pronuntiante, notare cõsueuisse. Aeuo postea subsequente, diem in horas, noctemq; in uigilias diuisisse, ita ut maximam diem in XII, minimam uerò in X horas partirentur: Noctem uerò ita metiti sunt, ut modò in horas XII, nunc in IIII uigilias etiam longissimas noctes facili diuisione distinguerent: Vesper, Conticinium, aliàs Imtempestatem, Gallicinium, & Luciferum: sicut in ternas horas singulas uigilias pensitarent: Diem uerò in Luciferũ, Mane, Oratum, Meridiẽ, & Occasum: Tametsi diem simul & noctẽ, nonnunq̃ in horas XXIIII dimẽsas, ueteres obseruasse legamus. Horamq; balnei, hyeme nonã, æstate uerò octauã fuisse: Ipsamq; umbris postea & Clepsydris notare cõsuesse, ita ut trib⁹ Clepsydris, aut paulo plus, hora finiretur. Horarũ quoq; duo genera fuere: nãq; ex his quædã Aequinoctiales, Isomerinæ dictæ, quæ pro qualitate temporum licet uniformes essent, diem à nocte dissimili numero uariarũt: Aliæ temporales seu uulgares, quæ à Græcis Cærică, quibus singuli dies æstu pariter atq; Hyeme, duodenis horis continentur: Solaria enim antiqui eo libramento habuere distincta, ut sexta diei hora, meridies, noctis quoq; sexta hora, media nox designaret. Cùm enim lege naturæ, radij Solares, alij hyberni, alij æstiui sint, ita umbræ aliæ æquinoctiales, aliæ æstiuæ, aliæ hybernæ fuere. Erant enim horologia figurata, & ea finitione descripta, uti æquinoctialis, brumalis, & solsticialis dies, in partes XII assiduè diuisus foret, horasq; pro qualitate temporum & dierum, modò maiores, nunc minores, nõnunq̃ crescentes, aliquando breuiores ostenderent, quod cõmentum Anaximenes Milesius excogitasse dicitur primus, quas quidem enunciare Rhomanis puerorum munus erat. Sed quia de balneis mẽtio facto est, non omittendum, balnea apud maiores nocte, aut ante auroram nulli patuisse, utq; sinè metu cuiq̃ lauare liceret, à primis tenebris ad auroram sequentem clausa fuisse: Siquidem noctu lauare ueteribus interdictum erat. Hadrianus uerò Cæsar ante octauã, nisi ualitudine laboraret, publicis balneis neminem admisit: Tempusq; lauandi à meridie ad uesperam destinauit (quo tẽpore prostraræ meretricibus permissum,) lauacraq; pro sexibus separauit. Alexander postea Seuerus, nequid populo incõmodaretur, nocturna cõcessit balnea, oleo pro luminibus præbito: Quæ cùm antea ꝑmiscua essent uiris æquè & mulieribus, ipse post Antoninum philosophũ, lauacra milta summouit, sæpeq; cum populo in Thermis unà lauit: quod de. T. Vespasiano legit, ut plerũq; in Thermis, admissa plebe, lauaret. Et licet à primis originibus, cùm pauca essent balnea, & nullius cultus, Rhomani raró lauarẽt, brachiaq; & drura labore fatigati tãtùm abluerent, & toti nisi in nundinis lauarent: tamẽ pòst aliquot ætates, balnea & Thermæ publicis usibus multimodæ fuerunt, magna mole & sumptu constructæ Alexandrino & Numidico marmore, latis specularibus, mira cælatura & arte. Nam præter Agrippinas, Heronianas, Vespasiani, & Titi: celebrãtur Domitianæ, Alexãdrinæ, Gordianæ, Seuerianæ, Aurelianæ, & Constantinianæ: solidissima structura, & sumptu profuso. Cõstatq; M. Agrippam, ut populo placeret, CLXX balnea, seu lacus in prouinciarum formam, Rhomæ gratuita præbuisse: in quibus & si calda prius abluerẽt, postea ut à balneis corpora multa frigida stringerent, cõstitutum ferunt: nec prius ungi, nisi lauissent:

Ἑβδομάδες.
Niger color albo prælatus apud Indos.
Domibus quando migrarent Rhomani.
Diebus infaustis etiã sacris abstinebatur.
Hordales dies.
Dierum ratio apud Rhomanos.
Noctis partes
Diei partes.
Hora balnei.
Vmbræ.
Clepsydræ.
Horæ duplices.
Meridies.
Media nox.
Horologia.
Quando balnea ingredi licebat.
Quo tempore meretricibus ꝓstare permissum.
Balnea uirorũ & fœminarũ distincta.
Nundinis toti solummodo lauabant initio.
Thermæ à Cæsaribus struc.
Agrip. clxx. balnea struxit Rhomanis.

lauissent: cunctique pro singulis olim daretur quadrans, Diuus Antoninus, ob popularem gratiam, balneum sine mercede exhibuit. Cōmodus uerò Imperator, tanto studio balnea prosequutus fuit, ut septies atque octies diebus singulis lauaret. Quod de Gordiano & Galeno proditū est, qui æstate quinquies, Hyeme uerò bis in die lauêre: Illud certe satis cōstat, Carthaginensibus distincta fuisse balnea, Patriciorum & Plebeiorū: moremque præualuisse, ut in quibus Patricij lauabant, ad illa Plebei non accederēt. Græcis uerò contrà: nulla enim distinctio ordinis fuit, aut personarum: Diuites namque cùm pauperibus lauare, & Patricios cum Plebeis nullo discrimine licebat: In quibus tanta plerunque hominū cuiusque ordinis concurrebat turba, ut Balneatores, si uulgi maior uis ingrueret, pertæsi frequentiā, Aeræ granum, quod uertigines facit, carbonibus inijcerent, ut tædio odoris diffugerent. Germani uerò nō in balneis, sed fluminibus lauabant: Ideo nandi periti, & summi urinatores habiti: Si quādo tamen lauarent balneis, calda abluebantur, lautique uescebantur. Dardanis & Illyrijs ter solùm lauare permittit. primò scilicet natali die: secundò in nuptijs: tertiò in obitu cuiusque. Lusitanis frigida tantùm lauare licet: Sicut Spartanis, quibus calda corpus abluere uetitum est, quos cùm Apollonius Tyaneus molles & unguento delibutos uideret, aduocatis Ephoris, balnea interdixit, senectam hominum calida approbans balnea. Cunctique Ephesij balneis Præpositum lapidibus appeterent, quòd illa non calefecisset, summopere restitit, cùm frigida lauare satius duceret. Aethiopes Macrobij fonte abluuntur, in quo loti, perinde ac oleo uncti, membris agiles fiūt, & uiolam olēt. Scythæ nullo fonte lauāt, sed uxoribus aquam fundentibus, corpora scabro lapide conterunt, cupresso, cedro, & thuris ligno confricantes. Assyrijs licet lauare diebus singulis peculiare sit, tamē à coitu & in morte præcipuùm. Apud Celtiberos uerò obseruatum est, ut in balneis non aqua, sed lotio diu seruato lauent, dentesque & gingiuas pumicent: quod & Cantabri factitarunt, hanc optimam curationem, & exhaustis uiribus mirè proficere arbitrati.

Balneum sinè mercede ab Antonino exhibitum. *Imperatores balneis dediti.* *Patriciorū & plebeiorum distincta balnea apud Cartha.* *Græci promiscuè lauabant.* *Germani.* *Dardani.* *Illyrij.* *Lusitani.* *Apollo. Tyanei in Spartanos dictum.* *Aethiopes macrobij.* *Scythæ.* *Assyrij.* *Celtiberi.* *Cantabri.*

¶ Locus Martialis in distichis elucidatur, in quo plerique interpretes Grammatici lapsi sunt. Ca. XXI.



NICOLAVS Perottus Sipuntinus Præsul, homo fuit accurato ingenio, & lectione multa exercitus: eum Domitius Calderinus uir, ut in ea tempestate, doctus, & æmulatione doctrinæ, & morum dissimilitudine osum habebat: iurgijsque & conuitijs apud suos sectatores plerunque incessebat; sæpiusque apud studiosos in inuidiā illum crimenque uocabat, &, ut sunt ferè ingenia, in explicādis authoribus siquid in cōtrouersiam ueniret, uterque potius, quo pacto diuersus ab altero dissentiret, quàm quid ueræ lectionis esset, rimabatur. Cùm autem in Scholis Rhomæ eodem tempore Martialis apophoreta publicè lectitarent; cuius hoc distichon fuit:

In pretio scopas testatur palma fuisse: „
Otia sed scopis nunc Analecta dabunt. „

Ita istos uersus uterque interpretatus est, ut post multa deblacterata uerba, uix aliquem sensum illorum dictis elicere queas, cùm modò mēdum in uersu postremo fuisse alter asseueret, & pro otia pretiū poni oportere, modò Asarota non ab a primitiua, sed intentiua dicta esse affirmet: Alter ita pleraque nugalia iurgijs & maledictis plena effundat, ut equidem singula enarrare & referre pigeat. Qui uersus si pensitati rectè fuerint, absque multo uerborum uolumine, plani expeditique fient: Cùm enim Analecta reliquias esse ciborum, qui è mensa cadunt in pauimētum, nemo dubitet, ipsaque purgamenta cœnæ, quæque euerri solent, in pauimentis, ueluti ibi relicta essent, è paruulis minutisque testulis per calculos colore distinctos, opere Lithostrato ita effingi, ut uera uideātur, Plinius author sit: atque ideo Asarota quasi inuerribilia, dicta: quippe cùm σάρον, græcè scopa dicatur: non ab re, ipsa nunc Analecta seu purgamenta, otia scopis dare author affirmat: Cùm eā in pauimēto è paruis testulis efficta, talia forēt, ut scopis euerri nullo modo ualeant, & ideo otia scopis dare necesse sit, cùm his euerrēdis nullus scoparum

Nicolai Perotti & Demitij Calderini hallucinatio. *Perottus in Cornucopia secus interpretatur q̃ hic accusatur.* *Analecta.* *Asarota.*

parum usus foret. Ipsi uerò pertinaci odio diffidentes, non quæ effingi solebãt purgamenta cœnæ cogitarunt: sed de ueris Analectis, & reliquijs cœnarũ disceptãtes, quæ cadunt è mensa, in assequendo Authoris sensu multipliciter laborarunt. Depicta ergo purgamẽta cœnæ, ita solo hærere dixit, ut otia scopis dare necesse foret, quem sensum ita expositum, apertè liquere, neminem fallit.

¶ Exempla legis Iuliæ & Papiæ, quibus quæ lege Iulia indulta erant, lege Papia fuere prohibita. Ca. XXII.

Lex Iulia de maritandis ordinibus.



QVOD lege Iulia de maritandis ordinibus apud Veteres cautum fuit, ut hi quibus uigor Iuuenilis foret, primo flore ætatis ad uxores ducẽdas, liberosq; educandos propagandumq; sobolem non solùm præmijs inuitati, sed pœna deterriti cogerẽtur: id lege Papia & Pompeia certo ætatis gradu interdictum erat: quippe Sexagenarijs, & supra eam ætatem ducere uxores, fuit hac lege uetitum: Turpe enim uisum est, & fœdissima res senectuti, ut quibus ad eam ætatẽ sors liberos dedisset, aut cælibes uixissent, his quasi emeritis, ætate affecta, aliunde liberos quærere libido foret. Hanc postea legem Claudius Cæsar abrogauit: Nam sexagenarios & ultra, liberos gignere, & prolis causa ad coniugiũ admitti, decere arbitratus est. Rusus quod eadem lex Iulia cauit, quòd si liberta quæ Patrono nupsit, eo inuito, ab eo diuertisset, nõ modò post diuortium alij nubere, inuito Patrono, prohibetur; sed Patroni coniugium ita lex tutata est, & ratum habuit, ut eo etiam uolente, alterius coniugij facultatem eripuerit: Id etiam lege Papia inhibitum fuit: siquidem Senatorẽ eiusq; liberos libertinas duxere uxores, perpetua constitutione prohibuit, ita ut intra uirum Senatorium & libertam, aut libertini status mulierem, nullum matrimonium cẽsuerit esse, Senatorium uidelicet sanguinem, libertino admistum, quasi contagio pollui arbitrata. Eademq; lege Papia, certa delatoribus præmia constituta sunt: Nam cùm facinorosi & perditi homines clandestina facinora admitterent, quæ ad aliorum perniciem & cõmune tendebant exitium, utileq; uideretur, plures delatores esse, qui offensas specularentur in Principem, ne quid impune perditissimi homines moliri possent, delatoribus certa præmia constituit, eaq; cum dimidium illatæ multæ antea fuissent, Nero Princeps delatorum licentiam uolens comprimere, eadem præmia ad quartas reuocauit: quare Quadruplatores dicti, quòd quartã partem de Proscriptorum bonis, quos detulerant, consequerẽtur. Tiberius uerò Cæsar, causa præcipui quæstus, tantùm delatoribus tribuit, ut nemini fidem abrogaret, siue quid ueri, siue uani referrent: Nam ebriorũ sermo excipiebatur, simplicitas iocantiũ, & quodcumq; dictum capite & fortunis luebatur, adeò ut capitale esset, circa Augusti simulacrum seruum cæcidisse, uestem mutasse, effigiemq; impressam numo, uel anulo latrinæ aut lupanari intulisse, dictum factumq; eius aliqua æstimatione læsisse, ita ut primores Senatus, & magna hominum uis, infimas delationes exercerent. Cumq; Senatus de præmijs accusatorum abrogandis aliquando agendũ putaret, Tiberius dictitans iura subuerti, si custodes legum amouerentur, tantùm licentiæ delatoribus dedit, ut pleriq; criminis postulati, ante iudicium supplicium præuenerint. Vitellius quoq; delatos Mathematicos, inauditos capite puniuit. Domitianus dum rapinis intendit animum, ita aures delatoribus patefecit, ut nihil cuiq; tutum esset, delatorq; delatorẽ timeret, & Causidici causarum actionibus posthabitis, ad delationes se conferrent. Quod de Constantino traditur, ut delatores omni tempore admitteret, eosq; ingenti studio foueret. Non sic Vespasianus & Titus, qui adeò illos insectati fuerunt, & odio prosequti, uelut publico exitio destinatos, ut flagellis cæsos per Amphitheatri harenam spectandos traducerent, ut pœnis coerciti, à noxijs deferendis abstinerent. Pius uerò Antoninus delatores si non probarent, capitali pœna affecit; si probarent, oblato præmio, dimisit infames: Idem factum memoratur de Opilio Macrino Imperatore, ut delatores minimè admitteret, sed undiq; conquisitos, pœnis & damno multaret. Fuitq; ueteri sanctione constitutum, ut neq; mulieri, neq; damnato criminis, neq; militi, aut ueteranis, neq;

Sexagenarijs & supra eam ætatem uxorẽ ducere prohibebatur.

Delatoribus præmia lege Papia constituta.

Quadruplatores unde dicti.

Imperatores q delatoribus auscultarunt.

Qui Imperatores delatores auersati.

neq; uiris clarissimis ob dignitatem criminosum deferendi licitum esset. Fertur Dionysius Tyrannus, cùm in ciues nullo placatiore animo esset, Sagogidas dispositos habuisse, qui singulorum dicta factaq; referrent. CIRCA patroni quoq; ad bona liberti admissionẽ, & patronatus iura eadem lex satis commodè prouidit: Nam si Libertus, cui centum milium sestertiorum census fuisset, duos unúmue Liberos post obitũ reliquisset, ad uirilem bonorum partem Patronum admittebat: Si uerò tres aut ultra haberet filios supstites, nihil ex bonis Liberti hac lege Patrono debebatur. Fuere quoq; & alia legis Papiæ salubriter constituta, inter quæ ut XX Vestales uirgines, quæ sacri & æterni ignis perennem curam agerent, Pontificis Maximi scitu ad Sacerdotium eligerẽtur, & cooptarẽtur. Vtq; nemo ad honores magistratúsue admitteretur, nisi ciuis effici aut ciuitate donari antea meruisset. Propterea M. Perpennæ probrum obiectum fuit, falsoq; COS. fuisse creditus est, quòd contra legem Papiam, priusq̃ admitteretur ad ciuitatem. COS. factus fuit. Procedente mox tempore, cùm ius ciuitatis passim, & sinè delectu etiam infimæ sortis hominibus daretur: Idq; fœdũ, neq; ex Imperij maiestate uisum foret, lege Papia cautũ est, ut pegrini Vrbe Rhomana uti prohiberentur, ad eamq; alienigeni non admitterẽtur. Sed quamuis lex Iulia Libertinarũ coniugia priori cõstitutione admiserit, lapsis postea temporibus eadem lex, libertinas, & ludicram, aut scenam exercentes, Senatorio uiro admisceri graui pœna interdixit, uidelicet ne Senarorius ordo contagio libertinarũ pollueretur. Verba ex ea lege hæc sunt. Qui Senator est, quiue filius nepósue ex filio, pronepósue ex filia natus, cuius ”
eorum est, eritue, ne quis eorum spõsam uxorem nesciẽs dolo malo habeto Libertinã, ”
aut eam quæ ipsa cuiúsue pater matérue, artem ludicram facit, feceritue, sponsa nuptáue sciens dolo malo esto. Néue quis eorum dolo malo sciens, sponsam uxorémue ha ”
beto. Hactenus lex Iulia. Post aliquot uerò ætates, Aurelianus Cæsar constitutiones ”
legis Papiæ uelut uanissimas induxit, & abrogauit. Claudius uerò Cæsar adeò liberarum mulierum, quæ seruis nubunt, coniugium odio prosequutus fuit, ut præter legẽ in genuitatis, præterq; instituta maiorum, filios inde æditos, non ingenuæ cõditionis, sed Libertinos eẽ, iuraq; Libertorũ nãcisci, & ingenuitatis amittere lege sanciuerit. Ipsaq; si maritus ignorasset, serua esset: si uerò conscius fuisset, liberta. Diuus uerò Vespasianus statuit edicto, ut Libera quæ se alieno seruo iunxisset, ancilla haberetur: Cõtrà uerò alia constitutione cauit, ut si serua mulier hac lege ueniret, ne prostitueretur: Si cõtra legem uenditionis prostituta foret, ut esset libera, prostituensq; ius patronatus non haberet. Aegyptijs autem nullus ex serua genitus habetur seruus, aut illegitimus, quia solùm patrem ingenuitatem & genus præstare, matrem uerò natalibus nihil conferre putabant. Pericles autem Athenis author fuit, ut qui ex serua, aut non legitimo coniugio nati essent, uel turpi nota affecti forẽt, ciuiũ nõ habarẽtur numero, sed externorũ.

Lex papia ab aureliano abrogata.
Claud. lex in liberas seruis nubentes.
Vespasiani edictum.
Aegyptij quos seruos æstimarint.
Pericles.

¶Quod ius, quæue potestas Dictatoris Rhomæ & Exteris fuerit, & à quibus dici, & quanto tempore debuerit. Ca. XXIII.



QVI DE creando Dictatore exploratum ius habuere, hoc quoq; adnotarunt, Dictatorem dici qui apud ueteres magister populi uocabatur, idq; libris Auguralibus extare, magno argumẽto, quòd ab eo magister Equitum dicitur: In eo enim ius Maiestatis & totius Imperij fuit, cuius ductu & auspicio sæpe Respub. & imperium stetit, quem magistratum ex Albanis deductum autumãt, plæriq; à Græcis, quos illi Αἰσυμνῆτας, aut à Lacedæmonijs quos ἁρμοσάς, Thessali Archos dixere, qui parem Regiæ dignitati potestatẽ habẽt. Hedui Vergobretum, summum magistratum, qui uitæ necisq; Imperiũ tenet: Iberi Ibem uocant: Pœni Sufecem: Aegyptij Diœcetem, qui post Regem totius Regiæ curationẽ habet: sicut apud Persas Megistanes & Chiliarchus: Hi uerò Aesymnetæ ueluti Tyranni quandoq; imperitarunt, qualem Mitylenæi Pittacum elegêre: & Hipparchi apud eosdem: & Trallianis Asiarchæ: apud Magnetes Magnetarches: ab Achæis Diorigius & Demiurgus: à Thebanis Archin⁹, ab Oscis Medix, summi magistratus

Dictator quis.
Αἰσυμνῆται.
ἁρμοσῆς.
Vergobretus.
Ibis.
Sufes.
Diœcetes.
Megistanes.
Chiliarchus.
Hipparchi.
Asiarchæ.
Magnetarchæ
Diorigius.
Demiurgus.
Archinus.
Medix.

Mediatuticus. Demarchus. Democrates. Satrapes. Dynaſtes. Exarchus. Coſmi. Platæenſium. princeps. Perſarum rex per uitam regnabat. Argi. Athenienſium democratia. Lacedæmones.

giſtratus appellati : apud Carthagineſes Dionyſiarchus : Capuæ Mediatuticus : Neapoli Demarchus : Tarenti Democrates : In Cappadocia Satrapes : In Paphlagonia Dynaſtes : Apud Longobardos Exarchus : Cretenſibus Coſmi fuere, qui uice Regũ imperitarunt : quibus in uſu erat, ut nunq̃ caput raſitarent, ſed barbã capillumq́ſ ſummitterent : Sicut Platæenſium princeps, ferrum tangere, aut aliam ueſtem quam candidam induere, perpetua lege uetabatur. Perſis unus Rex ſummæ poteſtatis, perpetuo præerat, & nunq̃ niſi morte mutabat. Argis licet unus foret, tamẽ annis ſingulis amoueri ſeruatum eſt. Athenienſes cum Regali antea regerentur imperio, poſtea Regio dominatu abrogato, libertatem tuentes, popularẽ ſtatum delegere. Apud Lacedæmonios uerò, qui ſummum gerebat imperium, aliquando Rex fuit, qui ex Heraclidarum genere eligebatur, ex quo nouiſſimi Spartæ regnarunt, Imperio illibato, aut ex Eurycionitidis & Agidis familia, ſæpius duo ex ſtirpe Procli & Euriſthenis prognatis Herculis, ex quarum altera in alteram tranſire non licebat, qui tamen non ut Reges ſummum ius habebant, quia iuris omnis publici poteſtas penes Senatum erat. Sic in Papho ex Ciniraſorum gente : & Athenis ex Erichthei ſtirpe magiſtratus ad ſacra Cereris fiebant : In Ionia quoq; niſi ex Codri progenie fieri Rex nemo poterat : & apud Mileſios niſi ex Scamandri Hectoris filij, & Aſcanij Aeneæ. Idem apud Marcomannos, & Quados, ex Marobudui & Tudri genere, exemplo Rheginorũ, quibus princeps ex Meſſeniorum ſtirpe fit. Perſici quoq; Reges ex Achemenidarum familia ſoli fiunt. Et apud Siculos ex Teline prognati, inferorum deorũ longo tempore ſacrificuli erant, qui à duobus Quæſtoribus regi ſolebant ſummæ poteſtatis, uno Lilybitano, altero Syracuſano : etiã Corinthi Bacchiadum familia annis ducentis imperitauit, quos Cypſelus Tyrannus poſtea exegit, cuius factionis Demaratus & Tarquinius domo eiecti, regnum Rhomæ tenuerunt. Nonnunq̃ Seniores & nobiliſſimi populariũ Lacedæmonijs ampliſſimum geſſere magiſtratum. Parthi quãdoq; ex duobus collegijs, cognatorum ſcilicet & Magorum, binos Reges crearunt. In Meroe nemo ſummũ gerebat Imperium, niſi qui præualido corpore cæteris anteſtaret : Gordij Regem, quàm obeſum & prepinguem eſſe uoluere, quòd ex corporis mole animi indolem diiudicarent. Apud Medos, niſi qui uiribus excelleret, præcipuoq́ſ robore cæteris emineret, iure gentis nemo Rex eligitur, & in Libya ſolùm qui citiſſimo curſu ualeret, pro Rege imperitauit : Sicut apud Catheos Indicam gentem, qui inſigni corporis forma cæteris anteiret : in quo traditur mirum, ex tot militibus armatorum, quos Xerxes in Græciam duxit, neminem ſibi corporis magnitudine aut ſpecie præſtitiſſe : Aethiopes quoq; ſi quãdo Regiæ ſtirpis uir deeſſet maximarum uirium, quiq́ſ opibus & robore præcelleret, Regem eligebant. Sidonij contrà : nam niſi Regia ſtirpe ortus foret, neminem dominari ſinunt. Sabæis poſt cõſtitutum Regem, primus ex nobilioribus iure gentis, ad ſucceſſionem aſpirat Regni, cui hoc propriũ eſt, ut extra ſepta prodire non audeat, quò uenerationis plus ineſſet : quod ſi extra Regiam conſpicitur, lapidibus impetitur. Fuitq́ſ obſeruatum in Taprobane, ut qui liberos haberet, in Regem aſſumi non poſſet, ne Regnum hæreditario iure ſibi uendicaret : & apud Germanos, ut ex generis nobilitate Rex fieret, Dux uerò ex uirtute : Apud Perſas uerò, ut Rex fiat nemo, niſi qui Magorũ diſciplinis imbutus eſſet, quibus nefas erat, illegitimũ tenere Regnum, ſi legitimus ſuperuiueret. Vtq; in Regem aſſumptus, in principio dominatus, quodcunq; optaret à populo, donum ferat : Proditumq́ſ memoriæ eſt, Sitonum gentibus iuxta Sueuos & Germanos, uetuſto more non uirum, ſed fœminam dominari : Regiumq; nomen, tam Græcis quàm Rhomanis longo tempore inuiſum fuiſſe, à nulliſq; in Græcia uſurpatum, niſi à Philippi & Alexandri poſteris. Atq; ex Alexandri Ducibus, Eumene uiuente, neminem Regium nomẽ ſibi uendicaſſe : ſed Præfectos appellari ſolitos : donec Eumene defuncto, Athenienſes Antigono & Demetrio immodicè obſequentes, inter plurimos honores, Regium illis nomen, uelut altius faſtigium, detulere : licet Sicyonijs primum Aegialæum Regnum in Græcia tenuiſſe multi aſſeuerent : Rhomani quoq; ſocium atq; amicum, niſi benemeritos, & magnis officijs deuinctos, nullos appellarunt. Et tametſi Democratiã, hoc eſt,

Paphij. Athenienſes. Iones. Mileſij. Marcomanni. Quadi. Rhegini. Perſæ. Siculi. Corinthi. Parthi. In Meroe. Gordij. Medi. Libyes. Cathei. Aethiopes. Sidonij. Sabæi. Taprobani. Germani. Perſæ. Sitones. Regium nomẽ diu inuiſum. Socij. Amici. Δημοκρατία.

hoc est, popularem potentiam, aliqui præcipuè commendarint: & alij Aristocratiam, id est, optimatium regimen: tamen unius imperium pietate & religione inclytũ, sub quo non grauis Dominatus, sed iustum & legitimum imperium esset, omnium consensu præferretur cæteris. Eum ergo Dictatorẽ primò, uel ab uno ex COSS. authoritate patrum, etiam sinè populo, uel ex Senatus consulto, aut ex scitu plebis à populo, uel à COSS. iussu populi, & si inter COSS. nõ conuenit, sortiri eũ qui dicat, uel à Trib. militum Consulari potestate, non ni. * Prætore dici licebat. Quotiesq; alteri ex COSS. dicendi Dictatorem potestas fuit, semper illi qui fasces haberet, & nisi uirum Consularem, & in foro Romano, oriente nocte, & silentio dicere licuit. Tametsi Consularem siue Collegam dixisse, & Prætores ante Consulatum sæpe dictos fuisse compertum sit. Poteratq; secundò, tertiò, & deinde idem Dictator dici. Inde quasi *

possset non creatus, nec comitijs, *

magistratus, Dictatores dici uolunt: qui non apud Rhomanos tantùm, sed Carthaginenses, Fidenates, Lauinienses, Albanos, Tusculanos, Samnites, & omne ferè Latium multæ erat potestatis, & summi imperij. Is autem Dictator simulatq; dictus erat magistratum uelut Imperij socium nominabat, cui summa rei bellicæ dabatur. Tametsi Dictatorẽ & magistrum Equitũ, * uel populo unà plerũq; dictos inueniamus. T. Largum cùm bellorum in uehementi terrore esset Senatus, Dictatorem, & unà cum illo Q. Munitium magistrum Equitum dixit, qui uelut magister consiliorum Dictatori aderat, at ꝗ ad ipsius præscriptum parêre oportebat, ita ut si quando abesse contingeret, eius uices gerere & munia obire posset. Et licet ante Q. Fabium Maximum, neminem nisi à Senatu uel COS. dictum inueniamus: tamen secũdo Punico bello cũ acerrimo prælio & maximo Respub. afflictaretur, nouo exemplo populus sinè Patribus (quod nunquam factum antea) eundem Fabium Dictatorem, & Q. Minutium Magistrum Equitum dixit. Cunq; à principio Patricij tantùm, & Consulores dicerentur, haud longis post temporibus, Plebeios dictos comperimus. Cùm enim omne nomen Hetruscum Tarquiniensibus & Faliscis ducibus, infesto exercitu in Rhomanas copias admouerent, aduersus tantam belli molem, primus de plebe Dictator dictus C. Martius Rutilius fuit, qui Magistrum Equitum C. Plautium de plebe hominem sibi cooptauit: & exinde ius arbitriumq; Dictatoris creandi, Senatui Populoq; tributum est: donec procedente tempore, Cor. Sylla, qui uictam armis Rempub. in dominationem uertit, contra mores institutaq; Maiorum, Dictatorem seipsum dixit, illiusq; Imperium in annos C sibi propagauit. Quo exemplo C. Cæsar perpetuæ Dictaturæ munus sibi uendicauit. Erat igitur summum Dictatoris Imperium: Nam & capite multare, & Consulatu deijcere, honoresq; alijs abrogare, alijs conferre poterat. Qui tantæ potestatis erat, ut liceret ei sinè Senatus aut Populi concilio, Rhomanos ciues in uincla conijcere, atq; indemnatos morte afficere: Nam salus ciuium uniuersorum, ius de tergo uitaq;, leges, iudicis libertas, aræ, foci, & Dij penates, insuper bona coniugis, & liberorum pudor, pudicitia, eius tutelæ, potestati, fideiq; credebãtur: cognationes quoq;, capita rerum habere, in exilium agere, bonis interdicere, capite multare, bellum, pacem, fœdera, societatesq;, etiam iniussu populi, facere & dirimere, sui arbitrij, & iuris erit: Nam siquid collibuisset, siue delectum habere, siue ad hostes ducere, aut aliquos auxilio iuuare, ipsius dicto parêre oportebat, cuius erat arbitrium pro numine, nulliq; prouocare licebat: Neq; enim ut in COSS. qui pari sunt potestate, & ijsdem auspicijs creati, alterius auxilium sperare licebat. Deniq; Dictatore creato, omnium iuris dictio cessat, & conuiuet, COSS. Prætores, Aedilesq;, & magistratus sub illius Imperio conticescunt, præter Tribunos pleb. Illis enim XV fasces, ut COS. sed XXIIII Lictores cum securibus & fascibus *

ut si quandò Consulis prouinciam *.

Ἀριστοκρατία.
Imperiũ unius laudatum.
Dictatorẽ qui dicerent.
Dictatorẽ qs dicebat, & quo loco.
Dictatorũ summa apud diuersas gẽtes potestas.
Magister equitum unà cũ Dictatore dictus.
Dictator a populo sinè patribus dictus.
Plebei dictatores.
Cor. Sylla Dictatorẽ seipsũ dixit.
Dictatoris sũmũ imperiũ & potestas.

bus, aut aliquo insigni honorum, Consul ueritus Maiestatem uiri, solus procedebat, priuatusq; ubi Dictator erat, & sinè magistratu cēsebatur. Et quia maximum Dictatoris Imperium, potestasq; imperiosa erat, pactiones, uel fœdera iniussu suo inita nullarum uirium fuisse liquet: Illaq; suo iussu abrogari poterant & induci. Sed quãuis eò excellentiæ creuerit Dictator, ut summum teneret Imperium, præcipuaq; maiestate polleret, ipsi tamen equo uehi minimè ius erat. Id enim ueteri lege exceptum fuerat: scilicet, ut inhibita nimia potestate, tantus honor aliquo finè præscriptus, populi suffragio indigeret. Ideo si quando in expeditionem Eques ire uellet, ut equum sibi ascendere liceret, ad populum ferebat, exq; permissu populi equo uehi poterat. Quod tamen Cato Iunior, licet in summo esset magistratu, minimè curauit: Nam maxima itinera, & longas uias, pedibus semper, nō nunq̃ cantherio sarcinis adoperto, obiuit expeditus, sicut de Agesilao proditur. Cumq; ad VI menses Dictaturæ munus antea præfinitum foret, multos debellatis & domitis hostibus, & munere absoluto, citra mensem Dictatura excessisse comperimus: nonnullis etiam ultra annum, per denos uicenosq; dies, prorogatam fuisse: Alios oblatum Dictaturæ munus renunciasse, sicut de Terentio Varrone, qui ad Cannas insigni strage profligatus fuit, proditum est. Alios cum Dictatura simul Cōsulatum gessisse, quod de Sylla & Cæsare legimus. Quotiesq; se abdicare, & munere absolui uolebat, prius magistrum Equitum abire magistratu necessum erat, ne Dictatore desito, Equitum magister, qui proximum gerebat Imperium, in summo solus honore aliquid moliretur: Neq; antè Dictatura abdicare illum sinebant, quam iussu Patrum prius COSS. creatis, qui Reipub. præessent, Imperium dimitteret, quo dimisso, postq̃ honore abijt, pauca & modicè loqutus, à populo & primoribus Patrum frequenti amicorum officio stipatus, cum gratulatione & gaudio domum deducebatur, quod ferè omnibus magistratibus commune fuit, nisi quod Cicero discessurus Consulatu, de rebus à se gestis, à Q. Marcello prohibitus est concionari. Proditum tamen memoriæ est, quosdam deposita Dictatura, se COSS. dixisse (q̃uis pessimo exemplo) & cum Collega Consulatum gessisse. Quod malum ne serperet latius, tam consulto Senatus, quàm tacito consensu sublatum fuit. Illud certè conuenit inter omnes, Dictatorem sinè magistro Equitum creari non licere. Sicut enim à prima antiquitate Tribunus Celerum Regi aderat, cuius ope Rex nitebatur, & Legatus Consuli, ac Prætori Quæstor auxilio & adiumento erant: sic Dictatori magister Equitum, & Imperatori Præfectus Prætorio. Quibus absentibus, hi quasi suffecti, honori, præsidioq; erant: ut si quando abesse, aut grauiore morbo laborare contingeret, ipsorum uicem gererent, & munia obirent, ac quædam inter eos societas & coniunctio Imperij, uirtutis & ignauiæ cuiusq; testes forent. Apud Lacedæmonios à Lycurgo institutum ferūt, ut octo & uiginti Seniores Regi adessent, ac duo propinquiores, & cuntubernales, quos ipse elegerat, qui Phytij appellantur, ut siquid casurum foret, animaduerterent, ipsiusq; munia & officium obirent. Non nunquam Ephori in expeditionem profecto Regi custodem & Imperij socium dedêre. Tametsi Augur perpetuus Regum assessor foret. In Meroe Rex quadraginta Rectores accipit. Getæ Cogeonum qui Regi adesset fecêre, qui tantæ dignationis erat, ut diuina mente præditus haberetur. Apud Abateos qui intimus Regi præsto aderat, frater dicebatur, qui prudentia anteibat cæteris. Sed quod est de Præfecto Prætorio dictum, animaduertendum, temporis cursu procedente, ex longo interuallo, à Cæsaribus fuisse institutum, ut qui Senator esset, ad Præfecturam prætorij euehi non posset: qui cùm per Senatum antea eligeretur, Augustus Cæsar habitu suffragiorum suspecto, statuit ut Præfectus Prætorio, de numero Prætorum sorte eligeretur, cui dum assumitur Princeps, gladium præcingit pro imperio & potestate. In quo fertur egregium Traiani uerbum, dum Præfecto Prætorio ensem cingeret, ut si iustè imperaret, pro se, sin iniustè, contra se illum sumeret admonentis. Cumq; antea unus foret, Commodus Imperator, uelut nimiæ potentiæ, duos esse uoluit, eam potestatem uelut in partes diuisam, tutiorem arbitratus: quo etiam

Dictatori equo uehere nō licebat.

Dictaturæ tēpus præscriptū

Tribunus celerū adest regi.
Legatus Consuli aderat.
Quæstor Prætori.
Magister equitū Dictatori.
Præfectus Imperatori.
Octo & xx. seniores Regi Lacedæmoniorū aderant.
φύτιοι.
Augur regum assessor.
In Meroe.
Getæ.
Præfect⁹ prætorius.
Cæsarum institutum.

Traiani dictū

quo etiam tempore III Præfecti Prætorio fuere, donec Seuerus Alexander Imperator, ne non Senator de Senatore iudicaret, præfectos Prætorio Senatores iussit esse: ad eos enim Senatorum cognitio, & iudicium, iusq; & animaduersio spectauit. Heliogabalus uerò, adeo Præfecturã inquinauit, ut saltatorem, & histrionicam professum, Præfectum Prætorij faceret. *Præfecti prætorio.*

¶ Quid Mina, quid Drachma, quid Assis, Denarius, Sestertium, & Talentum apud Gentes diuersas ualuerit. Ca. XXIIII.



En ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ Terentij Comici, Chremes Menedemo consilium dãs, ut amãti filio, quàm minimo dispẽdio cõsulat, ipsum his uerbis affat.

Et tibi perdere
Talentum hoc pacto satius est, quàm illo Minam.

Putabant nonnulli studiosi Minam modicæ summæ monetam fuisse, ita ut uix Denarij pondus æquaret, quod ferè ex sensu uerborum cõstare uidebatur: sed cùm in pleraq; non ignobilium Authorum lectione uersaremur, inuenimus Minarum diuersa genera qualitatesq; multiplices, ita ut numoru inexplicabiles species perscrutati, in magnis uersaremur angustijs, cùm summa esset dissentio, nihilq; explorati animaduerti diffinirìq; posset: Nam Minarum quasdã ex Drachmis LXXV constare legimus, quasdam Atticas, quarum LX paruum Talentum efficiunt: Aliquam ponderis maioris, quæ ex C ferè & XX Denarijs fit: Aliã apud Athenienses LXXIII Drachmarum numero taxari: Nonnullas Euboicas, quarũ LXX Babyloniũ efficiunt Talentum. Ex quo iudicare licet, non tam modici ualoris Minam apud Priscos fuisse. Ea enim μνᾶ dicitur Græcè, quæ tũ numi, tum libræ nomẽ habet: apud quos Siclis LX cũmuni æstimatione appendebat, qui Obolos MCC pariunt: Nam XX Obolos Siclũ efficere haud dubiũ est. Drachmarũ quoq; multiplicia fuere genera: ex quibus aliquæ denos efficiunt Asses, aliquarũ duæ & dimidiata integrũ Sestertiũ: Cõstititq; Drachmam Atticã & argenteũ Denariũ Rhomanum paris æstimationis fuisse: Numumq;, Drachmã, & Denariũ idẽ ualuisse: quãuis alij cõtrà, qui duas Drachmas & dimidiam, decẽ nũmos nostrates efficere cõtendunt. Dion uerò, Drachmas pro Assibus accipit: cẽtumq; Drachmas, centũ Denarijs argenteis æquari censuit, qui librã efficiunt, qđ Plutarchus & alij testati sunt: Communi tamen æstimatione, Drachma VI Obolis, aut Aereis signatis appendebat, qui singuli quaternis Quadrantibus ualebãt. Obolus uerò VI Siliquas. Siliquamq; & Scrupulum idem esse opinati sunt. Drachmamq; in ponderibus partem Vnciæ octauam fecisse, continere enim Scrupulos III, Siliquas uerò XVIII: Nam singulos Scrupulos VI Siliquas habere cõstitit. Drachma tamẽ Aeginensium maior Attica, X Obolis permutabatur. Denariorũ quoq; diuersa fuere genera: Nam & denos Asses singulos pondo Denarios efficere legimus, quod Aes graue dicebatur, unde ex X Aereis Denarius: duosq; Cistophoros Denarij pondus pẽdere. Nõnulli Denariũ ex Siliquis XXIIII cõfecere, alij ex XVIII, Drachmamq; & Denarium idem esse, sexq; millia Denariorum integrum Solidum efficere, & hoc esse Talentum Achaicum, arbitrati sunt. Primo tamen Punico bello, populus Rhomanus cùm Aerariũ laboraret, Asses unciales fecit, placuitq; æreum Denariũ XVI Assibus permutari, quinarium octonis. Sestertiũ uerò quaternis Assibus ualere, ita ut Sestertius nũmus Drachmas quaternas faceret. Notaq; Denariorũ Bigæ & Quadrigæ fuere: quare bigati & quadrigati dicti. Postea uerò lege à Papyrio lata, Asses semiunciales facti. In militari uerò stipẽdio, Denarius pro Assibus X, militibus dabatur. Antea uerò libralis Assis, & Dipõdius æquè appẽdebat. Quo autẽ tẽpore Decẽuiri legũ ferendarũ causa imperitarũt, Rhomani librarijs Assibus usi fuere: tãetsi Q. Fabius Maximus Asses triũciales fecisse dicat. Cũq; secũdo Punico bello, librarij Asses fierẽt, ut populus ære alieno non magno incõmodo leuaretur, debitaq; exoluerent, ex singulis Assibus librarijs, senos percussere, ita ut ex librarijs Sextarij fierẽt, qui dẽptis tribus Vncijs, tantundem ualerẽt. Plerunq; tamen compertũ est, denos Asses pondo singulas

Minæ diuersæ.
Siclus.
Drachmarum diuersa genera.
Denarius Rhomanus.
Obolus.
Siliqua.
Scrupulus.
Drach. Aeginensium.
Denariorũ genera.
Solidus integer.
Talent. Achaicum.
Asses unciales.
Asses semiunciales.
Libralis assis.
Dipondius.
Asses triunciales.

Assis minor moneta. Obolus. Stipes. Chalcus.

libras efficere. Sed tamen Assem minorē esse monetam, & haud multo æstimari, argumento est, quòd in multa à Prætore irroganda, bos Centussibus æstimabatur, ouis uerò Decussibus. Hos tamen Asses Græci Obolos, alij Stipes dixere, quos exigui ualoris fuisse haud dubiè constat: Nam singuli quaternis Assibus ualebant, & octo Chalcis: tametsi Plinius X Chalcis Obolum æstimari dixerit. Tres enim Obolus frequens continet Siliquas, nonnunq̄ VI: ea enim quadragesimā supra centesimā partē Vnciæ facit. Eratq; Semiobolus, Diobolus, Triobolus, qui etiam Quadrātes, Dichalca, & Frichalca dicti. Obolíq; nomen tulit, quòd uetus Atheniensium numus obeliscum incussum habuit. Sestertiorum uerò quidam maiores, alij minores fuere: qui ex quaternis Assibus cōstabant. Erat enim is Sestertius quarta Denarij pars, quo tempore Decussis ualebat: ex quibus apparet, ex XVI quoq; Assibus Denarium constare: duasq; Drachmas & dimidiam Sestertiū conflare. Alij ex duobus Assibus & tertio Semisse Sestertium efficiūt, quem minimum appellant, quia non duos Asses tantùm, sed Semissem quoq; tertij Assis continebat. Fuit enim illius multiplex uariaq; natura. Eiusmodi Sestertios fuisse opinamur, quos Iulius Cæsar nouissimo testamēto suo uiritim CCC populo legauit, cùm amplioris summæ, neq; erogari potuissent, & ad exhibendum singulis tantam pecuniam uix ullius sufficerent facultates. Maior uerò ex centum Drachmis Achaicis, seu Denarijs constabat. Rhomani uerò ex argenti libra, aut paulo infra, tria efficiunt Sestertia, ita ut centum Sestertia libris XXX argenti appenderent. Alij Sestertium ex Dipondio & Semisse conficiunt, qui duas libras & dimidiam facit. Quare XXIIII Sestertia Talentum Atticum efficere relatum est, quod (teste Varrone) LX argenti libris taxabatur, quò fit ut eiusmodi Sestertius numus duas libras & dimidiam contineat. Sunt qui putēt ex auri libra XL millia Aerium signari, quod & Plinius arbitratus est. Mille quoq; Sestertijs unum Aureum cōputari nouissimis Cæsarum temporibus, à Iureconsultis legem Papiam interpretantibus relatum accepimus: is autem aureus Chrysius dicebatur, quorum LXXV in singulas expendebāt libras. Præter quos fuere Stateres aurei, qui Mina permutabantur, alij argentei, quorum X Chrysium efficiunt. Talentum quoq; ueteribus multiplex fuisse inuenimus, nec unius generis, sed aliud Atticum VI millium Denariorum, aliud Alexandrinū XII, Neapolitanū VI, Syracusanum III summā nō excessit, Euboicū uerò IIII milliū Rhomanæ monetæ, Achaicum etiam VI millium fuisse asserunt: præter quod fuit Ptolemaicum, Syrium, & Antiochenum, & Babylonium, quod II Minis Atticis taxabatur. Erantq; Talentorum species multimodæ, ita ut sicut Libra & Pondo nō æqua omnibus, ita dissimilia Talenta fuerint. Est tamen proditum memoriæ, ex mille Sestertijs Talenta Attica paulo minus XL effici, ex qua adnumeratione fit, ex XXV Sestertijs Talentum Atticū cōflari: cōmuni tamen æstimatione, Talentū decuplo maius Mina taxabatur. Author item est Priscianus, Talentū paruum Minarum LX: Magnum uerò LXXXIII, & Vnciarum IIII: Atticum uerò magnum Talentum, LXXX libris Rhomanis ponderibus pendere: Paruū uerò LX Minis Atticis taxari. Procedente mox tempore, Talentum Atticum XXIIII Sestertijs Rhomonis æstimatum fuit: ea summa est XXIIII numorum millium: Siquidē mille numi, Rhomanorum quoq; Sestertium efficiunt. Quinetiam Atticum Talentum quandoq; XVI Sestertius taxari Varro significat. Aegyptiumq; LXXX ponderibus pendere. In tributorum uerò taxatione adhibitum Rhomanis Talentum, haud minus pondo LXXX Rhomanis ponderibus pendebat. Cuius generis Talēta cū leges pacis Antiocho datæ sunt, Rhomanis æquis pēsionibus exhibita fuere. Ideq; in uectigalib9 & portorijs seruari cōperimus: In qua quidē re fuit memoriæ proditū, Rhomanos uictis gētibus nationibusq;, tributi noīe, argentū, nō aurū, indixisse. Sūt tamē exēpla C Talēta nō nunq̄ XII pōdo Rhomanis pōderibus, effecisse: Pondo autē idem esse quod Libra, oēs consentiūt. Quod quidē Talentū plerūq; non ex pecunia percussa, sed ex massa argenti auriue, aut eboris, ferri quoq;, & aluminis, aut Ebeni, quod tributi loco ab Aethiopibus & Persarū Regibus appēdebatur, cōstare uolūt: Legim9 singula millia Talentūm thuris annua Arabes Regibus Persarū pensitasse: ipsosq; Aethiopes uicenos dentes

Elephantorum

Marginal notes: Semiobolus. Diobolus. Triobolus. Quadrantes. Dichalca. Oboli unde dicti. Sestertiorū genera. Minor sestertius. Minimus sestertius. Vide Trāquillum in uita Iulij circa finem. Maior sestertius. Rhomani. Talentū atticum. Aureus. Chrysius. Stateres. Talentū multiplex. Atticum. Alexandrinū. Neapolitanū. Syracusanum. Euboicum. Achaicum. Ptolemaicum. Syrium. Antiochenum. Babylonium. Talentum paruum & magnum ex Prisciano. Sestertiū Rhomanum. Pondo. Talenta nō ex pecunia percussa.

Elephantorũ eisdẽ pendere cõsuesse: Rhomanosq́; à Corsis centũ millia pondo ceræ tributi nomine exegisse: Cappadoces Persis quingentos equos, & mulorum duo millia annua dedisse. Pleruq́; ex pecunia percussa, quod frequens fuit: Nam ex tribus aureis etiam Talentũ constare Pollux autor est, quod aureis tribus Atticis ualebat. Aureus autẽ duabus Drachmis Atticis taxabatur. Argenteum uerò Minis Atticis LX: Babylonicũ uerò sæpe II millia & septingẽtas Minas Atticas effecisse uolunt: Ipsum tamen Rhomanũ Talentũ quàm sæpissimè LXX Librarũ fuit. Apud alios uerò minimæ summæ, & parui æstimabat. Homero teste, qui in ludis funebribus Patrocli, cùm primus uictor bouem accepisset donũ, ultimus duo Talenta præmiũ tulit. Hoc quoq; ex Authoribus cõstat, quòd à condita Vrbe ad Pyrrhũ Regem populus Rhomanus argento signato minimè usus fuit: Rudi enim ære appenso, non numerato utebantur. postq́; percussam monetã, placuit Denariũ pro X Libris æreis: Quinariũ pro quinq; Sestertiũ pro Dipondio & Semisse cõputari. Fuisseq́; in ueteri numo æreo altera parte Ianum bifrontem, altera proram nauis exculptã, & in antiqua moneta bouis ouisq́; imagines, quæ res Rhomanos gregibus olim & pecudibus ualuisse argumento fuit: quare pecunia dicta est. Iani autẽ bifrontis nota, & nauis prora ideo insculpta feruntur, ut priscos Latinos tunc efferum genus, cùm pastoriciã uitam agerent, è fera agrestiq́; uita, legibus & omni rerũ affluentia, quæ illuc terra mariq́; importabantur, à Iano qui cultioris uitæ modum inuenit, excultos denotaret. Neq; omittendũ quòd Plinius naturalis Historiæ libro retulit, Seruiliorũ familiã Trientẽ sacrũ coluisse, illiq́; statis diebus noua religione sacrum fecisse, qui cùm uaria specie, & forma dissimili uideretur, modò accessionem & fortunæ incrementa, nõnunq̃ dãna familiæ præsignabat. Illud quoq; admonitu non inutile dixerim, Lugduni Rhomanos Imperatores argentum aurumq́; & monetæ omne genus signare consuesse: siue quòd prompta ibi ad cudendum metalli copia foret: seu quòd munitissimus locus, & accessu difficilis ad confluentes, quòd ibi Rhodano Arar commiscetur, esse censebatur.

Ex pecunia percussa. *Aureus.* *Argenteus.* *Talentũ Rhomanorum.* *Iliados xxiij.* *A condita urbe ad Pyrrhũ nullæ monetæ fuerunt.* *Notæ & imagines numorũ apud ueteres Rhomanos.* *Seruiliorum familia trientem coluit.* *Lugduni omne monetæ genus à Rho. cudebatur.*

¶ Quæ Theatra Rhomæ fuerint, & qui Circi, quorumq́; extent uestigia, & quæ penitus conciderint. Ca. XXV.



IN CONVENTV eruditorum, presente me, sermo haberi cẽptus est de Theatris, quæ multa in Vrbe fuere, cur paucorũ uestigia extent, cùm plurima legamus fuisse: Rhomanosq́; bellis confectis, adeò Spectaculis deditos, ut illa apparatissimè exhibentes, quouis magistratu, aut honore dignos ducerent. Cunq́; ex his quidam, populum Rhomanum pedibus stantem sine Scena diu spectasse assererent, mox sub Tabernaculis ligneis, aut arundine fultis, quòd Senatus Consulto intra Vrbem, propriùsue mille passus Theatra habere, aut ludos nisi stantem spectare non liceret: Ideo rara fuisse, illorumq́; substructiones & diruta uestigia nunc extare. Plures tamen fuere, qui plurimorum, quæ sequutis temporibus extructa sunt, non species modò, sed ne ruinas quidem apparere dicant. Licet enim post secundum Punicũ bellum, P. Cornelius Nasica, cũ à Censoribus locatũ spectandis ludis Theatrum extrueretur, uelut publicis moribus nociturum demoliri fecerit, populusq́; stans aliquandiu spectauerit: & Augusti tempore tria Theatra solùm, & Amphitheatrum Rhomæ fuerint: tamen subsequẽte æuo, quin Theatra, Circi, & Porticus ingentis operis, plura, & celebria Rhomæ fuerint, nemo dubitauit. Tunc maximè cùm Vrbs Rhoma eò excellentiæ & felicitatis creuit, ut edificiorum magnitudine ad summũ maiestatis fastigiũ deuenerit. Cõstat enim ueterũ monumẽtis, Marcelli Theatrũ operis sumptuosissimi, ad infimũ Argileti, iuxta templum Pietatis conditũ fuisse, quod August⁹ Marcelli nomine inscripsit. Octauia uerò mater, Augusti soror, eius memoriæ bibliothecã addidit, præcipui sumptus. Hic est enim ille Marcellus, cui cùm filiã Augustus desponsasset, haud multò post, egregius adolescens acerbo funere sublatus fuit. Et Theatrum Scauri, quod in Aedilitate fecerat, triplici Scena CCCLX colũnarũ, signisq́; æneis tribus millibus cõspicuũ, cui⁹ cauea (ut author Plini⁹ est) supra

P. Cor. nasica Theatrum demoliri fecit. *Marcelli theatrum.* *Bibliotheca octauiæ.* *Scauri theatrum.*

Curionis theatrum. Theatra teporanea. Theatrũ apud Fidenas lapsũ. Pompei theatrum.

hominum LXXX milliũ capax erat. Aut Curionis, qui post homines natos Theatrũ uersatile, & temporaneum mirabili cõmento construxit, operum longè maximum & cõspiciendũ. Primus enim L. Mũmius, exacto Achaico triumpho, Theatrũ temporaneum, & Scenam lignea cõpage posuisse fertur. Cunc̃q; apud Fidenas Theatrũ memorabili casu cum magna hominũ pernicie, & ingenti strage corruisset, Senatus consulto cautũ fuit, ne quis in posterũ Theatra, nisi solidæ firmitatis extrueret. Antea enim Pompeius Magnus perpetuo mãsurum solida materia ædificauit primus, in cuius dedicatione ludos dedit in Circo, & Elephantorũ pugnam, quod illi fuit uitio & crimini datũ, cùm antea ligneis gradibus Scena fieret: quod à Pompeio magna ex parte cęptũ Caligulam perfecisse, Neronemq; in aduentu Tyridatis Armeniorũ Regis inaurasse legimus. Iuxta quod Iouis statua uisenda magnitudine, cui arcus marmoreus à Claudio Cæsare Tiberio dicatus proximus erat: Cuius exẽplo Iulius Cæsar molem Amphitheatri ingentem, in cãpo Martio substructionibus maximis erexit: quam postea Augustus Mausoleum edificaturus (teste Tranquillo) demolitus fuit. Et Cornelij Balbi Theatrum, cui IIII colũnæ ex Ophite lapide pro miraculo fuere, quorum nulla prorsus uestigia cernimus. Et Pompei Amphitheatrum ampla magnitudiue & mole: quippe tam profusi sumptus fuit, ut hominũ quadraginta millia cõmodè sedibus acciperet. Nec nõ Amphitheatrũ Tauri summa impensa extructum: nec minus Castrẽse, quod in Exquilijs fuit: & Neronis, cuius ne imago quidem extat. Cæsaris uerò Theatrum iuxta Capitolium, cuius tantùm semiruta uestigia uidemus, tanti splendoris fuit, ut Vrbem, atq; Imperium honestaret. Quantæ autem admirationis fuisse Amphitheatrum Vrbe media credimus, mirificum opus à Vespasiano fundatum, cùm ipsius ferè demoliti nunc ruinas solidissima structura demiremur? In quo extruẽdo omnes Imperatores Regesq; magnificentia antecessit, quibus monumẽtis illud decus maiestatis, & Imperij, quo Vrbs Rhomana floruit, facile est coniectari, quid de Theatro lapideo, iuxta quod ædem equestris Fortunæ fuisse memorant, cuius ne uestigium quidem relictum est. Circum uerò maximum celebratissimum III stadiorum longitudine, à Tarquinio Prisco locũ spectaculis designatũ, ubi Iunonis & Dianæ templa erexit, & mox à Cæsare Dictatore mirifico opere instauratum uidemus: illiusq; adhuc uestigia extare: ubi Veneris ædes quam Fabius ex multatitia pecunia faciendã curauit, Liberiq; & Liberæ, Iuuentutis & Cereris: quas Aul. Posthumius Dictator uouerat, atq; Herculis fanum, Solisq; & Mercurij, Bellonæ & Floræ ædes fuere: ibiq; Lupercal, & Circum Flaminium uidimus aliquãdo, quorum uix semiruta uestigia licet inspicere. Atq; hic Circus Flaminius est, quondam prata Flaminia, iuxta quẽ Apollinis ædes inter ipsum & Olitoriũ forũ, in qua Senatus haberi cõsuerat, ac Iouis Statoris tẽplum, licet alterũ in Porticu Metelli, & tertium in radice Palatij fuisse legamus, quod à Romulo in pugna cum Tatio & Sabinis uotum esse dictitãt. Fuit quoq; Neronis Circus in Vaticano. Et Circus Floræ iuxta ipsius Templũ: & Intimus, quẽ iuxta Vrbis murum fuisse Varro significat, cuius licet intermortua memoria sit, tamen figulos ibi proximos, & Myrtetũ, à quo sacellum Veneris Myrteæ, quæ Murtia dicta est, & illius aram sub Auẽtino antiquissimã legimus. Hoc quoq; non in postremis fuerit, prioribus sæculis non modò spectaculis & ludis publicis ueteres Theatra habuisse frequẽtia, sed cùm conciones, aut populi conciliũ haberi, uel toti plebi aliquid exhiberi uellent, id in Theatro, ubi concionantẽ exaudire, & quò cõuenire frequẽtius possent, ex alto suggestu sedentibus & silentibus cunctis, facere cõsuesse: idq; Græcis præcipuo in more fuisse, licet Athenis Theatrum locus legitimæ cõcionis nõ esset: quo malo uetus illa Græcia concidit: in quorũ Theatris cõcilio populi indicto, ubi rudes & ignaui promiscuè consederant, confusa populari & militari turba, uarijs & dissonis clamoribus insanæ concionis, bella suscipiebant, ciues proscribebant, Prætores eligebant, præmiaq; bene meritis ciuibus, interdum pœnas, circunductis urnulis, inferebant.

Amphitheatrũ à Iul. Cæs. extructum. Cor. Balbi theatrum. Pomp. amphitheatrum. Tauri amphitheatrum. Castrense. Neronis. Cæsaris. Vespasiani.

Theat. lapideũ iuxta ædẽ Veneris. Circus maximus Tarquinij.

Circus Neronis. Circus Floræ.

Venus murtia.

Theatra non modò ludis & spectaculis seruiebant. Græcorum theatra.

¶ Qui fuerit medius unguis & infamis digitus, quibusq; digitis quæ fuerint qualitates & nomina. Ca. XXVI.

Persuasum



PERSVASVM habent pleriq; in uersu Iuuenalis Decimæ, dum inquit:

Iuuenalis locus Satyra. x.

Cùm Fortunæ ipse minaci
Mandaret laqueum, mediumq; ostenderet unguem. „

Per hæc uerba id notari quod uulgo omnes contumelijs conciti faciũt, ubi interiecto pollice inter medios proximos digitos, obscœnũ in modum, probrum obijciunt, quo argumento illũ fastidire, & despicere ostendunt: quod tamen longè secus in ueteri usu fuisse apparet: quippe infamis digiti obiectu, qui medius est, ipsum in quem obijcitur, infamẽ notari duxerunt: Fuit enim prisci moris, ut si quos floccipenderent, aut insigni contumelia, uel deformi conuitio afficerent, id obiectu medij digiti protẽti, non autem compressi, denotarent: quod est à Græcis usurpatum, ut contractis reliquis digitis, medium ignominiæ causa protenderent, quod σκιμαλίσαι dixere. σκιμαλίζειν enim prætentare est digito, an gallinæ oua conceperint: sicut ἀθρίζειν, ubi quempiam floccifacere ostẽdũt. Quare ab Atheniẽsibus medius Catapygos, quasi Cinædus & scortum, adnominatur, quòd infamiam incuteret, & conuitium faceret. Apud Græcos Sycophanta, aut Hodidocos, quasi obsessor uiarum & latro, uel propudium, conuitium censebatur maximũ: Sicut Persis muliere uirum ignauiorem appellare, nulla insignior contumelia fuit. Apud Aegyptios, Asini nomẽ obiectare, magnum est ingerere probrum, quòd Typhonis hostis Osiridis colorem ferret. Quare cùm Persarum Regem Ochum summi dedecoris loco Aegyptij Asinum appellarent, intantùm exarsit, ut diceret, faciam ut hic Asinus uestrum bouem depascetur, qui haud multo post, ingenti coacta manu, occupata Aegypto, Apim immolauit. In quo annotare succurrit, quod tradit Horodotus, quòd cùm Scytharum equitatus, quo præcipuè ualent, in Aegyptios irrueret, rugitu Asinorum & Mulorũ insolito (quippe cùm apud Scythas nulli sint, Aegyptijs uerò frequentes) adeò equos Scytharum fuisse consternatos, ut protinus fugam fecerint: Aegyptijsq; insignem uictoriã dederint. ID QVOQVE à Martiale non inscitè ostensum est.

Medius digitus infamis.

σκιμαλίζειν. ἀθρίζειν. Καταπύγος.

Voces ignominiosæ apud diuersos.

Rideto multùm qui te Sextile Cinædum
Dixerit, & digitum porrigito medium. „

Velut eo argumento uirum improbissimæ nequitiæ designaret. Ex quinq; enim digitis, quos sacros Mineruæ religio sanxit, cuiq; suum nomen inditũ fuit & qualitas, neq; ab re nominati sunt. Pollex enim primus, quia alijs maior & lõgè princeps est, quodq; reliquis antestat, & propè dominatur, dictus: quippe cuius adiumento reliqui reguntur, itaq; nõ immeritò is apud Græcos ἀντίχειρ, quasi altera dicebatur manus, cùm in unaquaq; re socius & adiutor sit: Hunc premere antiqui iubent, cùm alicui bene precantur & propitij sunt, bonum omen & efficaces preces futuras interpretati: utrunq; uerò pollicem iungere, uehementius laudare est: Vertere autem pollicem, malè precari. Cumq; pollex monocondylus sit, reliqui fuere Dicondyli, id est, duplicis commissuræ: ubi uerò in digito nõ erat flexus, phalanx dicebatur. In pedibus autem, pollici scandenti proximũ, à saliendo Halluci dixere nomẽ. Reliqui in pedibus digiti, monocampi, hoc est, unius flexus fuere. In qua quidem re, memoriæ proditum est, Pyrrhi pollicem dextri pedis diuinam uim habuisse, ut splene laborantibus præsentissimo remedio succurreret, qui etiam in Pyra cum reliquo corpore absumi nequiuit: sicut de Lamisco proditur, qui apud Lucanos regnauit, cui terti9 digitus pedis lupinus erat. Et de Artoxerxe, qui manu altera longior Macrochir, nomen tulit. Proximus uero à pollice Indicis nomen habet, qui etiã Salutaris uocabatur, quo ori admoto, silẽtium indicimus: scilicet nil sanctius ad salutem, oris silentio æstimantes: Ideo sacellum Angeronæ, quæ Dea præsul silentij, obsignato ore effingitur, ac inter antiquissimas religiones Rhomæ colebatur. Hoc digito salutari Martium Septimum, qui ex fabro ferrario Imperium tenuit, tãtum ualuisse dicunt, ut currus ex aduerso nitentes repulerit, & fortissimũ queq; colliserit. Tiberius quoq; articulis ita firmis fuisse fertur, ut recẽs malum salutari digito terebraret: Quod de Claudio secundo Cæsare traditur, qui digitis ita ualidis fuit, ut ictu digitorum, aut pugno, sæpe equi dentes excusserit. Contrà uerò Augustus illo persæpe laborauit, ita ut uix cornei circuli supplemento, scripturæ

Pollex.

ἀντίχειρ.

Pollicem premere.

Pollicẽ utrũq; iungere.

Pollicẽ uertere

Pedum digiti.

Hallucis.

Pyrrhi pollex pedis.

Lamisci terti9 digitus pedis lupinus.

Artoxerxes macrochir.

Index.

Angerona.

Qui digitis ualuerunt.


Digitus infamis seu uerpus admoueret: Hoc etiam indicamus, quare Indicis nomẽ tulit, exprobamus & minas inferimus. Tertius qui medius & reliquis maior est, famosus habetur, petulans, & libidinosus, cuius obiectu (ut modò significaui) probrum obiectamus, alteriusq́ famã lædimus, & detestamur: Et quia deses & ignauus in medio situs, nulli rei adiumento est, idcirco despectissimus habitus: Qui etiam Verpus dicebatur: Namq́ Iudæis usq; cõ cuiluit, ut interanea exulcerata & putrescentia uiscera, illo reconderent & fouerent. Fuitq́ adnotatum apud ueteres Græcorũ, ut q̃ medio digito tanq̃ per Indicẽ aliquem ostenderent, arguerentur insaniæ: *Diogenis dictũ* Quare uerbũ Diogenis proditur, multos per digitum insanire, quòd medio digito se philosophãtes peregrinis demonstrarent. Cũq́ reliquos auro gemmisq́ insignirent, hunc prisci Rhomani nudum & honore destitutum reliquêre, ueluti infami contumelia notaretur. Galli uerò & Britanni medio tantùm annulos adijciunt, illum præcipuo honore excolentes. Proditumq́ est, annulum è sinistra in longissimũ dextræ transferri, sæpe singultus & grauedines leuare. *Medicus.* Græcis uerò medius non famosi nomen habet, sed medici. Digitis enim apud illos hæc indita nomina fuere, ἀντιχεὶρ, δεικτικὸς, ἰατρὸς, δακτυλιώτης, ὠτίτης, ac si dicas, Pollex, Index, Medicus, Annularis, Auricularis. Apud Pollucẽ hæc fuere nomina, Micros, hoc est, paruus, deinde Paramesos qui sequitur, postea Mesos, deinde Lichanos, demum Antichir, aut Megas. *Annularis.* Rhomani uerò proximum minimo annularem seu medicum nuncupant. *Nemesis.* Illo enim, cùm ueniam poscimus à Dijs, locum Neméseως, (quæ Dea ultrix malorum fuit, fautrix uerò bonorum) post aurẽ dextrã obsignamus: Ipsa enim Rhamnusia dicta, ibi locum uenerationis habet: Rhamnes enim à Marathone haud plus LX stadijs abest, ubi Nemesis fanum memoratur præcipuum ab Adrasco ædificatum, *Nemeseως simulacrum.* cuius simulacrum altera manu fraxineum ramum, altera phialam gestat, quem locum qui eam uenerantur attingunt, cùm in ipsa aure memoriæ locus foret. Eundemq́ minimo proximum in sponsalibus annulo exornamus, quia tenuissimam uenam inde ad cordis ima penetrare arbitrantur: Hunc Aegyptij tanq̃ sacrum multis odoribus delibutum habere assuerant: Habuisseq́ hoc proprium ferunt, ut complicatus, senarium, qui perfectissimus est, numerum designaret. *Minimus seu auricularis.* Minimum uerò, quia omnibus minor, minus officij habet, quodq́ eius ope minus indigemus, propterea dici autumant: cui etiã auriculari nomen est, quòd illius ope aurium sordes, quæq́ in his incommoda sunt, adimimus & leuamus; tarditatiq́ auriũ, aut siquid in eis putidi fuerit, uel purulenti, succurrimus. *Minimò aurẽ dextrã scabere* Fuitq́ literis proditum, crebrò scabere aurem dextram minimo, furoris signum esse: eiusq́ tinnitum crebriorem, morbum corpori adactum præmonstrare. *Minimo prouocare.* Si quẽ tamen dimicationi uel pugnæ Veteres lacessebant, minimo prouocãte, inuitabant. Est quoq́ animaduertere, quòd qui minino gestatur annulus, *Achates.* Achates dicĩt: quo uerò Index ornatur, *Coriannos.* Coriannos. Latini autem leuis materiæ annulũ, qui minimo gestatur, *Annulus æstiuus.* æstiuum nuncupant. In auctionibus & locationibus *Digitũ tollere.* attollere digitum, se emptorem & conductorem: in certamine & pugna, deditionem: *Manũ protendere.* manum uerò protendere, pacem peti, significabãt: quibus in usu erat, ritu prisco, ut qui forensia stipendia auspicabatur, brachiũ extra togã exerere nõ auderet.

*

GENIALIVM DIERVM
LIBRI QVARTI
FINIS.

ALEXANDRI DE ALEXANDRO IVRISPERITI NEAPOLITANI GENIALIVM DIERVM LIBER QVINTVS.

¶Locus ex Martiale, apud Gabrielem Altilium in conuiuio familiari inuicem discussus. Caput I.



D GABRIELEM Altilium, uirum modestissimũ, doctissimumq́ꝫ, cum quo mihi à prima adolescẽtia intima familiaritas fuit, quòd is tunc ad Pontificatũ euectus fuerat, nos & aliquot bonarũ artium studiosi Iuuenes summo loco nati, Neapoli cõgratulatum ueneramus: ad quem ut uenimus, excepti ab eo comiter & benignè fuimus. Cumq́ꝫ complexi hominem in primis ædibus, pòst mutuã salutationem, lętis precationibus ei gratularemur, eũq́ꝫ honorem sibi à Dijs fortunari, & quod nobis diu in optatis fuerat, id nunc magnę uoluptati esse, ac bene locatum in homine morum honestate, & omni doctrina cõspicuo, sperare q́ꝫ illud sibi, & Vrbi nostræ ornamẽto cessurum, profiteremur. Post mutuos inter nos mira suauitate æditos sermones, ad multam diem, cùm iam aduesperasceret, & cœnæ tempus appeteret, indeq́ꝫ nos digredi uolentes uniuersi assurgeremus, impensè rogauit, inuitauitq́ꝫ nos diu recusantes, atq́ꝫ excepit ipse admodùm placidus & mitis, non grandi conuiuio, sed cœnula non iniocunda, minimeq́ꝫ sumptuosa & petulanti, uerùm admodùm elegãti & frugi: Olerum scilicet ferculo Thyrsis uiridibus minusculis, cauliculis teneris tũc in florem erumpentibus, leuiter igni admotis, & pisciculis multo pipere & nuce conditis, cum præcoci uua, & primis pomis ex Lucano suo, quæ ad se delata, secundas nobis mẽsas ipse præpararat. Cumq́ꝫ miti castoq́ꝫ inter nos procedente sermone, uariato lusu, ad finem cœnulæ uentum foret, quempiam, qui ibi assistebat, raræ indolis puerum, forma & specie liberali, literulis satis aspersum, ad se aduocauit, ac unum quenq́ꝫ nostrum per uices dicere iussit, quod quisq́ꝫ uellet sibi ab illo cani Epigramma. Cunq́ꝫ nõnullis enũciatis uersibus, quos miris modulis & concentu admodùm suaui, perq̃ festiuiter ad Liram ille decantarat, à quodam nostrate in eo cœtu, seruata eius uice, hoc Epigramma prolatum fuit. *Martialis locus enucleatus*

Quòd non argentum, quòd non tibi misimus aurum, ,,
Hoc facimus causa Stella diserte tua: ,,
Quisquis magna dedit, uoluit sibi magna remitti: ,,
Fictilibus nostris exoneratus eris. ,,

Quos uersus cùm admodùm cõcinniter suauiterq́ꝫ ille fuisset modulatus: Quid est Altilius inqt, quod hic Author dicit, quòd qui multas opes liberaliter largitus est, expetat ipse tantũdem sibi reddi ab eo, quem munere affecit, equidem ignoro: cùm satis cõstet, quòd is qui ingenuè liberalis est, non id appetit, ut beneficium pro beneficio fœneretur: Siquidem munificentia & liberalitas, quæ magni animi est, auaritiæ & appetentiæ, quæ semper pusilli fuit, dispar longè & diuersa existit: Qui ergo munificus & liberalis est, & sponte largitur, is profectò ita liberalis est, ut quod dedit beneficium nõ mercetur, & quanto quisq́ꝫ magno & erecto animo est, ut ingentia largiatur, ita magni putat fuisse, multo plura & maiora si posset largiri, neq́ꝫ beneficij collati unquam pœnitere. Alioqui qui opis emolumentiue causa largitur, uirtutis nomen amittit, ingẽtisq́ꝫ *Liberalis hominis natura.*

eum animi bona fœdare necesse est. Neq; enim (ut Cicero inquit) si ob tuam causam cuiq; commodes, beneficium id putandum est, sed fœneratio. Contrà uerò auari & cupidi est, si quod forte munus erogauit, tantũdem, aut multo plura postulare, & uelut datæ mercis precium ferre; quæ si, ut uidetis, repugnãtia sunt, quo nunc modo in unum coeant, & in eodem subiecto sint, nõ sanè intelligo: Cùm ergo Author hic dicat, quòd qui magna dedit, quod officiũ magni & liberalis est, magna sibi postulet remitti, quòd esse cupidi & auari satis constat, equidem eundem, liberalis dantis, & auari reposcentis, animũ in unũ ponere uidetur: quod esse minimè potest, nec decet. Cumq; uir quispiã haud sanè ineruditus, qui sermoni aderat, se maximè putare diceret, Poetam nõ ingenui & liberalis, sed cupidi & turpis animi uim naturamq; hoc Epigrãmate designasse, quòd usu compertum esset, alieni appetentem eius ingenij esse, ut siquid benigna manu dedit, præpostero more, & turbato gẽtium iure, maiora sibi reddi postulet: & ideo contra officium facit, qui ita beneficium dando fœneratur: istumq; quicunq; est, qui tã stolidè largitur, auari potius q̃ liberalis officium ferre. Nunq̃ (inquit Altilius) tam rustica musa Martialem fuisse certè scio, ut cùm liberalem exprimere ostendat, cupidum potius, & appetentẽ designasse credatur, cùm præsertim indefinito utatur uerbo, absonumq;, & ab omni prorsus candore alienum uideri poterat, turpis animi potius q̃ uerè ingenui uim exprimere uoluisse. Et ad me conuersus, quid censerem in hac re potissimè interrogauit? Tum ego me arbitrari dixi, quòd is qui munificus & liberalis est, licet ingenuè largiatur, & libenter officium faciat, tamen natura ita esse comparatum, ut qui beneficium accipit, eo consilio & animo sit, ut illi à quo accepit, ad tantũdẽ sponte obligatus maneat, eumq; pari obsequio deuinciat, ut similem, si occasio detur, gratiã referat, qui de se benemeritus fuit, idq; fit, non animi appetentia aut lucri spe suadẽte: sed quòd ita homini natura præscripsit, ut ampla precia beneficijs demus: Siquidẽ ad promerendũ nulla efficatior uis, q̃ officium manet. Atq; ita hoc perspicuũ est, fixũ homini ingenitumq; fuisse, ut sicut se à ui & iniuria tutari, & illatam contumeliam ulcisci, ac talionem reddere, iubente natura, impellimur, ita collatum nobis officium alio officio pensare, & conferre cogamur. Nec tantùm eadem mensura, sed multo maiore, si potest, beneficium remunerari, & bene cumulatam gratiam referre decet, nec uocare ad calculos expensorum & acceptorum. Ideo non immeritò Gratias, unam auersam, duasq; non aspicientes Veteres effinxere, quia geminata gratia, & cumulatior ad nos redire debet: Quarum nomina Pasithea, Aglaia, & Euphrosyne. Apud Lacedæmonios tradũtur duæ, ab Homero una uxor Vulcani: illarumq; ædes in foro medio Veteres posuere, ut gratia meriti, cuius in promptu foret, atq; ad promerendum quisq; esset facilis & expeditus. Quod quidem ius naturæ est, nullo iure ciuili aut plebescito: Itaq; siquis eum, qui de se benemeritus fuit, illiberali animo, alio officio nõ demeretur, neq; illud gratè acceptum fert: quippe qui nihil adiumenti, nihil opis confert, is profectò tanq̃ uiolator humani iuris, ita de officio decedit, ut omni humana ope indignus, ingrati, criminosi, & mali hominis suspicionem non euadat, simulq; famæ iacturã facere certum sit. Quod apud Athenienses & Macedones lege cauebatur, ut haud secus aduersus malè meritos ingrati actio detur, ius iudiciũq; dicatur, acsi ære alieno, aut graui crimine nexi forent: Nam beneficij memoriam (authore Demosthene) qui recipit, habere debet: qui uerò dedit, statim obliuisci. Persæ quoq; illum qui accepto beneficio, gratiam, cùm possit, non refert, graui pœna prosequuntur, in eumq; lege agere licet, tanq̃ magno esset scelere pollutus. Germani contrà: nam collati beneficij meritò nihil sibi deberi putãt, neq; acceptis obligãtur. Cùm ergo Author hic dicat, eum, qui magna dedit, magna sibi uelle remitti, non cupidi animum pensare uoluisse putandum est, sed liberalis potius & ingenui, quodq; natura iubẽte, cogimur, ut eum qui beneficia in nos contulit, alio officio deuincamus, certa stabiliq; sententia multo maiora & quàm maxima largiri, quæ obligatio ad ἀντίδωρα dicta est: beneficium enim cui collatum est, ad promerendum naturæ lex obligat & deuincit. Est, inquit Altilius, ita ut dicis, possetq; ueritas carminis & mens Authoris ex tuo sensu facile iudicari, proptaq; & expedita defensio foret, nisi aliud ex contextu uerborum liqueret. Sed in hoc ego

Auari natura.

Qui beneficiũ accipit.

Gratitudo naturaliter homini insita.

Gratiæ tres.

Gratiarum ædes.

Lex Athe. & Macedonũ in ingratos.

Demosth. dictũ

Persæ.

Germani.

anceps adhuc, & dubius sum, quod Poeta istud non naturæ tribuit, sicut tu asseueras, ut ea cogente, qui beneficium accæpit, alio officio obstrictus maneat, sed hoc tribuit uoluntati dantis, illo scilicet qui sponte largitur, quiq; beneficium contulit, id postulante. Namq; his utitur uerbis.

Si quis magna dedit, uoluit sibi magna remitti. »

Quod uerbum cupidi & expetentis est, & propterea auari. Cōuincimur ergo authorem potius benemerentis uoluntatem, quàm uim naturæ pensitare uoluisse. Et cùm is qui largitur, eo animo sit, ut ob gratiam meriti tantundem repetat, profectò appetentē & turpem animum, non autem ingenuū & liberalem, præferre uidetur. Ergo auari potius, non autem promptê liberalis animum Poeta expendere uoluit. Tum ego, est inquam, quod dubitetur: sed tamen si uera & salubri ratione rem pensare uolumus, qui mihi naturæ imperio ad dandum faciendûmue deuinctus manet, eundem mihi uelle obnoxium manere, qui à me officium accipit, profectò non negauerim, ut dare facereq; teneatur quod natura imperat, quodq; iura diuina & humana uolunt, ne subeat ingrati culpam, licet ego libenter dem & ingenuè liberalis sim. Neq; propterea animū uideor deturpare, quod in quem beneficium contuli, eundem obnoxium mihi esse uolo. Igitur cùm lege naturæ, qui beneficium accipit, debitor maneat, proculdubio, me uelle, quod mihi naturæ imperio debetur, non negauerim, neq; propterea liberalis officium imminuo, aut deturpo. Nam gratiæ debitio ita homini ingenita est, ut diuelli nullo modo queat, quàm dantem appetere uelut promeritum, non est contra officium, nisi sit fortasse quod tu secus arbitrêre: Tum Altilius miti, ut erat, ingenio, aut hoc, inquit, uerum est, quod modò dixti, aut profectò sua tempora, in quibus qui multa dabāt, multa repetere uolebant, festiuiter (ut solet) Poeta hic criminatur.

¶Quot plebis Tribuni à primordio Vrbis fuerint, quæue potestas, & qui Consulari potestate, & qui Tribuni Aerarij. Caput II.



TRIBVNI plebis, qui post secessionem ad sacrum mōtem, ut essent præsidio aduersus potentiam magistratuum, creati sunt, bini à principio fuêre. C. scilicet Licinius, & P. Albinus è plebe homines Comitijs curiatis creati, qui tres Collegas sibi desumpsere, ita ut quinq; essent qui plebis Tribunatum gererent, singuli ex singulis classibus: cautumq; fuit, ne cui Patricio eum gerere honorem liceret. *Tribuni plebis bini, cum tribus Collegis.* Cumq; propter crebras Patrum & Plebis cōtentiones, seditio glisceret magis in dies, Tribunorumq; numerum augeri oporteret, qui munimentum essent libertatis, à L. Trebonio rogatione promulgata, trigesimo post exacto anno, cautum fuit, ut decem numero potestas finiretur, biniq; ex singulis classibus fierent, qui iterum ac tertio refici, & in sequentes annos à seipsis creari poterant. *Tribuni decē.* Tāetsi, ne eosdē Tribunos populus uideret, néue Collegā cooptare ius foret, præcipua lege exceptū fuerit, qua lege cauebatur, ut essent sacrosancti in hæc uerba. Plebs quos pro se cōtra uim, auxilij ergô, decem creauerit, Tribuni eius sunto, quodq; »
hi prohibuissent, quodq; hi plebem rogassent, ratum esto: sanctiq; sunto, néue ple- »
bem orbam Tribunis relinquunto, & infra. Qui etiam eò potestatis uenêre, ut co- »
mitia Consulum Prætorûmue, & aliorum magistratuū habêre, & ne quid fieret, inhibere, Senatum dissoluere, reliquis Tribunis, & quibuscunq; magistratibus diem dicere, Aerarij curam gerere, Patricios cogere, multam irrogare, atq; Senatus decreta approbare & improbare poterant, eoq; quod Tribuni plebis sanxissent, lege ab Hortenso lata cautum fuit, ut omnes tenerentur. *Tribunorū plebis potestas.* Hinc quæ à Tribunis plebis ædita sunt, plebiscita dicuntur. *Plebiscita unde dicta.* Fuitq; præcipuo quodam iure excelsa & insolens Tribunitia potestas: adeò ut M. Vectium in capitis dimicationem uenisse, & ultimo affectum supplicio fuisse, quòd transeunti Tribuno non decederet de uia, scriptum inueniamus: donec Sylla rerum potens, cùm Reipub. imperitaret, Tribuni- *Potestas Tribunitia insolēs. Hanc comminuit Sylla.*

ciam potestatem ita fregit & comminuit, ut legem ferret, ne cui qui Tribunatum gessisset, ad alios honores pateret aditus, uelut indignus honore publico semper futurus. Intercessionem tamen liberam Tribuno nihilominus reliquit, quam postea Tiberius Gracchus in Tribunatu Collegis abrogauit: Quæ quidem intercessio etiam Prætoribus competebat: quippe intercedere etiam Prætor Prætori poterat. Qui licet tantæ potestatis foret, ut etiã COS. in carcerẽ ducere, Dictatoriq; cõminari, & multã irrogare posset, siquid tamen scelesto consilio contra commoda plebis gessisset, aut exorta offensione, apud Collegas minus iustè intercessisset: poterat ei à reliquis Tribunis dies ad populũ dici, iussuq; populi aut Tribunorum in carcerem duci, eiq; Tribunatus abrogari, & in exilium agi, & Senatu amoueri. Cn. enim Tremelio Tribuno. Pl. in crimen adducto, quòd M. Aemylio Lepido Pontifici Maximo conuicium fecisset, contumeliaq; & probris affecisset, à populo multa dicta fuit. Et L. Cottam Tribunũ Plebis, cùm æs alienum abnegaret, eò quòd in ius uocari, & magistratus Imperio cogi non posset, Collegæ illum coegêre, comminatiq; sunt, nisi æs solueret alienum, se creditoribus illum dedituros si postulassent: alijq; Tribuni suffragio populi sæpe coerciti fuêre, penes quem coertio Tribunorũ fuit. Sed tametsi Tribunatus, plebis foret magistratus, sequtis inde temporibus, à plebe ad Senatum translatus fertur: ita ut Senatores & Patricij Tribunatum gerere amplissimum munus putarent, quod post Syllæ tẽpora obseruatum inuenimus, in tantùm, ut extra Vrbem Tribuno prouincias demandari, illisq; cum Imperio præfuisse, exercitus ductasse, fascesq; & lictores habuisse legamus. Primusq; Cotta legem tulit, ut Tribunus gerere honores, & prouincijs præesse, ac magistratus extra Vrbem sortiri posset: A principio enim extra Vrbem ultra mille passus Tribuno nulla erat potestas, aut Imperium. Demum Cæsares Tribunitiã potestatem tam cupidè appetiuerunt, ut magni muneris loco, proq; Regali potestate illis delata sit: quippe Augustus, ne Regis aut Dictatoris nomẽ assumeret, Tribunitiã potestatem uelut sublime fastigium, & summa potentia subnixus foret, per septem & triginta annos perpetuam gessit: Quam etiam Tiberius in quinquennium accepit: Ipsamq; Druso conferri à populo pro summo decore habuit. Et deinceps Otho, & sequti Cæsares amplissimi Imperij loco appetiuere: licet serò Vespasianus illam fuerit assequtus. Adeoq; processit Tribunitia potestas, ut actum aliquando fuerit in Senatu, ut non à COSS. sed ab his qui Tribunitiam gererent potestatem, annos & tempora dinumerarent. Postea uerò à Nerone illi ordini infenso, Tribunorum facultas maximis edictis coercita fuit, cautumq; seuerè, ne Tribuni, ius Prætoriũ, aut COSS. præriperent, nêue quempiam ex Italia euocarẽt, cum quo lege agi posset, nêue quid intra domum pro potestate agerent, nêue illatam multam à Tribunis Quæstores Aerarij infra menses IIII in publicas tabulas referrent. Sed præter hos plebis Tribunos, fuere alij Consulari potestate, anno CCCXIII ab Vrbe condita, ijsdem auspicijs quibus COSS. creati, tam ex plebe quàm Patribus: Nam cùm Canuleius legem ad populum ferre contenderet, ut ex plebe COSS. facere liceret, Patresq; ne Consulatus cum plebe promiscuus foret, uehementer obsisterent, eò res ducta est, ut Tribuni militum Consulari potestate fierẽt, tam ex plebe quàm Patribus, idemq; iuris quod COSS. haberent. Nam & sella Curuli & consulari Prætexta, Lictoribus, & fascibus Consularibus, insignes erant, ac primò III Patricij creati, mox cùm defectiones populorum & tot simul orientia bella III obire non ualerent, illorum numerus auctus fertur, ut modò IIII, modò V, interdum VI, nõnunquàm VIII crearentur, tunc cùm à Rhomanis Veij diutino & graui bello premebantur: Ad tantam enim belli molem Tribunorum auxerunt numerum, quot nunquàm antea facti, per quod tempus tribus annis, sinè COSS. Rhomana res fuit, sicut Decemuiris legum ferendarum causa creatis, biennio defuere: donec desito Tribunorum militum magistratu, & per ingentia certamina uicto Senatu, ut COSS. etiam de plebe fierent, ægrè nobilitas passa est. In qua re admirari succurrit, quod Pomponius Iureconsultus de origine iuris literis prodidit, Tribunos militares Cõsulari potestate ad XX numerũ auctos Rhomæ fuisse, quod nũq̃ fando auditũ, & apud Authores tacitũ & prætermissum est, cùm tot

Intercessio tribunis relicta.

Tribunus plebis puniebatur a reliquis Trib. & populo.

Cn. Tremelius.

L. Cotta.

Tribunus plebis magistratus translatus est ad Senatores & Patricios.

Tribunorũ potestas aucta.

Lex C. Cottæ

Augustus Tribunus septem & triginta annis.

Anni & tẽpora an à Tribunis an Consulibus numerarẽtur disceptatũ.

Tribuni Cõsulari potestate.

Tribuni militũ dicti.

Rhomani sinè COS. sinè Decemuiris.

Cõsules de plebe tãdẽ creati.

Tribu militares. XX.

cùm tot Tribunorum Imperia ambiguis decretis certissimo exitio Reipub. fuissent. Præter hos fuere Aerarij Tribuni, ex tertio Iudicũ genere, quorum cognitio in pecuniarijs & minorib⁹ causis plerũq; fuit: Quippe cùm soli antea Senatores iudicarẽt, ob eãq; rem inuisi plebi fierent, C. Gracchus rogatione promulgata, CCC ex Equestri ordine adiecit iudices, parem Senatoribus numerum, ut metu cõmunicati Imperij iudicia æqua lance pensitarent, Iudicaruntq; aliquãdiu iudicia integrè & incorruptè. Victor deinde Sylla, sublatis Equestris ordinis iudicijs, solos Senatores, iuris cognitionem habere, & iudicia ferre iussit: qui annis X licenter iudicia exercuere per turpitudinem & sordes: donec ab Aurelio Prætore, alia rogatione iterum communicata iudicia fuere Senatui, Equitibus, & Tribunis Aerarijs: quæ lex iudiciaria dicta est. Quo tempore Verres peculatus criminis causam dixit, quibus uetitum lege Gabinia fuit, ne ex Syngrapha ius dicere liceret. Quos postea Diuus Iulius noua constitutione abrogauit: Nam iudicia ad duo tantùm genera redegit, Equestris scilicet ordinis, & Senatorij. Tribunos uerò Aerarios quod erat tertium, substulit: quos deinde restitutos & iura sicut prius dixisse facile crediderim: Siquidem Augustus Cæsar ad has Iudicum decurias, quartam adiecit, quæ Ducenariorum dicta est, quæ de minimis iudicaret. M. deinde Plautius, nobilitate suffragante, tulisse ad populum dicitur, & peruicisse, ut singulæ Tribus quindenos crearent iudices, qui numerus CCCCCCCXXV, expleuit: inter quos erãt Senatores, & plebei Tribuni Aerarij dicti. Quod compar fuit cùm eo quod Athenis statutum comperimus, ut à M. CCCC, furti, aut ambitus, & iniuriarum quandoq; iudicatum sit. post quos C. Caligula quintam adiecit decuriam: Galba sextam adijcere recusauit: quæ quidem diuersis erant discretæ nominibus: Namq; alij Tribuni æris, alij Selecti, nõnulli Iudices, pleriq; Nongenti nũcupati: quorũ sortitio fiebat, quoties iura dicturi erãt, ne qd doli astúsue admitterẽt, néue iudicãtis suspitio, iudicij fidẽ eleuaret: Illorũ eñ noĩa insculpta tabellis, & in urnã coniecta sorte educebantur. Mansitq; constitutum, ne quis ex nouis ciuibus Collegio adnumeratus inter Decurias, iudicaret: utq; in Portia Basilica, quã Cato erexit, nõ è tribunali ius dicerent, sicut Prætores, sed è subsellijs, quod nõ summi honoris, sed minores essent magistratus, quibus etiam hoc curæ fuit, ut publicam pecuniam signarẽt, illiusq; curam agerent, Sontiũq; uincula seruarent: Verba legis fuere, Tribuni sunto, Domi pecuniam publicam custodiunto, Vincula sontium seruanto, Aes, argentum, aurum publicè signanto. Hoc quoq; meminisse non pigebit, quòd tametsi aduersus reliquos magistratus iure sacrosanctæ potestatis, Tribunis plebis intercedere liceat, ita ut uno intercedente, nihil reliqui decernere ualeant: tamen aduersus Dictatoriam uim, aut Vestales uirgines, quæ uelut sacrosanctæ ab hominis tactu illæsæ manent, nulli Tribunorum intercedere, uetare, aut prohibere, facultas est.

Tribuni Aerarij.

CCC ex Equestri ordine adiũcti Senatoribus.

Aurelius Prætor Senatum Equites Tribunos ærarios cõiunxit iudicijs exercendis.

D. Iul. iudicia ad duo genera redegit.

Quarta Iudicum decuria.

Ducenarij adiuncti.

M. Plautij lex

Quinta decuria.

Tribunorũ sortitio in iure dicundo.

Noui ciues inter decurias nõ iudicabant.

In portia basilica ius dicebãt

„ Tribuni.

„ Horũ officiũ

¶Quonammodo per Feciales inirentur fœdera, aut bella indicerentur, & quid ab Exteris seruatum est.

Caput III.



ECIALES, quos fœderibus sanciendis, & rebus repetendis, ac bellis indicendis Rhomanos habuisse cõstat, à Tullo Hostilio, seu Anco Martio, ut uerò alij, à Numa Põpilio creatos fuisse liquet, qui ab antiqua gẽte Equiculis iura & uerba solennia, quibus res repetuntur, & bella indicuntur, accepere. Horum Collegium à principio uiginti fuere, quibus, & Patri Patrato, ut nunq̃ lineo amictu uterentur propriũ fuit: qui tametsi fœderibus sanctiendis, & bellis indicendis, aut rebus repetendis, quæ præter ius, præterq; fas ademptæ sunt, adhiberentur: tamen siqui Legati Po. Rhomani, qui iure gentium sancti sunt, à quouis Populo aut natione uiolati forent, ut hi dederentur qui iura gentium temere uiolassent, per Feciales cauebatur: Erat enim ueteribus ius Legatorum sanctum & inuiolabile, cùm hominum præsidio munitũ, tum diuino iure defensum. quod etiam inter bella & hostium tela incolume seruabatur. Fuit ergo proprium Collegij

Feciales XX.

Fecialium munera.

Legatorũ ius sanctum.

Fecialiũ tam de bellis iuſtiſq; fœderibus, pactionibusq; & conditionibus populorũ, Regum, Terrarũ, & Nationum, quàm de illatis iniurijs, ſocijs, fœderatiſq; gentibus, cognoſcere, raptaq; & hoſtili modo deuaſtata belli iure repetere: Tũ ſi hoſtes æqua poſtulent, aut ſi præter legem fœderis, ſe aliquid perpeſſos quærantur, ſi ſua ſpõte aut læſi, & laceſſiti arma ſumpſerint, ſi infida pax ſeruanda, ſi induciæ aut bella iuſtè indicta & pacta ſint, ſi petita ex fœdere danda, ſi authores defectionis depoſcendi, ſi cõtra fidem conuentionis & ius gentiũ uenire liceat, animaduertere: belli paciſq; iura exequi, & perpenſo iudicio æſtimare. Quæ uerba iuris Fecialis ſic habent: Belli, pacis, fœderum, induciarum, oratorum, Feciales iudices ſunto, & infra. Sed tamen ea fœdera pactionesq; quæ cum ſocijs inire decet, Feciales ſancire, aut pacta concipere, haud aliter poterant, quàm ſi Cõſulis, aut Prætoris authoritate intercedente, Senatuscõſulto iuſſuq; populi permiſſum foret: Iniuſſu enim populi, aut citra Senatus authoritatẽ, nihil ſanciri poſſe quod populum teneat, haud dubium eſt. Fiebat enim Senatus conſultum in hæc uerba, ut priuas Verbenas priuoſq; lapides Prætorem poſcerent: qui Verbenam ex arce & Sagmina (hærbæ enim genus eſt) ac lapidem Silicem ex tẽplo Iouis Feretrij daret, Fecialesq; ea ſecum ferrent, ac porca adhibita, uetere præfatione priſcis carminibus, ad præſtitutam diem, in foro, ſeu ubi conuenerat, enunciatis, Fecialis ſceptrum manu tenens, pro Iouis ſimulacro, tanꝗ is fœderi adhiberetur, filo lanæ capite uelatus, & uerbena coronatus, Iouẽ, Martẽ, cæteroſq; obteſtati Deos, & dira obſecratione precari debebat, ut ſiquis eorum fœdera uiolaſſet, aut illa ſciens falleret, ita illum Iupiter feriret, quemadmodum ipſe porcam percuteret: Quibus obteſtationibus quàm ſanctiſſimè prolaũtis, ſecdum rem diuinam precationemq;, lapide Silice porcam percutiebat, mox aqua & igne in ſacris adhibitis, illam immolabant, qua cæſa, iura pacis, & fœdera conuenta, icta eſſe ritè putauere, hãc fidẽ ſocialẽ & ſanctiſſimũ fœdus eſſe arbitrati, quo nihil ſanctius firmiuſq; fuit: Idq; ante meridiem & primo diluculo: Nam poſt meridiẽ eas precationes facere, aut fœdus percutere non licebat. A principio tamen conditæ Vrbis, in fœderibus pacis, pactionibusq;, pro uerbena myrtus ſumebatur: Apud Græcos niſi Præconibus adhibitis, Legatos minimè hoſtium fines ingredi decebat, neq; Legationis munere fungi quenꝗ, ni prius infuſa aqua, ab eiſdẽ manus abluiſſent, Iouiq; coronatis poculis propinaſſent. Hi tamen Legati qui cũ patrijs ſacris Olympum, aut Pythiam miſſi erant, ſacri: qui uerò fœdera percutiebant, quaſi pacis arbitri & interpretes, σπονδοφόροι dicti. QVAE fœdera pactionesq;, poſtꝗ cũ exteris & ultimis gentibus inita erant, Rhomani in templo Capitolini Iouis, colũna aut æneis tabulis inſculpta, ut perpetua monumẽta extarẽt, nõnũꝗ in faſtos & annales referebant, aut in æde Iouis Piſcij in Clypeo ligneo, corio bouis immolati inſcripta. Græci in Iouis Olympij templo: & in arce Athenis, tanꝗ in abdito quodam: plerũq; tabulis ex antiquo ære, ut eſſent teſtata monumẽtis, ſancta & ſacrata habuere: nõnũꝗ in Iſthmo, aut ludis Pythijs, fœdera icta & leges dictas, pactionesq; erectis titulis perpetuo tempore duraturis publicabant. Athenienſes plerunq; intra Vrbem, Lacedæmonij in Amycleo ſocietatum & fœderũ tabulas fidei cuſtodia ſeruabãt. Eratq; Rhomanis conſtitutum, ut nunꝗ cum hoſte armato conditionem fœderis acciperent, neq; citra Senatus aut populi iuſſum ſocietates & fœdera inirent, neq; cum aliquibus pacato imperio uti, ni prius omnia diuina & humana tradidiſſent, & præſidiũ accepiſſent, aut deniq; ſocietate & fœdere aſtricti eſſent. Feruntq; Athenieſes nunꝗ niſi in ueſte pulla, & malis uictos, pacem & fœdera iniſſe: Qua re ſignificabant, ſuorum clade admonitos, & ultima ductos neceſſitate, poſt innumeras cædes uiribus extenuatis pacem petere. Carthaginenſes & Siculi fœdera & inducias non per Feciales, ſed per Tubicinem ſæpe iniuerunt. Apud Græcos uerò exteraſq; nationes fœderum percutiendorum multimodæ ſpecies erant: Nam porco, ariete, & tauro immolatis, pacis fœdus inire, & res repetere ſolebãt, qui belli tẽpore Caduceatores dicti, in pace uerò Legati. Ex qbus feriebãt pleriq; fœdera, uel pane ꝑciſo, & inuicẽ guſtato, aut uini poculo epoto. Nõnulli agnũ marẽ cãdidi uelleris, agnã uerò pullã adhibebant, utq; ex utriuſq; uertice pilis diſſectis, & uiciſſim diſtributis, manibuſq; aqua ĩfuſa, & uino pateris, mox Soli

Feciales nihil poterant niſi prætoris authoritate, aut Senatuſcõſulto intercedente.

Fœderis percutiendi cærimoniæ.

Tẽpus fœderis percutiendi.

Græcorum cærimoniæ in ſuſcipiendis legatis hoſtium.

σπονδοφόροι.

Poſt fœdera inita.

Græci.

Athenienſes.

Lacedæmonij.

Rho. cõſtitutũ

Athe. quando fœdera inibãt.

Carthe. Siculi per tubicinem.

Fœderis percutiendi mos apũd exteros.

Coduceatores Legati.

&

& Telluri illis immolatis, leges pacis & fœdera inibat, quibus qui contrà iret, turpissimo facinore, & inexpiabili scelere tenebatur. Fertur Aristides, ut ictum fœdus cum omni Græcia firmaret, post diras execrationes, accensos ferreos ordes, in mare deiecisse, adiurans ut ita extinguerētur, cum omni stirpe & gente, qui contra fœdus irent, uelut ignitum illud ferrũ, aqua. Vel brachia circa humeros gladio feriendo, & per uices elicitum cruorē lingendo, quòd Medis Lydisq́ sanctissimũ fœderis uinculum, & iusiurandũ esse putabatur, quasi mutuo cruore sacratum: Id quod Carmani frequētes factitarunt, ut in epulis percussa faciei uena, profluentē cruorem uino miscerent, inuicemq́ propinarent, summũ fœdus amicitiæ, mutuũ sanguinē gustasse, rati. Nasamonibus fidei dandæ hæc lex erat, ut porrectum uini poculum de manu alterius alter sumat, inuicemq́ hauriat: aut si poculum deesset, terræ cinerem lingerent. Indis societas erat maxima de Tantali aqua potare, de qua siqui unà bibissent, ea obtestatione tenebantur, ut eiusdē fati & fortunæ fœdus inisse censerentur. Apud Arabes assuetũ erat, ut acuta Silice, digitos manus expungerent: uestisq́ utriusq́ laneos floccos sanguine, qui inde fluxerat, delibutos, septem lapidibus delinirent, diroq́ carmine in execrationem capitis illius, qui contrà iret ædito, paribus uotis fœdera percuterēt. Scythis grādem calicem mero plenum, mutui sanguinis fuso cruore miscere, & postq̃ gladiũ, & sagittas eò perfuderant, illud inuicem epotare maximũ erat concordiæ uinculum, quo epoto, diuini humaniq́ iuris fœdus æquis legibus ictum erat. Galli cum quibus fide & iureiurando iunguntur, omnes collatis militaribus signis, adesse iubent. Britanni in dictis cœtibus & sacrificijs, conspirationem fidemq́ santiebant, atq́ ita cōmuni consilio & una mente, pia & æterna pax inita cēsebatur. Neq́ omiserim Persas, apud quos inter uinum & epulas frequenti conuiuio, in quo uxores & filios cæterosq́ quos charos habent, tanq̃ fidei pignora adhibebant, ibiq́ inter sacra mensæ, uelut apud hospitales Deos fœdera & pacta inibant, eam fidem socialem rati & mansuræ pacis pignus inuiolabile. Qui etiam mos Germanorum fuit, ut de pace & bello, deq́ fœderibus, societatibus, amicitijs, sponsalijs, & pactis, in conuiuijs inter pocula decernant. Macroni, quæ gens Persica est, cùm hastam more ipsorum barbaricam tradunt, aliamq́ more gētis cum qua fœdere iunguntur, accipiunt, se maxima & firmissima pactione teneri, & pari uinculo astringi putabant. Ferunt nōnulli Clearchum Lacedæmoniorum Ducē, cum barbaris quibusdam fœdus sanxisse, ut cæso Ioui tauro, lupo, apro, & ariete, Græci gladios, barbari lanceas in sanguine uictimarum intingerent. Thraces quoq́ & Aegyptij è cornibus boum uina libare alterna uice, conciliati amoris, & mãsuræ fidei certissima pignora censuere: Quippe ueteribus cornua boum poculorũ præstabant uicē. Apud Armenios & Iberos præualuit mos, ut pollices manus, inuicem coniurantes necterent, mox arctissimo nodo perstrictis, collectum sanguinem leui ictu percuterent, manantemq́ inde cruorem lamberent: In qua quidem re, proditur Rhadamistus Regis Iberiæ filius dum simulat cum Mithridate Armeniæ Rege fœdus inire, & ob id colligandi pollices forent, lorum ad terram callido astu decidere simulasse, quo Mithridatis pedes uinculo inuasit, ipsumq́ cum uxore & liberis captiuos duxit & nece affecit: Aetoli quia feroces & immanes: Parthi qui libertatem tuentes, nemini seruire patiebãtur, aut uinculo fidei astringi, nullã fœderis legē pacisci assuerãt: Si qd tamē uelēt cōfœderatũ, licet ægrè & difficulter, apud altaria cōplexi dextras, tanq̃ Dijs testib[9] & arbitris, postq̃ sacra libassent, pacta polliceri solebant, ita se eq̃ssimo iure cōsociatos & arcanũ fœdus inire putãtes. Idē ab Hircanis Medisq́ factitatũ, ut dextras dextræ iũgentes, cōuentiones & pacta sanciret. Fuitq́ literis proditũ, ut siqui scelesti facinoris conscij, magni criminis admittendi coniurationē iniret, quò magis cōsociato facinori nexi forent, post diras imprecationes execrationesq́, ij qui clandestino scelere obstringebãtur, poculũ humani sanguinis admixto mero circũferrēt, omnesq́ ad facinus adiurati, de poculo libarent, aut iugulato homine, post exhaustũ sanguinē, diris imprecationibus, & furiali carmine exta tangerēt. Quod quidē maximũ uinculũ cōmuni scelere pollutis, & dira execratio habebat. Manetq́ cōstitutũ apud Scythas, ut qui opis egeret, insigni calamitate pressus, immolato boue, & carnibus decoctis, supra tergus

Medi & Lydi.
Carmani.
Nasamones.
Indi.
Arabes.
Scythæ.
Galli.
Britanni.
Persæ.
Germani.
Macroni.
Clearchus.
Thraces Aegyptij.
Armenij Iberi.
Aetoli. & Parthi.
Hircani & Medi.
Confœderatio ad scelus aliquod patrãdũ.
Calamitate presi apud Scythas.

uictimæ stratus humi expectet, donec quispiã opem laturus adueniat, carne delibata,
dextro pede tergori apposito, quo prodeunte, eo abstringebatur fœdere, quo nihil san
Belli indicẽdi mos apd̃ Rho. ctius dici aut æstimari poterat. Quòd si cui bellum indicendũ foret, aut pia & iusta ar
ma mouenda, mos Rhomanus erat, prius res repeti, mox bellũ denũciari: quippe cùm
nullum putarent iustum bellum, nisi quod rebus petitis geratur, aut antea denũciatum
foret, & solẽni more indictum. Fecialibus enim prohibentibus, aut non probantibus,
neq; Consuli, neq; Senatui, aut populo arma in hostes sumere licebat. Sed tamẽ cùm res
repetuntur, obseruatum est, ut populi iussu ad fines illorum IIII Feciales, quos Ora
tores nũcupant, Verbena coronati, res petitum irent, ac Deos fœderum ultores testes
Verbenarius. facerent. Ex quibus Verbenarius gramẽ cum terra euulsum ferebat ex arce, Lega-
Clarigatio. tusq; filo lanæ capite uelato, res sibi dari clara uoce posceret, quæ Clarigatio dicta, his
" uerbis. Iouem ego testẽ facio, si ego impiè iniusteq; illas res dedier populo Rho. mi-
" hiq; ex posco, tum patriæ compotẽ nũq̃ sinas esse: quæ si præstituta die non darentur,
Pater patratus. post dies tres & triginta (tot enim solẽnes fuere) Pater Patratus, qui Fecialium prin-
ceps erat, pariter coronatus bellum indiceret: non enim cuicũq; ex Fecialibus, sed so-
Patri Patrato indicendi belli facultas erat: quem Fecialis Verbena caput & frontem
cingens, indicendi belli, aut percutiendi fœderis principem faciebat. Ibat enim Pater
Patratus ad hostium fines, & uerba solẽnia præfatus, bellum à populo Rhomano con-
tra præscriptos hostes, ob legitimas quas censuerat causas, clara uoce indicebat: post
Hastæ proiectio. quam Clarigationẽ mos erat, ut de Senat⁹ cõcilio, & populi iussu, Fecialis hastã ferra-
tam, aut sanguineam præustam, ad fines illorum iaceret: & non minus tribus puberi-
bus præsentibus bellum indiceret, & ita denunciari & indici iustũ piumq; bellum pu-
tauere. Post quæ quasi classico personato, sublatis cõmercijs, militi arma capere, & co-
pias cogere licebat, ad hostes ducere, excursiones facere, prædas agere, fines populari,
eosq; ferro igniq; uastare, frumenta succidere, ædificia incendere, atq; omnia hostiliter
Carthaginẽses agere. Apud Carthaginenses hastam mittere uel caduceum, belli pacisq; signum fuit.
Galli. Gallorum mos habuit, ut Druidis iubentibus, cùm bellum indicendum foret, armatum
concilium indicerent, penes quos arbitrium bellorum & pacis erat: & qui nouissimus
accederet, nouis exemplorũ modis afficeretur: tunc enim principium bellorum esse,
Græci. & arma legitimè indicta putarunt. Græcis uerò in usu fuit, ut Fecialis, post res repeti
tas, si ad constitutã diem non darentur, arietem hostium agros statim immitteret, eo mo
Corinthij. do bellum indictum, & armis uti licere arbitrati. Corinthijs & plerisq; gentibus, per
Caduceatorem bellum indicebatur, qui in pacis argumentũ Caduceum, circũdata effi-
gie anguiũ, inuicẽ connexorũ, deferebat, quem tamen non admisisse, aut finibus excede
Indi. re iussisse: nulli fraudi fuit. Indis uerò Anchora erat pro Caduceo: Carthaginensibus
Syri Tessera. Apud Syros signũ dextræ, quod apud Lingones erat hospitij symbolũ: Per
Lingones sæ Lactacem hærbam uelut Caduceum & pacis symbolum ferebant. Atheniẽses Ere
Persæ *Athenienses* sionem cum indumento pro caduceo habebant. à Lacedæmonijs per Præcones sæ-
Lacedæmonij pe bellum indictum est, apud quos mittere Legatos cum lana, comminatio censeba-
Græci ubi congrediendũ cũ hoste. tur, nisi paritum fuisset, se mandata exequuturos. Præualuitq; Græcorum mos, ut
quoties procinctæ acies congredi parant, ante prima signa staret Vates laureos fe-
Pyrophorus rens ramos & corollas, cui Pyrophoro dixere nomen, quoniam lampada præferret,
quem uiolare, summũ habebatur nefas, quòd Legati munere fungeretur: utq; in fœ
dere percutiendo Hieceteria, hoc est, oleæ ramum cum uitta lanea Legati ferant,
Sagmina quo prætenso, ab omni sæuitia hostili, & uiolenta incursione tuti erant. De Sagmi-
Martia. Iuriscõsul. nibus uerò etiam apud Martianum Iureconsultum de diuisione rerum, testatum inue
" nimus, cuius uerba sunt. Sagmina sunt hærbæ, quas Legati populi Rhomani ferre so
" lent, ne quis eos uiolaret, sicut Legati Græcorum ferunt quæ uocantur Hiceteria:
Cerycium. Tametsi Cerycium dici oportere nonnulli putent: κηρύκιον enim Legatorum orna-
tus erat: ἱκετεύειν supplicare dicitur. In qua quidem re scitu dignum est, olim Dario
contra Scythas pugnaturo, ab illis Caduceatorem missum, cum aue, mure, & ra-
Aliud ius fecialium. na, ac sagittis quinq;, tacitis ambagibus nullas opes contra Scythas præualere signi-
ficantes. Illud quoq; in iure Fecialium quæsitum est, utrum Regibus contra quos

sumuntur arma, an uerò in Regni finibus, aut aliquo eius præsidio, bellũ indici oporteret: Et an si contra socios fœderatosq; arma sumenda essent, amicitiæ prius renũciari necesse foret. Et placuit, siue corã, siue in præsidio, siue sodalitati, & fœderibus renũciatum fuisset, siue non, quodcunq; eorum factum esset, ritè id factum uideri. Est tamen obseruatum, ut siqua cõtentio inter amicos intercederet, sodalitati prius & hospitio renunciari: Nam & Germanicus Pisoni prius amicitiã: & Crispinus Badio hospitium remisit: Amasis quoq; animo præsumens Polycratis ruinam ex successu cõtinuæ felicitatis, ut minus doleret, misit qui soliditati & amicitiæ renunciaret. Eratq; moris prisci, quoties dirimerent amicitias, aut sodalitates, etiã domo interdicere, isq; finis gratiæ foret. Neq; omiserim Tybarenos adeò iustos, ut non prius cum hoste congrediãtur, quàm diem, locũ, & decertãdi horã, ex fide per Feciales hosti renũciarẽt. Quodq; nõnulli prodiderunt, id quod mihi non probatur, & pro certo affirmare nõ ausim, Legatũ populi Rhomani, si mandata minus uera attulisset, aut parùm integra fide fœdus percussisset, uelut si Populus mandata dedisset, perinde teneri, & fœdere coerceri.

Soliditati & hospitio renunciare.

Tybarenorum erga hostes iustitia.

¶Pleraq; Veterũ prænomina unde deducta fuerint, & denominata, & de Nonis Caprotinis, quæ tradantur. Caput IIII.



QVAERI à pluribꝰ audio, unde Veterũ illa prænomina. Sp. Sex. C. Cn. T. & pleraq; à Veteribus usurpata, deducta fuerint: quæq; uis prænominum foret? Et dum priscos ritus, Veterumq; exẽpla cura cogitatione q; admitto, dumq; antiquitatis monumẽta colligo, inuenimus Rhomanos antiquissima prænomina uelut notissima, non integris dictionibus, sed succisis & simplicibus literis notare, ut T. pro Tito, L. pro Lucio, Q. pro Quinto: modò duplici, ut Cn. Sp. pro Cneo Spurio: nõnũq; triplici, ut Sex. pro Sexto. Et Cneos quidẽ à generando, Titos à tuendo denominari: alteros tanq; sobolis procreandæ auspicia sortiti: alteros quasi tuendæ patriæ omen assequuti forẽt, unde & Titulos, quòd patriam tuerẽtur, uel quòd insignia capitis ea ornomẽta ferrẽt, quibus Titulos dixere nomen, dictos autumant: sicut Spurios sinè patre genitos denominari. Fuit enim prisci moris, ut cùm sinè patre certo aliquem notarent, illum non exarata dictione, sed per simplices diuisasq; literas, scilicet p S. & P. sinè patre significarẽt. Lucios quoq; & Manios ferũt: alteros quasi oriẽte luce: alteros quasi manè æditos: & Posthumos, quòd post patris obitũ æditi essent, nũcupari. Sexti uerò, Quinti, & Decimi, tũ Nonij, Septimij, & Octacilij, à nũero genituræ indita nomina fuere. Pleriq; à Tullo Hostilio Quintios, sicut Seruilios, Tullios, Geganios, Curiatios, & Cloelios, ex Albanis Rhomam aduocatos ferunt. Eratq; proprium Quintiorum familiæ, ut uiri æquè ac fœminæ, nullo tempore utantur auro. Mamercos (quod nomen Oscum est) à Marte genitos dicunt: sicut Martios, quòd Aemyliorum prænomen fuit proprium. Caius uerò & Caia æquè uiris ac fœminis prænomina frequentia fuere, maximè in solennibus nuptiarum usurpata, uidelicet Caiæ Ceciliæ, quæ Tanaquil dicta est, felix faustumq; coniugium fortunasq; augurati. Quod etiam frequens prænomen Tarentinis ferunt, quo brutũ, terrenũ, & colonũ hominẽ designabant: Siquidem γέα terra est, unde γάϊος & γάϊος, deductos uolunt. Et tametsi in ueteribus monumẽtis. C. litera Caium denotaret, ea tamẽ inuersa hac figura, Ͻ. Caiã designauit. Illud tamen admonitu non inutile duxerim, neminem Rhomanorum sinè prænomine appellari: Idq; ex eò institutum, quòd cùm inter Romulum & Tatium societas & communicatio imperij inita esset, ut una consentio, unus populus, una mens, atq; idem corpus, sublato discrimine, notaretur, ut Rhomani Sabinorum, Sabini Rhomanorum nomina suis nominibus præponerent, æquato Regni iure, & consociato imperio, cautũ fuit. Quare prænomina Veterum fuisse ex Sabinis nominibus deducta, multorũ opinio fuit. Quinetiã excellẽtes uiros & principali dignitate insignes, solis prænominibus nominasse magnificẽtius honestiusq; duxêre, tanq; ob illorũ ãplitudinẽ uulgo noti & cõspicui forẽt. Cũq; mãcipijs & seruis nullũ cognomẽtũ aut prænomẽ Veteres impartirẽt, soloq; appellarẽt noĩe:

Prænomina nõ integris literis.
Cnei.
Titi.
Tituli.
Spurij.
Lucij.
Manij
Posthumi
Sexti
Quinti
Decimi
Nonij
Septimij
Octacilij
Seruilij
Tullij
Geganij
Curiatij
Cloelij
Mamerci
Martij
Caius. Caia
Ͻ. Caia.
Quare prænomina instituta.
Prænomina ex Sabinis noĩbus
Serui & mãcipia.

Manumissi. Siquando tamē manu emissi, libertatem meruissent, ut inter seruilē personam & liberā, discrimē nominis foret, cū illis ordo, honos, & locus accesserit, prænomina Patronorū, ac si disciplina, & cultu Rhomano essent educati, sæpissime sibi arrogarūt: quare Marcipores, Lucipores, Publipores: à Macro, Lucio, & Publio, multi seruitute exēpti, nuncupati sunt. Nec modò libertorum hoc fuit propriū, sed adoptiui filij & arrogati, adoptantiū sæpe nomina & prænomina, atq; cognomēta desumpsere. Inter quos erāt Addicti, qui tametsi nomē, prænomē, ac tribū in præsenti habeāt: illos tamen seruisse, & sub alterius mācipio fuisse liquet. Fuere aūt Addicti, qui cùm nō essent soluēdo, creditoribus addicebantur, mox precio persoluto, seu quauis causa, etiā citra dñi uolūtatē seruitute exempti, & libertate donati sunt. Præter hos erāt Abscissi & Lenones æqua ferè conditione ac serui, nullo cognomēto aut ordine infames: Namq; Senatus cōsulto prohibitū erat, ne Abscissi, quibusq; uirilia execta forent, utpote semiuiri, aut Lenones, quærendi iuris, aut postulandi causa, tribunalia adirent: Ideo Vectilius Leno in causa testamentaria à Q. Metello deiectus fuit, & à subsellio prohibitus, quia Leno erat, quem pro libero propterea habēdū nō cēsuere. Est tamē literis proditū, ut nisi inter ingenuos, aut ex ingenuis oriundos, nullū gētilitatis cognomē foret: nā seruorū, libertorūq; nulla cognatio, nec gētilitas erat. Apud Athenieſes uerò cōstitutū est, ut nemo ex fœmina genitus, maternū sibi nomē adsciſſeret: Nā fœminis indere familiæ cognomenta lege uetabatur: Id quod æquè à Rhomanis factitatū cōperimus: tū nequis illas Athenias uocaret, edicto cautū fuit: Ediuerso apud Lycios: nā ex matribus, nō patribus gētilitia fuere nomina, filiasq; nō filios suos habuere hæredes: plusq; honoris fœminis quàm uiris tributum est. Neq; omittendū, Nonis Iulij, quibus è uita cōcessit Romulus, quas Caprotinas & uulgi fugā appellāt, Rhomanos Vrbe excedentes, ad Capreæ paludē sacra facere: dumq; ad rē diuinā uadunt, Veterū prænomina, ut Caium, Lucium, Martiū, aliaq; prisca nomina inclamare: Sicut in Oschophorijs Athenieſes ob Aegei mortē, dolentiū uoces imitātur. Ancillasq; cultu decoras, in matronali habitu cum occurrētib⁹ prælij imaginē effingere, quod olim cum Latinis Rhomani gessere: unde celebritatis causa & origo est. Tectasq; umbra Caprifici, epulas & alia lætitiæ inuitamenta celebrare: In quibus sacris hoc seruari meminimus, ut inter solēnia de Caprifici lacte apponatur. Illud præterea notatum est, Rhomanas mulieres sinè cognomēto, solis prænominib⁹ adiecto nomine, denominari. Quodq; Marci prænomē, uelut perniciosum & infame, pleriq; magnopere deuitarunt, postq̄ M. Manlio crimine affectati Regni, turpi iudicio cōuicto, ne cui gētili nomē M. Manlio foret, Senatuscōsulto cautū fuit: quòd generi & nomini suo inustā dedecoris notam attulisset: Sicut Claudia gēs, propter gentiliū flagitia, cū Luciorū alter cædis, alter latrocinij dānatus foret, ad diluendam memoriam dedecoris, Lucij prænomē deuitauit. Quodq; Domitia gēs, cæteris prætermissis, Cn. & Lucij prænomen, peculiare sibi desumpsit. Siquidem ex Aenobarbis (authore Tranquillo) continua serie tres Lucij: reliqui uerò Cnei prænomina eadem serie uendicarunt.

Adoptiui. Addicti. Abscissi. Lenones. Gentilitatis cognomen ingenuorum. Fœminæ non indebāt familiæ cognomenta. Lycij fœminæ magno in honore. Nonæ Caprotinæ. Oschophoria. Rho. mulieres solo prænomine denominabantur. Marci prænomē uitatum. Lucij pronomē uitatū a Claudia gente. Cn. & Lucij prænomina in honore apud Domitiā gētē.

¶ Quid sit apud Iurecōsultos Heliocaminus, quid Zeta, & unde deductum nomen, & denominatum. Caput V.



IN Circo Flaminio, dum post immodicos calores Sole occiduo deambularemus, adijt ad nos cōtubernalis meus quispiā proficiēs in iure ciuili, sed nimis ineptè gloriosus, & percūctatus est, quid esset quod Vlpianus de Seruitutibus urbanorum dixit: " Quod si arbor à te compacta Heliocamino meo Solē adimeret, eò quod umbrā facit in loco Heliocamini, id cōtra seruitutē tibi facere nō licere. Quid esset Heliocaminus percūctabat: Cūq; de uerbi significatu ambigeretur, dixi Heliocaminū uaporariū quoddam solare, & apricum locum dici, ad quem Sol hybernus accedēs, ipsum euaporat & calefacit, deductū nomē ἀπὸ τοῦ ἡλίου, καὶ καμίνου, id est, Solis uaporario, seu æstuario: Fuisseq; moris prisci, ut iuxta Zetam Heliocaminus construatur: Zeta enim locus erat unius cubiculi capax,

Heliocaminus. Zeta.

pax, solem hybernum prospectans, ita constructa, ut per Heliocaminũ uaporem acciperet: Erat enim cubiculũ hybernũ frigori accõmodatum, quod nunc Sole, nunc igne æstuaret. Quare Heliogabalum Indicos odores ad uaporandas Zetas accendere consueuisse, Authores tradũt. Fuit ergo opinio Vlpiani, quod si Heliocamino meo & uaporatio eiusmodi, ad quẽ Sol admitti debet, arbor ꝑ te cõpacta officiat, ita qđ ad eum admitti nequeat, id uelut cõtra seruitutem factum, nõ ritè factum uideri.

Quando primùm Interregnũ cęptum fuerit, & quibus de causis Interreges Rhomæ creari consueuerint. Ca. VI.



QVO tempore Romulus ad Capreæ paludem humanitatem exuisse fertur, satis cõstat Patres Cõscriptos de Regni successore sollicitos, decem Decurijs factis, singulisq; in singulas Decurias creatis, ut decẽ imperitarent, unusq; cum insignijs Imperij, & Lictoribus esset, Interreges creauisse, quod Imperiũ per orbem ire & quinq; dierũ spatio terminari iusserunt. Alij per ternos quaternosq; dies, Interregni spatium per singulos iuisse, atq; anno uno Senatores, qui centum numero erant, Imperium tenuisse ferũt. Pleriq; asserunt cùm CC Senatores essent, à Patribus fuisse constitutum, ut per quinos dies singuli, qui fasces & Imperij insignia habebant, imperitarent, functusq; Imperio primus, secundo, & reliquis deinceps Regni curam munusq; traderet. Nonnulli putant, quòd cùm C & L Patres essent, singuli cum fascibus prodeũtes, VI noctis horas & VI diei Quirino imperitarunt, & sacrum fecerunt, tantundem Tatio, qui Regni consors erat, annuunq; interuallũ fuisse: donec Numa Pompilio Rege creato, Romulo regni successor datus est. Mansitq; mos post exactos Reges, ut si qua fortuna, aut casu COSS. creari nequirẽt, uel uitio creati forent, aut siqua turbulẽta confusio & necessitas premeret, donec de cõsulatu decerneretur, aut Dictator Reipu. daretur, Interreges præessent, qui populo uice Consulum iura darent. Quinetiam si contentio inter Patres & plebem foret, de magistratibus creandis, aut absentibus Consulibus cõmitia haberi non possent, uel uitio creatis magistratibus auspicia renouari oporteret: : uel Consulibus morte sublatis, de comitijs & creãdis Consulibus cõtentio esset, Interreges creari compertum est, ut essent qui comitia haberẽt, magistratuumq; munia obirent. Qui quidem Interreges sinè populi suffragio, ad concilium plebe non admissa, à Patribus tantùm auspicatò creabantur. Quotiesq; per Interregem comitia fiebant, in Patrũ potestate euentum comitiorum fuisse liquet: Quippe nemo Interrex, qui author comitiorum foret, nisi ex Patribus erat. Dicebat uerò Consulem plerunq; Interrex ex Patrum decreto, quem ipsi uoluissent, quod officiũ prodendi Interregẽ Oratoris fuisse autumant: Poteratq; non modò Prætor, sed COS. aut Dictator Interrex fieri. Et si quãdo proditus Interrex, munus pro quo dicebatur, exequi nequiret, exacto dierum quinq; spatio, alius succedebat qui uices susciperet, donec per singulos in orbem irẽt, ut modò tertius, nunc quintus, aut quartus, nonnunq̃ quartusdecimus, plerunq; uigesimus proditus Interrex COSS. magistratúsue faceret, aut comitia haberet. Quos quidem Interreges, dum honori præerant, Consulum uicem gerere, idemq; iuris & potestatis habere, haud dubium est: donec absoluto Reipub. munere, Interregum potestas finiretur: In quo id plerũq; euenisse cõperimus, ut proditus Interrex, comitijs, quæ ipse habuisset, Consul crearetur: sicut de. L. Posthumio Metello traditur, qui his comitijs quibus Interrex præerat, cùm Iunio Bubulco. COS, factus est. Qui etiam tantæ potestatis erant, ut legem ferre possent, Senatũ consulere, & Consulis munia obire. Hoc quoq; dicere haud piget, sinè causa Interregem dicere haud licere: Sed cùm turbulentæ cõfusiones, aut tumultus comitia impedirent, & nisi ad IIII CALEND. Februarias creari nõ licuisse. Et si quãdo comitiorũ causa Interrex proditus esset, qđ plerunq; usu ueniebat, nunq̃ ab eo qui primus proderetur, sed qui secundò aut tertiò, ac deinceps in orbem issent, uel comitia haberi, uel Dictatorem dici, aut Cõsulem, uel Tribunum creari. Fertur uerò Sylla cùm summæ esset potentiæ, Consulibus morbo

Interreges quãdo primũ creati.

C L Patres.

Interreges quãdo & qua de causa crearentur.

Patres interregem creabant.

Qui interreges creabãtur.

Interregũ munus.

Interregũ potestatis.

Interregẽ temere dicere nõ licebat.

ſublatis, per Senatum Interregem creari mandaſſe: ſcilicet qui non Conſulum comitia exemplo ueteri indiceret, ſed ut ſe Dictatorem ad imaginem antiquitatis indictis comitijs crearet: Neq; negauerim Cæſarum temporibus nullum Interregnum fuiſſe, cùm unius imperio occupata Repub. Senatus eſſet negligens & remiſſus, & uix ullo foret libertatis imago, niſi poſt Aurelianum, cùm de Principe deligendo Senatus opinione uaga duceretur, & cum militibus tumultuantibus non conſentiret, per VI menſes deligẽdo Principi Interregnum fuiſſe: donec Tacitus in Imperio aſſumptus fuit, qui ſummi Principis ſpem oſtendit. Tametſi morte ſublatis Cæſaribus, quoties de Principe deligendo ambigebatur, ad Senatum Rhomanam rem pertinuiſſe, multiplici exemplo probatum ſit: quod Traianus facere deſtinarat, ut ſi quid ei eueniſſet humanitus, Principem Reipub. Senatus daret.

Cæſarum temporibus nullum interregnum fuit.

Cæſa. morte ſublatis ad, Senatũ res Rho. pertinebat.

¶ Sacrificium Latinarum quomodo in Albano fiebat, & quæ erant feriæ, quiue populi ad ſacrum conuenirent. Ca. VII.



RHOMANOS COSS. comitijs creatos, ſortitis prouincijs, aut extra ſortem datis, Latinas ferias indicere conſueuiſſe planè perſpicuum eſt: Iouiq; Latiali in mõte Albano ſacrum facere, quod Latiar dixère, ubi carnem Latinis populis dare mos erat, quæ uiſceratio dicta: Eſt enim mons Albanus inter Albã & Vrbem Rhomam tractu ferè pari diſiunctus, ubi Templum à Tarquinio ſuperbo Ioui Latiali conſtructum ferunt, ſacrunq; inſtitutum, ad quod Latini populi numero VII & LX, ſtato tempore, nõnunq̃ noctu ad lumina frequentes conuenirent, ibiq; nundinas haberent: ut q; alij agnos, alij caſeos, nõnulli lac, plerîq; molam ad cõmune epulum afferrent, & unà Taurum immolarẽt, cõcordi ſuffragio ſtatutũ erat: Tauroq; immolato, & cæſa uictima, riteq; ſacrificio pfecto, ut quiſq; populus qui ad ſacrum acceſſerat, & quæq; ciuitas carnẽ poſceret, de Tauroq; partem acciperet, priſci moris erat. Principatus uerò ſacri & publici concilij caput, haud dubiè penes Rhomanos fuit, quas quidem ferias conceptiuas nõ ſtatiuas eſſe, multi putarunt. Cùm enim feriarum IIII eſſent genera, Statiuæ, Conceptiuæ, Imperatiuæ, aut Nundinæ. Statiuæ fuerunt, quæ ſtatis diebus ac mẽſibus ſeruantur, ut Saturnalia, Lupercalia, Agonalia. Conceptiuæ, quæ in diem certã à Pontifice uel magiſtratu cõcipiuntur, ut Latinæ, Semẽtinæ, Pagonalia, uel Compitalia. Imperatiuæ, quas Cõſul Prætorue, aut Pontifex Maximus pro arbitrio indixit: Nundinæ uerò ſemper Paganorum habitæ ſunt feriæ, quas Hortẽſius nefaſtas eſſe ſanxit, ut ruſticis qui nundinandi cauſa in Vrbẽ uenerant, lites componere, & leges accipere facultas foret. Quod quidem ſacrum uelut anniuerſarium ſinè piaculo, nec prætermitti, nec ſupprimi poterat. Ideo ſi dilatum aut omiſſum foret, piaculum admitti putabatur: Namq; illud iterari, aut intermitti, uel non ſuo tempore celebrari prodigium erat. Propterea C. Flaminio, quòd ſecundo Punico bello COS. Latinas non indixiſſet, neq; ſacrum in Albano feciſſet, ſed lixæ modo ſinè more, ſinè auſpicijs ad exercitum profectus eſſet, dirum fuit, & haud multo poſt, publica clade expiatum: Siquidem ad Traſimenum cùm incõſulta audacia in hoſtes irruiſſet, depulſis & diſſipatis copijs, totoq; exercitu profligato, & nefanda cæde afflicto, prætermiſſi ſacri pœnas dedit. Quòd ſi in eo ſacro nõ omnes Latini carnem accepiſſent, ſed aliquid dilati præteritiue fuiſſent, aut neglectæ cærimoniæ, intermiſſumue ſolenne eſſet, tanq̃ nõ ritè exhibitum foret, denuo inſtaurari oportebat: Ea uerò quæ non anniuerſaria, ſed Calẽdaria dicuntur ſacra, ſi quo caſu aut fortuna dilata, uel ſuo tempore omiſſa forent, & deferri, & nouari, & repeti poſſe ſinè piaculo Veteres credidere. Has ergo Latinas Tarquinius à principio in unam diem indixit: Poſt Reges uerò exactos, altera populi iuſſu adijci cepta fuit. Demum reſtituta plebe, quæ ad ſacrum montem ſeceſſerat, in III aut IIII dies indictas à Conſule uel Præfecto Latinarũ fuiſſe. Interiecto deinde tẽpore, in decẽ dilatas ſeruataſq; inuenimus. Vltra quos, duo etiam poſt Latinas religioſi dies habiti, quo tempore, ſolenne Ludicrum in Capitolio fieri, quadrigæq; concito curſu decertare, uictorq; certaminis in palmam

Viſceratio. Albanus mõs. Templum Iouis Latialis.

Feriarum quatuor genera. Statiuæ. Conceptiuæ. Imperatiuæ. Nundinæ.

Cærimoniæ. Latinarum.

Calendaria ſacra.

Dies duo religioſi poſt Latinas.

palmam uictoriæ, Absinthiũ bibere solebat, quibus diebus, si cum Latinis & populo Rhomano bellum inter eos aut dimicatio foret, induciæ dabãtur: Namq; in dictis ferijs Latinos populos inuicem arma sumere, aut acie decernere, uel agros hostili modo uastare sinè graui prodigio non dicebat: tunc enim odia offensionesq; quiescebant. Cunq; post pugnam cum Veientibus ad Vesuuium fœdus ictum fuerit cum Laurentibus, deinceps singulis annis post decimũ Latinarũ denuo innouari seruatũ est. Sed sicut hoc sacrum in Albano, sic Veneris templum Lauini celebre Latinis populis erat, ad quod conuenire, & annua sacra stato facere assuerant: quorum Ardeates (qui antistites templi erant) præcipuam gessere curam. Mansitq; in posterum, ut si quod nomini Latino impenderet bellum, uitãdæ iniuriæ causa, in Albano, aut ad Lucum Ferentinæ, quid facto opus foret, cõmuni concilio decernerent. Anagnini autem concilium Hernicis populis in Circo quem maritimum uocant, indicebant. Græcis uerò conuentum Amphictyonum ab Amphictyone Heleni filio inuentum, quod fuit sanctissimum Greciæ concilium, huius instar sacri tenuisse dicunt, ad quem XII florentes Greciæ Vrbes initio ueris & autũni cõuenire, & Cereri sacrũ facere, deq; maximis rebus cõmuni decreto decernere solebant: quod ad Thermopylas indicebatur, & Pylaicũ uocant: fuere autem populi qui exciti sedibus illuc confluebant, Iones, Dorij, Perræbij, Bœotij, Magnetes, Achæi, Phthij, Melienses, Dolopes, Aenianes, Delphi, & Phocenses. Preter quos Homoloctos populos huius sacri imaginẽ prætulisse tradũt: Dissecto enim in minimas partes boue immolato, fœdus iungunt, & sacrum faciunt: Nec desunt qui Dianæ templum, quod est in Laconiæ finibus, huius figuram obtinere dicant. Illic enim Lacones & Messenij statuto sacrificio, quod in diem certam quotannis faciunt, crebra concilia indicunt, & aduersus maximos conatus de summa rerum cõsultant. Lugduni quoq; ubi Arar Rhodano cõmiscetur, cõmunis Ara finitimos cõciuit populos numero LX, ad quod sacrũ singuli euocati, ingenti coacta manu, aduentabãt, deq; rebus magnis, indicto concilio, decernebãt. Concilium quoq; Aetolorum, quod Panætolium uocant, magni nominis fuit, in quo nisi in Panætolico & Pyrrhiaco cõcilio de bello uel pace decerni nihil poterat. In Palladis Ioniæ templo Pambœotia sacra, concurrẽte Bœotia tota, & concilia populorum magno concursu, ad omnes hostium motus frequẽtia fiũt. Et Panegyres Athenis quinto quoq; anno, atq; in Neptuni tẽplo Heliconij ab uniuersis Ionibus conuentus & sacrum fit, quod uocãt Panionia. Fuitq; alter cõuentus Amphictyonum in Troezena templo Neptuni inclyto, quò ex VII ciuitatibus populi ad cõmune sacrũ pari usu & cõmercio coibant. Hæ fuere, Athenæ, Prasiũ, Epidaurus, Aegina, Nauplia, Orchomenus, & Mynius. Apud Cares autẽ Chrysaorei Iouis tẽplum omnibus Caribus cõmunis concilij locus erat. Et Sybaritis Omarij Iouis delubrum, in quo Sybaritæ, Caulonitæ, & Crodematæ cõueniunt. Et Dorijs in Epitropio Apolline, ad quem conuenientes cum uxoribus & liberis sacrificant, ibiq; ex omnibus oppidis & uicis, siqua consultatio fieret, ciues & incolæ concilio adesse assuerant. Præ cæteris uerò Senonũ cõuentus fertur immanissimus, quo omnes eiusdẽ sanguinis, statuto tempore in syluã religione sacram conueniunt, cæsoq; publicè homine, barbara feritate uictimam faciunt, & de bellis consultant. Præter quos fuit conuentus in Olympia Dianæ Alpheoniæ iuxta Alpheum: sicut Elaphiæ, & Daphniæ, ac Lauææ, qui annis singulis stato die celebrantur. Vni Soli feruntur Britanni, qui cùm uarijs factionibus laborent, ad propulsandum cõmune periculum, nullos aut paucissimos conuentus habent, ita fit, ut cùm uires consociatas non teneant, dum singuli oppugnantur, uniuersi succumbant. IN ALBANO autem, qui populi cõuenirent & carnem poscerent, hi ferme traduntur, Albenses, Albani, Esolani, Accienses, Abolani, Nubetani, Bolancij, Coretij, Ortenses, Latinienses, Longani, Manates, Macrales, Muniẽses, Olliculani, Octulani, Pedani, Pelletaurini, Querculani, Sicani, Sisolenses, Tolerenses, Corniculani, Ficulei, Vetuscamerij, Amerioli, Tutienses, Venatulani, Vicellẽses: Præter hos fuere Ardeates, Violanenses, Bubetani, Corni, Varientani, Gabini, Lauiniẽses, Lauiniatæ, Lauicani, Nomẽtani, Bouillani, Prenestini, Atriciani, Scaptemij, adde etiã Laurenses, cũ quibus & Rhomanis post decimũ Latinarũ, singulis annis fœdus renouatur

Veneris templum apud Latinos.
Concilium Latinorum in Albano aut Luco Ferentino.
Anagninorũ.
Græcorum.
Amphictyones.
Lugduni ara.
Aetolorum cõcilium.
Bœotorum.
Atheniensium.
Ionum conuentus.
Amphictyonũ conuentus in Troezena.
Carum.
Syrabitarum.
Senonum.
Conuentus in Olympia.
Britannorum.
Qui populi in albano cõuenirent ad sacra Latinarum.

ut percensuimus.

¶Qui ludi Olympici, qui Pythij, qui Isthmij, & qui Nemei, olim apud Græcos, & qui Circenses Rhomæ fuerint. Ca. VIII.



Olympici ludi.

VAE uictoribus præmia in ludis Olympicis fuerint, quibúsue coronis donarentur, à nonnullis quæsitum est. Olympicos enim ludos propter Olympij Iouis delubrum, quod in Achaia fuit celebratissimũ, dictos accępimus, qui iuxta Pisam & Elidem, in campo cui Olympia nomen, magno conuentu totius Græciæ, certamine gymnico & equestri celebrari consuerant: quod delubrum in agro Pisano ab Elide CCC ferè stadijs aberat: Pisæ autem pars erat Olympia.

Olympicos ludos quis instituerit.

Quos ab Hercule institutos, in Pelopis honorẽ, anno Mundi quadricẽtesimo supra quatuor millia fama distulit: In quibus primus Corœbus, qui Olympia uinceret, fuisse traditur. Ipsumq́ Herculem stadium illic metatum, quod maius q̃ reliqua fuisse memorant. Qui quidẽ Hercules non is fuit, qui ex Ioue & Alcmena natus fertur: sed qui in Creta genitus, inter Idæos Dactylos adnominatus est, certantibus ibidem Hercule, Pœneo, Epimede, Iasio, & Ida fratribus Idæis. Nonnulli ab Iphito eius filio, & Lycurgo Olympicos inuentos primùm autumant. Plerı́q; Oenomaum ludos & equorum cursus apud Elidem ædidisse uolunt, quorum præfecturam Elei longo tempore habuere,

Agrigẽtini & Aethnæi equi.

in quibus Agrigentini equi, atq; Aethnæi semper præceleres habiti, & ex Epiro primas in Olympiacis meruere, atq; ex Venetia, in sacris certmainibus sæpe nobilitati sunt: præcipui uerò Nysæi, quibus Persarũ Reges utebantur, & apud Eleos educati, quibus non segnis equorũ cura fuit: quippe qui equas finibus eductas iniri faciant, quòd esset experimento cognitũ, miræ felicitatis prolem inde prouenire:

Hirci pecudibus admissi apud Argiuos.

Sicut apud Argiuos ad lucũ Agenoris hircos pecudibus admittunt, ut fœcundissimos habeant fœtus, uberes, & quæstuosos.

Atheæ equorũ studium.

laudaturq́ Atheas Rex Scytharum, quòd tanto equorũ studio flagrarit, ut equum ipse pecteret, & manibus suis ornaret, qui cùm à legatis Philippi conspiceretur, an ipse idẽ faceret interrogauit.

Qui Olympia uicerint.

Fertur tamẽ Alcibiades VII quadrigas miræ pernicitatis ad Olympia deduxisse, & uictor fuisse. & Hecratides Thessalus equa pręgnãte Olympia uicisse. Atq; Archidami Spartanorum Regis filia, inter fœminas uictricem palmam tulisse.

Odyss. viij.

Ab Homero autem celebratur Clytoneus Phæacum uelocissimus, in palæstra Euryalus, in saltu Anchialus, in pugillatu Laodamas, in disco Elatreus. Præ cæteris proditur Theogenes cursu, lucta, & pugillatu, ita celebris famæ, ut mille & ducẽtas coronas tulerit. Et Glaucus Demyli filius, qui cùm ipsum arantem pugno excussum uomerem aratro indidisse conspiceret, pater admirans illum, produxit in Olympia, & cùm arte aduersarij eluderetur, Pater clamauit, τὠ ἀπ᾽ ἀρότρε, idest, uulnus ab aratro, ut tam fortiter percuteret, sicut olim pugno uomerem aratro indiderat, quod ille audiens, & tunc uicit, & sepe aliâs.

Ludi Olympici, uarij.

Græci per Olympiades numerabãt.

Præfecti decẽ olympiorum.

Hosq́ ludos qui uarij & multiplices erant (nam palæstra, pugnis, cursu, & lucta certabatur) quinto quoquo anno celebrari, quod tempus Olympiadem dixere, unde Græci annorum curricula & tempora dinumerant. Atq; in his decem Præfectos sorte ductos dijudicare celebris fama est, uictoresq́ quorum uirtus præcipua fuit, Oleastro coronari, uel Calistephano (oleæ enim genus erat) uelut grande uirtutis prætiũ ferrẽt, & præter coronam, uictori statuã Olympiæ dicari: Tametsi Olympiæ uictorẽ, coronis aureis, aut æneis uulgo donari quandoq; proditum. Antea enim in sacris certaminibus arboris ramus pro corona fuit:

Panathenæa.

sic Athenis Panathenæa, quibus peplum Mineruæ ferebatur, singulis lustris sunt fieri solita: in quibus solenni carmine per Tubicinẽ & Præconem ludicrum indicebatur, nudosq́ ad certandum ingredi Athletas, neq; congressurum quẽpiam cum quo certaretur eligere, sed cum primò prodeunte congrediẽdum esse.

Mulieres ad spectacula olympica nõ admittebantur.

Neq; ad spectandum mulieres admitti, præter unam Pherenicem, quæ mater, filia, & soror Olympionicarum fuit, & Cereris sacerdotes mulieres: neq; barbaris pugnare licere, lege cauebatur.

Chersonitæ.

Sicut Milciadi certamen equestre & Gymnicum Chersonitæ fecerũt: in quo nulli Lampsaceno pugnare permittitur.

Elei cer. olympico præfuere.

proditumq́ memoriæ fuit, à prima Olympiade usq; uigesimamsextã Eleos Olympiaco semper certamini præfuisse;

fuisse;

fuisse: in quo licet prius Athletæ subligacula ferrent, postea Lacedæmonij decertantium corpora nudari, mox oleo perfundi edocuere. Primus enim qui nudare corpora in Olympijs aggressus fuerit, Hacatus Lacedæmonius fuisse traditur: Antea enim pudori ducebant, nudatis corporibus apparere in ludis. In his quoq; institutum, ut qui largitione corruptis aduersarijs, pugnarent, quiq; Athletæ ad præscriptum tempus non uenirent, multa plecterentur: utq; nefario scelere conuicti, aut crimine dãnati, nec in certamẽ uenirent, neq; ante cõmissionem Spectaculi, ad immolandũ accederent: Quippe Aahletarum parentes, & omnem stirpem citra labem esse uoluerunt: Sorte quoq; duci ad pugnandum paria Athletarum, & de loco inter se pugiles decernere, exemplis sæpe probatum est: Quæ sortitio fiebat, ut calculis in urnam coniectis, binæ compares literæ inscriberentur, quiq; eductis sortibus pares sortiti erant, inuicem committerentur. Horum imaginem ludorum Cato Rhomam transtulisse dicitur, cùm in Theatro spectacula ædidisset, uictoribusq; non ex auro, sicut olim, sed ex oleastro, sicut in Olympicis, coronas proposuisset: cuius exẽplo Augustus, post pugnã Acciacam Olympicorum imaginem, & ludos illis æmulos apud Accium in sinu Ambracio Appollini cõsecrauit, illorumq; curam multis propositis coronis Lacedæmonijs demandauit. Prẹter quos in agro Leontino, Olympicos ludos Herculi Palæstræ institutos Diodorus memorat, qui si intermitterẽtur, Sacerdotes muti fierent, & si sacra repeterẽt, liberarẽtur morbo, Ferturq; Sylla Olympiade quinta & septuagesima supra cẽtesimam, Athletas, & reliqua ex Olympijs certamina Rhomam traduxisse, & solùm stadij cursum illis reliquisse: Nero uerò cõtrà: Namq; agona musicum Olympijs addidit, & primus præter assuetũ celebrauit: in quibus aurigauit & coronam meruit. Fuitq; literis proditum (si libet credere) ab immolato tauro, Deo quẽ Myiodem uocant, dum Olympiorum celebritas manet, muscas ad unum cateruatim Pisas concedere, rursusq; ludis absolutis, eodem reuerti: Sicut in Leucade apud Accium Apollinis, ubi Panegyri celebritas futura erat, muscas, boue immolato illius distentas cruore protinus euolare. ALTERI ludi, à Pythone interempto Pythij dicti, in Apollinis honorem celebres fuere, à Diomede primùm instituti, magna religiõe sacri, in quibus uictores lauro coronati triumpharunt: qui apud Delphos in Phocide, ubi templũ Apollinis erat, magnopere culti concelebratiq; sunt, in quibus Comœdiæ & Tragœdiæ, & alia fabularum argumenta Spectatoribus exhiberi, atq; ad spectandum Tibia & cantu inuitari solebant. TERTII Isthmij in Isthmo Achaiæ, iuxta Corinthũ in Megarensium sinu delubro Neptuni inclyto, inter Ioniũ & Aegæũ à cõuentu totius Achaiæ profusis sumptibus fiebant, qui in honorẽ Melicertæ, seu Palemonis, aut Portũni Marini dei mansere, quos quidem noctu à principio, mox die celebrari institutũ est. Hos enim à Theseo æmulatione Herculis, qui Olympia instituit, primùm inuentos memorant, qui & quinquẽnales erant, tanta religione sacri, ut cùm eos Cypselus Tyrannus Corinthius intermisso more, reliquisset, illorumq; prope intermortua memoria esset, ne tanta celebritas prætermitteretur, Corinthij aliquando enixius ex omni sæculorũ memoria solennes celebrarunt, quos tãto deinceps studio coluere, ut ne deleta quidem Achaia à .L. Mummio, & tota Corintho maximo bello conuulsa, ab eorum spectaculis desiuerint. Cumq; deserta Corintho, celebrandis ludis ciues superesse nequirent, Sicyonijs proximis incolis, ne celebritas intermitteretur, cultum curãq; demandarũt. In quibus præcipuus honor spectaculi Atheniensibus datus: Siquidem tantùm spatij, quantũ uelum nauis occuparet, ut cæteris præferrentur, subselliaq; præcipua haberẽt, cum Corinthijs cõuenisse dicũtur. Et quis in Isthmo uictores apij coronã præmiũ ferrent, postea pinea coronari, demum à Solone, ut qui Isthmia uicisset, centũ Drachmas, qui uerò Olympia, quingentas ferret, cautũ fuit. Præter quæ munera, hoc etiã uictori tributum est, ut uictor statua donetur, illiq; publicè decernantur alimenta. Si autem ter Olympia uicisset, Statuæ, quas Iconas uocant, similitudine membrorum expressa dicarentur. Nonnunq;, ut cum quadrigis triumphãtium more uectẽtur in patriam, aut pro ampliori munere, coronis uittisq; exornẽtur, reuersuriq; disiecta parte muri Vrbes ineant, statuaq; in foro, & perpetua immunitate fruantur: adeò ut Græcis Olympionicem

Quis primus nudauerit corpus ĩ olympijs.
Instituta in olympicis.
Sorte educebãtur athletæ.
Imago olympiorum Rhomam à Catone trãslata.
Olympici ludi in agro leõtino.
Sylla athletas ex Olympijs Rho. traduxit.
Nero in olympijs.
Myiodes.
Pythij ludi.
Præmiũ uictoriæ.
Isthmij ludi.
Theseus Isthmiorum inuentor.
Isthmiorum religiosa obseruatio.
Præmia uictorum.
Qui ter olympia uicisset.
Olympionices.

nicem esse maius censeretur munus q̃ Rhomæ de hostibus triumphus. Quod Rhomanis etiam in usu fuit, ut Athletas, qui sacris certaminibus coronam meruissent, uacatione munerum, curæ, tutelæq́;, & perpetua immunitate donarent.

Ludi Nemei.

QVARTOS autem Nemeos à Nemea Sylua in Archemori honorem institutos ferunt: Hic enim Lycurgi filius Opheltes dictus cui à serpente interempto in patris solatiũ ludi mansere, quos dicunt Nemeos, quorũ non minor apparatus, & celebritas erat. Tametsi à Molorcho, qui Herculẽ suscepit hospicio, cuius filius à Leone interẽptus fuerat, eo enecato primùm institutos dicant:

Cærimoniæ et certaminũ genera.
Præmium uictoriæ.

in quibus maiorum imagines, sicut in funebri pompa, longo ordine repræsentari, atq; equorum cursu, simul Disco, Cestu, & Palæstra dimicari, uictoresq́; apio coronari solebant: ideo quòd super hanc hærbam reptantem puerũ à Dracone interemptũ ferãt: Inde fuit Græcis apij corona funeralis, maiorumq́; sepulchris ex apio coronas apponi, illoq́; ornari & tegi seruatum est, quæ sepulchrales dictæ:

Arion equus.

In quibus Nemeis memoratur Arion equus pernicitatis eximiæ, excusso rectore Polynice, palmã tulisse.

Citharœdorum certamen.
Certamen in Delo.

Præter quos fuit Delphis Citharœdorũ certamen, quod & Pythia dixere, ad quod Citharœdi, Tibicines, & Fidicines concurrebãt: & in Delo certamẽ à Theseo institutũ, in quo nouo exemplo palmæ uictoribus dabantur: Rhomæ uerò P. Cornelio Aruina, & C. Mario Rutilio. COSS. palmæ primùm uictoribus dari cœptæ. Alexãder uerò Macedo è Persa arbore coronas proposuit primus:

Gallinaceorum & coturnicũ pugna.
Picturæ certamen.

Pergami autem & Athenis fuit pugna Gallinaceorum & Coturnicum, tanti decoris, ut ad illud tanq̃ gladiatorum munus effusissimo studio omnes conuenirent. Et certamen picturæ Corinthi & Delphis.

Aeginea.
Heraclea.
Iolacea.
Dioclea.
Marathonea.
Deliaca.
Dithyrambica.
Certamẽ poetarum.
Panathanaica duplicia.

Et Aeginæ sacra certamina ab Eaco inuenta: & Thebis Heraclea, & Iolacea: Megaris uerò Dioclea. Et ob Taurum à Theseo interfectũ, Marathonea, in quibus phialam argenteam uictor accipiebat. In Deliciacis autem bouem: sicut in certamine Dithyramborum poetis dabatur bos, uel tripos cum inscripto Epigrãmate. & Spartæ in certamine poetarum, præmium ex farina & melle, quod Syrmeam dixere. In Panathanæis uerò olei Ceramum uelut amplum preciũ uictor accipiebat. Ea quidem duplicia fuere: nam & magna quinto quoq; anno, & minora singulis fiebant.

Agon.
Theoxenon.
Gymnicum.
Eleutherij ludi.

Apud Pellenen erat Apollinis Agon, ubi ex argento proposita præmia certantibus fuere, quæ Theoxenion uocabant. Et apud Platæas certamen Gymnicum, in quo coronæ dabantur ex auro. Et ludi Eleutherij, quòd illic Græcorum copiæ Mardonium cum CCC millibus Persarum deleuissent:

Halia.
Dialia.
Pandia.
Herea.
Musea.
Demetria.
Hermea.

& apud Rhodios ludi, qui uocantur Halia: atq; ceatamẽ Hirundinum & Cornicũ. Erantq́; festa Iouis Diasia & Pandia; sicut Iunonis Herea: Musarum Musea: Cereris Demetria: Mercurij Hermea; In quibus Chlænæ uestes pelliceæ dabantur, quæ sæpe in Agonibus fuere præmia. Gymnica quoq; in honorem Androgei Minos statuisse fertur: in quibus præmium uictori pueros proposuit: apud Nemeam uerò oscura quadam ambage Hipposelinũ dabatur donum, quibus muneribus cum præfatione uirtutum Victores donabãtur: Præter quæ fuerunt Promethea, ut currẽtes in Palæstra tedam ardentem gestarent, eamq́; defatigatus proximo, isq́; postea defessus alteri, & deinceps alius alij traderet, donec metã pertingerent: ea quidem ara Promethei in Academia fuit, à qua ad Vrbem cum accensis eiusmodi facibus cursus erat.

Mulierũ in Hereis ludis cursus.

Estq́; animaduersum Olympicum stadium in Hereis ludis, sexta parte dempta, mulieribus patere: currebãt enim collecta tunica, solutis comis, dextro exerto humero: in quibus uictrici olæ corona erat præmiũ, & bouis portio Iunoni immolatæ.

Pentathlon.
Quinquertiũ.
Quinquertiones.

EX HIS ergo ludis cùm Olympiaci & Isthmij quinquennales forent, & Nemei singula triateride fierent, solennes reliqui annui mansere, quorũ frequens lusus erat, iaculatio, iactus Disci, Stadij cursus, Palæstra, & saltus, quẽ Pentathlum Græci uocant, Latini quinquertium: Ipsosq́; Athletas, quinquertiones. Cumq́; uictoribus dabatur corona, uetus erat mos, ut non illos qui uincerent, sed illorum Patriã per Præconem coronari magna uoce pronunciarent, mox ipsi Præconi alter Præco ante ludorum missionem coronam daret. Athenis uerò lex iubebat, ut si quis coronaretur à Senatu, in Senatu præconium fieret: si à populo, in concione.

Virginibus apud Nasamones ædebatur certamen.

Proditum quoq; memoriæ est apud Nasamones, à uirginibus ædi certamẽ quotannis ad Tritonidis paludem, quæ non cursu, sed pugnis, & fustibus certabant, ex quibus siqua ictu concidisset,

set, falsa censebatur uirgo, uictrix uerò armata uectabatur curru. SED quod Graecis Olympici fuere, hoc nimirum Rhomae (quantùm opinione auguror) Circenses fuisse crediderim: quippe Agonici Circenses apud Elidem in honorem Iouis Olympici pariter inuenti institutiq́; sunt. Inde Rhomam aduocatos putarim: in Elide enim iuxta fluminis ripam angusto tramite, altero latere urgente flumine, altero positis gladijs, ut utrinq; praesens exitium esset, bigarum cursu certabatur, dimicatione perniciosa, adeò ut intra praescriptum illas coercere necesse foret, unde Circenses dicti. Plerumq; unius equi curru, qui Celes, aliquando simplici biga, quae Sinoris dicta est, pugna committebatur. Quibus postea accessere Calpae & Apenae. Calpae currus trahebatur equa, Apenae mulas iugabat. Nero uerò in Olympijs non bigis, sed decem iugi curru aurigasse, & uictor fuisse proditur. Milciades uerò quadrigario curriculo Olympicam palmam reportauit. Traditumq́; memoriae est Rhomae quadrigas ex Asinis immensò constitisse, adeò ut unae quadrigae quadrigentis millibus uenirent. Ibi quoq; formae certamen haberi, uictorq́; armis donari, & ad templa uittatus deduci, myrtoq́; coronari solebat: Sicut in Cereris Eleusinae festo prope Alpheum, speciei certamen erat: in quo animaduersum, Tenedias mulieres omnium quot sunt in Asia uenustatis palmam tulisse, tametsi Hypaepas tanquàm uenustatis praecipuae alij celebrarint: & Homerus formosissimas in Hellade, asseueret. Rhomam deinde Circenses translati, positis metis, non autem gladijs, eximiè culti celebratiq́; sunt, in quibus VII fuere curricula solennia (nam septeno circuitu currebant aurigae) & XXV missus, quae Domitianus ad quina spatia corripuit: missus uerò ad centenos propagauit, uterq; singulos quinos missus, saepe Rhomani Principes uenationem dedere, aut Troiae decursionem: ultimus uerò quòd ex collatione populi fiebat, aerarius dictus. Equis enim mira uelocitate currentibus insidentes, leuissimos currus ingenui pueri, cursu quàm citatissimo agitabant, qui praecipua arte satis gnari doctiq́; erant examussim seruare normam, ne ipsi aut quadrigae agitatae, aliquo temporis puncto metas contingerent, utq; per singulos missus, idem currus per quina spacia sinè offensione circuiret. Quae quidem metae cùm antea ligneae fuissent, Claudius auratas instituit. Fuitq́; moris, ut ante commissionem Circensium ministri cum equis desultorijs missus exituros nunciarent: In his quoq; IIII factiones pro anni temporibus, uidelicet Veneta quae cerulea, Prasina quae uiridis dicta est, Alba & Rosea, miro fauentium studio coli, celebrariq́; solitae sunt. Viridis enim color Veri dicatus erat, Aestati roseus, Hyemi Venetus, Albus Autumno. Nonnulli uerò per elementa colores diuisere: quippe Hiacynthus aeri dabatur, Coccus aetheri, Bissus terrae, Purpura mari. Pannoq́; uersicolore per singulas factiones certabatur, in quibus spectantium fauor, & aura popularis, gratiaq́; & studium ad uictoriam multùm loci dedit: Nam tanto fauentium studio hincinde certabatur, cùm suos quisq; clamore & plausu foueret, ut magis studio, & colore panni, ac fauore quo affecti erant, quàm uera uirtute niterentur, isq; popularis fauor & gratia non dubiam plerunq; uictoriam dedit: adeò ut non populus modò, sed & Principes ingenti studio & gratia factionum contenderent: Siquidem Vitellius Venetae factioni ita addictus erat, ut eos per aequa & iniqua amplo fauore prosequeretur, adeò ut quosdam qui clarè maledixerant, occidi iuberet. Sicut Prasinae deditus erat Caligula & Nero Caesar: Caligula enim Sestertium uicies agitatori Cythico cōtulit. Nero uerò cùm quaereretur tractum Prasinum agitatorem, & ob id iurgaretur à magistro, de Hectore se loqui mentitus est. Fertur autem Verus Antoninus à Venetae factionis hominibus, quam odio execrabili prosequebatur, intoleranda probra & contumelias tulisse, quòd contra eos Prasinae studeret, illosq́; studio & commodis prosequeretur. Caracalla uerò cùm in aurigam, cui studebat, Populus cauillatus esset, exercitum immisit, & poenas exegit. Ad has IIII factiones alias aurati purpureiq́; panni Domitianum addidisse, Suetonius memorat. Erantq́; Circensium duo genera, Participij qui per Patres, Plebei qui per Plebem agebantur stato die, mense Nouembri, quos Claudius Imperator sae

Ludi Circenses.

Circenses unde dicti.

Calpa.
Apena.

Formae certamen.
Certamen in festo Cereris de speciei uenustate.

Circēses Rhomam trāslati.

Ritus Circensium ludorum.

Metae in Circensibus.
Factiones quatuor Circensium.

Factiōibus quatuor duae additae.
Circensiū duo genera.

Imagines in Circensibus elatæ.

pe commisit & celebrauit. In quibus præter spectacula etiam Deorum simulacra, non nunq̃ Imperatorum & Ducum imagines habitu triumphali ob studium fauoremq́ʒ popularem erga Principes equestres, aut pedestres, aliquando uictorias cum palmis, ferculaq́ʒ & tensa, currusq́ʒ Elephantorum produci, & prælata pompa efferri solebant. Quare Germanici Equestrem statuam ex Ebore Circensi pompa prælatam comperimus. Et Antoninus defunctæ Faustinæ imaginem cunctis Circensibus præferri uoluit, quæ quidem imagines nonnunq̃ aureæ uel argenteæ, plerumqʒ erant gypseæ, aut ex Ebore, in quo illud adnotatum fuit, ut loca per quæ pompa & Deorũ simulacra uectabantur, ne recondita sacra è cœnaculis despicerentur, oraculo moniti, uelis cooperirent. Præualuitq́ʒ mos, ut Prætor aliúsue magistratus, qui ludis præerat, mappam Aurigis mitteret, & cursus signum daret, quod erat futurorum Circensium initium, id quod à Nerone certo euentu cęptum (ut Cassiodorus ait) fluxit ad posteros. Post quos adnumerantur Circenses, Cereales, & Sæculares, atqʒ alij Nauales, ubi in Circo maximo immisso Euripo, naues metis appositis, ne illas contingerent, cursu præcipiti concurrebant. Illud utiqʒ non in postremis fuerit, quòd tam in Circensibus q̃ sacris certaminibus magna cura seruatum est, ut qui intempestiuè surgunt, aut qui ante alios exeunt, colaphis cædantur: Quodqʒ qui coronam meruisset, tanq̃ ad supremum fastigium uentum foret, nihil ultra de uirium aut artis incremento speraret: Vtq́ʒ non minus bonos fortesq́ʒ uiros, qui ad certamen prouocarẽt, neqʒ cum quo certaretur inuenirent, cùm nemo luctari, aut congredi audet, q̃ eos qui fortiter pugnassent & uicissent, merita palma, aut posito constitutoqʒ præmio donarẽt: neqʒ enim minus coronari pugiles, qui absqʒ sudore in certaminibus, q̃ qui pugnando palmam assequti sunt, cauebatur: Licet adnotatum quandoqʒ exemplis legamus, ut si Athleta eò fortitudinis processerit, ut non inueniret parem, plures uni obijcerentur, cum quibus periculum faceret & decertaret: Nam ut uictor quis declaretur & uictoriæ insigne ferat, æmulo opus esse dixerunt. Neqʒ prætereundum, Gymnica certamina Eleis præcipua fuisse, Thymelica Corinthijs, Scenica Atheniensibus.

Munera illius qui Circensibus præerat.

Cereales. Circenses. Sæculares. Nauales.

Obseruatiões aliquot in Circensibus.

Cum quo nullus in certamẽ prodire uellet.

Vnus duobus cõmissus.

¶ Mira exempla quæ in mõtibus & lapidibus hodie uisuntur, unde originem & causas duxerint. Ca. IX.



INGENS cupido animos stimulauit illorum, qui rerũ naturæ originem & causas diligenti æstimatione scrutati sunt, quod orbis huius quẽ incolimus immensi & inexplicabilis, totiusqʒ naturæ rerum, cuius æternam uertiginem & irrequietum ambitum uidemus, principium & origo sit: quod equidem immensæ quæstionis fuit. Thales ille Milesius inter septem præcipuè celebratus, cum quo sacerdotes Aegyptij & uates Pindarus ex humore omnia constare dixerunt, Anaximenes ex aere, Heraclitus Ephesius, Stoici, & Parmenides ignem, Anaximander Milesius infinitatem, Pythagoras numeros, Empedocles Agrigentinus quatuor elementa, Plato Deum & Hylem, unde elementa deriuantur, Xenophanes aquã simul & terram, rerum originem principiumq́ʒ duxerunt, Epicurus autem, Leucippus, & Democritus Abderites, ex Atomis, siue ex paruis minutisqʒ corporibus temere concurrentibus, in unum confusis & condensatis, omnium elementorum uim atqʒ substantiam, rerumq́ʒ formas & figuras oriri dicunt. Indi & Brachmanes præter quatuor elementa, quintam naturam, ex qua Cœlum & Sidera constarent, effinxerant: hancqʒ rerum machinam, & hunc terræ globum, quem incolimus, quandoqʒ indigestum & confusum, nullo rerum discrimine aut ordine olim unum Chaos extitisse: Postea diuino consilio & delectu, siue ex paruis huiusmodi corporibus, & sempiterna illa incursione Atomorum, siue quia grauiora in profundum, leuia uerò cœlesti labefactata motu, & ancipiti contentione distracta, natura uolente, in altum euolauere, hanc rerum faciem, & hunc quem haurimus aerem, istamq́ʒ quam incolimus terram, mutuo licet contrario fultam nexu, ex illa illuuione & turbulenta confusione emersisse, & prout plus minúsue

Philosophorum opiniones de rerum principijs.

Quinta essentia.

Chaos.

Elementorum commistio.

nuſue illius denſatæ materiæ, uel humoris fuere participes, ita montes & ædita, nunc conualles & depreſſa, modò maria & flumina, fonteſq; & lacus, campoſq; ac diuerſas rerum facies, & tanta naturæ miracula, ſummum illum artificem & rectorem Deum, omnium conditorem tantæq; molis fabricatorem, diuino magiſterio examinato modo effeciſſe. Humoremq; in undas, leuiaq; in aera & ignes, quodq; minus defecatum erat, in terras diuina ſorte diſtincta receſſiſſe: Donec ad certam iſtam ſolidamq; peruenit ſpeciem, aeremq; quo fruimur, quemq; incolimus & haurimus. In hiſq; forte eueniſſe, ut pleraq; alterius ſpeciei & formæ, in tantæ machinæ molitione cum terra ſimul coaluerint. Huiuſq; rei argumentum eſſe, quòd terram mobilem, & ſolubilem paulatim confuſam, longiſſimo æuo, in lapides dureſcere, diuerſarumq; rerum ſpecies intra lapidum uiſcera unum corpus effici. Illaq; ſimul in omni æternitate condenſari, ac diuerſas facies quotidie artificem naturam moliri uidemus.

Lapidum diuerſæ ſpecies unde productæ.

Quare diuerſi coloris marmora, in quibus miſturas inexplicabiles in uno nunc corpore concretas inſpicimus, quandoq; diſiuncta & ſeparata, multiplicium corporum fuiſſe facile crediderim, quæ quidem res illius primæ originis & coaceruationis indubia argumenta præbet: Siue quòd nonnulli tradunt, diuerſis cardinibus inductis aquis, uel mari ſedibus ſuis excito, ſeu nimbis effuſis, diluuio quondam inundaſſet mundus. Poſtea cùm fluctibus & mari omnia miſcerentur, deſitis tempeſtatibus, & terræ ſitu defecato, poſt tot aquarum moles & agitationes fluctuum, ſolidas apparuiſſe terras, propterea in montibus quãuis longè à mari, ea quæ in littoralibus uadis cernuntur, nunc inueniri, & quamuis mediterranea, ſpecie tamen littorali apparere. In memoria mihi eſt, lapidem duri marmoris non unius coloris uidiſſe in montibus Calabris, longo à mari receſſu, in quo multiplices conchas maris congeſtas, & ſimul concretas cum ipſo marmore in uuum corpus coaluiſſe uideres, quas quidem oſſeas & non lapideas eſſe, & quales in littoralibus uadis inſpicimus, facile erat cernere: Quòd ſi marmor in fruſta diſſectum reſecaſſes, etiam multiplices conchas ſingulis fruſtis quaſi natiuas cõſidere, & cum lapide una diſcindi uideres. Quod profectò multùm præſtat argumenti, diſſimilia corpora diſiuncta prius, poſtea colluuione rerum miſta & longo æuo coaceruata coaluiſſe.

Conchæ in mõtibus.

Quod genus marmoris in quo conchylia uideantur plurima, in Theſſalia & Hæmonia præcipuè apparere Authores memorant: Atq; in Aegypto ſalſudinem eſudare Herodotus tradit, ita ut in collibus æditioribus, ea quæ mari incito expuuntur, facile conſpiciantur.

Sal in montibus.

Apud Megarenſes quoq; & omnem Macedoniam ex rupium præruptiſſimis ſaxis lapides excauari nonnulli teſtati ſunt, in quibus pleraq; ſpecie appareant littorali, multaq; ædificia & magnas moles ex illis conſtrui. Iouianus Pontanus ad hoc æui uir haud dubiè clarus ingenio factiſq;, cum pleriſq; nobilibus, præſente me, ſermocinabatur, ſe in promõtorio Pauſilypi iuxta Neapolim ui tempeſtatis ingenti lapſu proruto monte, uidiſſe in medio abſciſſi collis trabem ligneam, undiq; latere montis duro lapide cinctam, cum montis dorſo concreuiſſe, & in unum corpus coaluiſſe: & hanc rem mirificam quæ non minore miraculo fuit, quàm conchylia in montibus, non uni tantùm ſpectaculo fuiſſe.

Trabs cum lapide cõcreta.

Sed ne quis hoc fictum commentum arbitretur, peruulgata res eſt, paucis antè nos ſæculis, dum Neapoli marmora ædificij cauſa diſcinderentur, adamantem mirè ſplendidum, non natiua uena, aut rudi & informi, ſed abſoluta artificis manu confectum & perpolitum, mira cælatura & arte, in medio marmoris concretum fabros inueniſſe, eumq; pro miraculo Regi dono datum inter cubiculi arcana conſpicuum fuiſſe, hodieq; inter illuſtria adnumerari.

Adamas cælatus in marmore repertus.

Præter quæ, mira profectò ſunt, quæ à pleriſq; digna memoratu produntur: Palamedes amicus meus calcariæ fornacis precipuus artifex, ingenio gnauo & induſtrio, author alioqui grauis, ſæpe mihi retulit, ſe dum marmora diſcinderet, in medio ſilicis, quæ niſi ui malleorum dirumpi haud facile poterat, oleum quaſi in uaſe cõcluſum inueniſſe, odoris immenſi, & aſpectu iucundo, cui medica uis fuiſſe dicebatur, quo effuſo, manus ſibi diu miro odore fragrarunt. Quod ego quo pacto, ſtante ſemper ſolida illa materia, illic coagulari aut occludi potuerit, non equidem ſcio.

Oleum in ſilice concluſum repertum.

Nos etiam apud Authores legimus, si uera tradunt, in Chiorum lapidicinis diffisso saxo, caput effictum Panisci apparuisse: & ad Bettim Hispaniæ lapides nasci, quibus scissis, ex puro auro frusta & lapillos conspiciant: & ab Europo usq; Elim quicquid oræ maritimæ mari abluitur, in saxa mutari: aut quod de puluere Puteolano traditur, qui marinis aquis tactis, durescit in saxum: & in mari rubro syluas uiuere, oleamq; & laurum, in quibus fungi enascantur, qui mox Sole tacti, conuertantur in pumicem. Atq; in Lucania, Cappadocia, & Hierapoli Mysiæ, nonnullas esse aquas, quibus uirgulta & ligna coniecta, breui post lapidescunt. Quod si aquis hoc datum est, siue lege fatorum, siue consilio Dei, qui reliqua mundi opera æterna cõstitutione molitur, ut arenas & glaream, aliasq; hoc genus species consolidet & induréscat: quanto probabilius est, parentem rerum naturam, longissimo æuo ea quæ disiuncta fuerant, physica ui & ratione cõsolidare potuisse, cùm præsertim montes lapidesq; adolescere in dies, exhaustaq; effossionibus loca sua ui rursus repleri, aliaq; attenuari & imminui: ac maria quæ sempiterna agitatione mouentur, alia recedere, pleraq; inundare, ac locorum facies mutari quotide spectemus.

Caput panisci in saxo diffisso inuentum. Puluis puteolanus. Syluæ in mari rubro. Virgulta aquis iniecta lapidescere.

¶ Quàm uarium & multiplex iusiurandum apud diuersas gentes fuerit, & per quos Deos iurare consueuerunt. Ca. x.



VAM uarium & multiplex iusiurandum apud gentes fuerit, à nonnullis proditum memoriæ est. Per terram, per amnes, per fontes, per undas fluentes, immanissimum sanctissimumq; iusiurandum fuisse Græcorum ueteres credidere. Apud eosdemq; qui sanctam & inuiolabilem præstant fidem, in Thesmophoræ, hoc est, legiferæ Cæreris templum descendere, & quibusdam exhibitis sacris, Deæ purpuram induere, incensisq; facibus, uelut præsentibus numinibus, per quicquid est Deorum deierare solebat: aut per Regium Sceptrum: in quo iura dabant, teste Homero, quod præpotens iusiurandum Regibus uisum, ita ut maxima obstricti fide tenerentur. Nonnunquàm uerre appræhenso, & stricto in iugulum gladio, cœlum, terras, Solem, & ultrices furias aduocare, & testes facere, mox uerre immolato, & in mare deiecto, iusiurandum præbere, quo præstito, nihil præterea quærendum homini erat. Atheniensibus ex solis Græcis per Isidem iurare licuit. Nonnunquàm Deorum aras tangere sanctissimum iusiurandum putabatur. Apud Thebæos per Osiridem: Scythis per solium Regis, aut per uentum & Acylacem, solenne iuramentum fuit. Apud Epidauros per Semelem: Apud Thraces per Mercurium: Massagetis per Thanaim & Mæotidem paludem. Capadocibus per Montem, quem pro Deo colunt. Persarum mos erat, per Mitram, hoc est, Solem iurare. Aegyptij allium, porrum, & cepas uelut sanctissima numina uenerati sunt, quæ fallere, aut illorũ periurio astringi sine graui piaculo non licebat. Fertur Zeno per Capparim: Iones per Crambem: Lampon per anserem: Socrates per canem & platanum, ne per Deos iuraret, aliquando per quercum & hircum: Sophocles per Lapersas, hoc est, Castorem & Pollucem, deierare consueuisse. Aethiopes per defunctos, quos colebant in uita, quorum corpora uitro seruabant, deierarunt. Lacones per Spartanos & Argiuos deos. Armenij iusiurandum de rebus magnis in templo Anaitidis Deæ, quam maximi numinis instar habebant, ab ipsisq; religiosè colebatur, præstare consuerant. Apud nonnullos per obscœnos & fœtidos cibos: ab alijs per caput alterius, aut per mensam & fruges: nonnunquàm super desectis carnibus, aut militaribus armis. Apud Syracusanos, tactis cereis ignitis, iurabatur. Græcorum pleriq; per Rhadamantum. Pythagoræi per quaternionem: siquidem hũc numerum ad animæ integritatem spectare dicunt, in his fuere, mens, scientia, opinio, & sensus. Aphri per uiros insignes qui uirtutibus enituere. Pœni per patrios Deos, fidem iureiurando sacrarunt. Orpheus autem, si quis diuinam iustitiam attestari uellet, per numina octo iurare permisit,

Græci ueteres. Aliud. Aliud. Iliados ij. Aliud. Athenienses. Aliud. Thebæi. Scythæ. Epidauri. Thraces. Massagetæ. Capadoces. Persæ. Aegyptij. Zeno. Iones. Lampon. Socrates. Sophocles. Aethiopes. Lacones. Armenij. Alij. Syracusani. Græci pleriq;. Pythagoræi. Aphri. Pœni. Orpheus.

misit, ignem, aquam, terram, cœlum, Lunam, Solem, Phanem, & Noctem. Philosophi *Philosophi.*
per Socratem, tanq̃ numen sanctissimum. Indi per aquam Sandaracinã, quæ apud Ma *Indi.*
gos è fonte manabat, maximum iusiurãdum æstimarunt, ita ut deierantes graui nexu
& certissimo exitio tenerentur. Neq; omiserim Prienensium spectatissimum iura- *Prienenses.*
mentum, qui cùm ad internecionem ad locum qui dicitur Quercus, cum Milesijs gra-
ui bello decertassent, in eoq; liberos & chara pignora amisissent, siquid sanctiore fœ-
dere firmare uellent, per tenebras quæ apud Quercum, deierabant. Sicut Augilis qui *Augili.*
circa Cyrenem sunt: & Nasamonibus, nisi per manes defunctorum, quos ueluti Deos *Nasamones.*
colebant, iurare fas erat, illorum sepulchra contingentes: quod Aegyptijs quoq; in *Aegyptij.*
more fuit, ut per defunctos quos in fictilibus circa templa condiderant, maximum pu
tarent iusiurandum, contra cuius religionem uenire non licebat. Pœnorum mos tra- *Pœni.*
ditur, ut aram & sacra tangentes, uel agnum læua, dextra silicem tenentes, Deos homi-
nesq; contestentur, ut si illos sciens falleret, ita se Iupiter feriret, quemadmodum ipse
agnum percuteret. Quin etiam uetus Rhomanis inoleuit mos, ut iuraturi per Iouem, *Rhomani.*
modò ad Deorum aras sacrificio perfecto, ignem, aram, atq; exta tangerent: modò su-
per cæsis hostijs iurarent: nonnunquàm lapidem silicem tenentes, hæc ad uerbum
proferrent. Si sciẽs fallo, me Iuppiter, salua Vrbe arceq;, bonis eijciat, uti ego lapidem "
hunc eijcio: quibus enunciatis, lapidem manu emittebat: ideo per Iouem lapidem so " *Per Iouem*
lennissimum sanctissimumq; iusiurandum Veteribus fuisse proditum est: illudq; in- *lapidem.*
tentiori cura seruari oportebat. Quod quidem in fœderibus publicis solennius præ-
stabatur, ut Fecialis, sumpto manibus lapide, pactis conuentis stare promitteret, in hæc
uerba: Si rectè ac sinè dolo malo hoc fœdus, atq; hoc iusiurandum facio, Dij mihi cun-
cta felicia prestent: Sin aliter, aut facio, aut cogito, cæteris omnibus saluis, solus ego " *Fecialiũ iu*
peream, uti lapis hic è manibus meis decidet: post quam precationem, manu lapidem " *ramentum.*
eijciebat, cui iuramento nullis opibus, nulloq; negotio contra ire fas erat. Præter quæ "
frequens Rhomanis fuit iusiurandum per Deos & Deorum numina, perq; terram,
mare, & sidera: Sicut per Deum Fidium, qui Sabinorũ Deus est, cuius ædes in Qui-
rinali fuit. per Parentes uerò præstari iusiurandum, illosq; iuramentis aduocare, illi- *Per deum fi-*
beralis sermo est habitus. Præ cæteris autem, ex omni memoria sanctissimum iusiu- *dum.*
randum apud Rhomanos uisum est, ut iurans terram tenens, cœlum, Deosq; con- *Per parentes. Sanctissimum*
testans, conceptis uerbis se & caput suum, ac stirpem & familiam, bona & fortunas, *iusiurãdum a-*
quibusdam additis precationibus, deuoueret. Post aliquod uerò tempestates, per salu- *pud Rhoma-*
tem & genium Principis deierare, longè præstantissimum iusiurandum haberi cœ- *nos.*
ptum, cui nulla ui, nulloq; imperio contra ire fas erat. Quod Tiberius Cæsar de se *Per salutẽ &*
præstari uetuit: Nam ne in acta sua iurarent, néue nomen suum testarentur, aut ge- *genium princi-*
nium, obstinatissimè restitit. Quod etiam de Nerone proditur, ut cùm antea in acta *pis.*
Principum iurarent magistratus, Collegam suum Antistium in sua acta iurare inhi-
buerit. C. Caligula maximum iuramentum, nec pro concione, nec ad milites, nisi per
nomen Drusillæ præstitit, cui plus nimio addictus erat. Claudius uerò per Augu- *C. Caligulæ*
stum. Est quoq; omnium sermone celebratum, & magnis euentis periculisq; expia- *iuramentum.*
tum, quod in ara Palicorum, lacu seu cratere religioso, breui & profundo, sem- *Claudij.*
perq; lurido, apud Siculos iuramentum præstabatur, ad quem multiplici scaturigi-
ne ebullientem, iurantes sponsione facta, religiosè accedebant: & qui castè & sinè *Apud siculos*
labe criminis iurasset, illæsus & ualidus abibat: qui uerò contra religionem, iurisiu- *in ara palico-*
randi fidem abiurasset, reus criminis, in lacu demersus, læsæ conscientiæ, & peiera- *rum.*
ti numinis morte pœnas dabat: in quorum templo fama fert Crateres quosdam in-
certa & cæca origine igneos globos perpetim euomere, & feruentem aquam te-
tri odoris inde æstuare. Quod Aristoteles de fonte Acadino memoriæ prodidit, qui *Acadinus fons*
iuxta Palicos in Sicilia manat, in quo tabellas inscripto iuramento, si rectè iuratum fo-
ret, supernatare, neq; liquore perfundi asseuerat, si perperam, protinus in profundũ
rapi, neq; apparere ultra. Idem in Sardinia quasdam aquarum scaturigines facere: *In Sardinia.*
Nam ubi periurium erat, quicunq; in eis immersus, cæcitate admissum facinus lue-
bat: qui uerò integer ad iusiurandum accedebat, incolumi fama clarius cernebat.

Iuxta Tyanam quoq; fons Ioui sacer, frigidus ebullire traditur, qui cùm cæteris foret innoxius, periuris solùm pustulas liuentes, & uomicas facit calamitosas. Atq; in Bithynia iuxta Brieti templum fons cærimonijs sacer manare feruentis naturæ, ubi periuri uelut urente flamma necabantur, ita ut magno malo periurium lueretur. Tenet opinio in Arcadia apud aquã Stygem (quæ è petra manabat præsentissimi ueneni) ad Honacrim, idem iusiurandum præstari, sub insigni documento spretæ religionis: Namq; in fraude & perfidia deierantium, extremi discriminis erat. Sicut subterraneus specus ad Corinthum, qui Palemonis dicitur, à nemine adiri fertur sinè periurij pœna memorabili. Fuitq; in usu apud Athenienses, ut iusiurandum quod publicè in fœderibus præstabatur, postq̃ per Senatum exhibitum erat, quò sanctius foret, Quæstores, apud Argos uerò Prætores confirment, apud Mantineam Vates & belli Duces, in Elide autẽ opifices, & legum periti, nequid repètino motu imperitæ multitudinis mutari, aut secus fieri diciq; posset. Præ cæteris uerò maximum uinculum iuramenti apud Sannites uetusta religione fuisse traditum est, ut ara in medio constituta, ac cæsis uictimis, omni aditu persepto, iurans introducatur, & furiali carmine inter stragem uictimarum dira execratione astringatur: qui etiam Arcadibus mos erat, inter cædes uictimarũ solennem fidem & iusiurãdum dare. Græcis uerò libantes Dijs in ædibus sacris iurare, magnum uinculum iuramenti existimatum est. Illud utiq; profuerit admonuisse, diu seruatum apud Rhomanos, ut neq; uiri per Castorem, neq; mulieres per Herculem, iusiurandum darent, per Pollucem uerò utriq; iurare non uetantur. Sæpius tamen masculi per Deos, mulieres per Deas iurare usurparũt: licet Socrates apud Platonem per Iunonem iurasse legatur. Quodq; qui Herculem aut Dionysium, uel deum Phidiũ iuraturi sunt, sub diuo iurare cogantur: sub tecto autem non decebat, quia cùm obuiam eũdo periculis, laboribus maximis fuerint exerciti, in umbra & sub tecto, tanq̃ sub ignaui otio, illos appellare turpe arat. Fuit quoq; literis proditum, Pontifici Maximo per Deos iurare licuisse, per libertos uerò non licuisse. Solus tamẽ Flamen Dialis iuramẽtum præstare perpetua lege uetabatur: ideo si quãdo in magistratu assumptus, per leges iurare tenebatur, alium qui uicem illius ageret, sufficere, & ita in leges iurare cogebatur. Subit tamen reputatio idem apud Phryges seruari, qui non modò nullo iuramento adiguntur, sed nec alios ad deierandum cogunt. Ferunt uerò Gallos & Pœnos nulla religione iurisiurandi moueri, quin ubi uisum fuerit, desæuiant, nullo rapinis modo aut sæuiciæ præfinito. Sicut Aphrodysium iuramentum pro uano haberi Veteres uoluerunt: nanq; ueteri adagio amãtibus uerum ludificare permissum est. Fertur uerò Dionysij Tyranni uerbum, sicut pueros talis, ita iuramẽtis homines frustrari oportere. Illud quoq; notatum est, Euripidem & Aristophanem taxasse Spartanos uelut infidos damnososq;, quibus nec ara, nec fides, nec iusiurandum foret. Idq; uero testimonio probari, quòd corrupto muneribus Rege Aristocrate, bello cõtra Messenios, læsa fide iurisiurandi, primi Martiam uirtutẽ uenalem fecere. Quod de Thessalis quoq; poetæ tradunt, quibus ex fortuna pendet fides, cùm bello Peloponnesiaco fœdera & Deos obliti, in ipsa acie ab Atheniensibus ad Lacedæmonios, mutatis ordinibus trãsfugerint. Quare Thessala fides, uelut uana & fluxa, in prouerbium uenit. Parthis, quoq; fides nulla, nisi quantũ expedit, quibus utilitas semper est fide sanctior: idem Aphris Syrisq;. Soli tamen Arabes Persæq; fidem seruare didicère: tanti enim fidem fecère, ut humanam societatem cum fide tolli crederent, contraq; utilitatem fides illis semper antiquior fuit. Vno tamẽ exemplo proditur Amasis Persarũ Rex labefactasse fidem, qui cùm Barcæis super occultam fossam fœdus feriret, id ratũ fore iurauit, quoad humus illa firma solidaq; maneret: Mox retecta fouea, fœdus soluit, & iusiurandum rupit. Præ cæteris traditur Zenocrati tanta fides habita, ut cùm nullius iniurati testimonium admitteretur, soli Athenienses sinè iuramenti religione assensère, eumq; iniuratum, quòd inueteratæ fidei esset, in fidem atq; officium admisere.

Fõs iuxta Tyanam. Fons in bithynia. Styx in Arcadia. In specu Palemonis apud corinthos. Iuramenta per quæstores, prætores, uates & belli duces, aliosq; confirmata. Sannites. Arcades. Græci. Viri per Herculem, fœminæ uerò p Castorem iurabant. Cærimoniæ. Ponti. Maxi. Fla. Dialis nõ iurabat. Phryges nõ iurabant. Gallis & pœnis nulla religio iurisiurãdi. Venereũ iusiurandum. Spartani perfidiæ taxati. Thessali. Thessala fides. Parthi. Aphri. Syri. Arabes. Persæ. Zenocratis fides.

¶ Quid sit Exedra, quid Menianũ, de quibus apud Iureconsultos mentio frequens, & quid Embamma. Caput XI.

FVIT


VIT in perpetua quæstione apud Iurisperitos, qui inter patronos causarum longè præstantissimi habiti sunt, quid Exedra, & quid Menianum esset: de quibus ab Vlpiano de his qui deiecerunt, mētio fit. Et cùm homo quispiam insigniter impudens, assereret fenestræ genus fuisse Exedram, qualem in nostris ædibus hodie cōspicimus, idq; improbissimè cōtenderet. Alij aliter censentes, sedem esse putarunt, qua uiri maturo ingenio, studio & bonis artibus dediti, uti solitauere, idq; Ciceronis authoritate significari de natura Deorum primo, ubi se in Exedra sedentem disserere asseuerat. Cumq; hic uerbi significatus longè ab Vlpiani mente dissideret, animaduerti tandem, non sedem ab Vlpiano, sed cubiculum designari colūnis fultum, & epistilijs pluribus, excisis spatijs, quibus prospectus in uiam erat, aliquando sub diuo, nōnunq̄ sub tecto. Menianum uerò dici proiectum protentumq; spatium ultra ædes tignis porrectis, nullo munimento fultum ab imo, ambulandi prospiciendiue causa. à C. Menio Crassi Collega, unde nomē mutauit, inuentum. Cùm enim C. Menius, Catone & Flacco COSS. domum uęderet, ut ibi Basilica extrueretur, ius unius columnæ supra quam tectū proijceret, & tigna immitteret, sibi excepit, quò superiora latius paterent, & posteri prospectarent, cuius generis ædificia inde Meniana dicta, hodieq; id nomen obtinuit, idq; à Labeone de priuatis ædificijs aptissimè notari, cuius uerba fuere, Proiecta sunt ea, quæ ita prouehuntur, ut nunq̄ conquiescant, eiusmodi sunt Meniana, & subgrundia. Iterum quærebatur, quid esset Embāma: de quo ab Vlpiano de uino & oleo legato, an aceto deceat annumerari, eleganter quæritur. Cumq; in uerbi significatu solliciti essent, neq; id asseqni uiderentur posse, nos Embamma censuimus contritos sapores dici, acido uino infusos, asperrimi gustus, ad acuēdum excitandumq; stomachum, à uerbo ἐμβάπτω, quod est intingo, seu (ut putant alij) acetum coagulatum, quod uino dilutum aut aqua, aceti saporem facit: Est igitur Vlpiani opinio, aceto legato Embamma perinde legato accedere, sicut acetum, quoniam eiusdem saporis & naturæ sunt. Verba uerò Vlpiani de uino legato hæc fuere. Si acetum quis legauerit, non continebitur legato acetū, quod uini numero fuit: Embamma uerò continebitur, quia aceti numero fuit.

Exedra. *Menianum.* *Embamma.*

¶Quot uirgines Vestales, quæue illarū disciplina & institutio fuerit, quáue afficiatur pœna incœsti damnata. Caput XII.


VI de Vestalibus uirginibus memoriam reliquere, illas à Numa Pōpilio primùm lectas fuisse autumant, quod sacerdotium cùm Albæ oriundum esset, idem Numa inde translato sacro, Rhomā aduocauit: utq; Vestæ antistites assiduè forent, præcipua uirginitate & alijs cærimonijs sanctas fecit. Cuius instar sacri in Poliadis Mineruæ templo multa religione inclyto, in Attica fuisse legimus, in quo uirgines assiduè degere, & lychnum inextincti luminis, ac Palladium existere multorum opinio fuit. Lychnum quoq; in arce Athenis Mineruæ consecratum ferunt, quem semel oleo repletum, assiduè lumini alimenta sufficere ad insequentis anni eundem diem, prodiderunt. Ignem quoq; peruigilem apud Delphos custodiri à mulieribus, quæ matrimonio solutæ erant, inuenimus: ubi si quando extinguebatur, ex Solis flamma peregrinum elici oportebat. Persæ quoq; ignem habēt peruigilem, sicut Chaldæi, Medi, & Assyrij, ut Deorum maximum, illiq; uelut sacro numini hostias mactare, & sacra facere, atq; ex illo euenta rerū interpretari assuerant: Apud quos Dianæ Ecbatanæ templum fuit, quam Anatim uocant, cuius Sacerdotes procul à uirili contagio in perpetua uirginitate degunt. In Britannia quoq; Mineruæ numen colitur, in cuius templo perpetui ignes nunq̄ canescere in fauillas, sed in saxeos globos uerti ferebantur. Hæ autem uirgines in templo Vestæ, quod forma circulari fuit, inter Capitolium & Palatium morabātur assiduè, ad quod ingredi interdiu uetabatur nemo: sub noctem uerò adire, præ pudore, masculo non licebat: fœminæ uerò fas erat. in quo nulla Vestæ effigies aut simulacrū Deæ cui immolarent uasebatur, quia Vestam nihil aliud q̄ animū & diuinum putarūt ignē,

Vestales à Numa institutæ. *Virgines in Mineruæ templo.* *Lychnus Athenis.* *Ignis peruigil apud Delphos, Persas, Chaldæos, Medos, & Assyrios.* *Dianæ Ecbatanæ sacerdotes.* *Britanni.* *Vestales in tēplo Vestæ.* *Vestæ nulla effigies.*

In Parcarũ, Cereris, & Proserpinæ ædibus nulla simulacra

In Vestæ tẽplo Senatũ cogi nõ licebat.

quæ diuina mens animo concipitur, oculis non uidetur. Sicut Corinthi ædes Parcarũ, Cereris, & Proserpinæ nulla habere simulacra dicuntur. Tametsi Vestã uirginis ore Tympanum gestantis, quòd uentos contineat, nõnulli effinxere: cuius adytum ex fonte Camœnarum Vestæ consecrato, ex Numæ legibus, Vestales spargere assuerant. Quod quidem minimè inauguratum fuit, ne quando in eo Senatus cogeretur, ideo nõ esse Templum aliqui existimarunt: Licet in atrio Vestæ quod à Templo seiunctum erat, quandoq; haberi Senatum uideamus: Quibus uirginibus, ne sacra intermitterẽt, stipendium de publico statuit.

Quatuor primũ Vestales, deinde sex, tandem uiginti.

Eas enim IIII à principio fuisse tradunt, quarum nomina Gegamia & Beremia, deinde Camilia & Tarpeia, primum à Numa initiatæ, & post Numam à Regibus ad Sacerdotium addictæ. Lapsis inde temporibus, cùm populus in VI partes diuisus foret, ut pro eo sua quisq; parte ministram haberet sacrorum, duas additas fuisse ferunt, donec aucto & propagato imperio, Collegium Vestaliũ ad XX numerum constitutum fuit, quibus quæ præsidebat, dicebatur maxima.

Etiã inuitæ ad hoc sacerdotiũ cogebantur.

Has ergo arbitrio decretoq; Pontificis Max. ingenuas & libero patre genitas, etiam nolentes & ab inuitis ad Sacerdotium cogi compertũ est, eas præcipuè quibus summa integritas, pudor, & uirtus foret, nisi Flaminis, Pontificis, Auguris, aut Quindecimuiri sacris faciundis, Tubicinisue sacrorum, uel Septemuiri epulonum, aut Salij filia foret: Horũ enim filias, inuitas & detrectantes ad Sacerdotium cogi nõ posse, neq; cuius pater tres aut supra filios nõ haberet, neq; illam cuius soror Vestalis fuisset capta, Pontificum decreto cauebatur, neq; illas quarum mater cum uiro diffidium fecisset, neq; in eodem cõiugio maneret. Quarum siqua mortem oppeteret, in demortuæ locum aliã capi oportebat: sed nec minor sex, neq; decem annis maior capi poterat, quæue patrima & matrima non esset, neq; ea quæ aliquo oris aut sensus uitio laboraret.

Amatæ nomẽ Vestalibus impositum.

Quæ dum capitur à Pontifice Max. non suo nomine, sed Amata appellatur, omen ueteris denominationis sequuti: siquidem quæ prima Vestalis capta fuit, hoc nomine fertur nũcupata.

Munus uestalium.

Honos uestaliũ

Quibus quidem ad sacerdotium admissis, assidua insidens cura inerat ignis sacri & æterni, qui in penetralibus Vestæ in fictilibus uasculis seruabatur, quasi cœlestis arcani custodiam, & curam fidelem per uices agere, ignemq; seruare: Quibus propter sanctitatẽ & continuam uirginitatem, tãtus est honos habitus, ut uelut sacrosanctæ, ab omni uirorum contagio intactæ forent, aduersusq; eas, aut decreta iussusq; earum, nulli migistratui intercedendi facultas erat. Quibus hoc etiam tributum est, ut licet essent sub patris iure, postq̃ ad Sacerdotium ascitæ sunt, sui iuris effectis, testandi manumittendiq; etiã sinè curatore libera facultas foret. Ipsæ tamen intestati hæreditatem adire, aut bonis succedere, uel ipsis intestatis hæredes aliqui esse nequibant, quod ueteri scito apud Labeonem cauebatur.

Theratiæ uestali ius ferendi testimonij.

Alia uestalium munera.

Cumq; soli Theratiæ Vestali, priuilegio honoris, ius testimonij dicendi à populo datum esset, hinc effici cogiq; potest, reliquas testimonij ferendi ius non habere, eas tamẽ cùm testimoniũ dicebãt, iudicio & foro adesse oportebat. Tum si qua dissidia & simultates, uel aliquæ exortæ offensiones fuissent, aut seditio intestina coorta inter ciues, ut Vestalibus intercedẽtibus & deprecatricibus, & quasi internũcijs, pacis fœdera inirentur, illarum curæ mandabatur: Hisq; medijs & procurantibus, offensarum culparumq; uenia impetrabatur: Testamenta quoq; & quæ secretioris consilij erant, quæue quis celari, & in abdito esse, & suo tempore in lucem promi uolebat, apud illas deponebantur, ut in fideli custodia essent.

Triginta annorum castitas uestalibus præscripta.

Quibus, postq̃ in Sacerdotium ascitæ fuerunt, XXX annorum castitas præscripta fuit: Primo enim decennio quæ ad cultum & arcanas cærimonias, ritusq; sacrorum spectarẽt, quæue uetustissimis carminibus & monumentis prodita erant, ediscebant. Secundo uerò, quæ didicêre, opere complere, & efficere: Tertio autem decennio, sacra & instituta, ritusq; & cærimonias quas didicissent, alias edocere oportebat. Tunc demum exacto circulo annorum XXX, uelut emeritis stipendijs, liberum erat, uel Sacerdotio solui & aliam uitam nãcisci, uel si uolet alij nubere, & filios educere, aut sacrorum curam gerere, & eodẽ cultu ornatuq; esse non uetabantur.

Honos uestalibus exhibitus.

Tantæq; dignationis fuere, ut si extra atrium Vestæ prodire uellet, nisi præcedentibus fascibus, ob honorem Sacerdotij, foras exire non liceret. Tum si ui morbi aut necessitate, tẽplo excedebãt, quò uenerationis plus inesset,

matronas

matronas & grandes natu matres insignes morũ uerecũdia & probitate, quæ eas comitarentur & custodirent, adhibebãt: cui ad omnẽ occursum, etiam COSS. Prætoresq; de uia decedebãt. Quòd si dum foras uadunt, ad capitale quisq̃ supplicium traheretur, si obuiam fieret, ipsum tunc mortem oppetere, aut nouissimo exemplo affici non decebat: Tantoq; cultu & honore ob sanctitatem Sacerdotij habitæ sunt, ut seruitia fugitiua nondum Vrbem egressa, in loco precationis retinerent, & seruitute eximerent. Ad se quoq; fugientes ab iniuria prohibere, atq; à cuiusq; magistratus imperio intercedere poterant: ab eisq; cùm sacrosanctæ forẽt, aut decreto iussuq; earum, nulli magistratui, nec Tribunoplebis, qui pariter sacrosanctus est, prouocare permissum, tantũq; illarum iussui uirium & roboris fuit, ut Claudia Vestalis patrem iniussu populi triumphãtem, ne cui Tribuno intercedere liceret, ascenso simul curru, in Capitolium sequta fuerit. Quod si quando Vestæ ignis (cuius præcipuam ducebant curam) extinctus foret, id inter non minima prodigia habitum, magna semper mercede expiatũ fuit: quippe ex eo formido, & non mediocris terror religioq; Senatui, populoq; incussa erat: illisq; non procuratis, aut dijs non propiciatis, à rebus agendis grauibusq; negotijs haud secus abstinebant, q̃ si dira & tetra prodigia, aut portenta calamitosa prædicta forent. Ea uerò Vestalis cuius custodia fuerat, ob secordiam, sicut ob alia crimina, à Pontifice Maximo, qui eas fideli custodia seruabat, flagro plectebatur: In abdito enim conclaui & penitus obstruso loco, eam obtento linteo flagris plectebat. Ignem uerò extinctum ita suscitabat, ut uas æneum pellucidum, trium angulorum, ad Solis iubar obijceret, ita ut undiq; accensus in orbem coiret: illudq; usq; adeò diuerberaret, donec conceptum ignem arida materia Clibano in ædem ferret. Quem quidem nouum accendere CALEND. Martijs, quibus principiũ anni agebatur, quotannis solitæ sunt. Fuitq; is ignis perpetuus, in penetralibus sacris, & penu Vestæ, uelut sanctiore recessu, conditus: in quo Palladium & Dij Penates Troia aduecti fatale pignus Imperij colebãtur, ad quod nulli hominum, nisi Vestalibus & Pontificibus adire fas erat: Qui quidem Dij fuere duo iuuenes ueteris artis & operæ paruis imagunculis sedentes, & militari more pila tenentes. Tametsi Palladium ab Aenea aduectum, nonnulli Apollinem & Neptunũ ferant: alij Troianam Palladem Rhomæ, & Lauini, Luceriæ, & Siritidæ, demonstrari tradunt: qui ab Aenea in Italiam allati, Lauini mansere primùm, mox ab Iulo in Albã à se conditam translatos, pristinam Lauini sedem sua sponte repetisse dicunt. Quod si quando Vestales sacra Dijs libarent, aut Vestæ rem diuinam facerẽt, eo cultu ornatuq; erant, ut licet uittatæ incederent, album tunc uestimentum, quod suffibulum uocãt, oblongum prætextum quadrangulũ in capite sumerent, illudq; fibula subnecterent: Castaq; mola & sale tuso, ac in ollam fictilẽ misso, & mox in aquam iniecto, sacra facerent, calicibusq; fictilibus, qui Cululi dicti sunt, Vestæ & Dijs libarent: Scirpeasq; effigies XXX numero, quas Argeos uocant, ex uirgulto statis diebus in Tyberim deijcerent, arasq; Deorum, numinibus accenso foculo, dicarent: quibus hoc proprium ferunt, ut defectum capillum tanq̃ sacrosanctum uulgo atteri nõ sinerent: sed in Loto arbore cõspicuæ magnitudinis, quæ in Lucinæ ara colebatur, apponerent, cui ob id capillatæ nomen. Tũ si quando sacramento adigebatur, nisi per suam Vestã iurare licebat. Eratq; Vestalium opus, annis singulis stata die Regem Sacrorum adire, utq; uigilaret, nẽue diuina intermitteret, præmonere præcauereq;. Tantæq; dignationis & pudoris habitæ sunt, ut his præsentibus tanq̃ arbitris numinibus, non factis modò, sed & uerbis obscœnis, & prætextatis abstinerent: easq; uelut augusta & sancta templa, atq; unicum castitatis exẽplar, religiosè obseruarent. Et tametsi tãti exẽpli & disciplinæ forent, illas tamen Athletarum spectaculis, & Theatro interfuisse quãdoq; legimus, scilicet remisso officij munere, de concilij sententia. Siqua uerò detestabili scelere polluta, omniũ sententijs Pontificum incesti conuicta & damnata foret, in eã manus aut uim inferre nulli licuit: sed postq̃ familiam in potestate habere, & sacris abstinere iussa fuerat, stata die sub effosa humo ad portam Collinam, in loco cui Scelerati nomẽ, uiuam defodiebant: uirginis uerò stupratorem in Comitio cædebãt ad necẽ. In ea enim subterranea erat fouea, ad quã gradibus descensus, & in imo lectulus, lucerna ardens, panis simul & lac, item

Vestæ ignis extinctus prodigij loco habitũ.

Vestalis cuius incuria ignis extinctus, flagris cæsa à Põtifice.

Ignis uestæ resuscitandi ratio.

Palladium & Dij penates in uestalium custodia.

Vestaliũ ornatus in sacrificãdo.

Suffibulum.

Sacrificij modus.

Scirpeæ effigies in Tyberim deiectæ.

Loto capillata

Vestaliũ iurandum.

Munus aliud uestalium.

Honos.

Spectaculis admissæ.

Vestalis incesti cõuictæ pœna.

Stupratoris pœna.

item aqua & in Gutto oleum: Virginem uerò damnatam demptis uittis, è uertice feretro impositam, cultu miserabili, maximo omniũ horrore, eò deducebant, quò ubi deducta fuerat, uinclis solutam, Pontifex Maximus solẽne præfatus carmen, capite uelato ad ostium foueæ cõstituebat, & postq̃ introgressa fuerat, illo auerso, & scalis sublatis, desuperq́; aggesta humo, defodiebant uiuam, ita ut ab omni hominis tactu illæsa extingueretur. Qua die tanq̃ lugubri & ominosa, cõsternata Vrbe, uelut si repẽtinum incommodum accidisset, iustitio indicto, nihil publicæ magnæq́; rei agere licebat. Tanta uidelicet cura, tantaq́; sollicitudine prisci cauebant, ne qua in Sacerdotes & Deo dicatas uirgines uis fieret. Fuere autẽ Vestales incesti damnatæ inter alias, Popilia, Aemylia, Oppia, Fabia, Minutia, Sextilia, Opimia, & Fleronia, inter quas Caparronia suspendio supplicium præuenit. Fabia uerò incesti causam dixit, cùm ei Catilina obijceretur, & quia soror Terentiæ Ciceronis erat, inducto crimine, absoluta fuit. Cornelia Maximilla absens & inaudita à Domitiano incesti rea, cùm esset absoluta, non admissi forsan criminis, prauo iudicio pœnas dedit. Cumq́; Vrbina falsi criminis, uirgis cæsa & uiua defossa fuisset, religio Vrbẽ peruasit, immeritã pœnã luisse, quod pestilẽti contagio matronæ mortuos ædebãt partus, ipsæq́; una interibãt, ob id admissum plecti & merita noxa puniri. Posthumia uerò ob mundiorem cultum, criminis insimulata, causam dixit, mox sinè noxa & innocens comperta, de Collegij sententia, omnium uotis absoluta fuit.

Vestales incesti damnatæ. *Quæ absolutæ.* *Innocentes cõdemnatæ.*

¶Ex quibus Veteres captare auspicia solerent, & auspiciorũ quæ prospera, quæue piacularia sint. Caput XIII.



PRISCOS Rhomanorum adeò auspicijs deditos fuisse constat, ut post Vrbem conditam, falsa illa superstitione, & praua religione ducti, nihil bello uel pace, domi militiæq́; agerent, nisi auspicatò. Sed inter auspicia de quibus antiquitas fabulata est, quæ prospera, quæue piacularia sint, sæpe quæsitum est: In primis receptum est, auspiciorũ quinq́; genera obseruari ab augurandi peritis, primũ ex cœlo, secundum ex auibus, tertium ex tripudijs tum ex quadrupedibus, ultimũ ex diris: ex his quædam oblatiua sunt, quæ non poscũtur: quædã impetratiua, quæ optata ueniunt. Oblatiua non semper auspicium facere: Siquidem in potestate uidetis sunt, an illa ad se pertinere uelint: in Augurũ enim disciplina hoc traditur primũ, nulla auspicia, siue boni, siue mali prænuncia, ad eum qui illa obseruare negauit, pertinere: Nam temere iacta, & sinè ratione uaga, diuinationẽ non recipiunt. Ex impetratiuis autem auspicia uera sumi sæpe notatũ est. Quotiesq́; Augures ex arce auguriũ petunt, Lituũ tenent sinè nodo adũcum, quo cœli regiones & certa spatia, quibus uidenda adpertinere uolebant, quæ Tẽpla dicta sunt: Sedebat enim Augur uelato capite, & Lituo cœli regiões notabat. Ex cœlo fit augurium, ut si læuum intonuisset, quod prosperi euentus putarunt esse: idem si fulgur à sinistra in dextrã emicuisset, Hetrusca disciplina, quia quæ nobis læua sunt, à Dijs dextra ex parte demitti putant. Ideo fulmen in rebus omnibus lætum auspicium facit, boniq́; euẽtus est, si sinistra ex parte uenit: In auspicijs ẽnĩ quæ sinistra sunt, bene euẽtura putantur: tametsi Græci dextra ex parte ueniens auguriũ auspicatius putẽt. Ex his tamẽ dira habentur fulmina, quæ per Septẽtrionem in occasum uergũt: quæ uerò ex ortu ducũt originem, & in eandem partem cœli circumactu redeunt, summã portendunt felicitatem, quale ostentum Syllæ Dictatori oblatum memorant, aut cùm fulmen è cœlo decidit, rursusq́; in sublimi crebris ignibus micat, quod fortunatum fuisse nemo dubitauit. Ipsum tamen fulmẽ quacunq́; ex parte uenit, comitia impedit: Ioue enim tonante, nihil cum populo agi posse liquet: Si tamen tonet in comitijs, uitiũ oblatum creandis magistratibus, atq́; ideo obnunciari oportere: Si uerò grandinet simul & fulminet, calamitatem præsignari uolunt. Propterea cùm omnes Dij manubias albas, nigrasq́; habeant, solius Iouis rubras esse uolunt. Et q̃uis Hetrusci uates IX Dijs fulminum iactus potestatesq́; tribuant, quorũ XI fuere genera; Rhomani tamẽ diurna Ioui, nocturna

Auspiciorum quinq́; genera. *Cœrimoniæ diũ ex arce auguriũ petebatur.* *Templa.* *Ex cœlo.* *Græci.* *Fulmina dira, & contrà.* *Fulmẽ comitia impediebat.* *Manubiæ Iouis cur rubræ.* *Fulmina diurna Ioui, nocturna Plutoni tributa.*

Sumano (quem Plutonem dicunt) tradiderunt. Fuitq; memoriæ proditum, ea fulmina quæ solus Iupiter excutit, læta esse, quæ uerò cõcilio Deorum aduocato, auersa reputari. Ideo fulgetras adorare, & poppysmatibus obstrepere, consensum esse gentium, Plinius notauit. Est autem poppysma sibilus tenuis ore emissus. Græci uerò, ut uim tonitrus & speciem fulminantis cœli auerterēt, pateris uina effundebant. Thraces dũ fulminat aut tonat, in cœlum sagittas intendũt, rati Tonantem hostem esse Dei, quē ipsi colerent. Paulo tamen Aemylio apud Amphipolim sacrificante, fulmen è cœlo emissum, cùm sacra cõbussisset, Regni mutationem portendit, quod mox consequutum est. Fuitq; opinio Haruspicum, fulmina magnopere fieri in pollutis Lucis: ideo reliquias fulminis cum sacrificio sepelire, dispersosq; ignes in unũ cogere, & quadam tacita prece, terræ condere solebant, quem locum Bidental dixerunt. Nõnulli impares tonitrus boni ominis esse, & felicia portendere uolunt: pares autem, diros euentus & calamitates: Alij matutinos uentũ: Imbrē uerò meridianos prædicere: Serena tamen tempestate tonuisse, hominesq; aut ædes sacras de cœlo tactas esse, tristis euentus fuisse, & auspicij mali, sæpe notatum est. Contrà uerò Homerus Ioue sereno intonuisse post effusas preces, felix omen & ratum auspicium fecit. M. Crasso castra quæ trans Euphratē metatus fuerat, bis fulmine icta, triste prodigiũ & infandas cædes attulere. Alij ex fulguribus quædam publica adnotarunt, alia priuata: publica non ultra trigesimũ portēdere annum, nisi in deditione oppidi: priuata non ultra decimũ augurium facere, nisi in sponsalibus & natali die auspicata, ex quibus quædam postularia, alia pestifera, pleraq; consiliaria dicta sunt: aut monitoria, uel auxiliaria, hospitalia, uel regalia, nonnulla peremptalia, quæ superuenientium fulgurum significationem perimunt: Ea enim tantam uim habent, ut quicquid alia portēderent, illorum interuentu tollatur. Quod uerò interuentu fulminis portētum est, alterius significatione tolli nequit: pestifera mortem, postularia sacrificiorum emendationem admonent. Pars multo maxima tria fulminũ genera fecit: Consiliarium, quod post cogitatum negotium superuenit: Authoritatis, cùm post rem perfectam, bonum aut malum quod futurũ sit, prædicit: Status, ubi nec opinantibus nobis fulmen interuenit. Quæ uerò fortuita sunt, & in casu posita, nulla ratione subnixa, diuinationē nõ recipiũt. EX AVIBVS uerò, Augures quasdã obscines, quasdam præpetes notarunt: obscines cantu, præpetes uolatu augurium facere & futura prædicere: Semper enim cantus obscinis cùm sinister est, secundissimus fuit. Ex præpetibus autem, Aquila, Vulture, & Buteone, Sanquali, & Immusylo, lætantur, easq; felicis euentus esse, cùm ingentibus alis patulæ & porrectæ uolant. quasdam dixere funebres, quæ omine auerso aliquid fieri uetant: nõnullas superuaganeas, quæ ex summo acumine emittunt uocē: alia caduca auspicia, cùm in tēplo per Augures metato aliquid excidit: pleraq; Cliuia, quæ difficulter eueniũt. Aquila si dextra ex parte uenit, felix omen facit, & magnarum rerum auspicia, quas quidem uolatu augurium facere, præcipuè si stridentibus alis euolare uideant, omen futuri maximi boni, ac læta, & magna portendere dixerunt. Vultures quoq; Rhomulo in condenda Vrbe præsens auspicium fecêre: Sed tamen Vultures Aquilarum fœtus implumes occidisse, nidosq; euertisse, ipsosq; à pastu pedibus & rostro abegisse, Tarquinio Superbo exiliũ, & Regni amissionem, quæ mox sequta sunt, portenderunt. Aquilam Tarquinio Prisco pileum detraxisse in sublimi, deinde capiti reposuisse, Regnum ominatam ferunt: Sicut Aristander Aquilæ augurio uictorem Alexandrum prædiuinauit: Rursus correptum iaculum è manu Satellitum abstulisse, & in profundũ deiecisse, uelut prodigiosum ostentum, Dionysio exilium, & Regnum sibi abrogori, funestasq; calamitates præmonstrauit. Fuitq; diu quæstionis, an Sanqualis & Immusylus inter Aquilas censendi forent: quorũ uolatus licet æuo priore incognitus, secundissimos habere euentus cēsebatur. Cumq; ex auibus omina multi obseruarint, præcipui fuere Cares, quibus Rex Caras, ex auibus auspicium dedit primus. Postea Arabes, Phryges, Cilices, Piscides, Pãphili, & Galli, auium cantus & uolatus religiosè obseruarunt: ex quibus uera auspicia ominati sunt, quibus obseruatis, haud secus q̃ ex oraculis euenta rerum & negotiorum præsumpsere. Sæpe tamen Vulturem in ædem Iouis, aut Deorũ uolasse, prodigij

Poppysma. Fulminis auertendi ratio. Ful. in pollutis lucis. Bidental. Tonitrus impares, pares, matutini, meridiani, sereno tēpore emissi. Fulgura publica, priuata. Fulgura postularia, pestifera, cõsiliaria, monitoria, auxiliaria, hospitalia, regalia, peremptalia. Triũ fulminũ genera apud plurimos. Auguria. Aues oscines. Aues præpetes. Aues funebres Superuaganeæ Auspicia caduca. Cliuia. Auspicia ex aquilæ & ultũris uolatu. Quæ gētes auguria potissimũ obseruarint. Sinistrũ omen ex Vulturibus.

loco

loco receptum eſt: ideo uelut portentum maliq; auſpicij, procuratum fuit: Si tamen
Ex Vult. coruis & aquilis congregatis. Vultures, Corui, & Aquilæ in unum coirent, cædem haud dubiam. & ſi Grues uolan
tes à recto flecterẽt curſu, & retrocederent, infandam nautis tempeſtatẽ, & mare pro
Ex gruibus. celloſum, mox turbines, & fluctus prænunciarunt. Ciconiam non ut Grues prodigiũ
Ex Ciconia. facere dicunt: ſed in augurijs nõ dubiam ferre concordiæ ſignificationẽ. Proxima eſt
Ex accipitre. Accipitrum natura, præcipuũ uerò genus, quod Circum appellãt, altero pede claudũ,
Ex miluo. quod fortunatum nuptijs, & pecuariæ rei opinati ſunt. Contrà Miluus diri maliq; omi
nis, ſemperq; infortunia præmõſtrare creditus. Triorchen uerò, cui principatum dedê
Ex falcone. re Augures, & Falconem felicis euentus, futuriq; maximi boni ſpem habere, augurio
Ex buteone. expertiſſimo compertum eſt. Eſt autem Triorches quem Buteonem antiquitas dixit,
qui quòd treis teſtes habeat, Trioches dictus. Falconis uerò auguriũ tam auſpicatiſſi-
mũ Thuſcis fuit, ut uiſo augurio, Capua in ſolo feliciſſimo condiderint. Dario Accipi
trum uiſio duo Vulturũ paria uellicantium, omen fuit, quòd è coniuratis ſumpto ſup-
Ex pico & luſcinia. plicio, haud multo poſt Perſarũ regno potiretur. Picus uerò Martius & Luſcinia effi
caci auſpicio habentur, proſperaq; ſemper & felicia decreuerunt, inter quæ Ardeolas,
Ex ardeola. quas Leucos uocant, cùm ad auſtrum uolant uel ſeptẽtrionem, magna ſemper porten-
dere uoluerunt: Solui enim pericula & metus exinaniri eorum aſpectu, multorũ opi-
nio fuit. Luſcinia quæ in ore Steſichoris infantis cecinit, talem illum futurum deſigna
Ex hirũdinibus uit, quantus poſtea fuit. Contrà Hirundines infauſti ominis eſſe, & ancipitem afferre
fortunam, multi prodiderunt: Nam Cyro Regi, dum contra Scythas bellum parat, Hi
rundinum uiſio infauſtam fecit expeditionem, Eædem quoq; Pyrrhi tabernaculo, &
in naui Antonij inſidentes, ſuſcepti belli infelicitatem & funeſtas clades portenderũt.
Ex pico martio Picus quoq; Martius in capite Prætoris iura reddentis deprenſus, & occiſus, futurũ ex
Ex columba. cidium auguratus fuit: in Vexillis uerò Sabinorum inſidens, felix auguriũ fecit. Co-
lumba ſi comitata eſt, proſperos ſucceſſus auguratur, cæteris autẽ nullius auſpicij cre-
Ex cygno. dita eſt: ſicut Cycnus nautis, & his qui freto agi uolunt, proſperos curſus denunciat,
Ariſt. Circum inter accipitrũ genera recẽſet reliquis uerò inauſpicatus. Circum tamen de genere Aquilarum, columbam diſcerpẽ
tem unguibus, felix nuncium attuliſſe Homerus uoluit. Præpoſteros aut ueſpertinos
Ex gallorum cantu. Gallorum cantus, optimi euentus multi notauere. Themiſtocli pridie q̃ in Xerxẽ du
ceret, auditus Gallorum cantus, uictoriæ mox futuræ prænunciũ fecit: idq; ideo, quòd
Ex gallinarũ cantu. uictus nequaq̃ canit: uictor uerò obſtrepit & murmurat. Contrà uerò Gallinarũ: nã
diri aliquid imminere, aut futurũ incõmodum illarũ cantus deſignauit. Inter reliquas
uerò inauſpicatiſſima fertur Incẽdiaria, & Piacularis, propter quam Vrbs ſæpe luſtra-
Ex coruis. ta fuit, quæ autem hæc fuerit, maximæ quæſtionis eſt. Coruus quoq; inter aues inauſpi
catæ eſt garrulitatis: peſſimam uerò Coruorũ ſignificationem maximè cùm glutiunt
uocem uelut ſtrangulati, Plinius notauit: Si uerò ab ortu clara uoce occinuerint, præ-
ſentem felicitatem: contrà uerò ob occaſu exitium apportant: Coruos tamen pullos
deuoraſſe, reliquiasq; in nidum detuliſſe, diſſidium inter Syllam & Marium, quo pluri
rimo ſanguine pugnatum eſt, deſignauit: Coruos quoq; aurum corroſiſſe, uelut dirum
maliq; portenti procuratum fuit. Eædem quoq; aues inuolantes obſtrepentesq;, Alexã
dro Babyloniã ingreſſuro, & Ciceroni imminens periculum extremasq; ærũnas præ-
monſtrarunt: A dextra tamen Coruus, & à ſiniſtra Cornix uel Picus, ſpem non ambi
Ex bubone. guam & ratum auſpicium fecere. Maximè uerò abominatus eſt Bubo, triſtis & dira
auis, uoce funeſta & gemitu, qui formidoloſa, diraſq; neceſſitates, & magnas moles in-
ſtare portendit: Ipſum tamen cantu & ſtridore querulo, dirum facere auſpicium pu-
tant, tacens nõ ſemper malus fuit: quippe Bubonis aſpectus Agrippæ captiuo Iudæo
Ex noctua. rum regnum portendiſſe fertur. Noctua quoq; non ſemper infortunia facit: nãq; uo
lans inſignẽ de hoſte uictoriam quandoq; apportauit: Apud Athenienſes enim No-
ctuæ uolatus uictoriæ ſemper fecit auſpicium: Si tamen ſereno canit, tempeſtatem:
tempeſtate uerò ſi occinuerit, ſerenũ nũciare fertur. Eadem uerò in haſta Regis Pyr
Ex apibus. rhi inſidens contrà Argos euntis, fatum illi & diſcrimen extremum prædixit. Apes
quoq; ſuo examine dira oſtenta ſæpe & triſte auſpiciũ fecêre, ſicut ante pugnã Phar-
ſalicam in ara inſidentes, & in nauibus conſpectæ, dum per æquora ferrentur, Dioni &
Pompeio

Pompeio Magno cladem perniciosam, & calamitosos casus prænotarunt: Et cùm in
castris Bruti examen cõspiceretur, mutari castra Haruspices iusserunt, nequid diri por
tenderent: Nonnunq̃ felici euentu, sicut cùm in castris Drusi uua dependente insedê-
re, quo tempore ad Arbalonem prosperrimè pugnatum fuit: Ipsas uerò apicem arbo-
ris insedisse, oppugnationis futuræ, & teterrimi belli afferre signa, multi adnotarunt:
quæ uerò apes in ora infantis Platonis aduolarunt, haud dubiam spem eius magnitudi-
nis attulerunt. Aliter Vesparum examẽ: nam calamitosum auspicium facere proba- Ex uespis.
tum est. Aues autem omnium generum circũuolasse, felicitatem magnæ fortunæ, dia- Ex omnis ge-
demaq; Regium mox futurũ Gordio ostenderunt: Ferunt in Alexandriæ descriptio- neris auium cir
ne, cùm ob gypsi inopiam mœnia farina frumenti designarentur, aues omnis generis cũuolatu.
illam depascentes, omen fecisse, horreum uicinis gẽtibus quandoq; futuram. Ex tripu Auguria ex
dijs uerò esse auguria, Veteres fabulati sunt: ut si pulli nõ addixissent, uel si uitulus è sa tripudijs.
crificantium manibus proripuisset, aut hostia profugisset, uel percussa mugitũ dedisset,
uel si inter sacrificandum aliquid triste oculis aut auribus occurrisset, seu in extis caput
iocineris defuisset, quæ omnia fœdi euentus esse, nemo dubitauit. Flaminio sacrifican-
ti, uitulus qui multos cruore inspexit, omen magni terroris fecit. Vel cùm pulli è ca- De hoc plura
uea addicerent & pascerentur, ita quod tripudium facerent solistimũ, quæ secundissi- li. pri. ca. xxix.
ma traduntur auspicia: Nam pascentes aues uidere, felicitatem portendere multi cen-
suerunt: Lydi, Persæ, Iberi, & Thraces, non ex auibus, sed maxima auguria ex uino ob Ex uino.
seruarunt: Nam uinum effundere, aut uestes uino inquinare, felicis haud dubiæ fortu
næ signa esse, augurati sunt: idq; attestãte Homero, qui Vlysse descedẽte, & bona uer Odiss. xiij.
ba precante, Alcinoi uxorem humi facit uinum fundere, uelut preces ratas Dijs habi-
turis. Germani ex hinnitu & fremitu equorum, monitus futurorum prædici putant, Ex hinnitu &
quos nullo opere contactos candidi coloris plurimos educebant. In Cappadocia ex fremitu equorũ
Myrrhicinis uirgis: In Scythia ex Salignis humi constratis: alij ex uibrata salitione Ex uirgultis.
oculi, quod augurium palmicum: In Lycia ex piscibus quos Ichthyomantes uocant: Ex oculis.
Atq; Enaries Androgeni ex Tiliæ fronde uaticinãtur: Nasamones uerò ex somnijs Ex piscibus.
ad sepulchra defunctorum: Fuitq; apud Byzantios receptus mos, ut Scombrorum Ex tiliæ frõde.
Regem uidere, qui inter Conchylia est miri aspectus, aut iunctum Iumentum stercus Ex somnijs.
emittere, fortunatissimos euẽtus faciat: quæ singula Augurum disciplinis latius tradi- Byzantij.
ta & præcepta sunt. EX QVADRVPEDIBVS autem fuêre quæ pedestria dicun-
tur auguria: ut quæ à lupo, serpente, equo, uulpe, cæterisq; reptilibus fiunt. Lupum si Ex quadrupe-
ad dextram commearit pleno ore, magnæ & prosperæ rei augurium facere, & nullũ dibus
præstantius esse opinantur: contrà lupos in Capitolio uisos, prodigij loco est habitum, Ex lupo.
cuius causa lustratum Capitolium quandoq; uidemus: Lupum quoq; castra introisse,
& laceratis obuijs intactum abijsse, exitium & cladem portendisse euentus docuit, to-
to postea exercitu ingenti clade affecto: Rursus cùm ceruа à Lupo fugata, inter duas
acies euasisset illæsa, insignem uictoriam Rhomanis dedit: Lupos quoq; in foro ui-
sos, incolumes euasisse, armis opprimi patriam, & magna rerum momenta designauit:
Cùm in Libyam Colonia duceretur, Lupos metas, quibus agger designabatur, mor-
dicus dissipasse, uelut diri euentus effecit, quò minus deduceretur: Non sic Sanniti-
bus deducentibus Coloniam, quo Duce, auspicatam deduxere, quare Hirpini dicti.
Fuitq; animaduersum Lupum subnigrum obuiam factum, grande discrimen afferre.
Iuuenca si annicula, aut mula si gemellos peperit, ostentum dirum pestemq; denun-
ciat. Sicut Leonis aspectus famosus fuit & inglorius, itineraq; infesta facere credi- Ex iuuẽcæ an-
tus: Namq; hostium pugnam sæpe portenderunt: Capræ uerò salutaris: Hæ enim niculæ aut mu
Carano eximiæ felicitatis duces fuere. Asinum Leonem occidisse, omen magni terro læ partu.
ris fecisse, necemq; Alexandro portendisse, literis mandatum est. Serpentem per im- Ex leonis aspe
pluuium decidisse, aut iter cõmeantium interrupisse illæsum, uel fœtam uulpem obui- ctu.
am habuisse, aut canem alienas ædes introisse, formidolosos casus & insignem calamita Ex capræ.
tem facere, periti adnotarunt: Serpentem quoq; extis solennibus depastum, diri omi- Ex asino leo-
nis & extremi exitij loco est habitum. Contrà Syllæ inter sacrificandum serpens nẽ occidente.
uisus & elapsus, felicem uictoriam dedit. Suburbana uerò colubris plena, equosq; Ex serpentis,
uulpis, canis.

illis depastos, Crœso Lydorum Regi ab externis Regnum subigi portenderunt. Mures cùm candidi sunt, lætum auspicium faciunt, licet illorum occentu dirimi auspicia dicantur: Namq; occentus Soricis auditus, Fabio Maximo Dictaturam, & C. Flaminio magisterium Equitum, deponendi causam dedit. Mures quoq; in Argillæ sundamentis apparuisse pugnantes, ciues præferoces & militares, haud dubio argumento præsignauit: Ea enim urbs ad Strymonem bonis auspicijs cōdita à muribus dicta est. Sicut Coronæ ciuitas in Peloponeso ad Pamisi flumē, quòd Cornix ænea in fundamētis apparuit, felix * nomē tulit: Si quid tamē Mures arroserint, tristia semper & dira portenderunt. Carboni Imperatori corrosis fascijs, quibus in calciatu utebatur, exitium prædixerunt: Aurumq; & clypeos corrosisse, Marsicum portendere bellum. Lepus quoq; occurrens in uia, infortunatum iter præsagit, & ominosum: idem uulpes fœta, & canis prægnans. Mustela quoq; sicut Picus à sinistra ueniens, infausti ominis est. Feruntq; Arietem insolito colore natum, miram felicitatem prænotasse. EX DIRIS sunt offensiones pedum, uoces exauditæ, res oblatæ oculis, & alia id genus, ex quibus certa captantur auspicia: lumen offendisse, laciniam adhæsisse, uel prolapsum occidisse, obscœnum ostentum esse, uulgo receptum est: C. Flaminius quo tempore ad Trasimenum oppressus interijt, cùm in equum insiluisset, equo prolapsus, repente corruit, diro & fœdo euentu, quo ad internetionem crudelem in modum cæsus, occubuit: Neroni Cæsari Alexandriam profecturo lacinia adhæsit: Diuus uerò Augustus læuum sibi calceum præposterè indutum animaduertit, qua die seditione militari prope afflictus est. Et Pompeio Magno pullum amiculum qua die ad Pharsaliam profligatus fuit, diras uastitates præmonstrauit. Voces quoq; exceptæ in utramq; partē magnopere augurium fecerunt: Iccirco in rerum principijs, quod bonum, felix, faustumq; foret, præfabantur Veteres. Cùm maximas clades Vrbs perpessa fuisset, & ancipiti contentione agerent Patres, an relicto patrio solo, Veios migrarent, uox Centurionis audita, HEIC MANEBIMVS OPTIME, Vrbis sedem stabilisse fertur. Aliter Crasso in bellum profecturo, qui Cauneas ficus uenales clamabat, illud omen fecit, quo spoliatus fama & fortunis omnibus, memorabili clade profligatus interijt: Neroni rursus paucis ante ipsius cædem diebus, de Mausoleo uox exaudita fertur, nomine eum ciens: Augusti quoq; Cæsaris supremo digressu ab Vrbe uox temere emissa augurium fecit, non amplius Rhomæ eum futurum: sicut Scipioni in Aphricam profecturo, promontorium pulchri incolumem spem ostendit. Contrà Hannibali cùm ex Italia Aphricam peteret, sepulchrum diruptum, auspiciū ferale. Bruto etiam & Cassio prodituris in aciem obuius Aethiops calamitates præsignauit. Quare fœdissimè & cruento bello, atq; intestina clade ita conflictati sunt, ut ambo uno prælio conciderent. Fertur quoq; Hadrianus Cæsar ex Mauri occursu futurā mortem imaginatus. Non sic Octauio Augusto: namq; Asinus cui Nicontæ nomen, & Asinarius cui Euthyco, obuiam facti, omen certæ uictoriæ attulere. Ac ne nimius uidear, nêue diutius studiosos fatigemus, de his hactenus dixisse, abundè fuerit. Illud quoq; haud dubium, Sues comesse fœtus, inter prodigia minimè reputari: Siquidem id frequens, neq; propterea ominosum fuisse assiduis exemplis probatum est.

Ex muribus. — **omen* — *Ex lepore.* — *Ex mustela.* — *Ex ariete.* — *Dira.* — *Ex uocibus exceptis.* — *Ex Aethiopis occursu.*

¶ Quid senserit Hieronymus Porcarius de iniquo Iudice, quibusq; modis litigantes frustretur & deludat. Caput XIIII.



HIERONYMVS Porcarius, diuini humaniq; Iuris sciens, homo liberi animi & acris ingenij fuit: præterq; uberem facundiam, mira in eo eruditio, & in maledicendo libertas admisto sale: erat enim acri iudicio, & ad irridendum contentiosus & audax, non infacetus, ita ut iocis urbanis unumquenq; carperet, & ad uiuum usq; lacesseret: is in consessu nobilium, dum apud eum pro familiari consuetudine diuerterem, dicere solebat, quatuor modis iudicia eludi, ueterum scitis traditū esse, odio, gratia, pretio, aut timore: præter

Quatuor modis iudicia eludi.

quæ nihil esse quod iudicum animos flectat à uero, literis mandatum dicebat: Sed ta-
men, siquis improbum aut perniciosum Iudicem nactus fuerit, qui iudicio & legi- *Improbi iudicis*
bus abuti uelit, innumeris ferè modis iudicia eludi & præuaricari solêre, cõtra ius *technæ.*
fasq;. Quibus uerò modis id fieret, memoriter ipse & expeditè disserebat: Neq;
enim solùm iniquus Iudex (inquit) qui alteri parti pronior est, longis interuallis dif-
ferendo iudicium, Clientem pro quo ius stare uidet, frustratur & decipit, ita ut longa
mora fatigatus, iudicium relinquere cogatur, aut donec alius instructior fiat, expectet,
ut alter interim dolo uictus occumbat: sed etiam cùm non ex fide bona acta proponit
& refert, cùm quæ unius partis causam agunt, diligenter enunciat: quæ uerò contrà,
supprimit & tacet, bonum ius partis eludi atq; obteri dicebat. Quinetiam multos ui-
disse asserebat, qui illum cum quo lis est, cui plus nimio fauet, quò pactò aduersarij te
lis se opponat, instruere non uerentur, cùm quid in re quaq; consilij capiendum sit, al-
teri parti enuncient, ita ut ille paratior factus, bonum alterius ius euertat, & conuin-
cat. Cùm alterius, neq; uoces animis, nec querelas auribus admittant. Et cùm miser
ille timidus imprudensq; rerum, Iudicis fidem implorando, frustra ipsius aures fatiga-
uerit: Iudex interim seuerus & uehemens loquẽti obstrepat, eumq; uel difficulter ad
mittat, aut impotenti ore obiurget, uel si admittit ægrè & perinuitus, dissimulato ser-
mone uultuq;, cum tædio admittere cogatur, quorum quidem nequitiæ & animi ad
fallendum destinati, nulla maior (inquit) argumenta sunt, cùm reconditus ille sensus,
& obstrusus animus, quam labem misero illi afferat, non facile dinoscatur. Quinetiam
persæpe euenire dicebat, ut malus Iudex, ut illum improuidum ad insidias ducat, &
uana spe ludificetur, se dubitare in quo nihil uerendum sit, asseueret. Si quod autem
in causæ disceptationem anceps dubium fiat, illud dissimulanter omittat, ut cùm maxi-
mè uicisse te credas, tunc tibi præcipuè subeundum periculum sit. Nonnunquam eue
nire, ut cùm diutius litigantem frustrari nequeat, precibus seu querelis fatigatus, cau
sam in iudicio se producturum prædicat, aliorumq; iudicum exploret uota, nõ ut cau
sam æquo iudicio terminet, sed ut quo pacto inuadat, ius alterius solerter inquirat, illo
rumq; uotis in illius miseri perniciem exploratis, sinè religione & fide ipsum perdi-
tum eat. Si uerò non dubiam spem uictoriæ uiderit, iudiciorum & litium mora ita
rem producat, ut cùm finire nutu omnem disceptationem ualeat, neutro inclinatis sen-
tentijs, suspensa omnia infectaq; relinquat, Deûmq; ille contestans & hominum fidem,
si quidem, quem appellet, quem obtestetur, quem imploret, nullum habet, diuturna
expectatione & ampliore sumptu uexatus, de suo iure tandem decedere cogatur,
quo fœdius dici æstimariq; nihil potuit. Atq; utinam non his artibus fœdissimè uexa-
tos, nec quotidianis damnis tenore uno opprimi miseros uideremus. Postremò mo-
rem pessimo exemplo inualuisse dicebat, ut Iudices non iure, nec iudicio, sed per fa-
ctionem & gratiam, aut libidimem, perq; inuidiam iudiciorũ uota conferant, illic præ
sertim ubi in orbem super iure controuerso sententiæ explorantur: In qua quidem *Vbi sententiæ*
re, tanto certamine hinc inde exardescunt studia, ut maledictis inter se & conuitijs, & *in orbem explo*
plerunq; manibus uix temperent, tantaq; iudiciorum turpitudo fiat, ut nec iudicio, nec *rantur.*
disceptatione, sed libidine, perq; omnes cupiditates suffragentur, studiumq; & gratiam
aliquorum potiusq̃ uera iudicia inquirant: ac mille modos referebat, quibus iniquus
Iudex, non iudicis, sed impuri latronis modo, uelut officina nequitiæ per auaritiam &
sordes bonum alterius ius inuadat, uanaq; iudicia pretio aut gratia nũdinetur, qui qui-
dem non Legum periti, sed euersores potius humani iuris dicendi sunt. Rectè igitur
Isocrates nunq̃ effici existimauit posse, ut hi qui malè instituti, aut moribus prauis & „ *Isocratis*
inciuilibus sunt, iustitiã assequantur. Deniq;, nihil malo iudice peius, aduersus quem, „ *dictum.*
nec imperia magistratuum, nec leges ualent: neq; facile esse inuenire hominem, quem „
nec flectant preces, nec dona transuersum agant: Inualuitq; uetus Adagiũ apud causa- *Adagiũ scele-*
rũ Patronos, omni dimicatione, cõtentione, atq; cura enitendum, ut Iudicẽ quẽ quis na *ratũ apud pa-*
ctus fuerit, partim gratia, partim pretio, aut pactione, dando & pollicendo, propensio- *tronos causarũ*
rem sibi quoquomodo parent, quo incolumi amico, nihil amplius quærendum illi sit:
Isto enim maximè effici modo, ut eum ad uoluntatem suam ille, nutumq; conuertat,

& qui gratia plus possunt, causa plus ualuisse uideantur, illiq; uel nunquam causa ca-
dant, uel præter ius fasq; iudicata ferant, & uictores fiant. Sed iam latius processi &
liberius, quia me morum piget tædetq;. Malè profectò humanis ingenijs nostra uitia
consuluêre, cùm iudicia, quæ fidei tutelæq; nostræ credita sunt, non ad salutem, sed ad
perniciem humani generis cæci cupiditate uertamus.

¶ Quæ in sermonibus quotidianis uulgata prouerbia apud Rhomanos in usu fuerint, & quæ apud Exteros frequentia. Caput XV.



VULGATA apud maiores prouerbia, quæ magis fuerint obuia, de qui-
bus meminisse potuimus, præ multis & ferè innumeris, hæc planè acce-
pimus, eaq; licet breuibus conclusa sententijs, in sermone quotidiano
usurpata, aliud dicere uideantur, ut aliud sonent uerba, aliud sentias:
tamen sub alieno intellectu obliquis orationibus, quin magna plerunq;
sensa & rerum documenta appareant, nulli dubium fuit: Horum exemplorum plena
uetustas est: Nam siquos mutuo studio teneri, & consociatos sibi inuicem operas dare

Mutuum muli scabunt.

designabant, Mutuùm mulos scabere dicebant: Quòd scilicet ita opibus se iuuarent,
& alter alteri præsidio esset, quemadmodum muli inuicem se confricantes scabiunt.
Contrà uerò cùm aliquis nihil proficit, & frustra operando fatigatur, ingēti periculo,

Oleū & operam perdere. Asini uellera quærere Caluū uellere. Cantherius in fossa.

fructu nullo, Oleum simul & operam perdere aiebant. Sicut Græcum adagium fuit,
ὄνου πόκας ζητεῖς, hoc est, Asini uellera quæris, quasi ad id operam daret, ubi laborando ni-
hil proficeret, cui affine est, φάλακρον τίλλεις, hoc est, caluum uellis. Et cùm quis lacessit
ad pugnam, mox linquitur animo, ut cominus cōgredi non audeat, Cantherium in fossa
dixere: Sunt eñ Cantherij equi testiculis defectis, & exectis genitalibus, qui cùm se-
mine careāt, lāguidiores & degeneres sunt: Quare Scythis & Sarmatis peculiare est,
equos præferoces eunuchos facere, quò mollitis animis, mitiores fiant. Græco quoq;
prouerbio increbuit, ut cùm aliqua ita essent dissociata, ut non facile conuentura puta-

Nihil cum fidibus graculo uel Amaricino sui. In lēte unguentum. Asinus ad tibiā Asin' ad lyrā Inter sacrū & saxū stare. Diomedea necessitas.

rentur: Nihil esse cum fidibus Graculo, uel cum amaracino Sui, dicerent. Fuisse enim
Amaracinum fragrantissimi odoris unguentum, ex Amaraco dilutum, Authores me-
morant. Ad hunc sensum, In lente unguentum: cui proximè accedit, ὄνος πρὸς αὐλόν,
hoc est, Asinus ad Tibiam, & ὄνος λύρας. Et cùm quis diuersus agitur, & ita dubius
animi fluctuatur, ut nec abnuere, nec polliceri audeat, & in quamuis partem declinet,
præsens damnum aut exitium uideat, Se inter sacrum & saxum positum, uulgò iacti-
tant: Deductum ab eo qui in fœdere ineundo, porcam saxo ferit: sicut Græcū est ada-
gium, Διομήδεια ἀνάγκη, quòd scilicet ita astrictus maneat, uelut apud Diomedem hospi-
tes, quorum uisceribus equas depauisse dicitur. In eum uerò, quem diuersæ trahunt
curæ, & incertus nutat, ut nunc in unam, nunc in alteram inclinet sententiam. εὐμετα-

Mutabilior cothurno.

βολώτερος κοθόρνου, id est, mutabilior Cothurno, sermo percrebuit. Cothurnū enim cal-
ciamenti genus esse quatuor angulorum fabrefactum, ita ut utriq; pedi, & uiris, ac mu-
lieribus aptetur commodè, perspicuè constat. Rursus siquid certum & destinatum es-

Re ad Sagrā gesta certius. Auribus lupū tenere. Inter os & offam. Multa cadunt inter calicem. Locri ad Sagram cæsi.

set, nec uana expectatione ferrentur, hoc re ad Sagram gesta certius esse. Contrà ue-
rò cùm irrita caderent promissa, & uana spe ducerentur, se auribus Lupū tenere dice-
bant. Huc pertinet quod quotidiano fertur adagio, Inter os & offam multa incide-
re: cùm aliquid discriminis in re certa, & ferè explorata futurum timemus. Sicut græ-
co fuit adagio usurpatum, πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου, id est, Multa ca-
dunt inter calicem, supremaq; labra. Quòd autem est de Sagra dictum, inde fluxit ada-
gium, quòd cùm decem Locrorum millia, ad Sagram insperata uictoria potiti essent,
aduersus Crotoniatarum centum & uiginti millia, idq; uix credibile uideretur, postea
certis Authoribus re comperta, in prouerbium cessit, ut cùm quid certo certius signi-
ficarent, re ad Sagram gesta nihil certius dicerent. Cumq; ingenti animi sollicitudine
premitur quispiam, resq; ita in angusto sunt, ut trepidum diffidentemq; animum gerat,

Aqua hærere.

omnisq; moles negotiorum, uno in loco inclinatura uideat, Hic mihi aqua hæret dicere
solemus:

ſolemus: Tractum ab eo qui naufragium facit, qui aqua ori admota, penè ſubmergi-
tur. Et cùm ex re quapiam totum pēdet negotium, ubiq; tota moles periculi imminet,
Hic mihi prora & puppis eſt, uulgatus ſermo fuit. Contrà uerò cùm exoneratū ani- *Prora & puppis.*
mum curis, diſcuſſa ſollicitudine gerimus, ut bona ſpe impleamur, Securos in utramq;
aurem dormire pollicemur. Sicut rem ſaluam dicimus; Saltante ſene, tractum ab eo, *In utrāq; aurē dormire.*
quòd cùm Circenſes Rhomæ fierent, & turbatis ludis aduentu Hānibalis, in omen ma *Saltant ſenes*
gni terroris receptum eſſet, poſtea reuerſi, cùm ſaltantem in circo Senem inueniſſent;
rem ſaluam dixerunt. Clitellas quoq; boui admotas, cùm munus uiro inerti collatū ui- *Clitellas boui.*
derent. Quiq; de rebus quarum neſcius eſt, dijudicat, Sutorem ſupra crepidas iudica *Sutor ſupra crepidas.*
re dicunt. Nouo quoq; genere prouerbij in uſu uenit, ut qui tam ad imperādum, q̄ pa
rendum iuxtà paratus foret, quiq; nō ſegniter mādata exequitur, Mulus Marianus di *Mulus Marianus.*
ceretur: Namq; Marius quæcunq; militibus mandauit, onera ipſe inter infimos obiuit
in primis. Quāuis furculas quibus ſarcinas Viatores gerunt, quas Marius primus cō-
mentus fuit, muros Marianos alij dictos uelint. Quotiesq; uictoria ſinè labore quæ-
ſita foret alicui, ἀκονιτὶ uiciſſe. Contrà uerò, ubi multo negotio uictoria potiretur
quiſpiam, κονιτὶ uiciſſe dicimus. Cùm enim puluere aſperſus Athleta eſſet, κονιτὶ *ἀκονιτὶ. κονιτὶ.*
uiciſſe dicebatur: Solere enim Athletas & multarum palmarum pugiles ad uires
refouendas puluere luctatorio inſpergi, quò fortius dimicent; ferè peruulgatum
eſt, quem ex Nilo præcipuum fuiſſe uolunt. Pari exemplo cùm partìm cōmodi affert
uictoria, & haud magno diſcrimine à uictore uictus abeſt; Cadmæa uictoria dicitur.
Apud Græcos uerò ἄδακρυς πόλεμος, hoc eſt, bellum ſinè lachrymis: Latinis aūt Lau *Cadmæa uictoria.*
reola in muſtaceis. Bullam quoq; dicebant, ſiquid haud multò poſt deſiturum cerne- *Laureola in muſtaceis.*
bant: Eſt enim in aquis ſpuma tumens, quæ ex crebra agitatione naſcitur, punctoq; tē
poris diſſoluitur. Quare ſermo Diogenis in eos qui ob coronas Olympicas laſciuirēt *Bulla.*
gaudio, percrebuit, ut Bullas accepiſſe diceret: & Calcaria ſpōte currēti addita, ſi quē
ſua ſponte ad audendum agendumq; hortamur. Oleum uerò in ore geſtare dixerunt, *Calcaria curenti addere.*
cui loqui inhibitum eſt, cuiq; uerbum facere non licet. Contrà ubi quis lingua immo- *Oleū in ore geſtare.*
dicus infinitæ licentiæ & audaciæ eſt, qui moderari linguam neſciat, Byzena temeri-
tas dicebatur; Fuit enim Byzenus Neptūni filius procax nimium & inſolens. Et qui *Byzena temeritas.*
ingenio timido & diffidenti ſcrupulum facit, ubi faciendus minimè foret, Nodum in
ſcirpo quærere dicebant. Si quem uerò probum uirum deſignabant, qui nihil contra *Nodū in ſcirpo quærere.*
honeſtum moliretur, tutoq; eius fidei crederentur omnia, Dignum eſſe cum quo in te-
nebris micent, aſſerebant. Qui uerò ingenio perſpicaci nulli occaſioni fraudis patet, *Dignus cū quo in tenebris micent.*
γέρων πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται, hoc eſt, Senex Simia non capitur, prouerbium fecit. Con
trà, ſiquis improbus ad nocendum paratus uenit, Fœnum habere in cornu dictus eſt:
Erat enim priſci moris, bobus qui cornu peterent, fœni manipulos apponere, quò ad *Fœnū habere in cornu.*
præcauendum homines paratiores forent: quare uerbum Sicinij ſcurræ fuit in Craſ-
ſum, ideo conuitijs parcere, quòd fœnum habere in cornu uideret. Dici quoq; ius ad *Dicere ius ad aſſem.*
aſſem, cùm etiam minima librato examine moderata fuiſſent, uoluere: & qui ſe uictū
fatebatur, hærbando prouerbio iactabatur: quippe ſupplices & qui pacem petūt oleæ *Hærbam dare.*
ramos uelamenta ſupplicum, aut gramen cum terra euulſum uictori offerebāt, uel Bar
barico more, ſertis coronati occurrebant, quaſi illos quibus porrigerent, ducerent me-
liores. Mittere autē noctuas Athenas, γλαῦκας εἰς Ἀθήνας uetus adagium fuit, cùm ea *Noctuas Athenas.*
quæ illi ſuperſunt, alicui damus: Cùm enim Athenis noctuæ affatim exuberent, qui *Cretes neſcire pelagus.*
illuc noctuas mitteret, nimirum ad ea loca merces ferret, ubi illæ redundarent. Et cū
quis neſcire, ſimulat quæ percallet, Cretes neſcire pelagus uulgo dicitur: ex illo tra- *Ne decima quidem Syracuſanorum pars.*
ditum, quòd nemo Cretenſis nauiculariam, & pelagi cōmercia neſciret. Quinetiam ex
locis plura fluxere prouerbia. Nam ſiqui opibus claros & præpotentes flocci faciunt, *Crotone ſalubrius.*
illis ne decimam quidem Syracuſanorū eſſe: & cùm loca & ſalubrem aerē celebrant,
Crotone ſalubriora dicūt: ſcilicet quòd Syracuſas ditiſſimas, ſicut Orchomenō in Bœ *Zenone continentior.*
otia, & Crotonē, compoſita aeris tēperie ſaluberrimā ferūt. Etiā à perſonis plura Ada *Catone cōſtantior.*
gia fluxerunt: Nā & Zenone continētior, & Catone conſtantior, & Ariſtide iuſtior,
crebrò uſurpatū eſt. Eò pertinet, non eſſe hominis cuiuſq; Corinthum petere, quòd *Ariſtide iuſtior. Nō eſt cuiuſq; adire Corīthū.*

præceps in luxuriam ciuitas, ibiq́ illecebræ libidinum forent, quæ magno parabantur.
Tum si quem affectum & negotijs inutilem ducebāt, in quo nihil adiumenti, nihil con
De ponte deijcere. silij foret, eum de ponte deijci oportere monebant; siquidē grandæuos ætate ad suf-
fragia, quæ comitijs dabantur, non admittebant. Cùm uerò uehementer laboratur, for-
Ad Triarios rem uenisse. tunæq́ in extremo sunt, ita ut nulla daretur spes melior, Rem ad Triarios uenisse, in
prouerbium uenit: Cùm enim Triarij in ultimo essent præsidio, ultra quos nihil
opis sperabatur, cùm abscissa omni spe, ad ultimum uentum esset, rem ad Triarios
Sero sapiunt phryges. uenisse dicebant. Si quid autem tardè cogitatum, aut salubre consilium serò expen
sum fuisset, Serò Phryges sapere sermo fuit, quòd à Græcis fluxisse autumant: Nam
cùm decimo exacto anno, post magnas clades Troiani Helenā simul & iure belli quæ-
sita, Græcis restituenda censerent, serò Phryges sapere, prouerbium deductum est.
Et qui in re quapiam parùm sapere uisus, damnum patitur, qui sibi sapiens prodesse
Nequicq̄ sapere. nequit, Nequicquam sapere dicitur, ad quam sententiam accedit Euripidis uersus, μι-
σῶ σοφὸν, ὃς οὐκ αὑτῷ σοφός, hoc est, odi sapientem, qui sibi sapiens non est. Et qui astu
Corycæus. & dolis nimium ualet, Corycæus nuncupatur, ex eo deductum, quòd ex Coryco latro
nes prædæ assueti, audacis ingenij & summæ solertiæ forent. In eos quoq́ qui præse
Risus Sardonicus. runt lætitiam, cùm intus angantur curis, quiq́ blanditijs uelant odium, Risus Sardo-
nius dicitur, quòd in Sardinia apiastro similis hærba nascatur, cuius æsus deducto ore
uelut ridentes homines mortem oppetere cogit. Si quis uerò obrutus malis, cum for-
Equus Seianus tuna fluctuatur, ut nihil sibi prospere cedat, illum Equū habere Seianum, aut Au-
Aurū Tholosanum. rum Tholosanum asseuerant, quòd scilicet ita excidio & continuis cladibus præmi-
tur, ut qui aurum Tholosanum habuêre, aut Seiani equum: Sicut de segmentis He-
lenæ, & Eriphyles aut Hermionæ monili Authores tradunt, quorū participes æru-
mnarum continua mole oppressi, in extremum uenêre discrimen: Sicut de Agaue,
Iocasta, Semele, Argia, & Eriphyle apparet, quod & Græcis quoq́ uice prouerbij
Vt Cæcias nubes. fuit, καὶ ἐφ' αὑτὸν ἕλκων, ὥστε καικίας νέφος, Mala ad se trahens, ut Cæcias nubes. Id eti-
am apud Eleos in prouerbium cessit, ut in eum qui continuis premitur malis, Grauio-
Grauiora Sābico. ra Sambico pati dicerent. Cùm uerò quispiam iniqua contentione uictus, ulterius dā-
Opprobriū uictis. no premitur, Opprobrium uictis, adagium erat, quod à Brenno cùm se Rhomani au-
ro redimerent, sumptum memorant. Tritum quoq́ prouerbium fuit, Iucundi acti la-
Iucundi acti labores. bores, cùm bene nauatam à nobis operam suaui memoria repetimus. Et cùm inter lo
Lupus in fabula. quendum medio affatu is superuenit, de quo sermo fit, Lupum in fabula, qui minimè
nos loqui sinat, esse dixerunt: Nam ferè constat, quem prior Lupus uiderit, pro lo-
qui nequisse. Cumq́ fraus animo agitata, à bono honestoq́ in prauum transit, atq́ in
Malū cōsilium cōsultori pessimum. Authoris redit perniciem, Malum consilium consultori pessimum, in adagium uenit.
Ac mille modis euulgata prouerbia fuêre quotidiano sermone usurpata, quæ recense-
re superuacuæ disputationis forent, quare ne exequar singula, cùm non sit animus ea
consectari quæ ab alijs uberius explicata sunt & latius, de his hactenus dixisse satis ha-
beam. Illud utiq́ antiqui moris erat, quòd cùm alicui precabantur bene, ut quicquid
Pollicē premere. fuisset cupitum eueniret, ne quid diri aut infausti successum læderet, pollicem pre-
mere iubebant. Quotiesq́ in propinqua spe futuri boni, ueniam à Dijs petimus, in
In sinū despuere. sinum despuere solemus, uelut ratas preces Dijs habituris. Cumq́ in sermone quoti-
Vbi quis male audisset, aut uerbo offensus fuisset. diano quispiam malè audisset, aut uerbo uocéue offensus foret, dicto ueniam poscere:
in auersis uerò enunciatis, meliora ominari, atq́ inuidiam uerbo abesse iubebant. In
mentione defunctorum, illorum memoriam non sollicitari: in sordidis & obscœnis
dictis, honorem auribus seruare, & præfari honestatem, ueteres consuesse, memoriæ
& literis proditum est.

¶ Qui primus legem Theatralem Rhomæ tulerit, & quot leges plebem ab Optimatibus postea distinxerint. Caput XVI.

INTER eos qui à prima origine Spectacula Rhomæ ædiderunt, Tarquinius Priscus opulentius instructiusq; q̃ aliquis Regum ludos fecisse dicitur: Is enim in ludorum apparatu, cultu, & magnificentia omnes antecessit: ab ipso enim Circorum apparatu, cultu, & magnificentia omnes antecessit: ab ipso enim Circus maximus Spectaculis designatus locus fuit, qui postea ædificiorũ magnitudine, & aulico apparatu præcipuus semper exhibendis ludis est habitus, in quo munera ingenti apparatu mox exhibita fuêre, diuisis locis plebi per singulas Curias. Cumq; intercedentibus annis, Patribus Equitibusq;, ac plebi Rhomanæ confusa loca fuissent, ubi spectarent, Cor. Scipione, & T. Sẽpronio COSS. ludis Rhomanis per Aediles Curules discreta loca Senatoria à populo fuêre, utq; suus cuiq; honos seruaretur, lege cautũ fuit, ut Optimatibus subsellia proxima darentur: Quo tẽpore præcipua loca Orchestra Senatoribus data sunt, ubi in Scena saltabatur, & Chorus inducebatur: Podium Imperatori, & COSS. Proscenia & pulpita Optimatibus, nonnunq̃ Principi: siquidẽ Nero è Proscenio sæpe spectauit, aliquando è Puluinari, quod in prima fronte Theatri Spectaculorum locus erat. Fertur tamen Augustus Cæsar, Legatos sociarum fœderatarumq; gentiũ, in Orchestra considere uetuisse, cùm quosdam Libertini generis illic spectare deprehendisset. Post aliquot uerò ætates, ut Imperator unà cum Sacerdotibus in sella Imperatoria ludis præsideret, cõsuetudo inualuit. Quæ quidem Scena in fronte Theatri ab uno cornu ad alterum porrigebatur uersatilis, plerũq; ductilis, multis columnis & epistilijs fulta, quæ primò parietem non habuit, sed frondibus obumbrabatur: Postea tabulis pictis in parietis morem componi cępta, quæ Spectaculorum sedes præcipuæ inde habitæ: Ea enim triplicis generis erat: Namq; Tragica columnis & Deorum signis exornabatur, quibus & tabulis pictis, partim ab amicis, partim è Græcia commodatis, utebantur: Comica ædificiorum figuram præfert: Satyrica uerò montibus inumbratur & Syluis: In ea enim Histrionum sedes erant, qui ad ædendas in Scena operas locabãtur: In Orchestra autem Chori: reliqua uerò loca popularia fuêre, in quibus omnis sexus & ætas, atq; infimus ordo sinè discrimine spectabat: qui uerò à sedibus exclusi fuerãt, excuneati dicti. GRAECI uerò præter hæc Buleuticũ construxere in Theatro, ubi Seniores, sicut Ephebicũ, ubi iuuenes spectarẽt. ANTE hanc uerò legem, per annos CCCCCLX à condita Vrbe populus unà cum Patribus promiscua iniquitate spectauit: Postea uerò P. Aphricanus superior cùm COS. esset, cum T. Longo, ludis Rhomanis plurima Senatorum subsellia à populari consessu separari iussit. Et cùm eo discrimine aliorum studium, aliorum indignatio esset, præbuisse eius rei nouitas non mediocrẽ plebi sermonem dicitur, adeò ut ipsum Aphricanum, quòd eius rei author fuisset, pœnituisse ferant: gratiamq; ingentem apud ordinem Senatorium Aediles pepererunt, qui sanxerunt ut gradus dignitatisq; cuiusq; & fortunæ discrimẽ foret, mansitq; aliquãdiu lex seruata, usuq; didicêre, multo præstabilius esse, seruato gradu cuiusq;, quàm in colluuione omnium Spectaculis interesse. Proditum tamen memoriæ est, tempore quo promiscuus Spectaculorum usus erat, nunq̃ plebeium præ modestia & uerecundia ante uirum Senatorium aut Consularem spectare sustinuisse. Cumq; post aliquot tempora, plebs cum Patribus confusis ordinibus nihilominus spectaret, Sex. Aelius Pætus & L. Cornelius Cethegus Cẽsores, ne turba Patribus misceretur, cùm tantùm hominum conflueret in Theatrum, alio edicto statuêre, quod nõ sinè indignatione plebis factum memorant, quæ se despectui haberi, & contemptam esse arbitrata est: tametsi Aelium Pætum in Censura collegam prioris Scipionis fuisse nonnulli tradant: Rursus cùm haud longo post interuallo, constitutione abrogata, Senatus & populus solutissimo more spectarent, Attilius Serranus, & L. Scribonius Libo Aediles curules, Scenicis ludis & Rhomanis, ut diuisa loca plebeiorum à Patribus essent, populusq; discretus à Senatoribus spectaret, quarta promulgata lege, statuêre. spectauêreq; aliquamdiu, donec lege Iulia Theatrali & Roscia, ut in XIIII ordinibus & subsellijs proximioribus Senatores atq; Equites spectarent, semota plebe, Optimatibus data facultas fuit. Quorum numerum à Diuo Iulio adeò excretum fuisse cõstat, ut XIIII ordines, & proxima subsellia, solis Senatoribus non sufficerent: adeò ut Liberius mi-

Tarquinij Prisci in ædendis Spectaculis studium.

Circus maximus.

Loca in spectaculis prius confusa, discreta.

Senatorum locus.

Imperatoris

Optimatum.

Qui ludis præsidebant.

Scena ludorũ.

Tragica scena.

Comica.

Satyrica.

Histrionum locus.

Chori.

Populi.

Excuneati.

Græci,

Seniorum.

Iuuenum,

Senatorũ subsellia à popularibus seiuncta.

Aedilium sanctio de dignitatis cuiusq; et gradus discrimine.

Aelij Pæti & L. Cornelij edictum.

Attilij Serrani & L. Scribonij lex.

Senatoribus et Equitibus xiiij. subsellia in spectaculis.

mus inter Equites sedere iussus, præ angustia recipi uix potuerit. Quod & Syllæ temporibus iterum confusum fuisse crediderim: Nam Gladiatorum munus dedit, uiris æquè & mulieribus, locis promiscuis & indistinctis, in magna licentia spectandi, & sinè ullo discrimine honorũ. Cautum deinde lege Othonis fuit, quã Tribunus tulit, ut magis fortunarũ & pecuniæ, q̃ generis aut honorum ratio haberetur: & non modò Patricijs aut Equestris ordinis, & Senatorijs uiris, sed summis honoribus functis, quibus CCCC Sestertiorum ipsi, patri, auoq́; census non fuisset, spectãdi in XIIII subsellijs ius non esset, eaq́; loca honoris causa diuitibus solùm constituta fuêre. Quippe tenues & sordidæ inopiæ uiros, quamuis claros illustresq́;, quibus L Sestertia non esset census, mixtim cum ditioribus in XIIII sedere, minimè decere arbitratus est. Tãtaq́; diuitiarũ ratio fuit, ut duo primi ordines Tribunicijs & plebeis ditioribus exclusis, patricijs uacarẽt: Idq́; non sinè graui offensione nobilitatis. Quæ quidem subsellia ita compta habuere, ut crocum & uinum per singulos Cuneos spargerẽt, illosq́; præcipuis odoribus diluerent, ac picturis exornarent, nonnunq̃ minio & Cysocolla harenam Circi sternerent, ita ut Hadrianus balsama & crocũ per gradus Theatri strauisse feratur: Primusq́; Clodius pulcher fuisse traditur, qui Scenam uarijs picturis signisq́; & tabulis ornauit: Trebonius auro, alij argẽto, pleriq́; ebore: Q. Catullus uelis carbasinis Theatrũ texit, Lentulus Spinter byssino uelo: Nero Cæsar auri ramenta pro harena strauit, & uela stellata colore cœli posuit, totũq́; Pompei Theatrũ in unũ diem auro operuit: C. uerò Antonius & Murena Scenam fecere argenteam: Caius etiam princeps pegma ex argento duxit. Nonnunq̃ qui ludos dabant, ne populo sol officeret, aulæa suspendebant, plerunq́; supparo usi sunt, quod posterior ætas pro aulæis accẽpit, quæ non modò in Theatro, sed in cubiculis ferè singulis habuêre, ut si q̃d pulueris caderet, exciperetur: proditũq́; memoriæ est. Cn. Pomp. ne populo æstus officeret, etiam aquæ decursum per subsellia duxisse: Mox Diuum Cæsarem in Aedilitate omni Scenæ apparatu argenteo usum esse, qui etiam in munere gladiatorio, forũ Rhomanum & Viam sacram in cliuum usq́; Capitolinum, linteis contexit. Apud Lacedæmonios uerò in omni commissione ludorũ, Regum erant loca præcipua, quibus ut inter spectandum cuiq́; liceret inniti, priuilegium datum est. Athenis si peregrinus publicis ludis in Theatro saltaret, mille drachmis pœna multabatur. Qua etiam Othonis lege decoctorib⁹, qui fortunæ naufragio, nõ suo uitio decoxissent, certus in Theatro locus constitutus erat, sicut uiatoribus Tribunitijs, ut eorũ quoq́; uera & salubris ratio haberetur. His quoq́; qui artem ludricam exercuissent, ne in XIIII sederent, eadem lege cauebatur. Qui uerò quæstum sui corporis fecissent, quiq́; uilitate, & gula, aut luxuria se authorassent, uel ære obligassent, à Theatro arcebantur penitus. Quod Athenis quoq́; statutum ferunt, ut qui multis flagitijs dedecoratus, aut nota turpitudinis nefariæ insignis foret, à suggestis & ludis arceretur: Idq́; adeò procaciter seruatum est, ut præfecti subselliorum per Cuneos dispositi, è subsellijs, in quibus immeriti sedebant, quibus Equester non fuisset census, ui spectatores deijcerent. C. tamen Gracchum accẽpimus, cùm animaduertisset contra instituta maiorum, passim Patricijs & plebeis loca Spectaculorum mercede locari nullo delectu, accitis operarijs & fabris, illa fuisse demolitum. Solitosq́; Rhomanos principes, ob multa in Rempub. merita, Massiliensibus, exterarumq́; gentium Legatis ab ultimis oris, locũ inter Senatores Spectandi pro insigni munere largiri: in quo proditur memoriæ de Germanis lepidè factum, qui cùm alios de Rhomanis benemeritos in Senatorum subsellijs spectassent, ne inferiores officio uiderentur, ipsos non admissos sua sponte subsellia adisse, & unà consedisse. Contrà uerò. L. Flaminium. Q. fratrem, cùm Senatu motus, in commissione ludorum humilis & despectus extrema in parte sederet, Populus uniuersus ob fratris egregia facinora, reuocauit, & inter Consularia subsellia admisit: Iidem tamen Massilienses tam seueræ disciplinæ fuêre, ut nullum aditum iuuentuti in Scenam uel Theatrũ darent, quòd essent morum corruptela, ne per obscœnos motus iuuenes impudicitia lasciuirẽt. Augustus uerò Cæsar milites atq́; Equites ita discreuit à populo, ut eos qui bellis ciuilibus attrito patrimonio, Equestrem cẽsum non haberent, si tamen

Othonis lex.

Subselliorũ ornatus.

Peregrino Athenis saltare in theatro non licebat.

A theatris eiecti.

Rho. exteris locum in spectaculis dabãt.

Massilieñses iuuenes in scenã uel theatrũ nõ admisere.

Augusti statuta in Spectaculis.

men ipsis, aut parentibus antea fuisset, in XIIII spectare permitteret, edicto legis nō obstante, qui etiā Cuneū suum Prætextatis & Pædagogis assignauit: fœminas quoq;, quæ promiscuè antea assuerant, nisi ex superiore loco, spectare iussit, adeò ut summa Theatri deinceps solis matronis paterent: licet ab Athletarum Spectaculis noua constitutione omnem muliebrem sexum postea abdicaret. *Matro. ab athletarum spectaculis reiectæ Vestales.* Virginibus uerò Vestalibus contra Prætoris tribunal locum dedit. Vtq; Senatoribus quoties quid spectandum publicè æderetur, primus subselliorū ordo uacaret, cauit edicto. Mox Tiberius spectantium immodestiam exilio multauit: Et cùm confusis nihilominus ordinibus, & sinè discrimine personarum spectarent, Claudius Cæsar Senatoribus loca restituit. *Nero.* Nero uerò Equitum subsellia sedibus plebeiorum, & inconditæ turbæ præposuit, ne Equester ordo à plebe uulgari & sordidis hominibus indistinctus foret. *Domitianus* Quod & Domitianus sequtis temporibus, renouata lege Theatrali penè obliterata, iterū fecisse dicitur. *Alexander.* Alexander autem Macedo militibus qui secum militiam meruissent, post emerita stipendia, priores sedes in Theatro, utq; coronati spectarent, pro munere largitus fuit. *Cæsarum constitutum.* Eratq; constitutum Cæsarum temporibus, ut statio Cohortis ludis assideret, ut Theatralem licentiam cohiberent, & siquid turbarum aut maioris tumultus ingrueret, præsto forent: Quam Nero Cæsar dimouit, quò maior species libertatis foret, & plebs modestiæ experimentum sua sponte daret. Illud sinè controuersia conuenit, adeò post tēporum curricula degenerasse Rhomanos & census æstimatione ferri solitos, *Rho. degenerarunt.* ut non solùm ad implendas Equitis facultates, non minus millibus CCCC, opus esse ducerent sed ad Decurionatum, nullos nisi quibus centum millium numûm census fuisset, promouendos curarent. Qui quidem Decurionatus & domi, & foris magistratus præcipuus fuit. Namq; erat Decurio cubiculariorum & municipalis, tum ille qui X Equitum turmis præfectus militabat, Decurio dictus est. *Decurio.* Fuitq; Pomponij opinio, eos etiā qui in Senatum & cōsilium publicum asciti fuerāt, cùm Coloniæ deducebātur, quasi principes Coloniæ, quæ pars decima Colonorum erat, Decurionum numero cēseri.

¶Quid apud Scæuolam Iureconsultum sit Hierosiarchus, & quid sit Calix Diatretus.

Ca. XVII.



HESTERNO die inter duos Iurisperitos, uesanos an furiosos uerò magis nomine censendos, nescio: clamosa disceptatio, & animosa contentio fuit, quid sibi uellet Scæuola de legatis annuis, qui censuit, quòd si te- ,,
stator ex redditu cœnaculi & horrei Hierosiarcho & Libertis qui in tē- ,,
plo illo erunt, X annua reliquisset, non ipsis modò, sed & successoribus ,,
legatum uideri. Quid esset Hierosiarchus ab altero exquirebtur: Cumq; nugator ille uultu & uoce immodesta Sacellum esse diceret, uel locum diuino cultui destinatum, & pleraq; nugalia ex authoritate interpretis effunderet: alter qui nō minus insipiens & delirus erat, quo nam modo successor Sacello dari posset, edoceri postulabat, cùm Iureconsultus hominem signare uideatur, non locum: Ille autem cùm insolentius & audacius eodem se uolueret, & iam non disceptatione, sed petulantissimis uerbis uociferarentur tanto tumultu, ut uix manibus temperarent, tandem cùm multùm fuissent inuicem debacchati, sedato clamore, & contentione deposita, me qui ad hos tumultus forte incideram, uelut cōmunem arbitrum appellarūt. Dixi ego falsa illos duci opinione, *Hierosiarchus.* qui Hierosiarchum locum dicerent aut sacellum: sed eum dici cōuenire, qui præpositus rebus sacris fuisset, quasi princeps sacrorum, ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, quod est sacrum, καὶ ἀρχοῦ, quod princeps, quasi rerum & Sacerdotij caput, quod Pontificis Maximi proprium esse conuenit, ἱερεὺς enim sacerdos uocatur, cuius diuinarum rerum cura & procuratio est. Eum Græci ἀρχιερέα dicunt, quod idem planè significat. Quippe qui sacris præsunt cærimonijs, prædictionibusq; Deorum multiplici nomine censentur: Namq; Hierophantas aliquos, alios Hierodidascalos, nō nullos Hieronomos, plerosq; Hierophylaces, aut Nomophylaces, qui frequentes erant, appellarunt, aut Stephephoros, qui Flaminū, uel Oronopolos qui Augurum loco fuêre. Etiam quæsiuere ex me, quis esset

Calix

Calix diatretus. Calix Diatretus ut explicarem, de quo Vlpianum legem Aquiliam interpretatũ, mentionem facere aiebant. Dixi ego quãtum cõminisci potui, Diatretum Calicem dici (ut Suidas interpretatur) uas torno politum & detornatũ, cuius generis frequentia apud Veteres fuere: Tametsi Diarectum nonnulli dici putent, quod (authore Festo) per Antiphrasim malum diem significat, qui sensus haud dubiè absonus foret, atq; impertinens. *Diarectum.* Censuit uerò Vlpianus, quod si Calicem Diatretum, hoc est, torno expolitũ, artifici reficiendum aut aptandum dederim, si imperitia effractus foret, dãni iniuria teneri qui suscepit: Si uerò, quòd rimas habebat uitiosas, fuerit excusatus, artificem non teneri Aquilia, nisi periculo suo se factur ũ conuenisset: tũc enim ex locato agi oportere, Aquilia agi non posse.

¶ In quo discretus ordo Plebeius à Patricio fuerit, & in quo Patricius à Senatorio, quódue discrimẽ in uestibus apud diuersas Gentes. Ca. XVIII.

Rho. in duos ordines diuisi. ROMVLVM Vrbis authorẽ in duos ordines populum diuisisse, Plebeiũ scilicet & Senatorium, illorumq; progeniem Patricios seu Optimates, exemplo Atheniensium, quos ἀπατρίδας uocãt humiliores uerò & inopem uulgum, Plebeios nuncupasse. *Patriciorũ artes.* Hisq; ingenuas artes reliquisse, uidelicet Patricijs militiam & magistratus gerere, sacra facere, ius dicere, publica & urbana negotia administrare. *Plebeiorum.* Plebeis autem militiam & agrorũ curã, pecorisq; depascendi reliquasq; ingenuas artes demãdasse, satis constat, mercaturam, sordidas pudẽdasq; artes, ut popinariam, & quæ manuales sunt, ad usum mortalitatis, *Aduenarum.* Aduenis & his qui recens aduenerant, delegasse. *Quæstus Rhomanis contemptus.* Rhomanos uerò seruile ministeriũ & laboriosa negotia exercere noluisse, quibus omnẽ quæstũ sordidum interdixit: Nam quæstus omnis Patribus indecorus uisus. *Theseus. Hippodamus.* Quod Theseũ in Athenarum institutione, & Hippodamum Milesium in constituendo optimo Reipub. statu, aliosq; Vrbium conditores fecisse, ut secreti ciuiũ ordines, & ingenua officia à seruilibus distincta forent, plerisq; literis adnotarunt: Hi enim Rempub. in triplicis status, qualitatisue homines diuisêre. *Athenienses.* Ion uerò Athenas in IIII distinxit ordines: Nam ex ciuibus quosdã *Thespienses.* Agricolas, alios Opifices designauit, nõnullos sacris, reliquos Vrbi præfecit. Thespiẽses autem in duo diuisi sunt genera, Opifices, & Nobilitatem, qui adeò sordidas artes, & omnem quæstum auersati fuêre, ut ministerium aliquod didicisse, uel aruo studuisse, polluere nobilitatem crederent: itaq; illorum paupertas maximè insignis fuit. *Nobiles qui.* Deniq; Aegyptij, Græci, Scythæ, Persæ, & Lydi, omnes qui artificio incumberent, pro *Scythæ.* ignobilibus ducebant, qui uerò militiæ, generosos. Scythis quoq; & Thracibus, qui in otio degunt, honestissimi habentur, qui prudentia & authoritate anteibant cæteris. *Arabes.* Arabes autem illorum politiam trifariam diuisêre, ex quibus Sacerdotes primi sunt, his addunt Artifices, secundum Agricolæ, tertium Milites tenent locum. Quam institutionem ab Aegyptijs oriundam, multi in formãdis urbibus & moribus instituendis *Patriciorum à plebeis distinctio.* sectati fuêre. Quibus uerò rebus Patricij à plebe secernebantur, pluribus exemplis perspectum est: Siquidem Patricij & qui nobilitate præstant, quiq; honeste geniti & liberaliter educati erãt, Bullam in pectore, Lunulas in pedibus habebãt: Erãt enim fibulæ Eburneæ corniculãtes instar Lunæ: Quod à Numa institutum ferunt, ut Senatores eorumq; posteri nigris calceis Lunas annecterent. *Arcades proseleni.* Ab Arcadibus deductũ, ut se proselenos designarent, uelut amplissimum testimonium nobilitatis ferrent: quippe in calceis Senatorum Lunam adscripsisse, C numerum designauit, quo tunc Senatores continebãtur. *Bulla.* Ea enim Bulla aurea fuisse traditur, figuram cordis habens, qua *Bullã Laribus suspendebant.* etiam obsignasse dicũtur Veteres: cùm plebei & Libertini scorteo loro munirẽtur; quam quidem pueri ingenui, & illorũ qui equo meruissent filij, ad pubertatem usq; *Puellæ pupas ueneri & palladi crinem offerebant.* unà cum Prætexta induebant: illamq; exacta pueritia, solenni festo Laribus suspendebant: Sicut Romanæ puellæ puellare rudimentum, pupas Veneri Argiuæ: & maturæ uiro compositum capillum Palladi: Troezenæ uerò puellæ Hippolyto crinem cõ- *Sanitatis simulacrum.* secrabant. In Sycionia quoq; ὑγείας, hoc est, sanitatis simulacrum fuit, cui uirgines crines resecare,

nes resecare, & capillos dicare solebant. Atheniẽses cùm ex ephebis excessissent, primitias crinium Delphos deferebant: Et cùm antiquiores comã circa tempora, aut posteriorem crinem Apollini & fluminibus tonderent, æuo succedente, Theseus anteriorem capillum Delphis dedicauit, unde Theseis tonsura prodita est, cuius exemplo Iuuenes cùm primùm ex ephebis excessissent, anteriorem comam Phœbo, & Aesculapio aut Libero obtulere primitias: Postea Rhomani adolescẽtes magnæ indolis, primæ lanuginis barbam Dijs consecrare usurparunt. Et cùm primò Rhomani ciues sinè tunicis sola toga amicti forent, postea substrictas breuesq; tunicas citra humerum desinentes habuere. Talares uerò & manicatas (quas Græci Chirodotas uocant) aut discinctas induere, pro flagitio fuit, quòd erat Barbaris proprium talares ferre & manicatas tunicas: Ideo Aemylianus Pauli filius. P. Sulpitio Gallo, quòd tunicis manus totas operientibus uteretur. Et Cicero Verri, quòd cum talari tunica, & pallio purpureo incederet, ut probrũ obiectauit. Quæ quidẽ tunica toga tegebatur, sæpius Prætexta. Cato uerò Senior cùm tunica sinè manicis per hyemem incessit: & Iunior nudis pedibus ueste fusca, & sinè tunica sola toga accinctus, ius in foro dixit, idq; ex uetere instituto usurparunt, quod Romuli statuæ & Camilli in Capitolio & Rostris togatæ sinè tunicis erant. Aurelianus tamen Cæsar manicatas & albas tunicas, ex prouincijs diuersis, congiarium populo dedisse fertur. Fuitq; is corporis habitus non mundicijs cultus, sed uirilis, in quo personæ decor, & multa maiestas inerat: intra tunicam uerò Interula, quam Subuculam dixere, carni proxima æquè à uiris & mulieribus nullo discrimine sumebatur: Nam postq̃ binas tunicas Rhomani habere cęperunt, Varro ait interiorem instituisse uocare Subuculam, & Inclusiam: Pretextam uerò supra tunicã quisq; honoratus & nobilis habebat, quam quidem pueri patricij aliquando purpureã induebant: Inde enim prima cõmendatio ineuntis ætatis, & specimen uirtutis haberi cæptum: Libertinis autẽ & peregrinis, cum quibus nulla esset necessitudo aut cõiunctio sanguinis, Prætexta uti olim nõ licebat, post aliquot uerò tẽpora, ut Libertinorũ filij illa uterentur, usus obtinuit. Q uã quidem purpuram magno honori Patricijs fuisse accẽpimus: Erat enim pro maiestate in pueritia, maximeq; Patricium ordinem à plebe diuidebat: Namq; patricijs Tyriæ Muricis purpura dabatur, cùm Equester ordo & plebeius purpuram non induerent, cuius usum antiquissimũ Plinius notauit. Sequutis inde temporibus, ad tantùm fastigiũ deuenit, ut Catoni Vticensi ludos in ueste purpurea spectãdi facultas à Senatu, pro summo honoris gradu tributa sit. Tribuno enim plebis, uel plebeio homini purpurã induere, nulli erat fas: Hi enim penulis breui uillo, præcipuè pluuio tempore, aut Lacerna utebantur: Quippe uestis Tribuni plebis plebeiorumq; Penula plerumq; fuit, sicut Sagi, Endromis, & Cuculli: Erant enim frigoribus apti, quibus Imperatores uti non decebat. Tametsi legamus Caligulam depictas Penulas sæpe induisse. Et plebeiam purpuram distinctam à patricia in usu fuisse: Erat enim fusca & obsoleta, non Murice & Cocco, sed hærbarum succis infecta. Eadẽ uerò Penula Senatores plerũq; usos foris inuenimus, intra Vrbem uerò non licuit: donec Alexander Imperator, dum ætati consultum uoluit, ut Senatores ingrauescenti ætate intra Vrbem Penulis ueterentur, legem promulgasse dicitur, quas supra tunicã induebant, quò essent uilli grossioris: sicut Endromis longiori uillo pinguis & crassa, in frigoribus à diuitibus usurpata. Q uã quidem prætextã ad uirilem ætatẽ pueros deferre licuit: post pubertatẽ uerò in septimo & decimo ætatis anno, dimissa Prætexta, Togã induebãt, aliquando purã niuei candoris, quæ uirilis dicta est. Eã tamẽ in quarto & uigesimo à multis sumptã cõperimus, sæpiꝰ in decimo qnto, & sexto, ac decimo Quippe Augustus Octauius annorũ XVI. Et C. Cæsar in undeuigesimo. Nero autẽ uix pubescens, Togã uirilẽ sumpsit, ante tempus quo maturus Imperio uideretur. Diuus quoq; Antoninus Philosophus, & ex Cæsaribus complures in quintodecimo uirilem desumpsere Togam: tunc cùm præceps & lubrica Iuuenũ ætas uidebatur. Quã supra Prætextam nonnunq̃ Patricij sumebãt, cùm plebei sinè Prætexta, simplici Toga amicerentur: quippe Toga erat plebeiorum & infimi ordinis, Prætexta hõnestorum & nobilium, quod etiam circa mulieres seruabatur: Nam toga priscis sæculis in usu promiscuo

Atheniensium adolescentes.
Barba prima Dijs oblata.
Vestis barbarorum.
Romuli & Camilli statuæ tunicatæ.
Interula.
Subucula.
Inclusia.
Prætexta.
Purpura.
Tribunorũ & plebeiorum uestes.
Purpura plebeia.
Endromis.
Toga qua ætate sumebatur.
Toga uestis promiscua ad utrunq; sexũ.

promiscuo tam uirorum quàm mulierum, nocturnumque ac diurnum indumentum fuit, sicut palliolum & penula. Postea uerò illam distinxere. Quã festa solenique die, amplissimo cultu & apparatu magnifico, probi adolescẽtes sumere solebant, præcipuè Bacchanalibus festis, mẽse Martio, quibus diebus sumere uirilem Togam in religione fuit, qua signabatur liberioris uitæ pueris facultatem dari. Potentiores & insignes nobilitate & honoribus, etiam purpuream cum frequenti comitatu apud delubra Deorum induebant, indeque in forum excepti, solenni officio deducebantur: Tenuiores etiam arctã induxere Togam: Nam pro opibus ueteres magnas & paruas habuerunt. Claudius tamen Cæsar toga uirili, die sinè apparatu, aut solenni officio in Capitolium deduci uoluit. Supra tunicam uerò uela pro Togis induisse, animi fuit imbellis & eneruati. Ea quidem Toga cui purpura prætextabatur, illis tãtùm dari assuerat, quorũ patres magistratus Curules, & insignes gesserant honores: Namque hic primus Iuuentæ & bonæ indolis habitus est honos, omenque futuræ uirtutis & magni nominis æstimabatur. Germani uerò in primis experimentis, framea & scuto adolescentes exornabant: illinc enim cõmendationem ineuntis adolescentiæ auspicabantur. Cretensibus militaris stola, his & patera: Bithynis & Ponticis socci, & pallium. Argiuis pueris deferre clypeum, insigne munus, & primũ decus adolescentiæ censebatur. Eam uerò Togam extremam induebãt Rhomani, sæpius rasam, nõnunquàm pexam & uillosam: nãque erat Rhomana grauitate digna, quã propriam habuere, sicut Græci pallium. Ideo qui Rhomani ciues esse desierant, aut ciuitatis iura amiserat, quique relegati, quibusque aqua & igni interdictum foret, Togam induere nõ poterant: Hi enim Toga dimissa, pallium sumebãt, quod Græcum fuisse satis constat. Togam uerò rasam phrygianã primùm Augusti temporibus usurpatam, Plinius asseuerat: supra quam multi Lacernas induxere: sæpe ludis festis in Theatro, quæ Amphitheatrales dictæ, & militares erant: Aliæ Coccineæ, Bæticæ uerò albæ. Quam Togam plerique laxiorem, nonnulli breuiorem usurparunt: Legimus Catonem seniorem præcurta Toga, & candida usum, & nunquàm centum drachmis maiore sumptu. Cæsarem Laticlauio fimbriato laxiore cinctura. Augustum quaternis tunicis togisque, nec restrictis, nec fusis, cum Thorace laneo feminalibusque & tibialibus incessisse. Mecœnatem molliori ueste discinctum, quare Malacinus dictus. M. Antoniũ Tunica ad coxam cincta, & uillosa chlamyde. Et Sex. Pompeium Magni filiũ, post naualem uictoriam, cœruleam semper desumpsisse: Hortensium cultiore habitu & elaborato. Neronemque nullam uestem bis induisse, sæpiusque in ornatu Tragico cũ Cothurnis prodisse. Et Caligulam cum Deorum insignijs, aurea barba & fulmine, aut cum fuscina & caduceo, plerumque Veneris habitu, aut gemmatum, manuleatum, & cycladatum, semperque triumphalia ornamenta gestasse: Vespasianumque, ueste & habitu neglecto, & uix à gregario milite differente: Sicut de Alexandro Macedone proditũ est, cultu habituque paulum à priuato abhorrẽte fuisse: & Hierone Syracusano, qui Regi uix decoro habitu, incessit: Sic Diuus Seuerus uili amiculo & exigua ueste adopertus, & à plebe uulgari nihil excellens. Et Tacitus simili cultu cum æqualibus: nam in Toga qua priuatus utebatur, in Imperio sæpe uisus fuit. Contrà, Heliogabalus nimis sumptuosa & magni census: Is enim primus Holosericam uestem induit: Galenus quoque cùm Chlamyde purpurea gemmatis fibulis, sæpius tunica aurata prodijt: Fertur tamẽ Octauius Cæsar, liberis Senatorum, in quibus esset uirtutis specimen, quò frequentius Senatui assuescerent, sumpta uirili toga, Laticlauum protinus dedisse: Togam uerò prætextam, Aediles, Quæstores, & qui magistratus & honores gerunt, ueluti honores ornamentum insigne educere soliti sunt: quæ ex purpura fuisse traditur, nonnunquàm bis tincta, quod acrius coloratur, Dibapha dicta, quam Lentulus Spinter in Aedilitate primus induisse fertur, cuius ualor denarijs mille in libras taxabat. SED quod discriminis inter Patritios & Plebeios purpura faciebat, ut distinctum utrunque ordinem notaret, hoc nimirum inter Patricios & Senatores Laticlauus, & tunica latiore purpura efficiebat: Is enim Laticlauus & latior tunica insignia ordinis Senatorij fuere, quæ ordinem Senatorium à Patricio discernebãt, quibus amplissimus ordo notabatur. Cùm reliquis Patricijs, qui ad Senatum admissi nõ erant,

Bacchanalibus toga uirilis sumebatur.
Toga arcta.
Vela pro togis.
Toga cum purpura.
Germani.
Cretenses.
Bithyni.
Pontici.
Argiui.
Pallium.
Toga rasa.
Lacerna.
Togæ amphitheatrales.
Coccinæ.
Bethicæ.
Mecœnas malacinus appellatus.
Holoserica uestis.
Prætexta qui induebantur.
Dibapha.
Distinctio uestitus inter patricios & Senatores.

erant, illis uti non liceret. Quãuis post aliquot ætates, etiam Equestri ordini Laticla
uum distinctum à Senatorio tributum inueniamus, cuius usus postea à Cæsaribus pro
insigni decoro impetrari consueuit: In eo enim aureus clauus affigebatur, quem quia
frequens & promiscuus arat, Tacitus Cæsar interdixit, auroq́ꝫ clauatis uestibus uti *Toga prætexta cõsularis & prætoria.*
prohibuit. Erat præterea Toga prætexta, Cõsularis, & Prætoria, quam hi qui Con-
sulatum, Præturámue gerebant, ferre solitauerunt, quam etiam in Colonijs & Muni-
cipijs cuicunqꝫ magistratui deferre ius erat. Ipsa enim & Laticlauus inter antiquis-
sima censentur Vrbis ornamenta: quippe à Tullo Hostilio, nonnulli à Balearibus
inuentas primùm autumant, quæ in omne æuum postea mansere: Sicut uestem papa- *Vestis papauerata.*
ueratam antiquissimam habere originem uolunt. Etiam tunica palmâta, & palmâta To
ga, Triumphalis, & Toga picta, quas COSS. & hi qui deuictis hostibus triumpha-
runt, ueluti augustas, atqꝫ illustri, & excelso honori debitas accipiunt, præcipui cultus
ornatusq́ꝫ fuêre: in quibus decus totius Imperij ingentisq́ꝫ uirtutis specimen nosce-
batur. Etenim palmata uestis in pace Consulis, uictoria uerò parta, triumphantis indu *Palmata uestis*
mentum erat: quæ quidem purpureæ, auro intextæ erant, & nisi triumphalibus ui
ris, atqꝫ ex Capitolio & Palatio, haud aliter dari solitæ: eò quòd essent Iouis tuni-
cæ perquàm similes: tametsi Scutulatam, Phrygiatam, Surculatam quoqꝫ, Vngula-
tam, & Clauatam inter triumphales aliqui annotarint: Quam Scutulatam Galli pri- *Vestes triumphales.*
mùm intexerunt, sicut Phrygiatam Phryges. Fertur tamen Gordianus Tunicam, &
Togam pictam primus ex Cæsaribus dum priuatus ageret, propriam induisse: neqꝫ
ex Capitolio, ut moris erat, publicam desumpsisse. Abolla autem externorum Re- *Abolla.*
gum fertur, sicut Rhomanorum Trabea: magni tamẽ splendoris, qua rarenter Rho *Trabea.*
manos usos inuenimus: Nam soli Reges aut COSS. Trabeati incessere: Tametsi
militarem, nonnulli Senatorium amictum, Abollam fuisse dicant: Quam pleriqꝫ phi- *Philosophorum uestis.*
losophi desumpsere, licet Græcos milites & Philosophos palliatos, nõnunquàm chla
mydatos legamus. Primus enim Romulus Trabea usus fuit, quæ triplicis generis *Trabea triplicis generis.*
erat: Namqꝫ unum Dijs consecratum, sola purpura intexebatur: Aliud Regium ex
purpura, immixto albo, quam Reges, COSS. ue induebant: Tertia Auguralis fuit,
quæ ex Purpura fiebat & Cocco: quo genere Augures uti assuerant, dum auguria
captant. Sæpius tamen sub tegmine puniceo, alterno textu purpura distinguebatur:
Neqꝫ sum ignarus, Maurorum Numidarumq́ꝫ Regum amictum esse purpureum
Sagum: quare Iuba Rex Sagulo usus purpureo dicitur. Assyriorum tunica par-
tim purpurea fuit, partim alba. Medis autem, Persis, & Armenis Regibus, ac Ly- *Sagum. Assyrij.*
dis, amictus purpureus quadrangulari figura, & Cidaris, quãuis Persici Reges tri *Medi.*
plici Anaxyride, & cultu XII millium Talentorum quandoqꝫ usi sint. Phœnicibus *Armeni.*
uerò, Syris, & Cilicibus Regibus Chlamys cũ crepidibus: Rhomanis quoqꝫ Læna *Persæ.*
quæ χλαῖνα dicta Regales cultus ornatusq́ꝫ fuêre: Taprobanæ Rex Syrmate uesti- *Lydi.*
tur: Cyrus stola modica: Nabatæorum Reges sola purpura. Cleomenes sæpius bre- *Phœnices.*
ui tunica amictus apparuit: Antigonus & Aristippus agresti, & Regi uix decoro *Syri.*
habitu. Contrà Demetrius non modò Diademate, sed ueste ex auro & purpura cõ- *Cilices.*
spicuus erat. Sexticula uerò non Regia, sed Imperatoria uestis fuisse traditur. Athe- *Rhomani.*
nienses autem Reges sæpe Creticum induebant: Apud quos ex Prouincijs uestes *Thaprobani.*
nomina sumpsêre: Nam preter Tarẽtinidam fuit Sardonica, Sicula, Therea, Phrygia, *Nabatæi.*
& Casiaca militibus propria, ac Deutoruga, Diphthera pastoricia, & Byssacena, ac aliæ *Sexticula.*
multiplicis generis. SED quod discriminis inter uiros Senatorios, & Cõsules, ac Triũ *Vestes ex prouincijs nominatæ.*
phales, purpura & palmâta uestis faciebat, ut cæteris præstarent: Idẽ discriminis cul-
tus uestitusq́ꝫ in mulieribus fuit. Etenim Matronæ & spectatæ pudicitiæ mulieres nisi *Discrimen uestitus in mulieribus.*
nigro capillo, & longè latæq́ꝫ fusa Toga ad talos demissa, stolaq́ꝫ & flãmeo, ac uittis, & *Matronæ.*
reticulo, quo capita uelarẽt, utebantur: cũ Meretrices flauũ capillum haberent, & To
gam subductiorẽ absqꝫ flãmeo & uitta: quã Togã uirilẽ quæ adulterij crimine dãna- *Meretrices.*
tæ erãt, dimissa stola, sumere cogebãtur: Nãqꝫ Meretrices prostabãt cũ Toga & sto-
lis pullis, quib⁹ etiã Ianthino & Cocco uti inhibitũ est. Fuitq́ꝫ aliquãdo mulieribus ue
titũ, ne uersicolori ueste uterẽtur, lege Oppia, quod etiã à Nerone factũ memorãt, qui

Stola. mulieribus Amethystini & Tyrij usum interdixit. Quæ quidem Stola plebeis quam-
uis honestis non dabatur: Siquidem patriciæ & grandes natu matres illam honoris
causa deferebant: Erat enim ad imos pedes fluxa, quam Instita contexta ambibat.
Noua nupta. Rectam uerò tunicam & puram togam, noua nupta induebat: quam etiam Tyroni-
Cyclas. bus, dum militiæ ascribuntur, tributam inuenimus. Cyclas quoq;, Palla, & Ricinus
Palla. cum Crotoco honestarum uestes fuere uirginum & matronarum, licet Citharœdis
Ricinus. *Crocoton.* quandoq; Palla in usu fuit, quæ Syrma dicta est: Erat enim Tragœdorum: Cy-
Syrma. clas uerò rotunda, quam Alexander Rhomanus Imperator matronis Regijs dedit,
quæ plus VI uncijs auri non haberet cum reticulo, & Pallium auro aspersum cum
inauribus & monili bacato. Crocoton quoq; rotunda & fimbriata, sed tantùm locu-
Virgines. pletibus concessa. Vittasq;, & Supparum, ac Togam prætextam, solæ uirgines defe-
rebant, quæ nuptis non dabantur. Erant enim insignia pudoris & uerecundiæ, qui-
bus mos erat, capillos, aut humeris defluentes, aut reticulo collectos ferre: licet uitta-
Vittarum duo genera. rum duo genera inueniamus: Virginalem unam: alteram nuptialem, qua nubentes
Strophium. uelabantur: Strophium uerò pectoralem fasciam, uel capitis ornatum: nonnulli cin-
Ancillæ. gulum fuisse autumant, & soleas purpureas puellarum calceos. Sed tamen Strophiū,
mitras, & purpureas fasceolas ancillarum fuisse amictus, multi testati sunt: Idq; à Ci-
cerone Clodio obiectum, quòd in Strophio, mitra, & purpurea fasceola, se ancillam
Fasceolæ crurules. mentitus, sacra Bonæ Deæ polluisset. Fasceolas uerò crurules, crurum pedumq;
uelamenta, æquè uiris ac mulieribus communes aliqui uolunt, quæ sæpe purpureæ,
nonnunquàm conchyliatæ erant. Fasciæ uerò pectorales dabantur pueris, quæ ui-
Pueri. *Calcei muliebres.* rides fuêre. Sicyonia & socci, calcei muliebres delicatioris cultus, & amatorij. Erāt
enim ueteribus calcei specie uaria: Nam & Gallicæ, & Soleæ, & Cothurni: tum
Calceorū species. Mullei albi, Hæredacij cerei, & lintei, calceorum species sunt, qui cùm antea com-
munes uiris æquè ac mulieribus forent, sequti Cæsares, inter quos Aurelianus, il-
los uiris ademere, & fœminarum calceis addidere, quas etiam ferunt compedes ha-
Mullei. buisse ex argento, cùm ex auro uetarentur. Qui Mullei, sicut ueteribus monumen-
tis extat, olim fuêre calcei Albanorum Regum, deinde Patriciorum facti: demum
Crepidæ. Patricijs adempti, & mulieribus traditi: sicut Crepidas antea Senatores, mox Equi-
Soleæ. tes, demum milites habuere proprias. Soleas autem calciamenta dixere, quibus planta-
rum calces in fine teguntur, habenis iuncta, cæteris propè nudis: Apud Achæos
autem calcei fœminarum fuere, albi & tenues. Atheniensibus elaboratæ artis, Iphicra
Iphicratides. *Nymphides.* tides dicti: Græcis Nymphides, & Arpides multiplici sutura, sicut Scythicæ, Laco-
Arpides. nicæ, Persicæ, Amyclaide, & Alcibiadæ. Persæ enim calceo utuntur alto, & duplo, ut
Nabatæi. magni appareant: Assyrij paruo: Aegyptij papyraceo: Babylonij soleis Thebanis
Indi. *Nudo pede qui* simillimo: Cretenses militari: Nabatæi Sandalio: Indi ex arborum corticibus non-
incedebant. nunquàm soleas pedibus addebant. Phocion uerò nudo pede incessit, & Cato Vticē-
sis mira patientia, ita ut uix cruda hyeme calciarent: quod de Socrate, & Aristode-
mo legimus: Lycurgus quoq; pueris Spartæ pro calciamento, pedum nuditatem de-
dit, quò facilius accliuia ascenderent, & decliuia peragrarent. Empedocles ferreo cal
Hispani. ceo incedebat: Hispani è Sparto: Ligures Cantabrico: Galli agrestes Perone. De-
Ligures. *Antigonus.* metrius uerò Antigoni eo uanitatis processit, ut aureo calceo calciaret. Augustus al
Galli. tiusculo usus fuit, ut procerior uideretur: Caligula Socco muliebri. Diocletianus
Imperatorum. & Heliogabalus gemmato: Carinus gemmatis fibulis. Apud Aegyptios autem innu
Puellæ innuptæ apud Aegyptios. ptas puellas calceis uti non licet, ut euagandi licentia cohiberetur, cùm nudo pede ex-
tra septa prodire nefas, foret. Cupezia uerò non muliebres sed Tibicinū calcei erant:
Cupezia. Palla uerò picta cum amiculo purpureo. Apud Persas stola medica cum armillis &
Persæ. torque, Aegyptijs sacra Isidis uestis, Reginarū amictus ornatusq; fuêre, quibus insi-
Reginarū amictus apud Aegyptios. gnis uelut uerissimis notis, à uulgo secernebantur. Quā quidē Pallam pueris puellisq;
quandoq; traditā legimus. Apud Græcos uerò, Arabes, Lydos, Phryges, & Assyrios
Mitra. longa stola, mitris & mitellis Matronas & Viros ornari traditum est: Virorū apud
Mitella. eosdem frequens uestis stola quadrata fuit. Thessalis demissa Chlamys erat omni tē-
Thessali. *Calantica.* pore accomodatior. Calātica autē Rhomanis, capitis fuit ornatus, nō uestis. Lycurgus
iuuenibus

iuuenibus una tantùm ueste, eaq́ue obsoleta, & nullo discrimine à cæteris uti toto anno
permisit. Zeno quoq́ue nullum discrimen uestis esse inter ciues, sed eosdem amictus *Vna tantũ ue-*
uiros ac mulieres ferre præcipiebat. Solon plus tribus uestibus quemquam uti, lege *stis qui uteban*
prohibuit. Apud reliquas uerò gentes uestitus habitusq́ue dissimiles fuere: Nam Gal *tur.*
lis nobilioribus tinctas gestare uestes, aut saga hirsuta uirgata: Hyeme crassiora, æsta *Galli nobilio-*
te subtiliora longis uillis, & Brachas longis femoralibus auro pictas, intonsas, & ua *res.*
rij coloris, quas Anaxyrides Græci uocant: tum collo torques & monilia, frequens
mos fuisse traditur. Quas quidem Brachas, non apud Gallos modò, sed Medos & *Anaxyrides.*
Scythas aliosq́ue Barbaros in usu comperimus. Tum Endromides & Cuculli frigo- *Bracha.*
ribus apti, Gallorum propria commenta sunt: Apud Vectones & Cantabros, mu- *Endromis.*
lieres monilia ferrea collo circundare, & à fronte protensum umbraculum, quod attra *Cuculli.*
hant cùm uelint, & retrahant: Alias protentas comas in altum erigere, illasq́ue bacu *Vectones.*
lo obuoluere: nonnullas sinciput expilare, magni decoris putabatur. Gnidanorum *Monilia fer-rea.*
uxoribus, qui iuxta Lotophagos sunt, multi æstimabatur fimbrias pelliceas ferre *Gnidani.*
plurimas, quas munera adulterij sumebant, illaq́ue præcipuæ dignationis erat, quæ
pluribus fimbrijs muniretur: Sicut Curetibus, qui Aetoliam incolunt, longas sto-
las puellares induere. Et Andrimachidarum uxoribus utroq́ue crure æneam armillam *Curetes.*
innectere: Arabibus Nabatæisq́ue tunicas cum subligaculis ferre. Indorum fuit or- *Andrimachi-des.*
natus in ueste candida, & carbasis miræ tenuitatis auro purpuraq́ue distinctis: Medo- *Arabes.*
rum oculis pictis incedere, colorato capillo, coma protensa, circa collum monili, & *Indi.*
armillis circa manus, capite uelato, ueste pellucida & fluida. Contrà uerò Persa- *Nabatæi.*
rum: nam crassiore utebantur, laxa & fluxa cinctura, nonnunquàm stola Semira- *Medi.*
midis. Quare Alexander Macedo utrorumq́ue inspecto habitu, Persicam induit ue- *Persæ.*
stem, Medorum admittere recusauit. Sic Gratianus Cæsar, deuictis Germanis, Rho
manum neglexit cultum, amictu Alano atq́ue equo pariter usus. Assyriorum mos
erat duplici amiculo uestiri, altero lineo ad pedes demisso, altero laneo quod su- *Assyrij.*
perinduebant. Maurusijs crassam uestem, aut laceram quam induebant, pro tempo-
re uariare uetabatur. Persæ amictum habent æstate purpureum, hyeme uarium. *Maurusij.*
Troglodytæ Serpentum & Piscium coria. Massagetæ ex arborum corticibus ami- *Persæ.*
ctus intexebant, Scythicis ferè similes. Mardorum genti proprium fuit, crassio- *Massagetæ.*
rem uestem & non ultra genua induere, proq́ue capitis ornatu fundam fronti anne- *Mardi.*
ctere. Indi quoq́ue dissimiles habitus corporis mira specie uariarunt. Namq́ue alij nu
di agunt, nonnulli piscium, ferarum, aut auium pellibus amicti sunt, plerìq́ue lino, mul *Indi.*
ti lana uestiuntur: alij in cultu corporis ita accurati, ut faciem coloribus pingant,
candidam uestem induant, aurum gestent, lapillis ornentur. Mauri Leonum, Pardo-
rum & Vrsorum tergoribus, alij Serpentum & Piscium corijs uelantur. Scythiæ *Mauri.*
magna pars tergore Vulpium, & Murium operti incedunt. Sicut Gelonij hostium *Scythæ.*
cutibus: Britanni reliqua nudi, uentrem & ceruicem ferro cingunt. Hispani pri- *Gelonij.*
mùm breue sagulum, mox stolas & togas Rhomano more accępêre, quare stolati *Britanni.*
dicti & togati. Gymnesiarum incolæ iunceo ornantur amictu: Belgæ hirsuto sagulo: *Hispani.*
Germani sago cum fibula, aut si desit fabula, spina conserta: Locupletes uerò stricta *Gymnesij.*
ueste singulos artus exprimente: Quin etiam apud Veteres sapientiæ professores di *Belgæ.*
uersi cultus corporis ornatusq́ue fuêre: Namq́ue Diogenes corpore seminudo fuit, ue- *Germani.*
ste humili & sordida, qui cùm Rhodios ueste conspicuos cerneret, illos dixit nimiũ *Philosophorum*
insolentes. Rursus cùm Lacedæmonijs in ueste sordida & inhonesta, occurrisset, *uestes.*
etiam hos insolentes nuncupauit. Pythagoras alba amictus ueste, neq́ue ex mortuo ani-
mali quippiam ferens, auream coronam gestabat: nonnunq̃ purpuratus. Crates man-
ticam & sordidum palliolum. Aristippus Socraticus Milesiam Chlamydem, aliquã- *Corona aurea*
do amictũ uiliorem induebat, cætera nudus. Aristoteles uerò decorus habitu, & niti- *Pythagoræ.*
do uestitu fuit, tõsa coma, digitis redimitis auro. Hippias cultu uisendus suis manib⁹ ela
borato: sicut Apollonius Tyaneus linteis, & Gorgias purpura cõspicui erãt. Heracli
des molliori ueste: Zeno tenui pallio: Empedocles Agrigẽtinus p̃ter purpurã, etiã cal
ciamẽtis æreis incedebat: Demosthenes molli tunica & nimis accurata: Aristides trita

Antiquorũ uestitus ex animalium pellibus.

lacerna: Socrates uilissima stola: Xenophon cum thorace & clypeo. Fuitq́; Homeri opinio, antiquissimos Græcorum, pelles Leonum Pardorumq́;, Ouium & Caprarũ, Luporum à principio induisse: Postea impotentia muliebri eò uesaniæ processum fuit, ut maximos indutæ cultus, purpuraq́;, & auro, ac gemmis redimitæ procederent:

Cultus Rhomatronarum.

armillas anulosq́; in digitis aureos, colloq́; monilia, & catenas circa latera margaritis inserta: in auribus uerò uniones & cylindros ad ostentationem luxus Rhomanæ mulieres ferrent, ipsasq́; auro fulgentes iuncto uehiculo & carpentis, festis profestisq́; diebus per Vrbem, perq́; oppida uehi proditum sit: Quòd non modò Rhomanis, sed & sociorum Latini nominis uxoribus decoris causa tributum ferunt: quibus quidem uehiculis nisi castæ & spectatæ probitatis fuissent, aliâs uti non decebat, à quibus uiri unà sedentes, descendere minimè cogi poterant, quasi in tuto essent præsidio, priuilegio uxoris. Quare Domitianus Cæsar, nouo statuit edicto, ut probrosis fœminis lecticæ usus adimeretur. Fuitq́; apud Athenienses seruatum, ut Atticæ fœminæ Doridam uestem, quam prius induebant, simillimam Corinthiæ, ne fibulis necterentur, in lineam commutarent: & à Syracusanis lege sancitum, ne uiri aut mulieres, maiori sumptu ornarentur, ni prius se constupratas, & omni nequitia impudicas docerẽt. Quod prope cum Ephesijs compar fuit, qui cùm uitijs inquinatissimi essent, neminem frugi uiuere passi sunt: Hermodorumq́;, quòd uir probatissimus esset, Vrbe exegêre, qui Rhomæ postea leges Decemuirales interpretatus, statua in Comitio à populo donatus fuit. Hoc quoq́; inter cætera notatum est. COSS. Paludatos, nonnunq̃ Trabeatos, paludatis lictoribus ad bella ducere solitos: Namq́; erat Paludamentum uestis Imperatorum, qua summi Duces persæpe utebantur: ornatus tamen militaris quã Chlamydem appellarunt. Militesq́; sagatos militiæ domiq́; incedere consuesse: Saga enim, Chlamys, & Lacerna militũ uestes fuere: Adde etiam Lænam quam supremã induebant, licet subsequtis temporibus Antoninus philosophus Augustus, milites sub se stipendiarios togatos esse iusserit, nec unq̃ sagatos incedere passus sit, Mãsitq́; diu Rhomæ constitutum, ut serui ingenuorum ueste non uterentur. Quippe qui nec colobia, nec calceos habebant, quæ liberis dabantur. Crepidis quoq́; aut mulleis uti seruos, aut plebeios, erat lege uetitum: Syracusani uerò, ut discrimen ingenuæ & seruilis personæ notaretur, seruis equi characterem inusserũt: Samij quoq́; captiuos Athenienses, noctuæ figura: Athenienses uerò Samios bello captos, Sameæ nauis signo deformarunt: nonnunq̃ seruis literas inusserunt, qui literati dicti. Apud Lacedæmonios quoq́; ingenui alebant comam: namq́; omnes comati erant, cùm seruos crines habere nõ deceret: Idem in omni ferè Græcia, ubi seruis nutrire comam nefas erat, qui etiã ab ingenuis distinguebantur tunica: Namq́; Amphimaschalos liberis, Heteromaschalos seruitijs dabãt. Apud Rhomanos uerò ab Vrbe cõdita ad annũ CCCCLIIII, Iuuenes pariter ac Senes intonsos fuisse liquet. Sed postquàm. P. Ticinius è Sicilia tonsores adduxit Rhomam, inde ut Iuuenes rasitarent barbam, capillumq́; tonderẽt, ad annum XL institutum mansit: post eum uerò nõ licebat. Primus enim qui barbam quotidie rasitaret, Aphricanus traditur: deinde Augustus, quod seruis uilioribus erat inhibitum, qui intonsa barba & capillo hirto fuêre. Fuitq́; animaduersum ante Hadrianum Cæsarem, Imperatores barbam sæpe rasitauisse. Ipse enim ex Cæsaribus primus promissa barba incessit, & capillo. Commodus Imperator cùm nulli tonsori crederet, sicut Alexander Pheræus, & Dionysius sibi ipse candente carbone iuglandium putaminibus barbam adurebat, qui etiam fucato capillo cum ramentis aureis incessit: quod de. L. Verro & Galeno Imperatoribus traditum est, qui auri scobem crinibus aspersere. Arabes, Abantes, & Mysij, ne in conflictu belli hostibus præda forent, anteriorem capillum rasitarunt, qui etiam puellarem capillum in rotundum tondebant, tempora subradentes. Ferunt Curetas & Aetolos pariter, cùm à fronte essent capillati, & crinibus ab hostibus raperentur, frontem abrasisse, & ab occipite cæsariem nutrisse. Quod de Alexandro Macedone proditum est, qui barbam militibus radi iussit, ne hostili præde ansam daret. Ferunt quoq́; Machlyes natiua consuetudine occiput crinitum gestare:

Lecticæ matronarum. *Viri uxoris nomine priuilegium.* *Athenienses.* *Syracusani.* *Ephesij.* *Hermodorus.* *Paludamẽtum.* *Chlamys.* *Saga.* *Lacerna.* *Læna.* *Seruorum ab ingenuis distinctio.* *Notæ fronti inustæ seruis & captiuis.* *Literati serui.* *Comam qui nutriebãt.* *Amphimaschalos.* *Heteromaschalos.* *Radendæ barbæ consuetudo quando introducta.* *Ramenta aurea in capillis.* *Qui caput tondebant.*

ſtare : Sicut Auſes anteriorem capitis partem . Contrà Lycurgus Spartanos milites *Comæ curà*
promiſſo capillo & comatos eſſe uoluit, licet more Laconico barbam ad cutem raſi- *apud quos.*
tarant : Illos propterea , aut uenuſtiores , aut uiſu terribiliores eſſe arbitratus ; apud
eos enim populares à cæſarie noſcitabantur. Quod Mauris & Britãnis in more fuit,
ut cincinnis ornati eſſent rutulis comis, & tam compoſito capillo, ut in inceſſu uix ſe
contingi paterentur, omni corporis parte abraſa, præter caput & labrum. Lycij comã
tanti fecerunt , ut ne crines tonderent, æra pœnæ nomine Mauſolo Regi Cariæ ſol
uere non dubitarent. Argiui cùm antea criniti eſſent , uicti à Lacedæmonijs, amiſſis
Tyrijs, deplorandæ calamitatis cauſa , capillos totonderunt, uouentes ſe non reſum-
pturos, niſi Tyrias recepiſſent : Sicut Sybari à Crotoniatis direpta, uniuerſi Mileſij
capita deraſerunt, & ingentem luctum ædiderunt. Maxies uerò dextram capitis par-
tem comatam gerunt, ſiniſtram radunt. Luſitani autem comas tondere nefas ducunt,
itaq; illas diffundunt ut fœminæ : Idem & Galli comati, quibus plurimus capillus
erat , æquè maribis & fœminis inde nomine impoſito. Indi capillum pectunt ſæpius
ꝗ tondent, barba ſemper intonſa. Agathyrſi cœrulo fucãtur capillo. Arabes quoq; in-
tonſi fuêre, barba ſolùm abraſa. Authores habeo Scythas & Parthos, quò maiorem ter
rorem incutiant, quoq; ſubita & improuiſa formidine hoſtes magis afficiant , hirſutis
crinibus fuiſſe . Idem apud Germanos Cattosq;, quibus ruffus erat crinis coactus in
nodum, qui etiam duxere nefas barbam capillumq; tondere, aut alio cultu eſſe, niſi ho *Flaua coma*
ſtis caput ex acie retuliſſent. Quãuis tradatur Parthorũ eſſe, capillum effundere: Ger *apud Aegy-*
manorum iungere : Scytharum ſpargere. Aegyptijs uerò flaua coma deſpectui erat, *ptios contem-*
& lege cautum, ne quis eam ferret, quòd ea Typhonus fuiſſe dicebatur : Sicut Agri- *pta.*
gentini cœruleũ colorem interdixerũt, quòd eo Phalaridis ſatellites uſi ſunt : Apud *Agrigentini.*
Sueuos uſurpatum eſt, horrentem capillum ligare in ſummo, ut hoſtibus terrori ſint,
uel retro flectere. Dacæ cùm caput radant totum, in ſummo uertice cirrum creſcere
ſinunt . Contrà Riphæi : nam mulieres pariter & uiri detonſo ſunt uertice, & capil-
lo deraſo, adeò ut glabri uideantur : Sicut Myconij omnes caluicio laborant , æquè ut *Riphæi.*
in Cauno omnes Lyenoſi : Non ſic in Aegypto ubi raró caluicium fuit. Prodũt Au *Myconij.*
thores Athenienſium uetuſtiſſimos capillis colligẽdis cicadas aureas annectere, ut eo *Athenienſium*
argumento Autochthones , hoc eſt , primos & ſinè origine ſe probarent . C. uerò *cicadæ in co-*
Cæſar comatos tanto deſpectui habuit , ut quoties occurrerent, occipitio raſo, detur- *mis.*
paret. Capillum uerò aut barbam inficere coloribus, imbellis fuiſſe & eneruati, exem
pla ſunt : In primis Philippi Macedonis, qui cùm ex amicis Antipatri arbitrum deli- *Barbam aut ca-*
giſſet, quem aduertiſſet barbam & capillum inficere, protinus gradu deiecit, & iudica- *pillum inficere,*
re uetuit, uelut mendacem. Quod compar fuit , cùm eo qui Spartæ concionabatur, *imbelle.*
quem cùm Archidamus Rex fucato capillo uidiſſet, profari uetuit, & in medio affatu
exigi iuſſit. Cui non inconuenit, quod de Gorgia Leontino proditum eſt, qui cùm in
Olympijs de cõmuni Græcorum concordia inſigniter peroraret, Melanthus eum lu-
dibrio habuit , quòd de totius Græciæ concordia agitaret, qui ſe, uxorem, & ancillam
concordes habere neſciret ; quæ ob Zelotypiam irata, quotidie diſſidium peteret : In
quo fuit experimentis cognitum , quòd his qui è Sybari biberent , fucarentur capil-
li nigri : qui uerò è Crathi, flaui & fluxi : ſicut de Clitũno proditur in Meuania : Le-
gimus tamen Hannibalem ducentem in Italiam, crinibus ſæpe mutatis, ſe à Gallorum *Capillorum lu-*
perfidia uindicaſſe : & Pyrrhum coma coloribus fucata inceſſiſſe, Rhomanasq; matro *xus.*
nas rutilare capillos conſueſſe. Manſitq; Rhomæ obſeruatum, in Saturnalibus Synthe
ſibus uti, quibus diebus dimiſſa toga, Syntheſim ſumebant . Quamuis Nero Cæſar *Syntheſis.*
citra dies Saturnalicios, Syntheſim inducit diſcinctus & diſcalciatus . Diebus au-
tem natalitijs quibus natalem quiſq; ſuum annuum celebrabat , & CALEND. Ianua
rijs , nonnunquàm ludis Rhomanis , albas Lacernas prætextasq; indutos incedere,
& ludos ſpectare . Nam in ueſte pulla ludis intereſſe Auguſtus inhibuit , néue quis *Lucernæ albæ*
pullatorum media cauea ſederet, edicto cauit. In ludis uerò funebribus penulati Spe- *quando ſume-*
ctatores erant : penulas enim tunc populus ſumebat, cùm in cæteris togati conueni- *bantur.*
rent, niſi in gladiatorio munere, ad quod frequentes penulati conuenêre, quod Con- *In ueſte pulla ludis intereſſe non licebat.*

modus Imperator seruari iussit. Ferunt primos Lacedæmonios ne populus in ludis algeret, penulas sumpsisse: Antoninus uerò Bassianus nouo uestis genere populũ donauit, quare Caracallæ nomen tulit. Augusti uerò tempore Toga rasa & Phrygiana dari cœptæ. Illud etiam admonendum existimo, quoties insigni calamitate, uel clade, aut alijs belli casibus populus affectus esset, in magna consternatione, Iustitium indici, claudi ærarium, & tabernas, ac iudicia tolli solere. Et quod per magnas calamitates fiebat, in mœstitia publica, Rhomanos dimissis togis, positisq́ Laticlauis, & aureis anulis, saga sumere, uelut in luctu & summa sollicitudine se esse denotarēt. Si tamē Cõsulares uiri forent, licet ob calamitatem populus in sagis esset, ipsi tamen in togis erant, ne deformi tetroq́ habitu tantam dignitatem fœdarent. Sed nec saga, donec lætiore fortuna, aut illustri uictoria clades emendata foret, dimittebant. Qua uictoria potiti, uel cùm fusis fugatisq́ hostibus, fœdissimum bellum finitum foret, exuto iustitio, in communis signum lætitiæ, populus uniuersus prætextas: reliqui uerò, magistratus insignia & ornamenta sua, ac pristinum ornatum cultumq́ sumebant. Illud quoq́ discrimen ordinum personarumq́ est notatu dignum, quod apud Tapyras, Bastetanos, & Iberos, incultasq́ nationes circa Hyrcaniam seruari meminimus, ut uiri atras uestes induant, crinesq́ longiores gerant: Fœminæ uerò albis tunicis, ac breuibus tonsisq́ comis incedere cogantur. Apud Parthos autem Persasq́ equo uehi, uel pedes ire, nobilitatem à uulgo distinguebat: nullus enim honestè genitus, pedibus incedebat: quod cõpar ferè cùm Rhomanis fuit, quibus plebeiæ pedibus incedunt, matronæ nobiles lecticis uectabantur: eisdemq́ Parthis qui principem locum habent, Anaxyridem triplam induunt, & manicatam tunicam: plebs uerò erat in tunicis sinè manicis: Apud Indos byssum induere nisi nobilis, nemo poterat. Thracibus punctos esse in facie, nobiliores demonstrauit: non punctos, ignobiles & obscuros. Idem Britannis, Gelonis & Agathyrsis, apud quos qui cœruleo pinguntur, honoribus præstant: minus autem pingi, humilitatis signum erat. Indis quoq́, Atheniensibus, & Persis, in auribus ferre aurum, nobilitatem designauit. Ex Germanis uiri clari illustresq́ stricta nec fluitante utuntur ueste, cæteri sagis cum fibula. Apud Sueuos ingenui obliquant crinem, & nodo substringunt, cùm serui fluxa coma & crinibus incedant: In Libya primores sagis uelantur, uulgus uerò bestiarum pellibus amicti sunt: In Aegypto uiri binis utuntur uestibus, fœminæ singulis, uniuersis nisi lineas ferre uestes non licebat. Neq́ referre alienum fuerit, quod Circumpadanis populis usu uenisse tradũt, ut lugubres uestes longo tempore induerent, intestino mœrore affecti propter Phaetõtis casum, quòd de cœlo præcipitatus, fulmine ictus, & in Eridanum deiectus foret. Sicut in Daunia Aristoteles refert, mares & fœminas lugubria uestire, quòd post Troiæ euersionem, cùm illuc delati sedes occupassent, ut orbatos se patria & fortunis indicarent, in posterum candidis abstinuisse, & pullas uestes desumpsisse.

In calamitate publica luctus indicia.
Apud Tapyras, Bastetanos & Iberos discrimē ordinũ.
Parthi. Persæ.
Indi. Thraces. Britanni. Geloni. Agathyrsi.
Aurum in auribus.
Germanorum uestes.
Sueuorum.
Libyci.
Aegyptij.
Circumpadanorum luctus ob Phaetontis casum.

¶ Qui numerus Augurum, quæue potestas aut ius quondam fuerit, & quomodo Auguria captarentur. Ca. XIX.


QVESTIONI diu res fuit, qui numerus Augurum olim apud Rhomanos fuerit, quod Sacerdotiũ magnæ religionis fuisse constat. Et tametsi à principio, ut in tribus Centurijs, Ramnensi, Titiensi, & Luceri, singuli essent Augures, constitutum foret, quorum numerũ imparem esse decere arbitrati sunt: Tamen sequtis temporibus, quin ad quatuor, mox quinq́ numerũ aucti fuerint, nulla controuersia est: donec ut non ultra IX Collegiũ excederet, Senatus cõsulto cautũ fuit: Idq́ ante primũ Punicum bellũ, quo tēpore Sora & Alba coloniæ deductæ fuêre. Demũ à Sylla Dictatore collegium propagatũ fe runt, ut ultra nouem, quindecim crearentur, ita ut quatuor & uiginti essent. Hi ergo uelut interpretes internuncijq́ Deorum, tantæ dignationis habiti sunt, ut eum qui Aruspicinã fecerat, in Senatũ adscribi, & inter Patres legi fas esse duceretur, Regibus quoq́ sicut iura dare & sapere, ita diuinare, Regium munus erat. Itaq́ à primo ortu

Augurum numerus impar.
Augures quatuor.
Quinq́.
Nouem.
Vigintiquatuor.
Augurum dignitas.

Vrbis

Vrbis, ijdem Reges & Augures erant, qui futura prædicerent & iura darēt. Deniq; Romulus hoc Sacerdotio præditus, optimus Augur fuisse traditur. Proditumq; est, Rhomæ optimatum filios VI, Hetruriæ populis, ut augurandi artē edisceręt, ex decreto Senatus in disciplinam tradi solitos, ut Rhomæ augurandi scientia & ars innotesceret. Quæ quidem incredibilis & penè diuina Fesulis pollebat, ubi domicilium Augurum esse ferebatur, quod & ueteri lege sancitum erat in hæc uerba: Prodigia & portenta ad Hetruscos Aruspices, si Senatus iusserit, deferūto, Hetruriæq; principes disciplinam discunto: Quibus Diuis decreuerint, procuranto, ijsdē fulgura & ostenta piāto, Auspicia seruanto, Auguri parento: & infra. Singulis quoq; tribubus olim singuli Augures præficiebantur, qui sacris cærimonijs prædictionibusq; Deorū præessent, publica priuaq; Auspicia curarent, sicut à Romulo constitutum fuit. Postea uerò comitijs Curiatis, quæ Pontificis Maximi dicuntur, non à populo uniuerso, sed à minore parte & selectis, quibus Sacerdotia mandare curæ erat, de concilij sententia eligebantur: Namq; ipsi nominabant, quos dignissimos iudicarunt.

Reges & augures ijdem.
Romulus augur.
Rho. sex optimatū filij Hetrurijs traditi.
Augurum domiciliū fesulis.
Singulis tribubus singuli augures præfecti
Augurum creatio.

Nonnunq̄ siquis Augur decessisset, à duobus unus nominari, & à toto deinde collegio expeti & cooptari poterat. Qui postq̄ ad Sacerdotium admissi fuerāt, mox inaugurati, ut mos erat, captatisq; augurijs in collegium admittebantur. Et tametsi præsentes admitterentur soli, sæpius tamen absentium habitam ratiomem comperimus, quod lege Iulia cauebatur. Cumq; sacerdotia semel collata, ob plurimas causas adimi solerent, solus Auguratus perpetuus fuit, ideo semel collatus, quoad uita suppetit, etiam magnis intercedentibus causis, uiuēti non adimitur. Quare Fabius Maximus proditur duobus & sexaginta annis summa cum laude Auguratū gessisse ad ultimā senectam, Siquis tamen Augur ulcus pateret, licet in Sacerdotio foret, augurandi tamen ius non habebat. Ex ulceritis quoq; auibus Auguria captari non licere (siquidem morbosæ aues auspicia nulla faciunt) sæpe relatum est. In Augurum enim collegio illud præcipuè seruatur, ut sicut quisq; ætate præcedit, ita maximè primatum teneat. Quippe inter Augures maiores natu, etiā his qui cum Imperio sunt, præferri solent: Horum ergo proprium fuit, ex auibus uaticinia obseruare, signaq; rerum futurarū, & à Dijs monita contemplari: si oportunè euolassent, aut sedes idoneas accepissent, obnūciare: de prodigijs, somnijs, augurijs, atq; oraculis, portentis, extisq; responsa dare.

Auguratꝰ munus nō adimebatur.
Augur qui ulcus haberet.
Aues exulceratæ.
Aetatis ratio in augurū collegio.
Augurū munꝰ.

Tum obseruationes Auspiciorum, procurationes expiationesq;, uatum libros, portentorum explanationes, & monita Deorum edicere, siquid ingruente fato casurum foret, & quod saluis auspicijs fieret. Quódue augurium lætū, quódue piaculare esset, quod minas cœlestes, ingruentesq; calamitates, aut fatale exitium afferret, præmonere & uaticinari, quæ lege augurali latius decreta & perscripta sunt, cuius uerba adscripsi: Interpretes Iouis Opt. Max. publici Augures, signis & Auspicijs postea uidēto, Disciplinā tenēto, Sacerdotesq;, uineta, iurgeta & salicta publica augurāto, quiq; agent rē duelli, quiq; populare, auspiciū præmonento, olliq; obtemperanto, Diuorumq; iras prouidento, hisq; parento, Cœliq; fulgura regionibus ratis denotanto, Vrbemq;, & templa, & agros liberata & effata habento: quæq; Augures iniusta, nefasta, uitiosa, dira dixerint, irrita infectaq; sunto, quiq; nō paruerit, capitale esto, & infra.

Lex auguralis.

Ipsiq; Augurijs auspicijsq; captandis interesse debent, eaq; notare, ac inspicere, & referre, & an egregiè esset litatū, declarare: Quibusq; hostijs, & quibus sacris, ac supplicationibus, & ad quæ puluinaria, tetra prodigia procurarentur aut expiarentur, enunciare. Sed tamen soli Auguri sinè Collegio auspicia interpretari non licuit: totum enim Collegium censēre, & sententiam ferre decebat, siquid exquisitius interpretari uellent, si durior forte casus ambiguæ foret interpretationis, qui in dubium controuersiamq; ueniret: ad quos etiam de singulis prodigijs & portētis, quæ eorum prædictio foret, & an fœdo, uel felici exitu euentura essent, omnes tanq̄ ad adytum aliquem consultum ibant: Tum siqui magistratus uitio creati forent, eorum responso, uel admittebantur, uel magistratu abire cogebātur: itaq; Dictatores, COSS. Prætores, & reliqui magistratus uitio creati, nequid diuini obstaret, ex responso Aruspicum, magistratu abire sæpe coacti sunt. Poterantq; Augures propter tetra prodigia, aut siquid officeret, comitia creandis magistratibus, uel impedire, uel uitiare,

Non augur unus, sed totū collegiū auspicia interpretabatur.

Auguriū cū ex arce peteretur.
Lituus auguris
Templa.

Quotiesq; ex arce Augurium petebant, Lituum ſinè nodo, hoc eſt, baculum à ſummo inflexum, in parte qua robuſtior eſt, quod inſigne Augurale fuit, tenebāt: quo cœli regiones & certa ſpatia, quibus uidenda ad ſe pertinere uolebant, quæ Templa dicta ſunt præfinirent, & certa finitione ſignarēt, ut quod dextrum, quódue ſiniſtrum eſſet, oculis & animo metiri poſſent: Nam manu cœli ſpatia notare, ſaluis auſpicijs, non licebat. Quo quidem Lituo Augur proſpectu in Vrbem atq; agros captato, regiones ab oriente ad occaſum terminabat, limite decumano, & cardine ex tranſuerſo, ſigno metato, quò oculi ferrent quā longiſſimè.

Lituus regium inſigne.

Qui quidem Lituus etiam Regium fuit inſigne, in quo poteſtas dirimendarum litium eſſe noſcebatur. Proditumq; memoriæ eſt, Romuli Lituū ambas cuſpides ab imo & à ſummo inflexas habuiſſe, præter formam litui Auguralis.

Regiones in cœlo ab auguribus notatæ.

Ex notatis uerò regionibus, prima antica, poſterior poſtica, tum dextra, & ſiniſtra dictæ. Quāuis Hetruſci uates cœleſtium prodigiorum periti, cœlū in XII partes diuiſerint, anticamq; ad occiduum, quoniam omnis illuc inclinat motus: & Poſticam ad orientem: dextras ad ſeptentrionem: ſiniſtras uerò ad meridiē proclinare uoluerunt.

Veſtitus augurū & cærimoniæ in augurijs captandis. uide item cap. xiij.

Sedebat enim Augur uelato capite, & duplici toga Augurali, quæ læna dicta eſt, uel trabea amict⁹ ex purpura & cocco, cùm captabat auſpicia, & Lituo cœli regiones notabat: Ipſeq; cæſa uictima, obſeruatis notatiſq; ſignis, longum carmen præfatus, preces effundebat, quas ſi forte non ritè didiciſſet, nequid præpoſterè diceretur, aliquo præeūte, emittebat.

Græci.
Macedones.

Græcis uerò Augur nō Trabea amictus, ſed Toga candida uelatus, poſcit Auguria. Macedonibus quoq; Vates in amictu candido auream gerens coronam, captat auguria & uaticinatur. Poſt effuſas uerò preces, oculis in cœlū fixis, ſedere conuenit, momentis omnibus paratum intentumq; toto animo affixum, facto ubiq; ſilentio, ne quid uideretur audiretúrue, quod auſpicium dirimeret, quoad de cœlo ſeruaſſet, captataq; auguria & ſigna miſſa forēt, quibus miſſis, ex auibus, quæ oſcines, quæ præpetes, uel inferæ, & an tacitæ, uel ſtrepētes aduolarent, & ſi dextra, uel ſiniſtra, quæue admiſſiuæ eſſent, & quæ arculæ, quæue cliuiæ, aut inebræ, quæ uetarent. Tum ſi motus pronus uel obliquus, ſupinus an rectus, aut in latera referebat, conueniebatq; extemplò Augurem adire & Augurium firmari: Namq; unū uidiſſe auſpiciū non erat ſatis.

Loca in quibus auguria obſeruabantur.

Adnotatumq; exemplis eſt, non ubiq; & paſſim auguri captare auſpicia licere, quia niſi in præſcriptis deſtinatiſq; locis, quibus Teſqua nomen, aut in Arce, uel ad ueteres Curias, Augures: Pōtifices uerò niſi in poſtmurio auſpicia captare fas erat.

Magiſter augurū munus.

Sed ſciendum, non omnibus Auguribus, ſed ſoli magiſtro Augurum de cœlo auſpicari licuiſſe, qui huic muneri præfectus, magiſter à collegio eligebatur.

Notandum.

Obſeruatumq;, ut ſi extra Vrbem, aut in pomœrio, uel domo conducta, ſeu quouis tabernaculo, quod cęperat, Augur auſpicetur, & inter augurandum nondum firmis ſignis, Vrbem aut pomœrium inauſpicatò tranſgreſſus foret, ut ritè captentur auſpicia, primum omitti tabernaculum, & alterum ſumi neceſſe fore, denuoq; auſpicari oportere, ex quo nouus auſpiciorum inſtauratur aſpectus.

Auſpicij tempora.

Et cùm certa dies auſpicijs dicata eſſet, poſt mediam noctem ad mediam futuram diem auſpicari licere: Septima autem aut ſexta diei hora on decebat: Namq; incipiente aut creſcente die, non autem deſinente iuſta auſpicia fuêre. Poſt Sextilem quoq; mēſem, quo tempore aues, aut imbecillæ, aut morboſæ ſunt, uel pulli earum imperfecti, auſpicari non licuit: Eo enim tempore à Pontifice Maximo de cœlo ſeruare uetebatur:

Augur feralia nō attrectabat.

In quo id fuit cōſtitutū, ut non modò morboſis auibus, ſed cuicunq; funeri Augur admouere manus, & feralia attrectare uetaretur.

Poſt auguriū obſeruata.

Si autem poſt augurium ſuſceptum, ad aquam uenire contingeret, ne eius interuentu augurium fruſtraretur, quod aquæ interceſſu interrumpi certum eſt, fuſis precibus, aquam haurire, & uota promittere oportebat.

Pontifex & augur ſimul.

Poteratq; idem & Pontifex & Augur eſſe, duobuſq; ſimul Sacerdotijs præponi, cui etiam lictor preibat ſicut Pontifici Maximo.

Maioris magiſtratus auguriū minori præferebatur.

Et tametſi poſt ſuſceptos honores, Auguratus conferri ſoleret, tamen Fabius Maximus admodùm adoleſcens, priuſq̄ ullum gereret magiſtratum, Auguratum geſſiſſe dicitur. Quotieſq; pro diuerſis captarentur, illius præualere auſpicia, qui in ſummo eſſet magiſtratu, certum eſt: ideo Conſulis auſpicia, ſi cum Prætoris confundātur, præponi haud dubium eſſe.

Auſpicia pro repub. optima.

Fuitq; exemplis cognitum, apud Augures optimis

auſpicijs

auspicijs ea geri, quæ pro Reipub. salute susciperentur, quæ contra, inauspicata esse, & monstrifica. Illud quoq; dixisse non ab re fuerit, occentu Soricis dirimi auspicia, sicut aquæ interuentu irrita fiunt: Vtq; luminaria domus Auguralis semper aperta sint, nulloq; operculo claudantur: Quodq; cùm Auspicia captant, cœlo non turbido, nec procelloso aut pluuio: sed aura silenti & placida, ubi omnia pura & tranquilla sunt, auspicentur: ne uenti flatus, aut tempestas auium gressus à suo cursu diuertat. Estq; obseruatum ut minora auspicia semper maioribus cedant, licet priora sint. Siquidem Cornicis, aut Columbarum auspicia, Aquila superueniẽte, irrita fiunt: Aquilarum uerò augurium, Fulmine adueniente, nullum est.

Soricis occẽtu auspicia dirempta.
Domus auguris aperta.
Aura silẽti & placida auguria captanda.
Minora auspicia maioribus cedebant.

¶Qui essent equi funales in Tranquillo, contra nonnullorum interpretionem probabilis opinio. Caput XX.



ANCEPS quæstio fuit apud Grãmaticos, ambiguo sensu in utranq; partem agitata, qui essent equi funales, qui in solenni triumphi apparatu, iuxta triumphantis currum incedebãt. Nuper in cœtu patriciorum, in controuersiam certamenq; uenit, quonam modo accipi cõueniat, quod est in Tranquillo dictum, Tiberium Acciaco triumpho Augusti currũ fuisse comitatum, sinisteriore funali equo, cùm Germanicus dexteriore ueheretur, qui essent funales equi quærebatur: Cumq; uaria & ferè populari opinione ferrentur, nobisq; cùm minimè probaretur, uisum tandem est, funales dici equos, qui funibus alligati, currum triumphantis traherent, quibus præeuntibus summi Imperatores uectabantur triumphi die: in quibus ingenui pueri sedere ueteri more solebant. Prætextatos enim filios in equis triumphantium uehi, & Cicero meminit, & multi prodidêre. Quare Paulus Aemylius, deuicta Macedonia, filios duos impuberes: & Germanicus currum quinq; liberis onustum in triũpho duxit. M. quoq; Antoninus philosophus, & Verus, triũphi die mille Puellas uirgines in equis triũphalibus uexere: Vel quòd in his insiderent qui funalia præferebant & faces, propterea funales dictos ueterum autoritate probari: Nam peruulgatum ferè est, faces & lumina tam in apparatu triumphi, q̃ iuxta triumphantem deferri solere. Diuus enim Cæsar ad lumina CCCC in Capitoliũ triumphans ascendit, Elephantis lychnos dextra sinistraq; gestãtibus. Quod eò constitutum ferunt, tum ut spectatior triumphi apparatus & conspectior foret, tum ut lumina, si forte tenebris obortis, Pompæ triumphali non sufficeret dies, ad arcendas tenebras præsto forẽt: ipseq; triumphans luminibus circa adhibitis, cõspectior fieret. Propterea haud ab re uisum, sicut in Cæsaris triumpho Elephantos lychnos gestasse legimus, compari modo funalia & faces equos iuxta triumphantem ferre, dici probabiliter posse. Vnde funales equos à funalibus, quæ in equis triumphalibus præferebant, probè dici argumentamur. Ex quibus licuit nobis æstimare, uel quòd funibus currũ traherent, uel quòd faces iuxta triumphantem deferrent, sicut ueteri exemplo probatum est, Funales equos dici & æstimari.

Funales equi apud Suetoniũ
Prætextati filij in equis triũphantium.
Vnde funales dicti.

¶Qui fuerit apud Veteres cœnandi usus, quæue hora prandij & cœnæ, quotq; singulis lectis cœnitabant, & quid apud Exteros. Caput XXI.

ANTIQVIS torum ex palustri ulua, & ex stramento, uel ex cespite fuisse, & longo tempore ex pulte, non pane Rhomanos uictitasse, perspicuum exemplis & probatum est: Postea cùm annis intercedẽtibus ex illo agresti cultu desitum esset, mensas, in quibus epularentur ex acere, aut fraxino quadratas, deinde orbiculatas fecisse, in quibus dpranderent & cœnarent, satis constat. Quem morem à Laconibus Rhomanos sumpsisse crediderim, quibus nullæ fuêre mensæ nisi ex robore: Rhomanis enim antea lecti erant Archiaci & Bœotici humiles & breues. Labentibus deinde moribus, tantæ luxuriæ factæ sunt, ut ærati primùm lecti, Abaci,

Torũ & cibus primi sæculi.
Mensæ.

Abaci, Triclinia, & Monopodia, quæ Cn. Mālius Asia deuicta, primùm uexit in tri-
umpho, deinde Citreæ mensæ, quæ elephantinis pedibus sustinebantur orbiculatæ, ma
gno sumptu fierent, quarum precium auro appendebant, aut ex ebore uel testudine, se
ptis putaminibus in laminas : Quod Carbilius Pollio instituit primus, adeò ut non mo-
dò mensas, sed lectos & repositoria testudinum putamine uestirēt. In cœnaculis enim
Tres lecti in cœnaculis & triclinijs. domorum aut Triclinijs stratis tribus lectis prisci illi sedentes cœnitabant, in quibus
tres fuisse mensas Varro significat, ex quibus una uinaria orbiculata Cylibātum dicta,
à poculis quas κύλικας Græci uocant : Altera lapidea oblonga columella suffulta, cui
Persæ. Cartibulum : Tertia quadrata, quæ uasa detinebat, cui Vrnarium dixêre nomen. Per-
sæ uerò cùm antea in uimineis toris discumberent, postea lectos auro fulgentes, & gē
mis magnificè construxere, in quibus uasa non minoris census adæquarunt, quos tan-
Pausaniæ frugalitas. to censu exultos ac Regium apparatum in castris : Pausanias cùm deuicto Mardonio
ad Platæas, uidisset, illo neglecto, modica mensa Laconicam cœnam fecisse dicitur. Græ
Græci. ci in Symposio Græciensi frequenter cœnitarunt. Apud Rhomanos uerò Helioga-
Rhomani. Mēsæ argēteæ balus argenteas primus mensas habuisse dicitur : quibus in solenni epulo duæ tantùm
mensæ adhibebantur, una carneum, altera pomorum : Namq; ueteribus cibus mundus
erat & simplex, neq; operosis condituris, aut appetentia exquisitus, sed sinè apparatu &
Prandium & cœna in propatulo. sinè impensa. Prandium enim & cœna in propatulo fiebat, quia palam cœnitare dede-
cus non erat, secretò uerò cœnitasse probro & ignominiæ fuit : Id quod Lacedæmo-
nijs Lycurgi lege cauebatur : quod ideo constitutum ferunt, ne quis splendidius altero
uesceretur. Hyemeq; ad focum æstiuo anni tempore in aprico cœnitabant. Ouum ue
Cœnæ initium Secundæ mēsæ rò & mel initium cœnæ fecere : In secundis mensis poma & mel, sicut ad principia cō
uiuij & multiformes nuces dari assueuere : Apud maiores autem semen candidi papa
ueris cum melle & lactuca plerunq; mensas secundas fecit, deinde ut uua, ficus, pirū &
Iberi. alia pomorum genera darentur bellaria, in usu fuit. Iberis autem ut in Symposis glan
Græci. dem in secundis mensis tribuant, magni putabatur. Græcis oua cum turdis & leporinis
carnibus, ac mellitis placentis secundæ mensæ frequentius data sunt, quibus erat iste
mos, ut in fine cœnæ linguas igne torridas post sermones degustandas darent. Præci-
Attica bellaria pua tamen bellaria traduntur fuisse Attica, lauta atq; eximia. Platonis uerò bellaria fuê
Platonis bellaria. re ficus, cicer, faba, Myrti baccæ, & ex fago glās prunis tosta. Fertur Heliogabalus
pro luxus affluentia Parasitos in secundis mensis nouo genere edulij saginasse : Nā ce-
reas dapes, aut lignea edulia, uel eburnea, sæpe fictilia, aut marmorea exhibuit, cùm per
singulos missus tantùm biberent, uelut uescerentur, & manus abluerent. Panem uerò
Panes & paniceæ mensæ. paniceasq; mensas non argenteis uasculis, sed uimineis canistris Rhomani inferebant:
Panis species. Græci uerò per Promas : quos ex multiplici genere uariarunt : Nā & Plebeius erat,
& Siligineus, qui candore præstabat & tritico, præcipuè Cāpano, quòd (authore Var
rone) cæteris præstaret. Sicut in Falerno uinum, in Casinati oleum, in Tusculano ficū,
in Tarentino mel præferebatur cæteris. Erat & Secundarius panis, & Ostrearius, Ar
tolaganus, Speusticius, Subcinericius, & Artoptesius, inter quæ Ptisanam uelut salu-
berrimam magnopere comendarunt, quæ à Græcis sumpta origine, ad Rhomanos flu
xit. Post quam Alicam Rhomani inuenêre, cuius Græci inexpertes sunt. Græcis
quoq; multiplicia panum genera comperimus : Nam & Zymitas, hoc est, fermētatos,
& Obelias, & Cribanitas, & Canchrydias & Apiritas, Pityrias, & Pyrinos, panes le-
Placētarum genera. gimus. Placentarum quoq; genera uaria, Tarentinas, Crassianas, Siculas, Clustras, Pli-
cias, Guttatas, Montianas, Mustaceas, & Spiras, quæ fiunt ex caseo. Proditumq; me-
Cœnæ ueterū Rhomanorum. moriæ est, antiquissimos Rhomanorum, cœnæ tātùm panem adhibuisse, prandio uerò
carnibus uesci, non elixis, sed assis & ueru decoctis, aut frictis : quibus Parthi abstine-
Conuiuarum numerus. bant, & nisi uenatu quæsitis, nulli uesci permissum. Et cùm paucissimi conuiuæ erant,
non minores tribus : cùm plurimi, non ultra nouem in eadem mensa eisdemq; lectis cœ
Adagium. „ nitabant : tametsi uetus feratur adagium, Septem conuiuium, nouem conuitium facere,
quòd scilicet obstrepente multitudine, tumultuantur potius q̄ in sobrio conuictu sint.
Græci. Græcis quotuor, aut quinq; cōuictores unis mensis adhibere satis erat. Carmanis ue-
Carmani. rò separatæ singulis conuiuis sedes sunt, & sua cuiq; in accubitu mēsa. Fertur tamen

L. Verus

L. Verus nume rum conuiuarũ auxit.

L. Verus Imperator præter exempla maiorum, cum duodecim ſolenni conuiuio primus accubuiſſe. Homerus uſꝙ ad decem probauit. in Sympoſio autem Platonis octo conueniunt & uiginti. In quibus menſis Rhomani liberos cum pueris puellisꝙ adhibebant, qui ad fulcra lectorum, ſerui ad pedes. In ipſis autem lectis cum uiris cubantibus fœminæ ſedentes cœnitabant: à principio enim maiores noſtri ſedentes epulabãtur Laconum more, adhibitis etiam Principum liberis apud ſummos uiros, cum cæteris id ætatis pueris nobilibus, qui propria & parciore menſa, in conſpectu affinium ueſcebantur. Apud Græcos uerò fœminas in uirili conuiuio accumbere niſi propinquorũ non licebat: quibus conſuetudo manſit, ut in primis epulis breuioribus poculis tranſigerent, in fine uerò laxiora adhiberent: quare Græco more bibere, eſt capacioribus poculis haurire, quibus lex data, ut in Sympoſijs, aut biberent, aut abirent. Sicut apud Scythas Scytiſſare, erat intemperatius bibere. Nõnulli Græco more bibere dicunt eſſe, quoties Deos, aut amicos inter pocula appellarẽt ſingulos nominatim, toties haurire & largè merum bibere: utꝙ cùm magiſtratus & honores dabant, uina pateris circũferrent: Cumꝙ alicui propinaſſent, nominatim deſignare cui poculum darent, & primò Deos, deinde amicos appellare, totiesꝙ haurire affatim, & bona à Dijs precari. Et tametſi uino uim ſapientiæ adhiberi putarent, ſi quando tamen uinum aqua admiſcerent, illud tepefactis niuibus diluebant, nõnunꝗ marinam uino adhibebant, quò incorruptius foret. Rhomanis etiam corollas poculis accipere, feſtisꝙ diebus coronatos & ſertis redimitos epulari mos erat, cum Lemniſcis: Erãt enim faſciæ coloratæ, quæ coronis addebantur, cautumꝙ fuit, ut Hetruſcis corollis Lemniſci tantùm aurei darentur, ſumpta ab Ionibus conſuetudine, qui in lautioribus culinis primi corollas inuenêre: quod ab Indis uſurpatur, ut ad familiare conuiuium coronati accedant. Quinetiam uetuſti moris erat, fercula exquiſita & lautiora à miniſtris coronatis cũ cantu & Tibicine in cœnis ſolẽnibus afferri, poculisꝙ coronatis bibere, ſummamꝙ cœnarum lauticiam tripatina diſtinguere, unà Murenarum, altera Luporum, tertia Myxionis piſcis, & ne intepeſcerent cum obſonijs, focos quoꝙ transferri inſtitutũ. Singulisꝙ poculis ſingulos Deos aut Heroas, nõnunꝗ amicos aduocare, adſtãte Cantorum turba, ac toto ſeruitio & famulatu, quorum alter reliquias colligit, quæ è menſa cadunt, alter murmur compeſcit, alius ſputa è pauimento, & ſiquid immundi eſt uerrit, eoꝙ proceſſêre deliciæ, declinatis corruptisꝙ moribus, ut totos apros una menſa apponerent, quem primus Rhomanorum Seruilius Rullus appoſuiſſe fertur: Deinde, multam uenationem & condimẽtorũ uarietatẽ apponi uſurpatũ. Quinetiã uerſatilia cœnationũ laquearia Nero cõmetus fuit, ut cùm fercula admittebanẽ, alia facies cubiculi deſineret alia ſuccederet. Aegyptiorum mos traditur, ut in familiaribus cœnis Braſſicam præſumant in primis, eo edulij genere ebrietatem diſcuti arbitrati, quam Cato oleribus præpoſuit cunctis, ita ut mane illam eſſe oporteret ieiunum. Nõnulli nuces, Lupinos, Citrum & Apium, quòd uenenis prodeſſent, uelut antidotum, præcepêre. Græci uino madentes, oleo perungunt & ſale, qui etiam ante reliquas dapes, ſal uelut amicitiæ ſymbolũ hoſpitibus apponũt; ſicut Rhomani lactucas, quòd ebrietatem diſcuterẽt. Quinetiam Aegyptiorum uſus erat, ut in ſolenni epulo propinquorum & affinium, qui deceſſêre, aromatibus referta corpora ijſdem lineamentis & ſpecie recentiſſima, ac ſi uiui eſſent, introducãt, hisꝙ præſentibus & quaſi conuiuis adhibitis, epulentur: Et ſi quãdo Regum conuiuijs aduocarentur, uaſa haberent, in quibus uentrem leuarent, aut uomerent. Cretenſibus accubantes ueſci inſtar magni criminis erat, itaꝙ ſtantes epulabantur: contrà Luſitani: nam ſedentes cœnitabant, quod Alexander Macedo fecit, qui ſedens ueſcebatẽ. Græci quoꝙ in toris ex boum tergoribus aſſidentes, ordine ludunt & ueſcuntur. Galli, dum cœnant, in ſtramentis aſſident: Galatæ in pellibus luporum, aut canum. Cato iunior poſt ciuile bellum, non accumbens ut prius, ſed ſedens cibo parciore uſus fuit. Contrà de Terentio Varrone & Hannibale legitur, ut poſt afflictas res, ſtantes cœnitarent. Apud Indos ſolus Rex in lecto ex ſtramentis facto accubat, cæteri ſedentes epulãtur. Spartanis cõmunia erant conuiuia, pauperes cum ditioribus eodem ueſcũtur obſonio, feſtisꝙ diebus, quos Phiditia nuncupant, nigrum ius & panẽ igni duratum appon nt,

Fœminæ apud Græcos nõ accũbebãt cũ uiris.
Græcorum bibendi mos.
Scytiſſare.
Propinatio.
Vini dilutio apud Græcos.
Coronæ in conuiuijs.
Lemniſci.
Ferculorum in cœnis ſolẽnib⁹ afferẽdi ratio.
Potãdi ratio.
Famulorũ munera in conuiuijs ſolẽnibus.
Deliciæ corruptis moribus.
Verſatilia laquearia cœnationum.
Aegyptij.
Alij.
Græci.
Sal.
Rhomani.
Aegyptij.
Cretenſes.
Luſitani.
Græci.
Galli.
Calatæ.
Indi.
Spartani.
Phiditia.

utꝙ

utq; Regi duplum obsoniorum q̄ cæteris detur, lege sancitum erat, non societatis gratia, sed ut posset obsonio quem uellet honorare. Qui etiam assuerant, excellentium uirorum laudes, ignauorum fœda scelera in epulis canere ad Lyrā, quæ dicūt Scolia. Idē apud Athenieſes: Nam in celebri epulo quod Syssitiam uocant, tenuiores cum ditioribus unà conueniunt, & æqualem obsoniorum partem ferunt. Cretenses eiusmodi comessationes Andria dicūt, Persæ Titthenidia, Græci πλίαμ, Syri Grāmatias. Fuere quoq; Spartanis cœnæ Copides, in quibus capra immolabatur, & alia Aeclon. Apud Indos ara mensæ in modum constituta, pluribus accubātibus circùm: in eaq; carnibus appositis, quilibet conuiua è sua sede ad mensam uadit, & quam uult partem capit, atq; in sedem reuersus, canibus & pane uescitur, qui etiam comessationes in propatulo, Laconico more, faciebāt. Neq; alienum fuerit, quod apud Gymnosophistas traditur, ut paratis instructisq; mensis, anteq̄ dapes apponantur, adolescētes singuli qui ad epulum conueniūt, quid generi humano lucri fecerint? quódue sapienter dictum factúmue fuerit illa luce? coram Senioribus exprimere cogantur. Et qui deses aut remissus, nihil frugi in medium affert, impransus manet, & foras extruditur, quibus disciplinis illos ad uirtutem acuebāt. Persarum mos erat, inter pocula de rebus serijs consultare, & post comessationes, siquid sanctiore fœdere concludi uellent, cōcubinas aduocare, & circūferre, tanq̄ ea adhiberēt fœderi, quæ apud eos sancta & chara sunt. Idem Bactrianis, ut inter pocula de bellis cōsultent, & siquid complacitum est, merum largius infundāt: & Græcis, quibus uetustissimo iure usurpatur, ut postq̄ magnificè epulati fuerant, quasi refoto animo, de bellis decernāt largioribus poculis, quæ si quādo circūferebāt, à dextris incipiebant. Thraces post intemperatissimas perpotationes, primò in uino & alea uersari, mox ad illicitos concubitus accedere solebant. Siqui uerò ea uecordia fuere, ut post epulas nudas mulieres introducāt, Dionysij prioris exēplo, aut alia q̄ cibi obsonia conuiuijs ministrent, fuit pro flagitio habitum, uelut scelus & nequitia singularis. Interq; epulas & pocula primùm libare Dijs dapes, & bene precari conuiuis, & secūdū precationem dapibus cum modestia uesci, prisci moris erat, haud aliter q̄ si sacrum epulum esset: Siquidem apud Maiores, inter res sacras mensa habebatur: Nam Pisidæ cœnantes, parentum Manibus primitias reddunt. Rhomani & Græci, in conuictu familiari ciborum particulis, & uino in ignem coniectis, libamina Dijs dabant, & primitias cœnarum Laribus, quibus sal cum pane & caseo pro pulmentario cessit. Vtq; primus calix Ioui olympio misceatur: secūdus Heroibus: tertius Seruatori Ioui. Et cùm uinum purum dabatur, obseruatum est, ut Iouem Sospitem aduocarēt, ne temulentos faceret. Cùm uerò aqua dilutum, Iouem appellare Seruatorem. Persarum Reges ante cibum, de modestia disputāt, ante sacrificium de Iustitia, ante bellum de fortitudine. Et post trinam potationem, cum modestia epulati, bona à Dijs precabantur. Nōnulli inter bellaria honores Dijs, ac magnis Heroibus dabant. Cùm uerò apparatu magnifico exquisitissimæ epulæ dabantur, trinis ferculis, sequtis mox temporibus etiam senis Rhomani cœnam exhibuêre: idq; luxuria erat: quo modo Augustus cōuiuia inisse fertur, quibus non amplius trinis ferculis, aut cùm abundantissimè, senis conuiuabatur. Iulius uerò Cæsar in Aegypto conuiuia multiplici ferculo protraxit cum Cleopatra, ad primam lucem. Nero quoq; effusus in luxum & epulas, à medio die ad medias noctes, inter uina & scorta accubasse fertur. Domitianus non ultra Solis occasum. Et Heliogabalus tam perditæ nequitiæ & luxuriæ fuisse, ut XXII fercula ingentium obsoniorū una cœna admiserit, nunq̄ lotis linteaminibus usus, sed nouis & recentibus semper, sicut Galenus, qui aureis linteaminibus strauit. Caligula una die centies sestertio cœnauit, qui etiam ex auro panes & obsonia apposuit. Vitellius quoq; inter apparatissimas epulas largissimo sumptu discubuit, qui una cœna à fratre exceptus fuit, in qua duo millia lectissimorum piscium, & septem auium, apposita traduntur. Titus conuiuia instituit iocunda magis q̄ profusa: Geta maxima prandia per singulas literas iubebat, ut pullum, perdicem, pauonem, porcellum, piscem, & pernā unis epulis apponeret, & sic per singula elementa apparatus diuideret. Heliogabalus æstiua conuiuia coloribus distinxit, sicut Lucullus per Deos, Author est Spartianus, Aelium Verū Imperatorem,

Scolia.
Encomia ad lyram.
Syssitia.
Andria.
Titthenidia.
πλίαι.
Grammatiæ.
Copides.
Indi.
Gymnosophistarum mos interrogādi adolescentes ante prandium uel cœnam.
Cōsultationes inter pocula.
Persæ.
Bactriani.
Græci.
Thraces.
Libatio epularum & poculorum.
Persarum reges.
Post epulas.
Quot fercula ī apparatu magnifico.
Augusti conuiuia.
Iulij.
Neronis.
Domitiani.
Heliogabali.
Galeni.
Caliguiæ.
Vitellij.
Titi.
Getæ.
Aestiua conuiuia.
Heliogabalus.
Lucullus.

omnium primùm excogitasse pentapharmacum præcipui saporis, ex sumine, phasiano, crustulo, aprugna, siue perna, & pauone instar Vitellianæ patinæ, quæ immenso constitit, quã clypeum Mineruæ appellauit. Cui proxima fuit Aesopi patina, CCCCCC sestertijs taxata, in quã aues uocales & canoras apposuit numis VI singulas coemptas. Pertinax uerò Imperator cõtrà, qui dimidiatas lactucas & carduos in priuata cœna apposuisse fertur. Diuus quoq; Cæsar, & Octauius Augustus in quotidianis cœnis cibi minimi fuêre, & uulgaris. Tiberi⁹ diebus solẽnibus pridiana sæpe obsonia & semæsa apposuit. Theodosius modico & castrensi cibo contentus fuit. Traianus etiam in uescendo frugalissimus fertur: Laudaturq; Iulianus Imperator, quòd statarium prandiũ caperet, castrensi cibo & ministro obuio contentus, qui per triduum, porcellum & leporem diuisit. Regibus uerò Aegypti in cœnarum magnificentia & Regali luxu, nihil præter uitulum & anserem apponere licuit: Regibus Persarũ nisi pane, pulte, cardamo, & sale uesci. Antigonus etiam parco & uulgari cibo contentus fuit: Aristippus, licet tyrannidem occupasset, cibo tamen uili refotus, & exclusis stipatoribus, cœnauit: sicut Agathocles nunq̃ sinè fictilibus, memor paternæ obscuritatis, quòd figulo patre genitus foret, adeò quòd inter uasa aurea figulina semper admiserit, inter cæteros autem helluones Annarus Babyloniæ Rex tanti luxus fuisse proditur, & tam profundæ gulæ, ut stola muliebri amictus, mero & unguento madens, centum & quinquaginta psaltrijs simul accubantibus, uelut officina nequitiæ, magnis effusionibus cœnitaret.

VINUM uerò Græcum semel tantùm etiam in lautissimis cõuiuijs apponere solebant: Namq; ueteribus fuêre conuiuia iucũda magis q̃ profusa: primusq; Diuus Cæsar triũphalibus cœnis, quatuor uini genera, propter instituta maiorum, dicitur apposuisse, Falernum, Chium, Lesbium, & Mamertinum. Antiquissimi (ut Varro ait) primo Vtres, deinde Tinas, demũ uini Amphoras & Cupas apposuere. Quod (teste Homero) Heroicis temporibus fuit usurpatum, ut uina utribus inferrent. Sylla præter omnis generis condimenta, uinum supra quadragenariũ, epulo publicè præbito, populo dedit. Arabes cùm longiore potu indulgerent, nemini supra duodena pocula bibere fas erat. Germanis si indulseris ebrietatem, quantùm concupiscunt, licet. Augustus Octauius senos sextantes non excessit. Hãnibal nunq̃ plus sestario uini indulsit. Cæsar quoq; uini parcissimus fuit, & bene diluti. Alexander Macedo, ad unumquẽq; calicem, multo colloquio sermonem protrahebat, qui tamen aliquando triduo incaluit. Fertur Vticensis quandoq; ad auroram cum amicis perpotando uigilasse, non ut mergeret, sed ut reprimeret curas: quod Plato non improbauit, cùm largiori uino aliquãto refici animos putaret. Democritus uerò quaternos Cyatos sestarios minimè censuit excedere oportêre: Siquidem, iuxta Anacharsim, primum craterem ad sitim pertinere dixit, secũdum ad hilaritatem, tertium ad uoluptatem, quartũ ad insaniã. Vel, ut Ebulus poeta Cyprius, qui bene sentientibus tria tantùm propinari pocula putauit: Sanitati primum, Amori alterum, tertium Somno, quartum non utiq; nostrum sed iniuriæ, ultimum uerò ἑρμῆν appellari uoluit: nã postremò Græci Mercurio litabant, uelut somni largitori, & bono Dæmoni, cui gratias agebãt κρᾶσις ἀγαθοῦ δαίμονος. Persæ uerò tribus libationibus factis, à Dijs immortalibus bona precati, conuiuium dissoluebãt. Tiberius uerò biduũ & duas noctes potu cõtinuasse fertur, & Traianus capatioribus scyphis, sed citra ebrietatem bibisse. Bonosus autem bibit, quantùm nemo alius. Proditumq; memoriæ est Cõmodum Cæsarem in æstuationibus ingens uini poculũ haurire cunctis acclamantibus, Viue Cæsar. Inter cæteros proditur Zenocrates philosophus, inuitãte Dionysio uini Choã habuisse, & præmiũ tulisse: atq; Ennius nimio hausto mero, articularẽ morbũ contraxisse, quo extinctus fuit. Apud Nabatæos uerò plura duodenis esiccasse pocula, erat ignominiosum. Ipse uerò Dionysius iunior usq; adeò uino marcidus fuit, ut ad nonaginta dies mero incaluerit. Socrates tamen fertur nunq̃ uino hilarior fuisse, sed eodem statu semper: Accusaturq; Mithridates tantæ bibacitatis, ut præmia plus haurientibus proponeret. Neq; subticendum, quod Leonides aduersus Byzantios uinolentissimos fecisse dicitur, qui cùm obsidione premeretur, neq; ciues pro mœnibus cõtinêre posset, quòd passim ad cauponas cursitarent, ut illos in officio haberet, ad mœnia

[Marginal notes: Aelij pentapharmacum. / Aesopi patina. / Pertinacis. / Cæsaris. / Octauij. / Tiberij. / Theodosij. / Traiani. / Iuliani. / Regum Aegyptiorum. / Regum Persarum. / Antigoni. / Aristippi. / Agathocles. / Annari baby. regis. / Potus in conuiuijs. / Vinum græcũ / D. Cæsar. / Vasa quibus uina in conuiuia inferebantur. / Sylla. / Arabes. / Germani. / Augustus. / Hannibal. / Cæsar. / Alexander. / Cato Vticẽsis. / Plato. / Democritus. / Anacharsidis dictum. / Ebuli dictum. / Persæ. / Tiberius. / Traianus. / Bonosus. / Cõmodus. / Zenocrates. / Dionysius. / Ennius. / Nabatæi. / Dionysius iunior. / Socrates. / Mithridates. / Leonides.]

Phigalei. cauponas & uinarias officinas disposuit, id quod apud Phigaleos bibacissimos pariter
Promacus. fecit. Inter omnes autem uinolentissimos Promacus Macedo memoratur: quatuor in
gurgitans cãtharos, & ob id ab Alexãdro corona donatus, qui triduò superuixit post-
Nouellius Tricongius. ea. Et Nouellius Tricongius raræ gloriæ inter bibacissimos. PRANDIA uerò pri
sci antelucana habere, meridianum cibum cœnam dicere solebant. Quód & Græcis
Prandij & cœnæ tempus. uetustissimo in usu fuit: Namq; Eumæum scribit Homerus matutina hora prandium
Odyss. xiiij. fecisse: Postea illo more desito, seruatũ est, ut prãdia in usu non essent, sed qua hora cœ
na apparabatur, ea prandium fieret, quod tempus nona esse cõsueuit, sæpe octaua: an-
te mediam uerò diem pransum fuisse, uel antelucanam cœnam fecisse, crimini dabatur.
Idq; erat dissoluti & helluonis: Siquidem post forẽsia negotia transacta, apud Priscos
Vespernæ. fiebat prandium: cœnas uerò, quòd nocte plerunq; fierent, uespernas dixere. Sed ta-
men prandium leue & modicum, cœna autem fuit copiosior: Tametsi Aristoteles lar
gè prandendum & parcè cœnandum putarit. Et licet Rhomanorum antiquissimos no
Persæ. ctu cœnasse nonnulli opinati fuerint: constat tamen post multas ætates usum inualuis-
se, ut post meridianis horis uescerentur. Persis quoq; in meridie semel tantùm uesci
cousuetudo fuit: qui erat Aethiopum mos, ut unico cibo contenti essent diebus singu
lis, ut alerent corpus, non saginarent: tametsi abusus postea Persis inualuerit, ut à mane
Alexamder. ad uesperam quicquid est temporis, unico prandio concluderent. Fertur Alexander
Macedo appetente nocte cœnasse, & primo diluculo prandio accubuisse, plerunq; ad
Galba multam noctem cœnam protraxisse. Galba ante lucem uescebatur: Cicero ante occa-
Cicero. sum Solis perrarò discubuit. Præ cæteris uerò Tarentini usurparunt matutinis se po
Tarentini. Indi. culis ingurgitare, adeò ut temulenti in forum conueniant. Indi horam prandij aut cœ-
Persæ næ non nouerunt, sed ut cuiq; libitum, comessabantur: qui etiam Persarum & Numi-
Numidæ. darum mos, ut quacunq; hora uescerentur. Diogenes quoq; nullam temporis horam
Diogenes. prandio definiuit. SENIORIBVSQVE uelut ætate uenerabilibus, aut his qui pru-
Loci ratio in conuiuijs. dentia & authoritate anteirent, primi discubitus & honoratior locus dari, ipsiq; sublata
mensa primi assurgere consuerant. Erat autem Rhomanis locus honoratior, qui sum-
mus in mensa fuit: nõnulli in medio discubuisse honoratius putarunt. In imo uerò cõ
Græci. uiuij dominus cœnabat. Apud Græcos non modò loci dignitate uiros fama præcellẽ-
Indi. tes in concilio uel mensa, sed poculis maioribus, & carne opimiore honestabant: Indis
ut cuiq; in mentem uenit, in quacunq; parte lecti discumbere licet: Non enim hono-
Persæ. rum personæ ue ratio in mensa habetur. Apud Persas magna ratio mensæ, præsertim
Regiæ fuit, in qua præter matrem & Regis coniugem, nemini intersse permittitur, tã
Aegyptij. etsi matronas quandoq; adhibitas legamus. Aegyptijs autem siquis ad cœnam Regis
non uocatus accederet, capitis luit pœnam. POST epulas, uerò, eruditas confabula
Post epulas. tiones, deinde fides & tibias, ac symphonias, & cantus, illorum qui maiorum laudes car
Abydeni. mine decantabant, adhibere antiqui moris erat. Abydeni in hospitali mensa & festis
epulis postq̃ opiparè epulati fuerãt, ĩfantes admittũt garrulos & festiuos, ut his obstre
Moriones. pẽtibus garriẽtibusq;, cõuiuæ alacriores fiãt. Rhomani etiã moriones, ut oris deformi
Rhomani. tate & stultitia oblectarẽt: nõnũq̃ petulãtes & improbos scurras, qui lasciua licẽtia, &
Sybaritæ. impudẽtissimis iocis, derisui essent. Neq; omittẽdũ, quod de Sybaritis ꝓditũ est, apud
quos omniũ libidinũ illecebræ fuêre, ut ad festũ conuiuiũ, & solẽne epulũ non Psaltrias
modò & Histriones, sed equos cõposito saltatu ad Symphoniæ cantũ psallẽtes introdu
Galatæ. cant. Apud Galatas & Celtas ad mensam, postq̃ uino incaluerant, ex prouocatione di-
Celtæ. micatur ad uulnera: Sicut apud Sannites inter epulas erat mos digladiari, quod mox
Sannites. Campani odio in Sannites detractis armis, uendicarunt, ut pro cœnarum magnificen
Indi. tia, paria pugnatorum destinarẽt. Idem factum memoratur ab Indis, qui cùm post epu
las, aureos Crateres circuntulissent, strenuitatis & fortium factorum periculum face-
Octauius. rent. Octauius uerò postq̃ fuerat discubitum, picturas inuersas conuiuis uenditabat,
ut aut expleret desiderium, aut frustraretur, nõnunquam Histriones, aut Aretalogos
Vespasianus. admittebat. Vespasianus dicacitati super cœnam & iocis scurrulibus, usq; ad ineptias
Tiburius. uocabat. Tiberius ex lectione quotidiana quæstiones frequenti conuiuio propone-
Nero. Cato Vticẽsis. bat. Nero Cæsar Citharœdos aduocabat primi nominis. Cato Vticensis à cœna
deambulabat

deambulabat. Pomponius Atticus libellos lectitabat: Quod Alexander Seuerus fe-
cit, ut in mensa familiari sæpe librum legeret; solitus uel legētes audire, uel alijs legen
tibus, uesci. Hadrianus Comœdias, Lectores, & Poetas admittebat. Heliogabalus sor
tes conuiuales post cœnam proponebat, ut alius haberet decem Camelos, alius Muscas,
uel auri libras, aut decem oua, ursos, glires, & lactucas decem. Sylla quīs ferox & im-
potens, in comessationib⁹ comis erat & facilis. Fertur quoq; idem Seuerus Alexan-
der, post epulas, catulos cum porcellis & perdices ad pugnā sæpe cōmittere. & Cleo
menes, sublatis mensis, uinum Crateris circūferre. A Græcis uerò Aenigma & Gry-
phos post conuiualia lusus proponebatur, cuius captiones soluenti præmiū carnis por
tio, non soluenti pœna erat, ut salsum hauriret poculum. Parthis admittere concubi-
nas post epulas non imbrobatur, uxores autem domi abditas in uirorum conspectū nō
adducunt. Babylonijs autem in cōuiuijs à principio fœminarum modestus est habitus,
paulatim deinde pudore profanato, summa uelamenta exuūt, & post epulas ultimis ami
culis reuelatis, pudibunda ostendunt, in omnemq; licentiam iocorum & laciuiarum, pu
dorem abijciunt. Fuitq; ueteri more seruatum, quòd bibente aliquo ex conuiuis, men
sam tolli non sinerent; namq; auspicij mali & detestabilis putabatur. Quòd si inter cœ
nandum ferculum à mensa reuocatum foret, nisi cœna continuaretur, nisiq; appositis
epulis uescerentur, inter dira fuisse. Quinetiam per mensas deflare, aut prolapsum ci
bum è manu non reddi, ominosum erat: tametsi quorundam opinio fuerit, quæ è men-
sa decidunt in communi conuictu, nec tollere, nec gustare, illa Heroum esse opinati.
quodq; apud honoratos & doctos uiros nunq̄ ferè sinè lectione cœna fuit. Et cùm cō
uictus frequens in cœnā, & prandium diuisus foret, pleriq; tanto temperamento & te
nui conuictu fuêre, ut sola cœna contenti, nunquam ante Solis occasum, & nisi post de
cimam accumberent, inter quos memoratur Asinius Pollio, qui cùm esset tota die ne-
gotiosus, ita post decimam animum relaxauit, ut ne legendis minimis literulis uacaret.
Quidam noctu, alij media die, negotijs pausam fecêre. Nonnulli autem tanta ingluuie,
& uētre tam uoraci fuêre, ut uelut impuri helluones, effusas per potationes, & exqui-
sita obsonia quadrifariā diuiderent, in ientacula, prandia, cœnas, & comessationes, sem-
per instructis paratisq; mensis tanto apparatu, donec uino madidi & crapula distenti fi
erent. Quod quidem obscuris sæuientibus moribus, à nōnullis pessimo exemplo fa-
ctitatum est. Antea uerò non licuit, ne ingētia animi bona ingluuie corporis fœdarēt.
Apud Siculos autem usus erat bis in die epulis saginari, & saturum fieri, quibus tem-
plum Saturitati dicatum erat: quare Siculæ mensæ & Syracusanæ delitiæ tanq̄ lautissi
mæ in prouerbium uenêre. Sicut apud Græcos Pharsali & Bœotij uoracissimi habiti.
Quare ab Atheniensibus, fatui, rudes, & pingues dicti sunt, propter ἀδηφαγίαν: quippe
cùm à conuiuijs crudi discederent, distenti rursus ingurgitabant. Quod & Plato im-
probauit, & Rhomani duxêre nefas, ut bis in die saturum fieri uecordis esse ducerent.
Hoc quoq; apud conuiuas seruatum legimus, ut in familiari conuiuio, aut epulis lau-
tioribus aliquem attractum, aut pulla in ueste discumbere, ducerent nefas; Nam de-
pulso languore animi, non in tristitia conuiuio interesse decet: propterea Vatinio,
quòd in epulo Q. Arij atra in ueste accubuerat, à Cicerone obiectum, & crimini da-
tum est; quippe bellos conuiuas & conuictores faciles, in candida, non pulla ueste ac-
cumbere decet. Tametsi Cœnatoria & Triclinaria conuiuis dari, antiqui moris
fuerit. Ferturq; Hadrianus Cæsar semper, aut toga summissa, aut pallio tectus, ac-
cubuisse. Et Saloninus Imperator, milites epulari cum sagis iussisse, hyeme gra-
uibus, æstate tenuibus, quo tempore seruatum est, ut milites cum Imperatore cin
cti discumberent. Tum frequens hæc fuit obseruatio, quòd siquis ad cœnam be-
nignè inuitatus iret, alios pari affectu aut sanguine coniunctos eisdē aduocare epu-
lis non uetabatur, ueluti comites secum & umbras duceret. Sua autem sponte con-
uiuio alijs parato, se intromittere non decebat. Siqui uerò non accersiti & αὐτό-
ματοι irent, in imam lecti spondam deduci iubebant. Tum si forsan minus tempesti-
uè, neq; ad horam constitutam, conuiua accederet, illum nisi Triclinio circuito, admitti
non sinebant, & tunc epulari iussus, discumbebat. Reges tamen Spartanorum serò

Pomp. Atticus. Alex. Seuerus. Hadrianus. Heliogabalus. Sylla. Alex. Seuerus. Cleomenes. Græci. Parthi. Babylonij. Auspicia & omina in cōuiuijs. Lectio in cœna. Tēperātiæ exempla. Ingluuies. Siculi. Saturitatis tēplum. Siculæ mensæ. Syracusanæ delitiæ. Pharsali. Bœotij. Pulla ueste cōuiuijs interesse nō decebat. Cœnatoria & triclinia conuiuis data. Hadrianus. Saloninus. Vmbras adducere ad cōuiuiū. Leges aliquot conuiuales.

prodeuntes,cœnæ parte multantur : quippe ad cœnam non euntibus binæ Chœnices farinæ, & uini ſingulæ Cotylæ mittuntur,dupla uerò præſentibus. Ideo Ephori Agidi Regi Lacedæmoniorum cùm ad Phiditia non accederet,cœnæ partem petenti abnegarunt. Tum ſi quando inter epulas incẽdium quiſquam nominaret, ne quid ea res diri portenderet, aquam ſub menſam inſpergebant, à quibus obſeruatum eſt,ut aliquo ex conuiuarum numero è Triclinio prodeunte,uerri ſolum nullo modo ſinerent, hoc infandum omen, & perniciosum portentum augurati : Si tamen ad lumina cœnarent, aut illa in Triclinio eſſent, ueteris inſtituti fuit,ut lumen in lychno non extinguerent, ſed illud ſua ſponte emori ſinerent. Quodq; menſam priſci nunquam uacuam tolli iubebant, ſemperq; prandij partes ſupereſſe uoluere : ſiue antiqui uictus parſimoniam, ſiue morem, quo aliquid reliquiarum in menſa ſupereſſe felix omen erat,ueteri inſtituto adnotantes. Legimus tamẽ,cœna peracta,reliquias & ſemæſa obſonia miniſtris aſtãtibus diuidi & circũferri,antiqui moris & exempli fuiſſe.

¶Quæ ipſe dictu admirabilia de umbrarum figuris noctibus ferè ſingulis Rhomæ expertus fui.

Caput XXIII.


OTA & uulgata res eſt, ædes quaſdam Rhomæ, quas ego incolui, euidentiſſimis oſtentis ita infames,ut nemo illas incolere auſus fuerit, quin aſſiduis umbrarum illuſionibus, & tetris imaginibus, noctibus ferè ſingulis inquietetur : In quibus præter nocturnos tumultus, quos medio ferè noctis ſilentio audiebamus, & horrendos fremitus cum eiulatu ſtriduloq; uocis ſono,quibus lachrymari & tremere uidebatur, ſpeciem hominis ſqualida facie,uultu minaci, nigro corpore,& aſpectu formidabili,nomen ſuum exprimentem, & opem implorantem, cernebamus. Sed nequis hoc fabuloſum aut cõmentitium putet, Author eſt Nicolaus Tuba uir multæ & expertæ fidei,qui cùm rei explorandæ gratia,cum nõnullis doctis iuuenibus prima face ad nos aduentaſſent,cupido inceſſit animo, hæc quæ à me promebantur uero teſtimonio experiri, & an uera eſſent intueri. Et nequid inexpertum relinquerent,noctem peruigilẽ egêre mecũ, rem notã exploratamq; haberent,neq; eos opinio fefellit : Nam cùm accẽſis luminibus,peruigiles ſtarent,haud procul ſpecies hæc dira tetribiliq; facie,& uultu tetro repręſentata eſt, quã ipſi tumultuari,& diris nos uocibus agitare uidebant : Cumq; omnia clamore & tumultu ſtreperent, poſt multa oculorum ludibria,tantùm formidinis pauoriſq; intulit,ut territi & trepidi uix mente incolumi ſatis conſtarent. Et cùm totæ ædes gemitu funeſto miſcerentur,ſinguliſq; cubiculis peſtis illa importuna obuerſaretur,dum propius accederemus, illam retro cedere, & querula uoce lumen effugère cernebamus. Demum cùm multùm diuq; tumultuata fuiſſet,haud multo poſt ubi multùm noctis proceſſit, uiſio omnis illa dilapſa eſt. Sed præ cæteris quæ ibi expertus ſum, non omittã miraculum ingens,quod mihi planè uigilanti maiore aliquanto trepidatione haud multo poſt obuenit : Nam cùm tenebris obortis, cubiculi fores obſeraſſem firma ſera, iaceremq; in lectulo,nulla adhuc quiete compoſita,lumine accenſo, horribilem illam ſpeciem foris iam tumultuari & cubiculi forem manibus pulſare ſentiebam. Nec multo poſt,ſimulacrum illud, opertis addictiſq; foribus (uix credibile dictu) per cõmiſſuras & rimas in cubiculum ſe intromiſit, quod ſub lectulo meo iacens,cùm Marcus alumnus & cliens meus, utpote qui è conſpectu cubabat,tetra & dira facie aſpiceret, pauore ſubito conſternatus, luctu & gemitu omnia opplebat, ipſamq; intromiſſam non ſinè formidine clamabat : Idq; mihi cùm clauſum cubiculi oſtium aſpicerem, uix credibile uideretur : Interim dirum illud ſimulacrum quod ſub lectulo iacebat meo, manum & brachium protendere, lumenq; quod iuxta aderat, extinguere uidimus, quo extincto, libellos meos, & quicquid rerum erat, querula uoce miſcere, ac omnia euertere non deſtitit. Mox cùm ad tumultum exciti ſocij eò ſe contuliſſent, lumenq; intromiſſuri obuerſarẽtur ueſtibulo. Interim ipſam opertũ cubiculi oſtiũ manu aperire,

&

& foras effugere uidimus. Erat enim ipsius species, ut planè perspeximus, simulacro hominis nigerrimo nõ absimilis: Illud utiq; mirum fuerit dignumq; memoratu, figurã illam, dum nobiscum sic luctaretur, cùm fores cubiculi reserasset, ab his qui lumen intromisere, minimè conspectam: Sed cùm primùm cubiculi fores exiuit, elapsam ex oculis, ilico discessisse, & in auras euanuisse.

¶Qui cultus domorum quondã fuerit, & quare maiorum imagines in postibus, & arma in atrijs & uestibus haberent, & quid de Exteris.

Caput XXIIII.



VIBVS pristini decoris memoria relicta fuit, hoc etiam literis adnotasse accepimus, amplas domos in primis gressibus uestibula habuisse, quæ spatia licet pars ædium forent, tamen illa pro ædibus fuisse nemo ignorauit: Erat enim locus uacuus, per quem de uia ad fores patebat aditus, in quo præstolari qui salutatum uenerant, aut si conuento opus foret, tẽpus operiri solebant: quod quidem prima aut altera diei hora esse consueuit. Fuit eñi apud maiores non modica laus illis, qui ex claris familijs erãt, q̃ plurimos clientes, non modò cateruas Togatorum, sed & tenuiores amicos habere, à quibus obseruarentur quotidie & colerentur, cumq; his ad forum deducerentur frequenti comitatu: Nãq; maximi decoris erat, amplos uiros illustresq; etiam ab infima plebe quotidie salutari, appeti, deduci, reduci, & consuli, eisq; decedi, & assurgi. Fiebat enim salutatio more prisco dextram iungendo dextræ: quippe cùm referat Varro, omnem antiquorũ honorem, dextrarum constitisse uirtute, nõnunq̃ osculo, plerunq; assurgendo, caputq; denudando, quod apud nostrates frequenti in usu est: mansitq; obseruatũ, ut salutantes Imperatorem, anteq̃ admitterentur, interiores Aulici scrutarentur, sinumq; prætentarent, nequis cum telo esset. Nõnunq̃ ut ualentissimi serui catenis religati pro ostio aditũ custodirent, ne non uocati admitterentur. Laudaturq; Vespasianus, M. Antoninus, & Alexander Seuerus Imperatores, quòd salutarentur patente cubiculo, ministris ad missionalibus remotis. Apud Parthos uerò Regẽ adire uel salutare sinè munere, nulli licitum erat. Quibus clientibus ab his quos sectabantur, frequens Sportula dabatur, quæ prius centum quadrantes fuit: deinde rectam dari institutum: quare Vocatores Principis dicti, qui ad cœnam conuiuas admittebant: quorum nõnulli mercede accepta, aliquos subdititios Principum sæpe cœnis aduocarunt. Quam Nero ad Sportulas reuocauit, qui etiam plebi congiarium quadragenos numos uiritim dedit: Siquidẽ Imperatoris munus, quod populo dabatur, congiarũ dictum est: quod uerò militibus, donatiuum. Mox Domitianus Sportulas ad cœnas reduxit: in qua frequens obsonium, panis, oleũ, & porcina caro dari solita, absq; uino. Diuus uerò Iulius ad conciliandũ populi fauorem, frumentum uiritim dedit ternos modios, & totidem olei libras, trecenos quoq; numos singulis, & centenos pro mora. Augustus Octauius frumentum plebi gratuitum & menstruũ: Nero quadragenos numos uiritim congiarium largitus fuit: Caius uerò Cæsar trecenos sestertios, & forẽsia uiris & pueris, ac fœminis fasces purpuræ, & conchylij, nõnunq̃ pro Sportulis panaria cùm obsonio. Domitianus etiam cõgiarium numorum CCC: Senatui & Equestri ordini panaria: Plebi uerò Sportellas cum obsonio. Cato Iunior nouo more tribuit Sportulas, Græcis ex tritico, raphano, blito, & apio. Rhomanis autem uini amphoras, carnes porcinas, ficus, & lignorum fasces. Quãuis apud antiquissimos Sestarij lactis darẽtur, uini nunq̃, nisi quòd à Cornelio Cethego in consulatu mustum rutatum populo datum est. Ancus uerò Martius Rex, salis modia VI milia congiarium populo erogasse fertur, ex quo tantùm quisq; ferebat, quantùm in singulorum capita descriptum erat, ab undecimo ætatis anno. Augustus etiam tricenos, & quadragenos, nonnunquam singulis quinquagenos & ducentenos numos largitus fuit, ac ne minores quidem pueros præterijt: Sicut Traianus infantes quoq; ad Sportulas admisit. Tiberius trecentenos uiritim dedit, & prandium mille mensis. Galba dedit populo congiarium, & epulum Senatui & Equestri

Vestibula domorum.

Salutãdi mos apud ueteres.

Imperatorem salutaturi.

Ostiarij serui.

Sportula cliẽtibus salutantibus data.

Vocatores.

Congiarium.

Donatiuum.

Cõgiaria diuersa d diuersis imperatoribus populo data.

ordini, ac præter epulas forensia uiris, fœminis ac pueris fascias purpuræ & conchylij, quibus ueteres pro caligis utebantur. Et mox Nero, Domitianus, Hadrianus, & reliqui Cæsares munera populo sæpe largiti sunt. Sed Hadrianus nouo more, aromata, balsama, & crocum: Nõnunq̃ duplex congiariũ, ternis per singulos aureis diuisis. Cõmodus singulis denarios septingenos, uicenos, quinos. Aurelianus uerò ad Parthicum proditurus bellum, cùm bilibres coronas singulis promisisset, & aureas populus expectaret, siligineas dedit nouo genere panis, quo deinceps usi fuere: qui tamen populo uniuerso panem, oleum, & suillam carnem postea diuisit, uinũq́; dare statuerat, nisi morte præuentus fuisset. Fuitq́; obseruatum, ut Principes assumpto Imperio, ad conciliandum fauorem, congiarium darent populo, quod annuũ plerunq; homines clarissimi, & summis honoribus functi, pro officio & clientela uelut stipendium capiebant. Erãt ergo hi quos isti sectabantur, illorum patroni & defensores, suiq́; officij ducebant, in fidem illos & clientelam habere, tutelæq́; suæ ducere & ope iuuare. Quinetiam non foris tantùm, sed intra domesticos Lares, libertos seruosq́; salutatores comperimus, qui bis in die frequentes aderãt, ut mane saluere, uesperi ualere, Domino aut patrono dicerent. Nec non populis & nationibus, ac bonis & fidelibus socijs, patronos publicè fuisse Rhomæ homines honestissimos summo loco natos, qui fortunarum propugnatores erant, & ciuitatum defensores non pœnitendi, quorum studio & fide, singula negotia in Senatu facesserent, & promouerent: Siquidem Syracusani in clientela Marcellorũ fuêre: Lacedæmonij in Claudiorum: Puteolani Brutorũ: Neapolitani Liciniorum: Bononiẽses Antoniorum: Allobroges patrono Fabio Sanga usi sunt: Marius Herennijs: Cæsar quoq; Græcorum patrocinio plerũq; affuit: Plebs deniq; ipsa sub Patriciorum Equitumq́; Rhomanorum tutela per clientelas diuisa erat. Quod à Romulo à primis originibus institutum ferũt, ut plebei singulos patronos ex Patribus legerent, quorum consilio & authoritate niterentur. PRAETERQVE uestibula fuere caua ædium & peristylia, ad quæ quisq́; suo iure nõ uocatus admittebatur. In foribus uerò & atrijs domorum, ara, focus, & Lar familiaris erant: Namq; focus erat ara Deorum Penatium, quem instar numinis habebant: In quibus non Deorum modò simulacra, quos singulis ædibus in Larario colebant, sed imagines ac expressos uultus illorum qui familiæ decus fuêre & ornamentum, ac Principum & Patronorum quos quisq́; colebat, habere assuerant. Quare L. Vitellius Vitellij pater, Narcissi & Pallantis imagines inter Lares coluisse fertur. Cereæ enim imagines in atrijs domorum singulis disponebantur armarijs, quos ita celebrabãt colebantq́;, ac si illi quorum uultus exprimebantur uiuerent: Quas festis diebus, & in summa gratulatione, & lætitia, laureis sertis & floribus ornare, illorumq́; natales dies, festa luce celebrare solebant. In luctu uerò & gemitu familiæ tanquam conscij doloris essent, & tacita mœstitia funestarentur, deformare: tantoq́; honore dignos putabant, ut illas, cum singulis imaginum titulis, illorũ præcipuè, quorum dignitas maximæq́; res gestæ fuêre, in exequiali pompa & apparatu funeris, extra ædes producerent, & longa serie uelut familiæ decora repræsentarent. Illæq́; defunctorum exequias, & unà funus comitarentur. Ita tradito more, ut Domino, aut aliquo ex familia uita functo, illi⁹ imago tã circa limina domus, q̃ ꝓ foribus locaretur, ut defuncti desiderium repræsentata illa species leniret, posterosq́; ad præclara facinora domi forisq́; obeunda inuitaret. IN eisdem quoq́; atrijs & foribus, ac circa domorum limina, hostium spolia, quos quisq́; uicisset, quorumq́; uictor extitisset, etiam enses & clypei, galeæq́; & currus, ac deuictarum nauiũ rostra, ueluti auitæ gloriæ, & fortium factorum ornamenta affigi assueuere, quæ quanto uetustiora erant, tanto plus decoris & maiestatis habebant: Ideo nec uetustate consumpta reficiebantur, nec effracta resarciebantur: Hæc enim omnium ad se uertebant oculos, quò intuentiũ animos cogitatio subiret, ut pari ipsi exemplo ad magna facinora, magnasq́; res inuitarentur. Nec solùm priuatas domos, sed porticus & Deorum templa hostilibus spolijs tanq̃ Trophæis exornare, uetusti moris erat, tantiq́; exempli fuêre, ut illa posteris non mediocris stimulatio fuerit, ne degeneres ipsi, néue ignaui tam claros triumphos turpibus factis dictisq́; fœdarent: Adeoq́; hæc propria familiæ ornamenta sunt

hbita,

Duplex cõgiarium.

Cõgiariũ sumpto imperio.

Patroni. Clientes.

Domesticorum salutationes.

Populorum & nationũ patroni.

Plebs per clientelas diuisa.

Caua ædiũ & peristylia.

In foribus & atrijs.

Cereæ imagines in armarijs.

Imagines familiæ in exequialibus pompis eductæ.

Hostiũ spolia in atrijs.

Deorũ templa spolijs ornata.

habita,ut quãuis alienatis ædibus,nouo Domino ſpolia & imagines refingere non li
ceret. Hasq́; ſtatuas,quibus ſplendor & uetuſtas familiæ notabatur,amouere,eſt habi- *Belgarũ mos.*
tum nefas.Belgarum uerò fuit mos Barbaricus,cæſorum hoſtium capita poſtibus tan- *Galatarum.*
quàm ſpolia affigere : qui etiam Galatarum,qui ultra Rhenum incolunt,uſus traditur,
ut ſpolia hoſtium ſanguine perfuſa,& trunca capita foribus affigant.Gelonorum ho- *Gelonorum.*
ſtium cutes,ut eæ omnibus ſpectaculo ſint,ac fortium factorum inſigne documentum,
& hoſtibus pertimeſcendum foret . In Aegypto autem in ueſtibulis domorum, alas *Aegyptiorum.*
Vulturum proponere,indiciũ nobilitatis & uetuſtatis familiæ cẽſebatur . Apud Phry- *Pardalis immunitatis ſignum.*
ges Pardalis pro foribꝰ affixa(Homero teſte)ſignũ immunitatis erat,ne hoſtiũ incurſi- *Pindari domui*
bus pateret: Alexãder uerò captis Thebis,ut Pindari domui parceret,illã ĩſcribi iuſſit. *ab Alexandro*
In eiſdẽ quoq; atrijs,Pinacothecæ nõ mediocri paratu diſpoſitæ erãt : in quibꝰ tabulæ *parcitum*
pictæ, cælatũ argẽtũ,ſtragula ueſtis,ſigna,& ornamẽta reponebãtur.Sicut Græcis fuê *Pinacothecæ.*
re Cheli & Ciſtæ,Phaſcωli & Rhiſcus,in quibus egregia ſupellex, & muliebris mun
dus ſeruabantur.Quæ atria plerumq; inaugurata fuêre : namq; haud aliter in illis Se-
natus cogi poterat,q̃ ſi inaugurata templa fuiſſent : Non tamen omnes,ſed ſolas Palati *Atria inaugurata.*
nas ædes inaugurari ſeruatum eſt,ut habita in his Senatus decreta,rata forent.Eas qui *Senatus in atrijs cogebatur.*
dem ædes ueluti auguſtiſſimas,ueſtibula Regalia habere,cognitum eſt,atriaq́; poten-
tiora,periſtylia ampliſſima,& Conclauia inſigni pauimẽto : Tricliniaq́;, & ampla Præ
toria,ac Cœnationes mira cælatura & arte.Nõnunq̃ Xyſta,Colles,Nemora, Hortos,
Piſcinas,Euripos,Amnes,& aquarum ductus,Porticusq́; pauimentatas,cultu & laxita
re conſpicuas,Syluasq́; & ambulationes: Siquidem in his publica concilia & iudicia,
arbitriaq́; & conuentus frequentes fieri conſuerant : Inq; earũdem Palatinarum ædiũ
ueſtibulo, & pro foribus Regiæ laurus ſemper,& Ciuica ex quercu,præcipuum inſi
gne clementiæ Cæſarum affixæ uiſebantur.Quæ quidem atria in primo aditu domus,
& proxima ianuis extruebantur,in quibus matres familias degere & lanæ operã dare *Matres familias in atrijs.*
aſſuerant : quod aliter à Græcis ſeruatum meminimus ; quibus Andronitis in primis *Græci.*
ædibus erat.Gynæcium uerò ubi mulieres operabãtur , in cõclaui & receſſu intimo, *Andronitis.*
præ pudore & modeſtia locabãtur : Ideo non extra,ſed ab intus fores pulſabantur,ne *Gynæcium.*
imparatos offenderẽt : quod etiam à Parthis uſurpatur,ut Gynæconitin in ſecreto do
mus à uiris ſemotam haberent : quippe cùm non modò uxorum, ſed pellicum pudi-
citiam ita ſuſpectam habeant,ut niſi capite operto,& uelato uehiculo,illas in publicũ *Parthorum zelotypia.*
prodire ſinant,neminiq́; propius accedere liceat . Apud quos Reges quoq; in pene- *Reges cõcluſi*
tralibus Regiæ occluſi,ſub ſpecie Maieſtatis deliteſcunt . SED tamẽ triumphales do- *apud parthos.*
mos hoc amplum habuiſſe ferunt,ut fores de uia aperiantur,non intus,ſicut de Publi-
colæ familia proditum eſt . Præter quæ,potentiorũ domos Baſilicas habere ante Ve- *Baſilicæ ante*
ſtibulum magno ornamento duxêre,in quibus eſſet tribunal,tanq̃ plus ineſſet autho- *potentiorũ domos.*
ritatis,quod iudicia publica ante ædes darentur ; nonnunq̃ ſcholaſticæ exercitationes
& declamationes in his fierent : quippe cùm frequens ibi eſſet auditorij locus ; licet *Scholaſticæ exercitationes &*
Baſilicas foro coniunctas plerũq; legamus,in quibus conuenirẽt negotiatores,& mer *declamationes.*
ces exponerent.Cõmunis tamen Thalami deſcriptio ſic erat,ut primo poneretur lo-
co ſeptum,ubi ianua, mox aula,inde porticus periſtylos ſoli expoſita, poſtea prodro- *Thalami deſcriptio.*
mus,ultimo domus,& in poſticis ædium hortus. Cœnaculum uerò ſupra ædes erat,
ſcalis ferẽtibus in publicum,nõnunq̃ in ædes uerſis.A principio uerò Vrbis tam ſim
plex uitæ cultus fuit,ut rudi cæmento conſtructas domos, & ſcandulis robuſteis, aut *Cultus ſimplex à principio urbis.*
ſtramenteis contectã Vrbem per annos CCCC,uſq; ad Pyrrhi bellum legamus,qui
modicus culſus,Hiſpanis,Aquitanis & Luſitanis,atq; Aegyptijs fuit,quibus in modi-
cis diuerſorijs degere,ſepulchra uerò magnificentiſſima extruere patrij moris erat.
Non ſic Agrigentini & Megarenſes : nam iuxta Platonis uerbum,ædificabãt ut ſem- *Platonis dictum.*
per uicturi,epulabantur ut morituri.Indi quoq; in cultu corporis accuratiſſimi erant:
in ſepulchris uerò extruẽdis,parci & modici.Gallis domicilia pluteis & cratibus in- *Indi.*
texere mos erat: Britannis & Sueuis in Tugurijs unà cum armentis ſtabulari: Ligu- *Galli.*
ribus mõtanis ſpeluncas & uaſtiſſimos ſpecus incolere,aut cubilia modica & ſuboſcu *Britanni.* *Sueni.*
ra . Germani non cohærentibus ædificijs habitant,ſed ſuam quisq; domum ſpatio cir- *Ligures.* *Germani.*

Medi. cundat. Medi diuersoria habent magnis recessibus circũdata, & nemoribus manu con
Lateritiæ domus. sitis, alij lateritias fecêre domos, quas Euryalus & Hyperpius inuenere primi. Scythæ
Nomades. & Nomades, quia fusi per agros sunt, carris quocũq; sors tulit, pro tecto & lare utun
Hyperborei. tur. Hyperboreis nemora, uel luci, ac sparsa tuguria domus sunt: Nam præaltas syl-
Dardani. uas & rupes inuias incolunt. Dardani foueas sub fimo, & sordidas ædes habẽt: Phry-
Phryges. Troglodytæ. ges olim, & Troglodytæ sub effossis tumulis: Baleares in saxis cõcauis, cuniculis ad
Baleares. corporis magnitudinem dimensis. Alij ex ulua palustri latibula intexerunt. Mardo-
Alij. Mardi. rum gens specus infodiunt montibus, in quos se, cõiuges, & liberos receptãt. Aethio
Aethiopes. pes & Indorum magna pars subterraneas domos habent: Massilienses ex paleis: in
Indi. Meroe ex palma: Cathromotitæ ex ligno. Indi quoq;, Aegyptij, & Britanni, ex arun-
Massilienses. dinibus. Ichthyophagi ex ostreis marinis, aut ex piscium ossibus tecta cõtignant. Che
In Meroe. lonophagi partim ex alga, partim ex testudinum testis, gens circa Nasamones & Tro
Cathromotitæ glodytas. & Chaldæi profugi ex sale. Spitamæi ex ouorũ putaminibus & pennis. Cõ-
Ichthiophagi. trà uerò Arabes & Sabæi: nam limina, postes, cellas, fulcimenta, parietes, & domorũ
Chelonophagi. tecta habent augustissima, ex ebore, auro, & argento, atq; sumptuoso lapide, & sma-
Chaldæi. ragdo, luxu ingenti, laquearia uerò citro & ebore extructa, qualem Alcinoi domum
Spitamæi. Arabes. Homerus tradit, auro, argento, electro, atq; ebore fulgentem. Persæ quoq; magnas ga-
Sabæi. zas, & quicquid est auri in domibus ponunt: Regum Indorum Regia argenteis ima
Odyss. vij. ginibus tota distinguitur, eamq; ex auro uites percurrunt, fultæ aureis colũnis. Fuitq;
Persæ. institutum Lycurgi apud Spartanos, ut domorũ culmina securi, ianuas uerò serra di-
Indorum regia scindant, ne quis insignius altero ædificaret. Quare Agesilai domus ab inopi & pri-
Lycurgi constitutum. uata haud dissimilis fuit. Sicut Pompei domus usq; ad tertium triumphum. Athenien-
ses cùm antea specus & abditos saltus incolerent, primi lateritias ædes calce & cæmẽ-
Athenienses. tis construxere: Postea uerò in tãtùm magnitudinis urbis ædificia processêre, ut tota
ædificijs exurgens, in quatuor aut quinq; contignationes, & multa tabulata tecta exci
tarent, maximasq; domos maximis domibus imponerent, ut orator Aristides profes-
Augusti ædificium. sus fuit, ita ut Augusto Cæsari, ne Vrbs ruinis laboraret, magna mole ædificiorum, ne
quis supra septuaginta pedes sublimius ædificaret, inhibere necesse fuerit, licet ipse
modicas ædes incoleret, & toro modicè instrato cubaret. Quod & Nero Cæsar post
incensam urbem, dimensis uicorũ ordinibus & uiarum spatijs, statuit, ne ultra præscri
ptum ædificia tollerentur. Quare Aemylius Porcina, à L. Cassio accusatus, & pœna
Tyrij. multatus fuit, quòd uillam nimis sublimen ædificasset: produntq; Tyrios adeò æditas
maximis contignationibus domos aliquãdo struxisse, ut parum abfuerit, quin tota ter-
Instrumẽta domus. remotu corruerit. SED quæ sint instrumenta domus, quæ relicta domo instructa, ad
nouum dominum transeant, sæpe quæsitum est, & præter imagines, & affixa spolia,
ista etiam Paulus Iureconsultus de instructo fundo adnotauit, Specularia, Pegmata, Ca
nales, Harpagones, Hamos, Centones, Siphones, Scalas, Perticas, Spongiasq;, quibus
instrumentis domus contra uim ignis ad incertos casus defenditur, squalor abluitur, &
Centones. immundiciæ purgantur. Dixere autum Centones ex uillis grossioribus sagula intexta
uilioribus pannis, quibus domorum tecta, tabulata, aut ligneæ machinæ militares, ad-
Siphones. uersus incendia, si ignis maior uis ingruat, muniuntur. Siphones uerò fistulas folli-
bus iunctas, seu machinas hydraulicas, quibus agitatis, ad superiora ædium exhauriũt
Harpagones. aquam, qui etiam organa neugmatica dicti. Harpagones ferreas manus, seu asseres fer-
ro unco præfixos, quo igni furenti obuiam irent, quos ab Anacharse Scytha inuentos
Pegmata. nonnulli uolunt. Pegmata uerò compactam machinam, ex ære, marmore, uel ligno, tũ
ornatus, tum commodi causa, instar illorum quæ in Pompæ apparatu producũtur, qui-
bus etiam intra ædes uti assuerant. Addit Paulus horologium æreum domi non affi-
Prothyrum. xum, & Prothyrum, relicta domo instructa, ad Dominum transire. Est autem Prothy
rum instar uestibuli plerumq; opertum, quod ante ædes & ostium fit: quod non esse
uestibulum meritò nonnulli putant: sed ligneam structuram in isto uestibulo ante fo
res, qua obstante quasi repagulo, apertis ianuis, quæ intus fiunt non apparẽt, sumpsitq;
Hypothyra. nomen à προ quod ante significat, θύρα autem ianuam, unde Hypothyra ualuarum illa
hians cauitas dicta. Censuitq; Pomponius Iureconsultus ex authoritate Labeonis, Pro-
thyra

thyra eiusmodi si pro ædibus sint affixa, ædiũ partem esse, tametsi facile demi possint & reponi: sicut ligneam structuram, quæ æstate tolli, hyeme reponi solet, ædiũ esse Labeo putauit, quoniam perpetua causa parata forent, itaq; alienata domo, Prothyra eiusmodi unà cum domo ad emptorem transire uoluit. Verba uerò Pomponij Iurec-consulti de uerborum significatione, hæc sunt. Idem Labeo ait Prothyrum, quod in ædibus fieri solet, ædium est.

¶ In extis inspiciẽdis quæ prospera quæue dira sint, & quæ boni, quæue mali prænuncia. Ca. XXV.



QVI Augurum disciplinam obseruarunt, quiq; illorum præscita perscrutati sunt in fibris extisq; inspiciẽdis, inter ea quæ dira aut secũda essent, multùm interfuisse uolunt: licet alij alio modo illa interpretari, & eorum euenta prædicere soleãt. Et tametsi in extis contineri Cor, Cerebrum, Pulmonem, Stomachũ, Lyenem, Hepar, seu Iecur, cõmuni opinione receptum fuit, quas Græci φρενὰς dicunt, incredibili fabrica coniuncta, quorum ex habitu & colore, salubritatis & pestilentiæ signa ostenduntur: tamen nullum discrimẽ uehementius fuit, quàm si caput Iocinoris, uel ipsum iecur in extis defuisset, quod caput extorum dicitur, tunc omen exitij malorumq; fuisse, funestumq; & magni terroris, nisi in sollicitudine & metu, quia curas tunc perimere putarunt. Cumq; Hepar ex non puro sanguine sit, quia sangnis purus cogitur circa Cor: tamen in Hepate sedem uaticinij esse, & præsagium futurorũ periti Haruspices opinati sunt. Quo mense Claudius Cæsar ueneno interceptus fuit, sacrificanti iocinoris caput defuisse constat, quod & Caio principi euenisse memorant, quæ exta pestifera dicta fuêre. Si uerò in iecore extremum, quod fibra dicitur, ita locaretur, ut ab ima fibra, iocinora intrinsecus replicata essent, aut si geminum iecur foret, per hæc læta & magna portẽdi, argumẽtaq; felicitatis esse, nemo dubitauit. auctum iecoris caput, aut duplicatum, nimis lætum auspicium facere, sicut exta duplicata magnas facere accessiones, prolationemq; finiũ & triumphum portendi uoluerũt. Et tametsi circa Briletum & Thernem in Thracia, & in Chersonneso iuxta Propontidẽ tradat Plinius, bina iocinora Leporibus inesse, & si aliò transferantur, alterum interire: tamẽ id non esse prodigium, omniũ opinione receptum est. Syllæ immolanti iecur extrema sui parte speciem laureæ coronæ præ se tulit, mirabili ostento felicitatis futuræ. Si uerò liuidum esset, aut uitiosum, uel si in coquendo distabuit, aut sanies purulenta efflueret, capútue fribrarum pustulas haberet, piaculare esse, & magna facere infortunia, cõstans opinio fuit. Idcirco denuo augebãtur uictimæ, donec iterum cæsis hostijs litatum foret. EX Corde quoq;, unde sanguinis origo manat, licet à principio auspicia sumere minimè solerẽt, postea quàm in extis corda rimari cæperunt, quo tempore Pyrrhus post multiplices clades, Italia pulsus fuit, hoc obseruarũt Haruspices, ut si Cor silens iaceret, neq; palpitaret, aut in extis defuisset, calamitates portendi, & magnas fortunæ minas crederẽt. Diuo Cæsari, dum rerum potiretur, immolanti Cor defuisse dicitur, tristissimo euentu: Namq; haud multo post conspiratione coniunctissimorum cæsus, occubuit. Quod de Pertinace proditũ est, ut qua die morte sublatus fuit, sacrificanti non modò Cor uictimæ, sed Hepar defuisset. Si autẽ in summo Corde pinguedo foret, aut solito maius, raptúmue ab Aquila, aut auibus fuisset, nimium propicios Deos ostenderunt. Dum Hermocrates Dijs sacra faceret, raptum Cor uictimæ, & à Coruo elatum in sublime, felix auspicium fecit, quo Cardiam urbem ad Corinthum auspicatissimè condidit. Sicut auo Galbæ fulgur procuranti, cùm Aquila exta rapuisset, & in sublimem quercum detulisset, Imperium portendit. Fuitq; animaduersum, Cor quibus prægande esset, pauidos facere: quibus exiguũ, aspectu formidabili & audaces: quare Hermogenis summi rhetoris, & qui præcocissimi ingenij fuit, mortui dissecto corpore hispidum cor inuentum est. Tametsi tradatur apud eruditos, eos qui hebeti essent sensu, corde duro & spisso, qui uerò ingenio ualerent, molli fuisse: id quod Plinius de Aristomene Messenis, & alij de Lysan-

dro,

Capite iocinoris non inuento inter exta.

Sedes uaticinij in hepate.

Exta pestifera.

Omen felicitatis ex inspecto iocinore.

Infelicitatis.

Ex corde.

Cordis præ grandi uel exigui indicium.

Hermogenis & Aristomenis corda hispida.

Ex felle

dro, cuius defuncti Cor pilosum inuentum esse, meminere. FEL quoque in extis augurium facere proditum est, quod sub hepate angusto ore, & fundo ampliore apparet, ut purum illud clarumque reddat. Si tamen geminum reperitur, licet prodigium sit, tamen magnæ spei fortunam portēdit. Quo enim tempore Augustus apud Accium, profligato Antonio, uictor fuit, eo ipso uictoriæ die, geminū fel in extis inuenisse traditur. Arato quoque sacrificanti, cùm geminum fel Haruspex inspexisset, quæ capitali odio dissiderent, mox syncera fide cōciliari, societatesque & fœdera iungi prædixit, quod uerissimo euentu postea consequutum est.

Fel Neptuno dicatum.

Fuitque disciplina augurali traditū, ut fel Neptuno perpetuò dicatum sit, uelut humoris authori. Quòd si in extis prægrāde fel inueniretur, prodigij loco est habitū. Sed quāuis prodigiosum, magna semper & felicia portendit. Fert tamen Aristoteles in Naxo prægrande fel pecoribus innasci: Circa Chalcidē Eubœæ, & in Ponto pecori nullum esse: Ceruo quoque & Damæ, Equo, Mulo, & Asino, Camelo, atque Apro usque defuisse. Sicut Perdices in Paphlagonia bina corda habere, & in Bysalcia lepores bina iecora. Et in agro Cretensi pecora circa Gnoson splenem habere tradunt: circa Cortynam non habere. Vel quod idē tradit, in Seripho insula, & in Acantho Macedoniæ, & apud Cyrenem ranas nō coaxare. Et in Aematia Macedoniæ sues unūgulos nasci; atque in Cappadocia mulas fœtus parere, & in Eleo agro Mulos nō educi, neque propterea ominosum aut prodigiū uideri.

Ex pulmone.

PVLMO uerò sub corde est spirandi officina, is incisus & geminus, tempus dirimere, & diem differre traditur. Si uerò simplex esset & solidus, continuare temporū curricula, nullasque cunctationes & moras afferre, opinati sunt. Si uerò Pulmonis fibra lateret, aut cū corde & iecore coniunctus foret, uel si paruo distinguitur interuallo, miseros casus portendere uoluerunt.

Ex lyene.

LYEN aduersus iecur, sinistra in parte est: Siquidem uentriculo annectitur in intestino, ut iecur purum reddat. Quòd si in dextram uergeret, ferale auspicium, & prædicere quæ magno malo luuntur, haud dubium esse, qui tamen abundans homines decolores facit: Quare in terra Caria Caunios, quòd sub graui cœlo degunt, mirum in modum lyenosos dicunt esse: Vnde uerbum Stratonici Citharœdi, illic ambulare mortuos, quòd omnes mirificè pallerent, facie tabifica.

Fordicidia sacra.

In Fordicidijs sacris, quibus hostias, quæ uterum ferūt, immolare præcipitur, si fœtus biceps aut mācus in utero esset, uel interaneis exulceratis appareret, exta eiusmodi imminentiū malorum nuncia esse, creditum est.

Dracones in extis apparuisse.

Dracones in extis apparuisse, lætum fecêre auspicium: Contrà Graccho sacrificanti, ad exta irrepsisse adæso iocinere, necem futuram & īminens fatum portenderunt, quæ mox subsequta sunt.

Exta ab Aquila rapta.

Exta è manu lapsa.

Exta quoque de sacrificantis manu, ab Aquila fuisse rapta, tam efficaci auspicio fuêre, ut nullum præsentius aut felicius fuerit. Si tamen è manu decidissent, uel uiscera cruore infecta essent, aut liuida, nigrisque distincta maculis, uel si omentum & membrana uiscera continens, hians foret, aut sanguine suffusa, indubiam necem, & fatale exitū portēderunt: quale Crasso euenit, cùm contra Parthos ducturus, lustraret exercitum, documento futuræ magnæ calamitatis.

Capita hostiarū præcisa suū sanguinem lambentia.

Crassi aut tenuis sanguinis in uictimis indicia.

Præcisa uerò hostiarum capita, suum sanguinem aut exta lambere, Pyrrho sacrificāti, obitum luctuosum, & fœdos euētus designarunt. Idem Cimoni formicarum cateruas sanguinem uictimæ corripuisse, adnotarunt. Ferunt tamen diuinandi periti, sanguinem uictimæ crassiorem & calidiorem, efficaciorē uim portendere: qui uerò tenuior esset & frigidior, maiorem habere intelligentiam. Estque inter exempla, præcisum caput uictimæ fluctu maris absorptum, atque extra nō comparuisse, Callicratidi Lacedæmonio interitum uitæ attulisse.

Ex gallinaceorum fibris.

Ex talparum.

Ex suillis extis.

Sanam uictimam esse oportebat.

Subit tamen illa reputatio, ueteribus tradi monumentis, Gallinaceorum fibras maximè Dijs gratas uideri, sicut Talparum Magi uerissima dicunt, illisque haud secus quàm solenni uictima pulcherrimè litari. Hæc enim sunt exta argutissima, in quibus diuina mens inesse creditur. Fuisseque Cypriorum inuentum, ex Suillis extis fieri diuinationē, quodque nisi ex sana uictima, neque litari, nec futura prænosci poterant.

Exta muta.

Regalia.

Ea uerò exta quæ nihil habent diuinationis, quæque expianti non litant, tanquam sinè nutu, nulloque afflatu diuino, muta dicuntur, quibus non esse litatū notabatur. Quæ autem multùm felicitatis & fortunæ pollicentur, Regalia dicta sunt. Apud Magos uerò, Talparum exta & Ranarum euentus fortunatos, nonnunquam magnos casus prædicere crediderunt.

re crediderunt. Cunctaque cætera uiscera, detractis extis, postquam litatum erat, aræ imposita, igni darentur: ipsa tamen exta nunquam elixa, sed ueru decocta apponebantur, sola tamen arietis exta aqua elixa sacris epulis apponuntur. Neptuno uerò & fluctibus cùm sacra faciunt, mare ingressuri, aliquando ipsam hostiam, nonnunquam cruda exta in mare proijciunt, & uina infundunt. Illud utique non ab re fuerit meminisse, quod periti rerum literis adnotarunt, singulis uisceribus hominum suam uim & affectus innatos fuisse: iccirco homines splene ridere, felle irasci, iecore amare, corde sapere & timere. *Exta quæ apponerentur in uictimis. Neptuno & fluctibus sacrificandi ratio. Sua quibusque uisceribus uis.*

Consualia, Equitia, & ludi Apollinares, quando à Rhomanis fierent, quôue modo Diti sacra fiant, & quo tempore. Ca. XXVI.



ROMVLVM Vrbis conditorem pace cũ finitimis parta, Neptuno Equestri solennes fecisse ludos, Consualiaque appellasse, in quibus Sabinas rapuit, Authores memorant. Fuit enim Consus consilij Deus, cuius ara in Circo maximo, undique aggesta humo, abdita erat, quòd arcanum esse cõsilium putarunt: quam aram cùm ludos celebrãt, omnibus adire fas est, reliquo anni tempore non est licitum: in qua Rhomani sacrificijs igneis alijsque solennibus festos agere dies assuerant: quæ feriæ publicæ dictæ sunt, in quibus sacris uictima erat Mulus, quoniam id genus quadrupedum primùm uehiculo iunctum fuisse credunt, eò quòd Lunæ uehiculum traherent, equosque & asinos coronis sertisque exornare, & feriari, neque illos labori admittere mos erat, quod instituta nauigatione, cùm omnium generum merces nauibus aduehantur, otium quodãmodo iumentis & remissio data sit: uel quòd equos primùm Neptunus domuerat, & equitandi artem inuenerat, quare Hippius dicebatur. Huic Sextili mẽse die octaua post decimam Equestres ludos, Romulum instituisse ferunt, quarto ab Vrbe condita anno, qua die raptas Sabinas uolunt: tametsi mense Martio primùm Consualia instituta, eoque tempore raptas Sabinas nonnulli testati sint. Plerique Dijs Laribus, dum Rhomani ludos celebrãt, Romulum Sabinas rapuisse dicunt. Erat ergo is ludus, ut equi & muli iuncti, & soluti in Circo maximo, magno spectantium studio currerent. Qui uerò fuerit raptarum numerus, inter Authores discrepat: quidam nõ ultra triginta fuisse tradũt, quæ Curijs nomina dedêre: nonnulli quingentas: plerique septem & uiginti, ut Valerius Ancias: alij sexcentas & tres supra octuaginta. Præterque ludos Consuales, Marti quoque in Martio campo idem Romulus ludos instituit, quos ab equorum cursu, Equitia nuncupauit, qui si quando alluuione Tyberis inundasset campum, in Cælio monte, ubi Martialis campus erat, colebantur: sicut ui fluminis inundato Circo maximo, extra portam Collinam ad ædem Veneris Erycinæ Apollinares celebrarunt. Erant enim ludi Apollinares ex prædicto Martianorum carminum, quibus Cannensis clades scripta fuit, bello Punico secundo, uictoriæ causa, instituti. Alij à Cor. Sylla Prætore Vrbis ex responso Martianorum fratrum, à quibus fata Rhomanorum præscripta erant, inuentos dicunt fuisse. In quibus Decemuiri Apollini boue aurata & duabus capris auratis, Latonæque boue aurata, sacra Græco ritu facere assuerant, quos Prætore præsidente, populum laureatum spectasse, Apollini pro cuiusque copijs stipe data, T. Liuius author est. Cunque antea incerto die fierent, P. Licinius Varus Prætor urbis legem tulit, ut dies ante tertio Nõ. Quintiles his ludis status foret, isque in perpetuum sacer haberi cæptus est: In quorum celebritate, matronas spectatæ pudicitiæ in propatulo epulari, omniaque cærimoniarum genere festum diẽ agere produnt, pueros que manibus amplexos psallere & hymnos Apollini canere, sicut Dianæ uirgines. Quæ quidem Equitia singulis annis XII CALEND. Maias in Circo maximo celebrarunt, qui dies Cerealibus incurrebat, in quibus post equos, uulpes stipulis alligatæ, accensa flãma, cursitabant. Præterque aram Consi, quæ in Circo fuit ab accessu hominum semota, etiam ara Ditis & Proserpinæ in loco abdito in Martio cãpo ad Tarentum colebatur, locum denominatum, quòd ibi Tyberis ripas tereret, qui Rumon propterea dictus & serra, ad quam rarus erat accessus hominum: Dijs enim

Consualia. Consus, atque eius templum. Victima in Cõsualibus. Neptunus equorum domitor. Consualia quãdo celebrata. Sabinæ raptæ. Ludi forma in Consualibus. Sabinarum raptarum numerus. Equitia. Apollinares ludi. Apollinares quo die celebrati. Equitia quando celebrabantur. Ara ditis & Proserpinæ.

Deorum inferorum aræ sub terra.
Sacra & ludi ad arã ditis & Proserpinæ.
Plutonis templum.
Eumenidũ templum.
Quibus uictimis diti sacrificabatur, & qua cærimonia.

inferis aram non à terra sublimem,sed sub effossa humo statui decere putabãt : ad quã
ex præcepto Sybillini carminis,altero & quinquagesimo anno ab Vrbe cõdita, sacra
& ludos institutos memorant,ad eamq́ꝫ ter annis singulis accessum placandis Manibus
patere : uidelicet postridie Vulcanalia, & ante sexto Idus Nouembris, & ante tertio
Nonã. Octobris. Apud Eleos uerò Plutonis templum semel tantùm patefit, & q̃uis pa-
tens, nulli introire licitum est. Sicyonij quoqꝫ semel annis singulis Eumenidum prope
Asopum diem agunt, & sacrum faciunt. Cumq́ꝫ humanis capitibus prius Ditem placa-
rent,postea ab Hercule admoniti,hominum simulacra uictimas dederũt. Obseruatũq́ꝫ
fuit,ut sterilibus pecudibus & iuuẽcis,ac uino,melle,lacte, & sanguine Diti sacra fiãt:
Quãquàm Numi legibus Inferis Dijs uina libare uetaretur, his uerbis : Vino Rogũ
ne respergito : Eas quidem aras,quæ plerunqꝫ geminæ fuerunt & pares,dum sacra fa
ciunt,sicut reliquas Inferorum,nigris uittis aut cœruleis ornant, & Cupresso : Cumq́ꝫ
pecudes immolant,spirantem cruorem in effossam terrã mittũt : Vinumq́ꝫ, lac, & mel
unà infundunt,uisceraq́ꝫ cæsæ uictimæ ter circum aras ducunt,igne accenso, hoc pia-
culari sacro Inferos euocari arbitrati. Inualuitq́ꝫ mos,ut Infernis Dijs facturi sacra,pa-

Manes.

res uictimas easq́ꝫ sinistra immolent : & cùm Manes expiandi sunt,pocula libent,Ro-
gumq́ꝫ uino,aut sepulchrum cõuersa manu inspergant,in quibus litasse piaculum erat :
nigrasq́ꝫ hostias immolent,uinaq́ꝫ effundant,uasaq́ꝫ in ignem mittant,uisceraq́ꝫ igni ap-
posita oleo inspergant : quippe Diti sacra exhibentes,cui omnia perdere propriũ est :
lignaq́ꝫ sterilia è sepulchris eruta,atro igni apponant,neqꝫ oriente luce,ut Superis, sed
noctu,uel meridie,aut decrescente die,hostiam immolare conuenit,capite ita constitu-
to,ut terram non cœlum spectet. Cumq́ꝫ in Deorũ sacris qui rem diuinam facit,corpo
ris prius ablutione purgetur : Inferis,qui funebria exhibiturus est,omissa ablutione,le-

Manibus atro die parentare nefas.

ui tantùm spargitur ramo. Est tamen Fabij Seruiliani Pontificis Max. disciplina tradi
tum,ut atro die Manibus parentare non liceret,ne infesti Manes fierẽt : quia cùm in
his sacris Ianum & Iouem præfari necesse sit, quem atro die aduocare piaculare est,
eo die solenni precatione uti, & Inferis sacrum facere uetabãtur. Hi tamen ludi ad Ta

Ludi sæculares.

rentum sæculares dicti,qui non stato die,sed à prima origine, singulis centum annis,
ex precepto Sybillinorum carminum fiebãt,quorum author Valerius Publicola fuit,
qui primus cæsis atris bobus, Diti marib9, Proserpinæ fœminis,trinoctio ludos ad Ta

Cadaueribus inhumatis iusta exhibita.

rentum fecit. Proditur tamen decretum inter Pontifices,ut si defuncto cadaueri iusta
quispiam exhibere uult, & an humatum esset in dubium ueniret,satis haberent, si qui-
busdam sacris precationibusq́ꝫ exhibitis,glebam absenti cadaueri,aut terram inijcerẽt,
terq́ꝫ iniecto puluere,à labe erroris cadauer, Manesq́ꝫ expiatos ducerẽt : Atqꝫ si op-
to humo cadauere,os excæptum fuisset,donec purgetur,inhumatum uideri. Est quoqꝫ

Rhomani.

notatum,in æde Libitinæ ea quæ humandis corporibus usui sunt, Rhomanos uendi-
tare,qui nisi Mẽse exacto, & uesperi, ac Februario mense,mortuis dare inferias sole

Delphi.

bant. Delphi uerò apud aram Epitymbiæ Veneris Manes euocabant, & defunctis pa

Græci.

rentabant. Græci autem paucis à morte diebus,feralia litabãt defunctis obsequia : ob-
seruatumq́ꝫ,ut reliquo corpore combusto, plerunqꝫ digitum membrùmue, aut crines

Exteri.

seponerent,quibus tamq̃ cadaueri iusta persoluerent & parentarent, EXTERIS uerò
gentibus diuersa parentatio fuit : Namqꝫ apud Platæenses Manibus peremptorum ci-
uium dabantur inferiæ,ut præcedente Tibicine,uehicula multa lauro & myrto fusca,
cum coronis sequãtur,mox lactis,uini, & olei libationes succedant, deinde purpuram
indutus princeps,cuius ductu res geruntur,exclusis seruis,mactato ante pyram tauro,
ubi Iouem & Mercurium adorasset,Manes illorum qui pro patria ceciderant,ad cœ-
nam aduocet : Postea Cratere merũ libans,se defunctorum Manibus propinare asse-
ueret : Hoc modo illos uelut claro præconio excitos, expiari opinati. Achillis uerò
Manes in Sigeo,nisi nudos & unguentis delibutos circa sepulchrum decurrẽtes,nu-

Albani.

dos expiare compertum est. Apud Albanos,Manibus defunctorum parentare,aut iu

Essedones.

sta persoluere,nulli permittĩ,quòd defunctos humana ope putabãt non egêre. Esse-
dones purgatum defuncti caput inaurant,illiq́ꝫ quotannis hostias mactant, & iusta per-

Augilæ.

soluunt. Augilæ,qui ultra Cyrenem sunt,nullos Deos, præter defunctorũ Manes,pu-
tabant :

tabant, ab illis ubi tumulis incubuêre, per somnia responsa accipere opinati. Aegyptij dum Manibus defunctorum parentant, post preces oppleti lachrymis, tumulum amplexantur & coronant, quibus mos erat, in insula quæ Abalos dicitur, ut si quo mersο in flumine, cadauer non appareret, centum annis illi funus facerent, & ita Manes expiarēt. Delphi cùm Pyrrhi tumulum nullo honore antea coluissent, postea cùm didicissent, illum cōtra Gallos pro Delphis adfuisse, Pyrrhi Manibus in posterum parētarunt. Delij uerò pueri & puellæ, Hyperboreis uirginibus uita functis, tonsis crinibus parentasse dicuntur, quos fusis inuolutos, supra illarum monumentū puellæ deponunt, pueri uerò in sepulchris. Getarum lex erat, Manes uiri defuncti, non aliter nisi morte uxoris expiari: Ad Therei sepulchrum siqui parentant, aut immolant, ordei loco calculis utuntur. Rhomani uerò floribus ornare sepulchrum, & sacrificio atq; epulo defunctis parentare solent, nōnunquàm thure & mero supplicare sinè Tibicine, quibus in acie cæsis, fuit tam ara, quàm annua parētatio cōstituta. Et tametsi mense Februario mortuis dare inferias consuessent, Decius tamen & Brutus, contra maiorum instituta, Decembri mense parentabant: Proditurq; memoriæ Traianus Imperator, in ea domo qua Alexander Macedo morte sublatus fuit, eius Manibus parentasse, & sacrum fecisse: Maxima uerò Manium euocatio (Homeri testimonio) apud Auernum traditur fuisse, in quo cæsis uictimis, & carmine effuso, Manes defunctorum ab inferis per diras execrationes eliciunt: mox tenuissima effigie, & hominis simulacro sub noctem apparente, responso excæpto, super quo consulturi uenerant, è conspectu imago in auras puncto temporis dilabitur: Notatumq; & illud, in Deorum Manium sacris, & feralibus cœnis, præter lentes & offas, Apium apponi, quibus qui sacris intererāt, uescebantur: Neq; solùm spectacula & ludos, sed Deorum sacrificia, & Manium parentationes, si quando minus ritè exhibita, aut si non omnia iusta & solennia seruata essent, ex leuibus omissis causis, aut plus iusto seruatis, secūdò, & tertio, ac sæpius, Veteres instaurare, & reficere consuesse.

Aegyptij. *Delphi.* *Delij.* *Getæ.* *Parentatio ad Therei sepulchrum.* *Rhomani.* *Inferiæ mense Decembri.* *Manium euocatio apud Auernum.* *Apium in manium sacris & feralibus cœnis.*

¶Quæ sacra expiationis causa à Rhomanis seruabantur, & quibus ex causis fierent, quæue apud Exteros. Ca. XXV.



INTER plurima sacra quæ uetus religio habuit, quædam solennia & stata fuerunt, quæ eodem stylo modoq; indici semper & seruari solita sunt, quorum ritus & cærimonias transgredi aut omittere nulli fas erat: Siquidem si lapidibus pluisset, Nouemdiali semper sacro expiatum fuit: Hoc enim sacrum nouem dies colebatur, quod uel Prætor urbanus, uel Pontifex Maximus ex Senatus decreto indicebat: Idq; uel cœlesti uoce in Albano missa, uel Haurușpicum monitu. Si uerò cœlestes minæ terroresue, aut tetra enunciarentur prodigia, formidinesq;, uel si terribilis species, aut quid nouū & inopinatum oblatum esset, ut cùm duo uisi Soles, facesue de cœlo collaxissent, aut crinita sidera insigni nouitate, uel igneus turbo, atq; insolita mundi facies fulsisset: strepitusue armorum de cœlo auditus, & ingentibus procellis effusus imber foret, uel misto sanguine Tyberis fluxisset, tectaq; publica ædesue Deorum de cœlo tacta essent, aut alia terribilia monstra & prodigia cœlestia ostentantia minas apparerent, his auertendis terroribus, piacularibus sacrificijs factis, ad placandas iras, uel feriæ indicebātur, aut lectisternia tribus stratis lectis, Ioui, Vulcano, & Mineruæ (siquidem hi iactus fulminum possidebant) nonnunquàm ludorum celebritate, decreto Pontificum procurabantur. Fiebant enim supplicationes cum solenni precatione Vrbe tota, circa omnia delubra fanaq;, & puluinaria, in quibus honos Dijs dabatur: Senatoresq; & Patricij cum coniugibus & liberis, plerumq; coronati, nonnunq̄ omnes Tribus & ordines, præeunte Pontifice Maximo, aliquando Duumuiris, præcedentibus pueris ingenuis, & libertinis, ac uirginibus patrimis & matrimis coronatis, uel laureā tenentibus manu, uoce modulata pronūciantibus carmen, prælata pompa, frequētes supplicare, & Pacē Deū exposcere solebant. Græci uerò si quādo territi malis supplicabāt, uetustū

Sacra solennia & stata. *Expiatio ubi lapidibus pluisset.* *Vbi ex cœlo ostenta apparuissent.* *Supplicationes quibus cærimonijs fierent.* *Græci.*

" carmen inter uota precesq; cani iubebant, hoc tenore : Beatorum antiquissima sanitas " in omni tempore tecum sum. Quae quidem puluinaria apparatae lecticae Diuorum erant, in quibus numina pro maiestate iuxta aras sublimia extabant, quibus fasciculi ex Verbenis (struppi uocati) pro capitibus locabantur. Hae quoq; supplicationes, si quod iustum bellum in exteras nationes indictum, aut si pro aris focisq; & Deorum templis, ac solo patrio pugnandum foret, ut ea res populo Rhomano socijsq;, ac nomini Latino bene & feliciter eueniret, utq; bonis auspicijs ac Dijs bene iuuantibus arma sumerent. Ac uictoribus bello uiris, ob res feliciter ductu eorum gestas, in quibus grates Dijs agebāt, mulieresq; eximios cultus, uiri praetextas atq; amplissima ornamenta sumebant à Senatu, maximi muneris loco, saepe tributae sunt, modò plurium dierum, modò paucorum, prout magnificè gesta, & prosperi successus postulabant. Diuo Iulio in expeditione Gallica, contra quos multiplici clade dimicatum est, ob claras pugnas quindecim dierum supplicatio decreta fuit. Et Decius Brutus ob profligatum Antonium bello Mutinensi (quod antea contigit nulli) quinquaginta dierum supplicationes meruit. Cicero quoq; in Senatu, C. Octauio, ob res feliciter gestas, per omnia templa fanaq;, pariter quinquaginta dierum supplicationes decreuit: In quibus grandes natu matres manibus amplexae, & uiri semotim coronati procedere, & cum bonis precationibus, & faustis ominibus ad templa conuenire, & Dijs gratias agere solebant. In his quoq; praecipuè ciues laetari, quod uitulari dixere, delubra patêre, aras sacrificijs fumare, honoresq; ac donis cumulari, nonnunq̃ uinum & thus publicè dari legimus. Fuitq; supplicatio aliquando praerogatiua triumphi: Nam quibus ob res bene gestas supplicetiones decretae sunt, haud multo post feliciter confectis bellis, à Senatu speciosos triumphos datos comperimus, obseruatumq;, ut quoties obsecrationes supplicationesq;, aut lectisternia indicebantur, à iurgijs & litibus temperarent; uinctisq; uincula demerent: & tametsi ob rei militaris facinora, aut partam uictoriam supplicatio decerni soleret Duci absenti, uni tamen Ciceroni togato & praesenti, quòd Rempub. è coniuratorum manibus eripuerat, & ciues conseruarat, supplicatio decreta fuit. Estq; animaduersum plerumq; à matronis quibus uiri essent, Iunoni supplicatum primùm in Capitolio, deinde in mari proximo, unde hausta aqua templum & simulacrum inspergebant. Post aliquot uerò aetates, defluxis moribus, & collapsa disciplina militari, ob leuissimas saepe causas, & quae ad Rempub. uix pertinerent, supplicationes decretas inuenimus: quippe Neroni ob recitationem carminum in Theatro, uel ob fugas ciuium infandas, & ob publicas clades, quòd saeuitum esset in noxiorum bona, & leuibus de causis saepe decreuit supplicationem Senatus: Nam quoties fugas, aut caedes iussisset Nero, toties Dijs grates habitas, Authores referunt. Fuitq; ista uaga & popularis supplicatio. Graecis autem ob prosperos successus, partam de hostibus uictoriam, rarenter supplicatio, saepius epulum per singulas tribus publicè dari, & ludi indici solebant: Si cui tamen supplicatio pro insignibus factis dabatur, Apud Athenienses seruatum est, ut uasa aurea & argentea in Pompis efferrent, & sacra decernerent, quasi hoc magnificum laudationis munus foret: Si uerò semimares, aut insoliti animalium partus, & alia monstra informia aedita essent, iusso foetu exportari, & in mare uel flumen deijci, à ter nouenis uirginibus, carmen per Vrbem canebatur, donum deinde Iunoni ferebatur. Quod si Bubo uel Lupus cellam Iouis, aut Capitoliū intrasset, propter id prodigium, tedae, aut uictimae, nonnunquàm sulphuris & aquae lustratione Vrbem aut Capitolium expiarunt & lustrarunt, quae uictima amburbialis dicta. Licet singulo perfecto quinquennio, per Censores urbem lustrari sue, oue & tauro: aut uerre, tauro, & ariete, qui circunducebantur, quae Solitauralia uocantur, inueniamus: In quo fuit constitutum, ut mense Februario quo tempore urbs lustratur, Februo (qui lustrationi praeest) in primis litarent & sacrum facerent: Mox censor in magna ordinum frequentia Deos imperij praesides solenni precatione aduocaret, ut rem Rhomanam, urbes, templa, fines, aquas perpetuò seruarent incolumes, & prosperos successus darent, dubijsq; conatibus adessent; malaq; auerrūcarent, uotaq; in sequētem lustrū

Puluinaria in lectisternijs

Alia supplicationum causa.

Supplicatio D. Iulio decreta.

Decio Bruto.

C. Octauio.

Vitulari.

Supplicatio triumphi praerogatiua.

Ciceroni.

Iunoni.

Supplicationes ob leuissimas causas.

Neroni.

Graeci.

Athenienses.

Vbi mōstra aedita essent.

Ob bubonē aut lupum cellam Io. aut Capit. ingressum.

Amburbialis uictima.

Solitaurilia & eorundem caerimoniae.

tem lustrum promitteret, Circumq́ue urbis Pomœrium sereno cœlo, Pontifices, Flamines, & omnes Augures, Sacrificuli, & Vates, Vestales uirgines, Galli sacerdotes, Septemuiri epulonum, Quindecimuiri sacrorum, & Salij, sequentibus Patribus, & omni plebe Gabino ritu cum solenni precatione procederent. Cumq́ue in precationis carmine, cùm lustrum conderent, antea rogaretur, ut Dij immortales rem Rhomanam uolentes propitij propagarent, & ampliorem facerẽt: postea aucto propagatoq́ue latè imperio, ad summum culmen, Scipio Aemylianus Censor, in condendo lustro, non ut ampliorem facerent, sed tantùm ut rem Rhomanam seruarent incolumẽ rogari iussit: tanq̃ ad ultimũ amplitudinis prouecta esset. Mansitq́ue diu mos, ut in omni precatione cùm pro populo facerent, pro Senatu quoq́ue & Quiribus precarentur: Neq́ue fas esset in solenni prece sinè altero alterum nominare. Sicut Athenienses (ut refert Theopompus) cùm uota Dijs effunderent, Chijs & sibi prospera precabantur. Et in Panegyris, quæ singulis quinquennijs fiebant, per Præconem sibi & Platæensibus bona precari usurparunt. Deinde Philippo subirati, propter continuas clades & belli mala decreto sanxerunt, ut quoties Sacerdotes prospera Atheniensi populo socijsq́ue, & exercitui precabantur, toties Philippum, liberos, terrestres naualesq́ue copias, atq́ue omnem Macedoniam, exitiali carmine, & diris imprecationibus detestarentur. Nero tamen dum Isthmi opus auspicatur, in præfationis carmine sibi tantùm & populo Rhomano bona precatus fuit, dissimulata Senatus mentione. Vtq́ue cùm lustrum fieret, publicus luctus populo minueretur, quia in publica lætitia, illuuie & luctu fœdari non decebat. Sulphur quoq́ue lustrationibus adhiberi pleriq́ue uolunt: Fuit enim religiosum, maximeq́ue ualuit procurandis religionibus, ad expiandas suffitu domos, quæ lustratio in rebus pluribus fiebat ob incolumitatem: Nam uitula præcedente, aut agna coronata, messis, ager, fundus, terra, grex, uel pecus ter circùm lustrabatur, prosequente agrestium turba cum fistula, solenniq́ue psaltatu & clamoribus, Deum Deamq́ue, cui sacra fiunt, inuocante, uti morbos, uastitudinem, calamitates, & intemperies prohiberent, frumentaq́ue grandire, & bene uenire sinerent, pastores pecoraq́ue seruarent. Quod quidem ambaruale sacrum etiam tutandis Imperij finibus fiebat: Primus enim Imperij finis, festi locus, ad quintum sextúmue lapidem ab Vrbe notabatur: Mox Lauini, ubi Dijs patrijs Rhomani Reges pro salute Vrbis sacrum facere assuerant: Postea Anco regnante usq́ue ad mare Imperium prolatum, ostiaq́ue in ora Tyberis condita. Tempore deinde procedente, longè dilato auctoq́ue Imperio, post magnos progressùs alijs in locis, ubi fines Rhomani Imperij erant, Pontifices uno simul tempore uelut in patrio solo sacrum concelebrarunt, & ambarualem uictimam fecerunt: donec Rhomani Imperij terminus à Gadibus ad mare rubrum & Oceanum, & Oriente ad Euphratem, quò Lucullus processit, & Oluros, quo ductu Pompeij Magni Rhomana signa illata sunt, Imperij terminus propagatus fuit: à meridiano uerò ad tractum Libyæ, & ad Septentrionem ad Rhenum & Istrum, qui quidem latius processerunt, q̃ Cyri Imperium fuisse traditur, cuius regnum terminos habuit, ab oriente mare rubrum, ad septentrionem pontum Euxinum, ad occidẽtem Cyprum & Aegyptum: ad meridiem uerò Aethiopiã. Si tamen ager lustrandus foret, ita lustrabatur, ut Iunoni & Iano uino libarent prius, mox Martem patrem, ut sciens uolensq́ue propitius adesset sibi & familiæ, aduocarent, agrũq́ue perfecto sacrificio lustrarẽt. Apud Græcos Vrbs exẽplo Epimenidis lustrabatur, ut binas oues nigri & candidi uelleris ex Vrbe pagóue quò ire uellent, liberas dimitterẽt, subsequẽtis custodibus, qui illas ubicũq́ue accubuissent, benefaciẽti Deo immolarent. Gallis uerò lustrandi Vrbem usus erat, ut hominem purioribus cibis anno saginarent, ac festo die Vrbe tota circunductum extra pomœriũ educerent, eumq́ue mox lapidibus obruerẽt. Si autem oues lustrarẽtur, obseruatũ est, ut pastor summo diluculo aqua illas inspergeret & sulphure, hærbaq́ue Sapina & Lauro igne succẽsis circũ ouilia suffumigaret: cũq́ue sacro carmine, milio & libo, cũ lacte & sapa Pali sacra faceret, quo suffitu, pecora expiari, & morbos depelli, ac diras tabes exterminari putarunt. Quòd si exercitus lustrandus esset, is instructus, præcedẽte sue aut hirco, oue & tauro,

Quid in lustrũ cõdendis precabãtur à dijs.

Athenienses.

Nero.

In lustro publicus luctus minutus.

Sulphur lustrationibus adhibitum.

Amberuale sacrum ad tutandum imperium.

Agri lustrãdi ratio.

Græci.

Galli.

Ouium lustrãdarum ratio.

Exercitus.

in campo Martio lustrabatur, armatosq́; milites, pedites, equitesq́; lauro coronatos rē diuinam & lustrale sacrificium facere oportebat sub diuo, aut fuit à Seruio institutum, qui hoc lustrationis genus inuenit primus, quem diem Armilustrum nūcupant, in quo id magnopere seruatur, ut qui hostias ducūt, eligātur bonis nominibus, inde certa omina & felices successus toto exercitui captantes. Mansitq́; constitutum, ut cùm exercitus & castra lustrabantur, triticum militibus pro cuiusq́; contubernio daretur, & singulis drachmæ, muneraq́;, & donatiuum, uotaq́; in proximum lustrum exoluēda Duces promitterent. Macedonibus uerò inter diuisam hostiam, priorem ad dextram, posteriorem ad læuam uiæ, aut discissæ canis uiscera, armatas copias, & exercitum traducere, instructo paratoq́; milite præcedere, & simulacrum pugnæ ædere. Cumq́; cohorte Regia, & omni belli apparatu, arma ab ultima origine Regum proferre, & sacrum piaculare facere, lustrandi mos fuit. Xerxes autem milite detrectante militiam, in duas partes dissecto, exercitum traduxit, & hac uictima execrabili milites lustrauit, & crimina expiauit. Si uerò classes naualesq́; copiæ lustrarentur, disposita classe in litore, aram quæ mari abluebatur construere conuenit: in qua Sacerdotes uictimas cæderent, mox circunstante exercitu, cæsam uictimam, atq; exta per classem in litore dispositam nauiculis circūferrent, cum solenni carmine & precatione. Ducibus unà insidentibus in scaphis, diuisæq́; hostiæ partem in mare cum uisceribus porricerent, partem uerò flammis adolerent, eo modo classem lustrari & calamitates depelli opinati. Rogus quoq; militari more lustrabatur, ut instructæ armatæq́; acies ter circum incensam Pyram, ubi defunctos in acie cremabant, arma quatientes cum luctu & lamentabili carmine, nunc frena & balteos, nunc galeas & cristas, sæpius enses & arma spoliaq́; in ignem mitterent, & cum tripudijs decurrerent, hostijsq́; ad Rogum immolatis, inferias occisorum Manibus darent, flammaq́; extincta, occisorum cineres multo harenæ aggere cumularent, cùm tot urnæ singulis non sufficerent. Curias quoq; & populum purgari accæpimus, ut excerptum uitulum ex forde bouis immolatæ utero (sicut in Fordicidijs mos est) per Vestalem natu grandiorem igni comburerent, exq; illius cinere, & equi sanguine, adustisq́; fabarum stipulis suffimen fieret, quo populus & curiæ Palilibus purgantur, quod quidem in templo Vestæ præcipua cura ad dubios casus & incerta Fortunæ seruabatur, hoc modo ab infortunijs populum uniuersum expiari putantes. Præter quæ, Tubulustria ueteres celebrarunt, diebus quibus Martio mense Tubæ sacrorum in atrio Saturio lustrabantur. Somnia quoq; meticulosa & curas, fluminis absolutione purgari, & fascinationes saliua ieiuna repelli, ueteri superstitione creditum est. Apud Athenienses & Lydos sacrum piaculare fit, ut Conciones, Theatra, & populum minutis porcellis lustrent per Peristiarchos, & ita calamitates auerterent & auerruncarent: Sed quod est de Sulphure dictum, idem de Lauro & Verbenaca cōpertum est: siquidem Verbena & Laurus, suffitionibus frequens fuit, propter religionem animo incussam, quòd qui aliquo essent piaculo polluti, sæpius sulphure, nonnunq̄ aqua, ouo, igni, Verbena, & Lauro expiantur: Tres enim istæ species Veteribus fuere usu frequentes: aut enim teda & sulphure purgari, uel aqua ablui, uel aere uentilari solebant, quod Homeri testimonio à Græcis seruatum legimus: apud quem Vlysses cædem Procorum igne & sulphure expiari iussit: & Orestes aqua, quæ septem fluminibus confundebatur, ablutus, dimisit furorem, quam marinam esse conuenit, cùm propter uim igneam magnopere purgationibus cōsentanea putetur: namq; mari sæpe expiantur quæ uiolata sunt. Troezeni quoq; ut à materna cæde Orestem expiarent, ex Hippocrene aquam adhibuerunt. Inter reliquas uerò expiationes, proditur rarum expiādi genus, ut qui Deos sibi iratos, & nunq̄ propitios cerneret, linteatus lucernam & laurum manu tenens, genibus obrepere debeat, & uocibus acclamare, numinaq́; sibi irata palam profiteri: Ipsam uerò Laurum, cùm suffitionibus & magicæ adhibetur) accendere & igni admouere cōuenit, quæ si admota sonantius crepit, haud dubiè propitia numina designauit: Si uerò nullo murmure tacet, infelicitatem: aliter in ꝓphanis usibus Oleā aut Laurū cōburere, infandi auspicij erat: præterq́; Laurū etiā

Myrtum

Armilustrum.

Macedones.

Xerxes.

Classium ac naualium copiarum lustrandi mos.

Rogi lustratio.

Curiarum ac populi lustratio.

Tubulustria.

Somniorum, curarum, & fascinationum.

Athenienses.

Peristiarchi.

Sulphur in sacris.

Verbena.

Laurus.

Tres purgandi species.

Odyss. xxi circa finem.

Expurgādi genus, dijs perpetuo alicui iratis.

Myrtum suffitionibus addiderunt. Oleumq; & bitumen marina inspersum aqua, admisto sulphure, atq; æs, in lustrationibus expiationibusq; adhiberi compertum est. maximaq; dabatur opera, ne quibus diebus Vrbs populúsue excidium aut calamitatẽ insignem passi fuissent, lustrum quoquo modo fieret, quia fœdo exitu, & graui strage omnia casura putabantur. Quòd si bouem aliúdue animal loqutum, aut hoc genus portenta nunciata forent, ueteris instituti erat, sub diuo Senatum & Patrum conciliũ haberi, quod expiationis genus putarunt. Fiebat enim Senatus non in Rostris, neq; in Curia, ubi habetur frequens: sed in loco aprico & patenti cœlo, ab Auguribus tamẽ inaugurato, ne irritum Senatus consultum fieret. Si uerò terra ingenti concussa motu, aut Vrbs agrúue contremiscerent, quod rarò euenire & magna portendere dixerũt: sæpius supplicationem in triduum decreuêre, Duumuiris præeuntibus, nonnunq̃ ut ex una familia omnes coronati supplicarẽt, uel ferias Prætor Vrbanus ægris leuandis mentibus indiceret, concione aduocata. Nomen uerò Dei cui sacrum fieret, supprimebat, utq; iurgijs & litibus temperarent, admonebat. Fuitq; animaduersum nunq̃ urbem Rhomam tremuisse, quin alicuius futuri mali prænuncium esset: utq; semel motu terræ enunciato, pro quo feriæ indictæ, conceptæue erant, alium terremotum eadem die nemo enunciaret, quòd fœdum & magni discriminis foret. Cur autem Dei nomen cui sacrum fieret, supprimebant, illud causæ traditur, quod cùm Telluris motorem certum Deum, qui eam uim haberet, Veteres non dignoscerẽt, illum qui huic rei præesset, nuncupare Pontificales uetarunt libri, & ne ancipiti æstimatione ferrentur, aliumq; pro alio Deum colerent, aut non offensum numen placarent, satius duxêre, Dei nomen cui sacra fierent, supprimere, q̃ illum frustra aut perperã nominare: Illud uerò non est ab re dixisse, quòd apud Athenienses seruatum legimus, ut si qua enunciarẽtur mõstra, quæ expiatione egerẽt, Agyis, id est, uestibularijs Dijs, in semitis uiarum sacra exhiberẽt: quare Agyleus Apollo colebatur eximiè, ut si id bene & feliciuer casurũ esset, prosperos successus darẽt, & promissa firmarent atq; admitterẽt: Si uerò moles aliqua instaret mali, aditu inhibito, & obsepto, auerterent & auerrũcarent.

Myrtus. *Oleum, bitũmen, & æs cũ sulphure lustrationibus adhiberi solitum.* *Portentorũ expiatio.* *In terremotu.* *Nomen dei subticebatur in terremotus expiatione.* *Atheniensium expiatio in mõstris enũciatis.*

¶Quæ affinitas cum Sex. Tarquinio Superbi filio, & quæ Collatino cum Bruto, & Lucreciæ cum utroq; fuerit. Ca. XXVII.



SVPER Ouidij Nasonis uersu de Fastis secũdo, ubi Lucretia Sex. Tarquinium superbi filium singulari scelere & audacia domi excepit, hostem pro hospite, cũ illius stuprãdæ mala eũ libido cæpisset, dũ inquit. Comiter excipitur, sanguine iunctus erat.

Q no iure cognationis Lucretia Sex. Tarquinio iungeretur, & quid Iunio Bruto, qui Tarquinium Regno eiecit, affinitatis cum Lucretia fuerit, apud studiosos, animo tunc otioso & remisso inter circulares iocos, quærebatur, superuacua tunc forsan disputatione. Cunq; nonnulli ob incertam cognationem Tarquinij, Collatini, & Egerij, ancipiti æstimatione ferrentur: nos in re obscura ob uetustatẽ dum cognationis gradum per omnia exempla colligimus, inuenimus Iunium Brutum Tarquinia sorore Superbi Regis natum, utpote ex sorore genitum, Superbo nepotem fuisse. Collatinus uerò, cui Lucretia nupta fuit, cùm Egerij filius foret, siue (ut nonnulli tradunt) nepos: ipseq; Egerius cùm Tarquinij Prisci frater fuerit, nihil ambigitur, quòd si Tarquinius Priscus Superbo auus extitit, quin Collatinus nepos Egerij, frater patruelis Superbo, & Sexto auunculus fiat. Quod si Egerium Collatino patrem dicamus fuisse (prout frequens opinio est) haud dubiè Collatinus Superbo non frater, sed uelut ex fratre aui natus, maior auunculus foret, inuicemq; Sex. Tarquinius Collatino pronepos fieret. Lucretia uerò eo gradu quo Sex. Tarquinius Collatino sanguine iunctus erat, eodem affinitatis iure Sextum attingeret. Quòd si Collatinus & Brutus ex duab⁹ Tarquinij sororibus æditi sint, ꝓut alij cẽsent, nulla cõtrouersia est, quin Collatinus & Brutus arctissimo gradu cõiuncti fiant: ipseq; Sextus Lucretiæ nepos sit. Si autem Tarquinius Priscus Superbo nõ auus, sed pater fuit

Ouidij locus in epistolis. *Iunius Brutus Tarqui. Superbi nepos.* *Collatini cum Superbo cognatio.* *Collatini & bruti cognatio.*

ter fuit, ut multi exequti sunt, Collatinus Egerij filius, & Superbus, uelut ex duobus germanis prognati, fratres patrueles erunt, Lucretiaq; Collatini uxor, nulla dubitatio foret, quin Sexto auuncula censeatur: Interq; Sextũ & Lucretiã iura summæ necessitudinis forẽt. Hic est enim ille Brutus omniũ sermone celebrat⁹, qui legũ & libertatis summus autor & uindex, cùm furere se simulasset, latentem animum nimium diu recõditum suo tempore detexit, magnificaq; oratione non uecordis & dementis auunculo Imperium abrogauit: Populusq; Rhomanus auspiciũ Imperiũq; sequuti suũ, ex graui seruitio & dominatu Regio se in libertatem uẽdicauit. Sed quod de Iunio Bruto, qui Tarquinium Regno eiecit, idem de Decio Bruto, qui conspirans cũ Cassio necem C. Cæsari intulere, Ducesq; & assertores Rhomanæ Maiestatis fuêre, factum comperimus: Siquidẽ hic propiore affinitate Cæsari q̃ Iunius Brutus Tarquinio iunctus fuit: nõ enim nepos, ut ille, sed filius esse creditus est: Nam cùm Seruilia soror Vticẽsis materq; Bruti fuerit, cum qua adolescens Cæsar consuetudinem non sinè probro habuisse fertur, cumq; eo tempore Brutus ex Seruilia natus foret, haud dubiè Cæsaris filius uulgò habitus est: Quod ipsum Cæsarem die cædis suæ cùm undiq; infestis mucronibus appeteretur, dixisse ferunt. Iunia uerò tertia soror Bruti Cassio nupta fuit. Portia autem Catonis filia, mulier non muliebris spiritus, cùm Bruto nupsisset, eum miris modis, & super omnium amorum ardores amasse fertur, ex qua Bibulũ tulit. Quæ cùm post afflictas fortunas Bruti necem audisset, cùm mori animo destinasset, idq; fixum statutumq; haberet, & ne uim sibi afferret, uetita arma fuissent, ea præsentia animi fuit, ut clauso cubiculi ostio, ne cuius interuentus facinus moraretur, incẽso carbone, & sibi in fauces indito, memor generis & Rhomani nominis, necem sibi ipsa cõsciuit, tantus uigor animi ingenijq; fuit, tantiq; spiritus mulier admonitu patris, qui pariter manus sibi mortifero uulnere intulerat, fuisse credita est. In qua quidẽ re subit recordatio, ueteribus literis & annalium monumentis extare, quòd tametsi apud uarias gentes uim sibi afferre & necem sua sponte consciscere, dignum laude & magni fuerit habitum: apud Thebanos tamen qui mortem sibi cõsciuit, nulla fuit laude dignus, quin potius id crimini dabatur & probro, eoq; facinore pudendam inscitiam & imperitiam coarguebat suam, uelut sui carnifex immanisq; naturæ foret. Athenieñses uerò cùm necẽ quisq̃ sibi manu cõsciuisset, defuncto cadaueri manũ tanq̃ facinorosam abscindũt: illamq; diuisam à corpore, inhumatã relinquũt, reliquũ uerò cadauer humo tegũt. Quod Platonis documentũ fuit, qui cẽsuit, optimũ quemq; infracto animo uim fortunæ, & incursus calamitatũ potius ferre, & nisi cùm dies ꝓmissus aduenerit, neminẽ in iussu Dei mortẽ sibi consciscere, aut ante tẽpus fato fungi oporteret: idq; magnificẽtius præclarusq; uideri.

Iunius Brutus.

Decius Brutus.

Iunia Bruti soror.

Portia Catonis filia.

Mortem sibi cõsciscere apud quos laudi, & apud quos contrà probro dabatur.


Platonis sententia de morte sibi non consciscenda.

*

GENIALIVM DIERVM LIBRI QVINTI FINIS.

ALEXANDRI DE ALEXANDRO IVRISPERITI NEAPOLITANI GENIALIVM DIERVM LIBER SEXTVS.

¶Locus ex tertio Ciceronis de officijs, quid uenditor emptori præstare teneatur, cum Sigismundo in suburbano discussus. Caput I.



VM SIGISMVNDO FVLGINATE VIRO docto, & multarum rerum cognitione claro, uetus mihi à prima adolescētia cōsuetudo fuit: Is quanq̃ multis rerū actionibus, pluribusq́ muneribus apud Pōtifices magno usui foret, si quando tamen negotijs pausa fieret (quod uix illi contingere poterat, ut in tāta mole rerum ab immodico labore cōquiesceret,) id quod otij dabatur, lectioni clarorū uirorum, aut suorum temporum scribēdis annalibus, rebusq́, uel pace, uel bello gestis, perlibenter exhibebat. Nōnunq̃ in suo prædiolo in monte Ianiculo, miro prospectu & collibus amœno, ubi ædiculas habebat, cum amicis se recipiebat, ibiq́ lepidis iucundisq́ sermonibus, id quod erat laxamenti, unà familiarissimè conferebat. Præstabat nōnunq̃ nobis ipse cœnulam, ut non nimis insolentem, sic profectò sobriam & modestam, ac temporibus consentaneam: & ut erat ipse comis facilisq́ natura, ita facilem nobis uictum, non exquisitis ualde obsonijs apparabat: Siquidem asparagos altiles acido uino & pipere conditos cum iusculo tepidulo, ac ferculum cucurbitæ, cum immatura uua ibidem expressa & decocta largo succu, quibus perlibenter uescebatur, obsonia nobis exhibebat: addebat etiam pirum pomúq́ persicum miro odore fragrantia. Post cœnulam uerò, si quando otium erat à negotijs, ut animo uacaret, illius sermonibus & congressu spectatæ uirtutis ac pacis, artibus & ingenio clari uiri diutius perfruebar. Forte autem cùm æstiuo anni tempore post meridianis horis, eius rogatu accersitusq́ ad eum uentitaremus, eundem ad aquulam perspicuo liquore & frigore manātem, per roseta, arbusculasq́ undiq́ topiario opere dispositas, perq́ hortensia ablaqueata, & lætissima uireta nacti sumus: aderant ibi complures honesti adolescentes, latinæ grecæq́ eloquentiæ professores, cum quibus de literarum studijs perq̃ libenter sermocinabatur, quos ipse minutis quæstiunculis uariæ eruditionis diuersimodè exercebat: Inter quos adolescens quispiam indolis bonæ, libellum Ciceronis de officijs tertium lectitabat: præterq́ multa ad edictum Aedilium pertinentia, quæ ex fide bona emptorem uēditori præstare oportere censuit, hæc legebantur. Si pestilentes ædes quis uēdat, quæ salubres habeantur, aut in quibus serpentes sint, teneri uenditorem ex edicto Aedilium, id quod dolo uendiderat recipere, emptoriq́ precium reddere. Idem, si in annonæ caritate frumentum aliquò aduexerim, solusq́ ego sciam multos illuc frumenta aduecturos, ita ut illorum aduentu inopiam paulo post leuaturi sint, illa me etiā nota facere, neq́ subticendum ut taciturnitate mea capiantur, plurisq́ q̃ æquum sit frumentum ego uēdā, omnia deniq́ quæ uēditor sciat, ne emptor ignoret, in distrahendis rebus ex bona fide præstari oportere, & pleraq́ hoc genus periocundè lectitabat. Cumq́ hæc, & multa in hanc sententiam ille legisset. Quonam (inquit Sigismundus) istud accidat modo ut uenditor ea quæ diuersa & longè aliena sunt, in distrahendis mercibus præstare teneatur, equidem ignoro: Nam ut in re quam distrahere quispiam uult, quid morbi uitijq́ sit, emptori uenditor palam facere debeat, puto ad edictum Aedilium pertinere,

Sigismundus Fulginas.

Ciceronis locus

ut ſi ſeruus fur erróue ſit, aut equus calce, uel bos cornu petere ſoleat, aut quod nũc Ci
cèro dixit, ædes peſtilentes ſint, habeãturq; ſalubres, uel quid occulti uitij latẽtisq; mor
bi ſit, illud enunciari debere facile inquit aſſenſerim, quæ uerò extrinſecus manẽt in ca-
ſu poſita, illa per uenditorem prædici, ad eaq; edictum Aedilium, legésue ullas exten-
di, nequaq̃ (inquit) mihi quiſq̃ perſuadet. Ideo ſe mirari Ciceronem, qui tanq̃ aliquid
morbi uitijq; ineſſet in re uendita, perinde id quod poſtea euenturum, & in caſu, & for
tuna ſitum eſſet, per uenditorem prænunciari uoluerit. Cumq; ex his qui aſſiſtebant:
quidam ætate grauis & in literis ſatis proficiens, ſe arbitrari reſpondiſſet, quòd ſicut
quædam ad morbum uitiumq; rei uenditæ uix pertinent, ſed tamen quouis modo pro-
futura ſunt, noſſe, Aediles ne emptores capiantur, à uenditoribus enunciari & palã fie
Edictũ uetus Aedilium. ri mandauerunt, ita hoc quoq; iuſſiſſe: Sicut (inquit) uetus edictum Aedilium fuit, ne
ueteranus ſeruus pro nouitio uæneat, etiam ſi nullo morbo uitioq; affectus ſit: utq; ſi
mulus caſtratus ſit, tametſi æquè bonus, emptorẽ nõ latere uoluerunt: Ita ſi ſciam ali-
quos in ſumma frumenti inopia, paulo poſt annonæ caritatem leuaturos, illa à me præ-
noſci debêre, ne fraudis occaſio detur, pariter cenſuerunt, atq; ex æquo & bono iuſſe-
runt, ut quod proſcribenti liquet, etiam ſi forte euenturum ſit, enunciari debeat, ne
quod uenditor ſciat, emptor ignoret. Nunq̃ (inquit Sigiſmundus) id mihi in mentem
uenire poſſet, neq; quiſq̃ mihi argumentis defendet, ut edictum Aedilium, hoc cõpre-
hendere cenſeam, ut euenta negotiorum, quæ temere & fortuitò futura ſunt, per uen
ditorem prædici debeant, quæ ſi reticeantur redibitioni propterea locus ſit, cùm iſtud
Alexãdri enarratio loci Ciceronis. aſſerere, ſummæ mihi uideatur improbitatis & inſcitiæ. Cumq; ex me quid mihi pro-
baretur exquireret, reſpõdi magni referre, in re de qua agitur, quid morbi uitijq; eſſet
enũciare, an quæ caſu futura ſint, prædicere & diuinare. Quæ enim inſunt in re quæ
diſtrahitur, & ad ipſius pertinent notionẽ, quam uenditor ante præſenſit, ut ſi quo mor
bo uitioq; laboret, uel labe afficiatur, ex edicto Aedilium, nota facere iubemur empto
ri, quæ uerò pendent à caſu & fortuna, & diuerſa ſunt, nullis nos legibus aut edictis co
gi enunciare. Quid enim intereſt mea, ſi nauis ex Aſia ueniens, huc merces allatura,
& paulo poſt arctiſſimã annonam leuatura ſit, dũmodo in re de qua agitur, nihil dolo
malo factum ſit. Alioqui dicendum foret, an frumenti, olei, & uini, quod diſtrahere
quiſpiam uolet, annona uel caritas eo anno futura ſit, uel ſi Cancri ſidere, aut uaſtitate,
ſeu alia frugum peſte, aut ira Deûm, ſata interitura, uel hoſtium ſtrage, uel chaſmate, ea
res deperitura ſit: quod (ut uidetis) non eſt in re de qua agitur, ſed in caſu poſitum, &
illa prædicere, profectò ridiculum foret: Nam quod edicto Aedictum cautum eſt, ut
præſtetur à uẽditore, nequid in re proſcripta uitij lateat, néue quid ueri reticeatur, aut
fictum quid accerſitúmue aliquid ſit aliunde, & quod ſtetur pacti & conuenti formu-
læ, ſatis eſſe lege proſpectum, ne quid uitij latẽtis ſupprimatur, quod ipſe ſciat, emptor
ignoret. Alioqui ipſum redibitorio iudicio teneri certum eſt, idq; non adeò ſeuerè &
reſtrictè iure ciuili traditum eſſe, ſed parcè & molliter: quippe ſiquid uenditor di-
xit, cõmendandæ ſuæ mercis cauſa, illud præſtari Aediles non coegere, ut ſi ſeruũ fru
" gi, dicto audientem eſſe, uenditor dixerit, quæ enim comendandæ mercis cauſa in uen
" ditionibus dicuntur, uenditorem non obligant: Neq; enim conſtituta auctione ita quis
" proſcribit, fundum ſterilẽ, aut domũ peſtilentem uendo. At ſi dicat ſeruum literatum,
" artificem, Nomẽclatorem, Arithmeticum, fabrum, aut textorem, quo pluris uęneat, id
præſtare proculdubio cogitur. Præterea in re modica decipi emptorem poſſe, etiam
Emptorẽ in re modica decipi poſſe. Iureconſulti uoluêre: Non enim redibitorio iudicio teneri dixerunt eum, qui pluris
" aliquanto rem diſtraxit, q̃ quanti æſtimata ſit: Siquidem res bona fide uendita, propter
" minimã rem inepta fieri nõ debet: Sed ubi ita immenſo mercatur quiſpiam, ut magnã
" pati iacturam neceſſe habeat, tunc redibitioni locum fore, edicto Aedilium cautũ fuiſ-
" ſe. Quod ſi ita eſt, huic ſententiæ conuenit, hocq; argumento conuincimur, ut neq; eũ
qui nauem huc frumentum aduecturam, cuius aduentus annonæ caritatem & arctos cõ
meatus leuaturus ſit: neq; eũ qui frumenta diripi, agros uaſtari, uel annum aduerſum
frugibus, longè ante præſenſerit, & minimè enunciarit, redibitorio iudicio teneri arbi-
trer: Cùm hæc non inſint in re quæ proſcribitur, ſed in euentu fortunæ: Et quod nũc
Cicero

Cicero inquit, eum qui rem distrahit, debere etiam quæ aliunde futura sunt enunciare, ut si nauem huc frumentum aducturam sciat, quo uilitas annonæ consecutura, aut uenditæ merces uiliores futuræ sint, emptori prædicere, profectò eò pertinere crediderim, ut præcipi intelligamus ab eo qui ex intimo artificio uirum bonū instituit, & ita instituit, ut ne minima quidē in re quouis prætextu contra iura legesq́ꝫ, contraq́ꝫ humani generis societatem aliquid admissurus sit: non eum qui de ciuilibus actionibus quantumq́ꝫ moribus legibusq́ꝫ permissum sit, inquirat. Quæstioni diu res fuit, quid uirū bonum, quid ciuilem & politicum deceat? Viro enim bono hoc datur, ut ubiq́ꝫ sanctus, ubiq́ꝫ castus, honesti cultor, pius, & integer sit, cuius ne erratum quidem minimū fuerit, ne dicam uitium, qui nullo malo perterritus, nulla calamitate uictus, fortunæ cedat, nihil expetat, nihil dicat, nihil faciat in uita, nisi summa cum laude & dignitate, in nulla re delinquat, nullius rei pœniteat. Seruetq́ꝫ fœdera humani generis ita inuiolata, in magnis minimisq́ꝫ rebus, ut ne minima quidem conscientiæ labe detineatur. Ciuilem uerò dixêre, hominem qui legum iudiciorumq́ꝫ metuens, quantùm moribus legibusq́ꝫ tributum est, id tanto temperamento agit, ut quoad fieri possit, nihil perperam aut inconsultè admissurus sit, qui sua prouidentia, religione, fide, quātumq́ꝫ ratione prouideri potuit, Reipub. & ciuium saluti consulat, legibus pareat, patriam tueatur, proximos amet, refrenet libidines, & indomitas cupiditates, uerecundiam seruet, atq́ꝫ etiam si in aliquo delinqt, id tamē agit, ut ciuilia officia, humaniq́ꝫ generis fœdera, q̄ minimū lędat: quippe cùm nos optimum dicimus, cui pauciora desunt. Quæ cùm ita sint, non fuit ab re, ut sanctus iste homo tam defecato animo & tā integer, quē nos magis fingimus quàm inuenimus, non modò siquid esset in re uitij, sed & siquid aliunde futurum putaret, ut nullam officij partem deserat (q̄uis minimùm) prædicere teneatur. Hæc nos cum Sigismundo Fulginate, ingenij magni & spectatæ uirtutis uiro, flagrāte diei æstu, incredibili suauitate disserebamus.

Vir bonus.

Ciuilis.

¶ Quæ maxima fuerint oracula, quæue Templa celebria apud plerasq́ꝫ gentes, in magna religione & cultu. Caput II.



INTER oracula quæ apud Græcos Aphrosq́ꝫ præcipuo cultu fuerunt, ad quæ homines uentitabant, Delphicum in terris clarissimū fuisse cultu, & religione longè excellens, uno omnium testimonio traditum est: Fuit enim Delphos totius orbis umbilicus, cōmune humani generis oraculum, in mōte Parnaso excelso & præruptè alto sita ciuitas, nullis mœnibus, sed tantùm abruptis rupibus saxisq́ꝫ munita, arduo & difficili ascēsu, in quo Nysa ciuitas Libero consecrata, Cirrha uerò ad montis radices iuxta mare: Erat autē Parnasus Phocidis mons in Bœotia in duos diuisus colles, Thitoræa & Hyampæum, quorum alter Libero, Apollini alter dicati fuêre. Helicon uerò Musis. In Cythæronis autem uertice Sparticarum nympharum antrum colebatur, qui mons iuxta Olympum situs erat, supra quē Olympi editissim⁹ uertex decē ferè stadijs attollebatur: Qui eiusdem nominis mons, & in Macedonia, & in Thessalia, Mysia, Cilicia, Elide, & Arcadia excelsus quidem attollitur, Templum uerò intra Vrbis ambitū fuit, quod pariter nō manu extructa, sed natiua præcipitia muniuêre aditu difficili & angusto: quippe quem ex quinq́ꝫ lapidibus tantùm, uelut mole obiecta, obstructum ferant: In medio autē exigua planicies, & in ea hiatus, ex quo uentus, & acer spiritus manans, mentes Vatum in uecordiam uertit. Eoq́ꝫ spiritu ex infimo specu ædito, quasi diuino afflatu Phœbas in Tripode stans, mente furibūda statis diebus, quibus fari licet, consulentibus responsa canit: Licet ferant Apollinem sex mensibus apud Lycios, sex apud Delum uaticinari, reliqua uerò oracula aliquando Idibus, nōnunq̄ CALEND. nunc die oriente, nūc desinente, responsa dabant: quæ à mulieribus tantùm, quæ erant templi Vates, uaticinantis in modum ferebantur: in quod id præcipuum fuit, ut qui oraculum consulit, breui admodùm oratione quid uelit exposcat, utq́ꝫ nullum Latinè ædatur oraculum, neq́ꝫ ædi priusq̄ ab imo, dum sacrificant, tota uictima contremiscat: Nec capitis commotionem satis

Delphicum oraculum.

Delphos.

Parnasus bicollis.

Cythæron.

Sparticarum nympharū antrum.

Tēpli Apollinis locus apud Delphos.

Cærimoniæ & ritus Delphici oraculi consulendi.

satis esse, sed omnibus illam partibus quati oportere: In quo proditur memoriæ, cùm infasto die Pythiam reluctantem, & inuitam Alexãder cogeret, illam ui coactam, quòd esset inuictus, respõdisse: quod pro omine acceptum ueridico præsagio futuræ magnitudinis pænuncium fecit: in eo quidem Templo Apollinis simulacrum fuit humana effigie: in Delo Draconis: in Lycia uerò Lupi. Quam urbem Python ob interfectũ Pythonem dictã comperimus: Nam & Pythius Apollo, & Pythia festa, & Ludi Pythij, & ipsa Vates Pythia dicta, & Pytheum oraculi locus. Spartæ quoq; Pythios nuncupant qui Delphos ad consulendum oraculum mittebantur, qui publicè cum Regibus cibaria habent & uescuntur unà. Huc ex omni orbe praua religione incussa, qua se hominum uanitas confundebat, uiri principali dignitate insignes, frequentes consultum ibant, eaq́; ex omnibus uera & longè clarissima oracula habita sunt. Quare Regum populorumq́; amplissimis donis, muneribusq́; & multarum Vrbium thesauris refertum templum fuit: Inter quos Agillinorum & Spinensium non in postremis gazæ fuêre: Quod quidem cuncta oracula antiquitate excellebat. Proximũ huic fertur Dodonæi Iouis oraculum: Dodona enim ampla in Epiro ciuitas, & satis florens habita. Epirus autem Molossorum Regnũ erat: Templum uerò iuxta nemus Ioui sacrũ, in quo arbores responsa dare dicebantur, omnibus circà populis sanctum, à Pelasgis constructũ & paludibus circũfusum, quercusq́; uocales illic fuisse fama uulgauit, ad quas ut in dubijs casibus responsa acciperẽt, capti superstitione homines religiosè accedebãt. Fuitq́; proditum memoriæ, quercui Dodonææ famulantes diuinandi facultatem accipere: solisq́; Bœotijs, si quando consulto opus foret, uiros responsa dare: primamq́; fagum & columbam Dodonæ uaticinatam: quotiesq́; oraculũ ædebatur, lebetes æneos ad numerum, siue casu, siue cõsultò, tinnitus ædere canoros: In quo Deucalion & Pyrrha desinentibus aquis, post diluuium consedisse, & numen consuluisse perhibentur. Subinde Alexander Epiri Rex eodem oraculo monitus, ut urbem Pandosiam, & amnẽ Acherusium, tanq̃ fatalia loca uitaret, in responsis habuit. Oraculi sortem de his quæ in Thesprotis essent, intelligere arbitratus: qui cùm infestissimas gẽtes in Brutijs armis petit, & belli iure uastat, apud eiusdem nominis loca, infanda strage uictus, oraculi fidem ueram impleuit. Quod quidem templum Philippus Macedo (uelut immanis prædo) sicut pleraq́; omni rapinarum genere uastauit, & incendit: uasaq́; & quæ preciosa erãt, immisso exercitu diripuit. In eo quoq; fons sacer uisebatur, qui cùm faces accensas extingueret, admotas procul accendit. Tertium uerò Didymæi Apollinis oraculum antiquissimum, & multi nominis habetur, quod Branchidarum nũcupant: Branchus enim Thessalus fuit Apollini dilectus, & filius habitus, quem interfectum dolens, Templo & diuinitate sacrauit: Is autem Apollo Milesius dictus: Est autem Miletus totius Ioniæ caput. Templum uerò ad decem & octo stadia ab Vrbe, à litore autẽ uiginti aberat, maxima mole, & profusis sumptibus extructum, auctũq́; amplissimis donis. Quod Xerxes Deorum hominumq́; cõtemptor, dum innumerabilibus copijs Græciæ bellũ parat, nulla religione, aut Deûm uerecundia, sicut multa, incẽdijs & ruinis deformauit, Templumq́; & aras euertit. Annis deinde intercedẽtibus, Milesij oraculo moniti, uberiori impensa illud omnium maximũ & dignum tãto numine restaurarunt, ita ut ob magnitudinem fastigio extruendo nullæ contignationes suffecerint. Quartum in Vrbe Bruti Latonæ oraculum inclytum diuitijs memorant. Vrbs autem Bruti in Aegypto contra Nili ostium, quod Sebeniticum dicitur. Templum uerò media in Vrbe situm omnibus circà populis sanctum, & cærimonijs sacrum erat, porticum habens decẽ passibus altam, in quo oraculum Cambisi redditum est, in Ecbatanis illum decessurũ, ambiguo nomine decepto, cũ alteræ apud Syros, alteræ in Medis essent. Delij quoq; sortes & oracula indubia semper habita sunt: Fuit autem Delos unà ex Cycladibus, cui nomen Ortygia: Aedes uerò mari imminebat, à qua proximus in Eubœam traiectus erat: quinq; enim passuum millibus ab Tanacra aberat: Tanacra autem in Eubœa uetus traditur ciuitas: In quo quidem templo ipsum Apollinem natum, & alitum fabulãtur, tantæ religionis, ut ne Persæ quidem cùm innumerabilibus copijs bellum parant, & omnia belli iure uastant, uiolentas aut sacrilegas admouere manus ausi fuerint, in cuius

ara

Alex. Pythiam coegit uaticinari.
Python.
Pythia festa.
Pythij ludi.
Pythia.
Pytheum.
Pythij Spartanorum
Agillinorũ & Spinẽsiũ gazæ in tẽplo Apollinis delphici.
Dodonæũ oraculum.
Epirus.
Oracula Apollinis ambigua.
Templũ Apol. delphici à Philip. uastatum.
Fons in tẽplo.
Oraculũ Apol. didymæi.
Branchus.
Oraculũ Latonæ.
Bruti urbs.
Delij sortes.
Tanacra.
Tẽpli Apoll. in Delo honos.

ãra nullum immolari animal proditum est: quare morbo & pestilenti contagione coa-
cti Delij, id drecreto sanxerũt, ne homines defunctos ibi cremarẽt, nêue sepelirẽt, neq;
in Delo canes alerent, scilicet ut ab omni cæde insula immunis foret. Cumq; oraculo
moniti Athenienses, Delum expiarent, hoc expiationis genus inuenêre, ut cadauera se
pulchris condita inde eruerẽt, atq; edixêre, nequis in Delo moreretur, nêue quis ho-
mo nasceretur: sed morituri & pariturae mulieres in Rhenam insulam Delo proxi-
mã transmigrarent: Cuius aræ hoc proditur mirum & monstrificũ, ut ex dextris cor-
nibus animalium mira arte compactis erecta fuerit: Sicut Thebis arã Apollinis Spo-
dij ex sacrificiorum cineribus constructam ferunt, unde cognomen tulit, quam nõnulli
inter orbis miracula adnumerãt, ad quam cùm accessisset Pythagoras, ipsum ob religio
nem adorasse fertur: & ne aram sanguine fœdaret, hostiã immolare noluit, sed frumẽ-
to, ordeo, & placenta sinè igne sacrum fecit. Quæ insula tantæ sanctitudinis habita est,
ut ad eam quotannis Athenienses tacti religione, uarijs mercibus onustam nauim mit-
terent, quo tempore quenq̃ uinciri, aut supplicio affici, religioni fuit, donec rediret na-
uis. Cumq; cætera responsa Apollinis sub nubilo uerborum & sensu ambiguo redde
rentur, sola Delij oracula nullo tegmento exposita atq; aperta fuêre. Etiam in Attica
ara Iouis supremi exemplo haud dissimili traditur, ad quam nihil conuenit animatũ im-
molari: sed uarijs libamentis, & bellarijs absq; uino sacrificatur. In Paphiæ quoq; Ve
neris ara, licet ex cæsis hostijs captentur auspicia, illic tamen sanguinem effundere non
decebat: igne enim puro & precibus tantùm altaria adolentur, in cuius sacris certissi-
mà edorum fibris fides habita semper. In Patara quoq; Lyciæ, oraculum Apollinis, &
delubrũ magnæ felicitatis fertur, in quo sex anni mensibus responsa dantur, quæ Ly-
ciæ sortes dictæ. Eò enim excellentiæ creuit, ut opibus de fide Delphico haud absimi-
le fuerit. Præter quæ, Amphiarai & Trophonij oracula Gręcis inclytę religionis fuê-
re: Ea enim uetustate & fide præcipua habita sunt. Fuit enim Amphiaraus diuinus
uates, cui Oropij diuinos honores decreuere, ædeq; illi candido marmore dedêre, quẽ
tãto cultu studioq; Græcia honorauit, ut inter Deos illũ reciperet: in eoq; solo ac se-
de ubi humatus sepultusq; est, certissima responsa daret, quæ quidem in somnis ædeban
tur: Nam post purgationem & sacrificia Dijs, quorum nomina in ara insculpta erant,
mactato ariete, pellem substernebant, in qua incubantes, somnia captabant, illorum signi
ficatus, & euenta mox interpretati. Eratq; publica constitutione sancitum, ut in Am-
phiarai templo nullus Thebanus obdormisceret, aut uaticinaretur. Fons quoq; in eo
uisebatur, ad quem qui accępto oraculo morbo leuabantur, argentum & aurum signa
tũ mittere tenebantur. Apud Canopũ quoq; in tẽplo Serapis: & in fano Pasiphaes:
& in Pergamo Aesculapij, atq; in Narbaca apud Hyrcanos oracula pariter ex somnijs
ædebãtur. & apud Troezenos Ardali ara, in qua Somno & Musis immolabãt, quiq;
responsa accipiunt, integrum diem à cibo, à uino autem tridui abstinere cõuenit, à qui
bus ædita sors olim Mardonio fuit, qua contra Spartanos in acie pugnãs occubuit. Qui
bus quidem oraculis populi omnes cæca opinione ducti, tantùm fidei dedêre, ut eorũ
responsis moniti sæuientes tempestates, & prælia uitasse credantur. Quod quidem
Amphiarai Templũ in Attica: Trophonij uerò apud Thebas Bœotiæ fuit, à Cadmo
(ut dicitur) conditas, Bacchi & Herculis patriam, quas Alexander Macedo diruit, ciui
bus sub corona uenundatis, quæ ἑπλάπυλαι dictæ sunt, quæ ciuitas iuxta Magnesiam &
Thessaliam haud lõgè à mari sita est, ubi Trophonij oraculum multi nominis, qui cùm
à Bœotijs de Thebano bello consuleretur, ibiq; res diuina fieret, Gallos gallinaceos
perpetim cecinisse ferunt, quo cõcentu Thebanis insignis uictoria prædicta fuit. Aliæ
uerò Thebæ in Aegypto fuêre in regiõe Thebaida ἑκατόμπυλαι, quas nõnulli Heliopo
lim, pleriq; Thebas dixêre, quæ ciuitas à Busiri cõdita stadiorũ CXL ambitu ferebãt.
Aliæ in Thessalia iuxta Amphisũ amnẽ, quæ Pthioticæ dictæ. Et ĩ Lycia aliæ Thebæ
patria Andromedes. Aliæ iuxta Miletũ: in Ionia quoq;, in Syria, in Attica, Cataonia,
& in Italia apud Lucanos Thebæ fuisse tradunt. Præter qd' fuit Trophonij Iouis ora-
culũ ĩ Lebadia Bœotiæ, ĩ hiatu subterraneo, tetro & horrido, imo & angusto recessu,
ad quem scalis descẽsus erat, quo consulẽtes magnis difficultatibus descendere nudos,
aut

In Delo nemo uel nascebatur uel moriebatur.
Ara apollinis Spodij.
Rhenæ insula sanctitudo.
Delij oracula aperta.
Ara Iouis in Attica.
Ara Paphiæ uenetis.
In Patara.
Lyciæ sortes.
Amphiarai & Trophonij oracula.
Fons in Amphiarai tẽplo.
Ara Ardali
Trophonij & Amphiarai tẽpla.
Thebæ diuersæ
Trophonij Iouis oraculum.

aut in ueſte alba & lineo, uel purpureo amiculo, placētaſꝗ Lemuribus offerre oportēbat, ne quo periculo forēt, aut noxæ, hauſtoꝗ oraculo, per alium terræ hiatum ad ſuperiora niti. *Ex Trophonij antro reuerſi ſemper triſtes.* In quo illud proditur mirum, eum qui poſt conſultũ oraculũ inde digreſſus foret, animo ſemper afflicto & iacenti, nunq̃ ridere ſolitum eſſe: iuxta quod duo fontes uiſebantur, *Lethæ fons.* alter Lethæ, cuius aquam deſcenſuri ſi haurirent, omnium daretur obliuio: *Memoriæ fons* alter Memoriæ, ex cuius hauſtu, omnium quæ unq̃ uidiſſet, recordatio ſubiret. *Thaſiorũ uina* Sicut Thaſijs duo uini genera naſci produntur, alterum quod ſomnũ conciliaret, alterũ quod fugaret. *Trophonij ſtatua.* Ipſius uerò ſtatua non in templo, ſed in tumulo nimis edito uiſebatur, quæ ferreis obeliſcis obſepta erat. *Iouis Ammonij oraculum,* Fuit quoꝗ ultra Cyrenem in extimo ſinu apud Garamantes Iouis Ammonis auguſtiſſimum & antiquiſſimum oraculum in uaſtis ſolitudinibus & campis torridis, ſiccitate ſterili, ac nudo ſolo, ad quod ſole exurente, æſtu flagrantiſſimo, per immēſas harenarum moles uaſtamꝗ planiciem calore & ſiti infeſtam, uix iter cuiq̃ tolerabile fuit: Siquidem uentus eas ſicut fluctus nunc huc, nunc illuc agitare, & campos uelut maria infeſtare ſolet: nubes enim pulueris uehit & fœda tempeſtate uexat. Poſt quæ, nemus frequenti ſylua oleaꝗ, & proceris arboribus fontibuſꝗ paſſim manantibus amœnum, in medijs harenis, & ſitu arido haud plus quadraginta ſtadiorum oraculi ſepta claudebat: ultra uerò latè deſerta regio, ueſtigio humano inacceſſa. *Cærimoniæ Ioui Ammonio exhibitæ, atq; eius imago.* Circà uerò Ammonij paſſim loca incolunt. Ipſe uerò Ammon hircino capite & pelle amictus, multis cærimonijs colebatur: Hunc ſacerdotes, cùm reſponſa petunt, aurato nauigio uectare, & patrium carmē canere, eoꝗ propiciato, petentibus reſponſa dare ſolebant, quæ non uerbis, ſed nutu ſigniſꝗ ſuboſcuris ab Ammone edebātur. Quod quidem ad tantæ maieſtatis faſtigium uenit, ut illuc poſt Cambiſem, Alexandrum Macedonem per ingentes æſtus, omni tractu ſitiente, penetraſſe, pro miraculo fuerit. *Apis oraculũ atq; ei⁹ forma.* In Aegypto quoꝗ Apis oraculum omnium ſermone celebratur: Erat enim bos, qui & Serapis dictus, corpore niger, candida fronte, in tergore alba nota inſignis, duplicibus pilis in cauda, & lingua cantharo notatus, quem certos uitæ annos excedere non licebat. Hunc in lacum demerſum Aegyptij, indicto iuſtitio, ueſte abſciſſa, & laceratis crinibus defunctum plangebant, inuento uerò mirificè lætabantur. *Reſponſa apis* Reſponſa autem dare non ut reliqua oracula ſolitus, ſed ſi manu oblatum pabulum ſumpſiſſet à cōſulentibus, ſecundos euentus, atꝗ omnia proſpera decernebat: Si uerò abnueret, indubio malo, & memorandis cladibus caſura diuinabat. Ideo cùm à Germanico pabulum oblatũ renuiſſet, funeſtum omen & indubiam necem, quæ paulo poſt ſequta eſt, prænũciauit. *Tenedij.* A Tenedijs uerò ſeruatum eſt, prægnantem uaccam enutriri, cui ueluti puerperæ famulantur. *Aethiopes. Ptoembari.* Apud Aethiopes gens eſt (Nubas uocant) & in Aphrica Ptoembari, quibus Regis uice Canis dominatur, quem mirificè obſeruant, ex illius motu & nutu imperia, & quæ ſint placita augurantes. *Perſæ.* Perſis quoꝗ (ut author eſt Ariſtophanes) aliquando Gallus Regis uice præfuit, & imperitauit. *Templa diuitijs & ſanctitate inclyta.* Sed præter hæc oracula, quæ auguſtiſſima & ſancta habita ſunt, templa quoꝗ diuitijs & ſanctitate inclyta præcipua celebrantur: In Græcia Olympij: in Arabia Triphili: in Cydonia Dictæi: in Alexandria Iouis Sinopitæ: in Libya & Andro Dionyſij: in Epidauro Aeſculapij: in Iſthmo & Tenaro, Sumio Eubœæ, atꝗ Attica, & Calabris, Neptuni: in Acarnania Accij: in Claro, Actio, & Leucade, Lycia, & Selenuntia, Apollinis: in Cappadocia Bellonæ: in eademꝗ, & Ionia, atꝗ Epheſo, Dianæ: in Halicarnaſſo Mineruæ: in Papho Veneris: in Boſphoro Apaturiæ: in Cypro Acreæ Veneris: in Locris Proſerpinæ: in Achaia & Catina, Cereris: in Samo, Argis, Metapōto, & in Lucania, Iunonis. *Tēplũ in olympio.* Sed quòd eſt de Olympio dictum, hoc templum in agro Piſano fuit, haud procul ab Elide, ante quod lucus agreſti olea conſitus, & ſtadium omnium maximum, iuxta quod Alpheus præterfluens ex Arcadia, mare ingreditur. *Colũna in templo Iouis triphili.* In fano autem Iouis Triphili columna ex ſolido auro multo æuo uetuſta, cum titulis rerum geſtarũ ſacrata uiſebatur, quā ipſum Iouem ſtatuiſſe ferunt. *Tēplũ Acreæ Veneris & Eunoſti mulierib⁹ adire nefas.* Acreæ uerò Veneris templum mulieribus, nec uidere, nec adire fas eſt. Sicut Eunoſti fanum in Tanagra adeò mulieribus interdictum fuit, ut ſi quo infortunio aut ueſtitate Tanagræi opprimerentur, diligenter inquirerent, ne qua mulier conſultò, ant caſu templo appropinquaſſet. *Perſicæ Dianæ fanum.* Caſtabalis Perſicæ Dianæ fanum tantæ

fuit

fuit religionis, ut illic dicatæ uirgines (quod uix credi potest) super prunas nudis pedibus ambulent innoxiæ: Sicut in templo Feroniæ super ignem afflati numine incedebant: & ad montem Soractæ familiæ, quas Hirpias uocant, super incensam struem insultabant impune, quibus perpetuo Senatusconsulto uacatio munerum data est. In Achaiæ autem Cereris templo fons manat cærimonijs sacer, in quem grauiore morbo impliciti introspicientes, speculo in fontem demisso, euenta ualitudinis internoscant: Sicut Trallibus in antro Charonio: & apud Aegyptios in Isidis, & in Melopidæ Semideæ templo in Bubasto, ab ægrotis ualitudinis remedia in somnijs præsciuntur. Fuitq; mos ut hi qui morbis leuari meruissent, remedia & qua curatione leuarentur, in æde Aesculapij uelut in albo proponerent, ut essent sempiterno monumento, & cæteros exemplo iuuarent. Contrariæ uerò religionis Catinensis Cereris quàm Achaiæ sacrarium fuit: ad istud enim uiris accedere non licet: sacra uerò per mulieres ministrari, & uirgines perfici solebant, cuius simulacrum non modò tangere, sed ne uidere quidem homini fas est. Samiæ autem Iunonis dignum sua amplitudine templum inter septem orbis miracula adnumeratur, quod ab Vrbe haud plus x x stadijs aberat: In Laciniæ Iunonis ara miracula affingunt, ut cineres in ara perflantibus uentis, immobiles maneant, sicut ara Veneris Paphiæ sub palustri cœlo nullis pluuijs humectatur. Metapontinæ Iunonis templum hoc pro miraculo habuit, ut uitigineis columnis fulciretur. In Libya Liberi patris templum, & oppidum ab uno eodemq; bis inueniri negant. Ephesiæ autem Dianæ supra omniũ sæculorum memoriam celebratissima & augustissima ædes fuit, magnis effusionibus & profusissima impensa à tota Asia constructa, septem stadijs ab Vrbe, nudo & palustri solo: in cuius festo annuo iuuenes primo flore ætatis, & uirgines cultu excellenti procedere ad templum prælata pompa, & festum diem agere sponsaliaq; inuicem inire cõsuerant. Delubrum uerò Neptuni in Achaia Erechtheũ cognominatum, hoc memorabile habuit, ut aqua in puteo flãte austro, fluctuaret, cæteris uerò perflãtibus uentis, iaceret immota: cui cõpar Aristoteles tradit de Pythopoli urbe ad Ascaniam paludem, cuius putei hyeme esiccãtur, æstate uerò ad superficiem redundant: & apud Gades in Herculis templo, puteum inundante Oceano esiccari. Quod uerò de Clario dicimus, est animaduertendum, in Claro Iouem, Neptunum, & Plutonem mundum fuisse sortitos, qui mox nugis innumeris orbẽ impleuere: Et Colophonæ in Apollinis delubro uates multa aqua epota, ex subiecta lacuna, spiritu diuino tactos responsa dare: Sicut apud Ligiræos in Thracia, ex intimo adyto Libero consecrato, plurimo mero exhausto, ueluti numine afflatos uaticinari. Fuitq; animaduersum in Clario Apollinis, non fœminam, ut Delphis, sed certis è familijs Sacerdotes, aut ex Mileto accitos, plerũq; literarum ignaros, hausta fontis aqua, uaticinia referre. Et in Andro, in templo Liberi patris manare fontem, qui Nonis Ianuarij uini saporem habeat, quod si è conspectu templi auferatur, rursus in aquã trãseat. Nec defuêre qui crederẽt apud Heleos in Bacchi festo, quod Θυίαν uocant, tres lebetes in templo sua sponte repleri uino. Et in Bisaltia templum Dionysij esse, in quo cùm sacra persoluuntur, si grata Deo sunt, mira lux effunditur, cõtrà uerò miræ tenebræ: Atq; in Aegira nisi sanguine tauri epoto, Sacerdotem non uaticinari. Cui compar miraculum fertur Hierapolis antrum esse, quod cùm mortifernm exhalet, in eo intereunt omnia nisi execta, & quæ uirilitatem amisêre. Et apud Potnias Bœotiæ manare fontem, ex quo equæ indigenæ haurientes, cõcitẽtur in rabiem. Mirum quoq; quod circa Halicarnassum Antistiti Mineruæ euenire traditur, ut quoties Amphictyensibus, qui ea loca incolunt, aliquid aduersi casurum foret, grandis illi nascatur barba, quasi eo portento futuras illis calamitates desponderet: Sicut in terra Caria, mulieribus templo dicatis pilos in genis aut mento innasci, futuræ diuinationis signum erat.

Fõs in Achaiæ Cereris tẽplo.

Catinẽsis Cereris sacrum.

Samiæ Iunonis templum.

Laciniæ Iunonis ara.

Paphiæ Veneris ara.

Metapontinæ Iunonis tẽplum

Liberi patris.

Ephesiæ dianæ

Neptuni.

Putei apud Pythopolim.

Colophonij uates.

Ligiræi.

Vates Apollinis in Clario.

Fons Liberi in Andro.

Sacra Dionysij in Bisaltia.

Aegirenses.

Hierapolis antrum.

Fons apud Potnias.

¶Qui fuerint Legati Consulum uel Prætorum, quæue iuridictio aut illorum potestas sit.

Caput III.

Singuli cõsules legatũ sibi ad sciscebant.



ONSVLES designatos cùm primùm Prouincias sortiti essent, Legatos sibi nominare, uelut comites expeditionis, & adiutores negotiorũ, quorum ope consilioq; niterentur, quiq; ipsorum uices gererẽt, quoties abesse contingeret, uulgò notatum est: Qui sicut duo erant COSS. ipsi, duo pariter fuêre, quos uel præsentes legebat Senatus, magna prudentia uiros, summis honoribus functos, uel absentes nominabat, quibus post COSS. totius Prouinciæ legionumq;, atq; exercitus curatio mandata est. Tametsi nõnullos à Consulibus nominatos, ut pari uoto & una mente Rempub. administrarent, ex decreto Senatus sæpissime legationis munere functos legamus. Vnusquisq; ergo COS. suum Legatum habebat, quo præcipuo consultore ac ministro consiliorum, in rebus gerendis delectuq; habendo, totaq; administranda Prouincia utebatur, quorum consilio & authoritate, uel prælia suscipiebant, uel bello abstinebant, qui etiam decreta Consulum, & arcana consilia sæpissime exequebantur cum fide & cura. Consulibusq; functis cõsulatu, & finito magistratu, Legatos uelut legationis munere functos, honore abire oportebat: qui quidem plerũq; ex plebe aut Patribus, nõnunq̃ Prætorij aut Consulares fuêre. Etiam Prætores urbis, quiq; antea cõsulatum gessissent, & magnos bello uiros functos honoribus & triumphis homines fidos acceptosq; legationis munere fungi comperimus: Illorumq; procuratione & cura Prouincias ab hostili incursu defensas, & sæpe in officio retentas fuisse: quorum etiam authoritas tam in administranda Prouincia q̃ ducendo exercitu acieq; instruenda, & quando essent admoturi copias, tanti fuit, ut absentibus, uel impeditis Cõsulibus, summam imperij tenerent. Consiliorum & fortium factorum, ac meritæ uirtutis & ignauiæ cuiusq;, qua cura, qua fide, & diligentia, quaq; disciplina militari, Duces exercitui & castris præfuissent, siquid fictũ uanumq;, aut parum integra ueritate afferrent, lucupletissimi testes erant: soli deniq; gesta Consulũ diligenti æstimatione perpendere, & pensitare debebant. Tum Consulibus laborantibus, aut morbo implicitis, uel fato perfunctis, ipsi superesse, & munia obire poterant: Namq; ipsorum erat officium, fiduciariam Reipubli. operam dare, post COS. Prætorémue, non tamen idem iuris & potestatis habere, ne imperatorias sibi partes uendicarent: Siquidem Legati munus est, omnia ad præscriptum imperiumq; Consulis agere: Imperatoris uerò summæ rei consulere, & liberum tenere Imperium, eo consultore & ministro. M. Claudius Legatus contra literas L. Cornelij COS. de pugna aduersus Boios ad Senatum magnificè scriptas, priuatim de Consulis negligentia pluribus per literas significauit, quæ illi mox exitio criminiq; fuerunt: Namq; illum criminando, effecit, quo minus, L. Cornelius de Boijs triumpharet: Ipsiusq; denegati triumphi testimonium Legati, præcipua causa fuit: Quanquam Cn. Manlius, contradicentibus decem Legatis, in crimen adductus, acta per se causa in Senatu, crimine absolutus, de Gallogræcis magnificè triumpharit. Quinetiam siquid per Legatos in Prouincia absentibus COSS. & dum eorum uicem gerunt, fortiter ac dignum laude, & triumpho gestum foret, poterat sinè Consule solus Legatus suo iure & merito triumphare. De Parthis & Pacoro Vẽtidius. M. Antonij Legatus sinè Antonio, licet nouo exemplo, triũphauit. Caius etiam Marius Legatus Metelli Consulis, ipsum criminãdo, effecit, ut posthabito Metello, de Iugurtha triũpharit, ante cuius currum, cum duobus filijs ductus est in triumpho. Quinetiã patrem filio Legatum fuisse, & fratrem fratri, sæpissimè compertũest: Q. Fabiũ Maximũ Q. Filio Consuli Legatum aduersus Sannites ad Suessulam obuiam prodijsse & cum experiri uellet an sciret Consulem agere, iussum ab eo obsequium præstitisse, & equo descẽdisse, Authores memorant. P.q; Scipionẽ, cui Aphricano fuit cognomẽ, Scipioni fratri aduersus Antiochum Consuli destinato. Legatum uenisse, tãtũq; authoritate effecisse, ut uicto Antiocho, & pace Eumeni concessa, frater cuius Legatus uenerat, de Antiocho & omni Asia triũpharit, ob Asiãq; à se uictã Asiatici cognomẽ reportarit. Illud quoq; notatum est, quoties Cõsuli prorogatum fuisset Imperiũ, etiã Legati mun⁹ ad id tẽpus diffundi sæpe & ꝓrogari. Animaduersumq; & illud, à primis originib⁹ Legatũ Procõsulis sinè equo ingredi cõsuesse: Postea uerò à Seuero institutũ, ut in

Legati consulũ à consulibus cõstituti.

Quales legati consulũ eligebantur.

Legatorũ consulũ officia & authoritas.

Legati munus. Imperatoris munus.

Legatorũ triũphus.

Legati munus prorogatum. Legatus procõsulis.

ut in uehiculis sederent, & siue morte obita, siue casu Legatus in Prouincia esse desijsset, Legationis munus solùm Consulem sine Senatu dedisse: ipsumq; Consulem aut Senatum unum pluresue Legatos Imperatori impedito, qui uicem suam gererent, & rebus gerendis sufficeret, sæpius creauisse, comitesq; expeditionis dedisse. C. Cæsari Imperatori, cuius in re militari præcipua uirtus fuit, dum cõtra efferas gentes bellum parat, decem Legatos cõsilij socios decreuit Senatus, quibus adiutoribus & ministris magnas res gessisse fertur. Pompeius quoq; bello Piratico, contra tot prædones & cõmunes hostes omni genere rapinarum grassantes, cùm solus superesse nequiret, quinq; & uiginti Legatos accepit, tametsi aliquando solus ipse Legati munus obiret. Q. etiã Fuluio Consuli graui uulnere affecto, cùm exercitui & castris præesse nequiret aduersus Hannibalẽ, ex Patrum decreto tres Legati additi fuêre. Quinetiam in expeditionẽ iturum Consulẽ, plures & ultra sex Legatos comites duxisse cõpertũ est. quibus Lictores cum fascibus pro muneris dignitate publicè dabantur, qui illis uelut publico magistratui præcedebant. Subsequtis postea temporibus, in tantũ Legatorum munus processit, & ad id fastigij deuenit, ut quoties laborãtibus Prouincijs subsidia mittẽda forẽt, aut si qd publici priuatiq; negotij maneret, ubi plurimũ laboris & periculi impẽderet, ea frequens Senatus per Legatos decerneret, illisq; Prouinciæ administrandæ munus curamq; delegaret, quæ libera dicta legatio est: Nam soli sine Cõsule aut Prætore, Legati munere fungebantur. Quæ etiam legatio à Senatu uel populo sæpissime dabatur his, qui honestam proficiscendi causam, aut prætextũ fugæ per speciem honoris quærerent, quò honoratius exciperẽtur. Quin & scriptum legimus obseruatumq; fuisse, Legatos legionum non in Senatu modò, sed à Ducibus exercituum plerũq; creari, qui singulis pluribusq; legionibus præpositi, illarum administrationẽ curamq; gererent: qui si quid per occasionem & licẽtiam dignum animaduersione admisissent, poterat eis Legationis munus abrogari, & de gradu deijci: quotiesq; Quæstor cum Legato Cõsulis cõcurrit in eisdem actionibus & pari causa, Quæstor, tanq̃ plus ferat honoris, præponi solet: Nec modò COS. sed & Prætorem legatos in Prouincia unum pluresue habere, quorum cõsilio niterentur, nisi Prætores urbani forent, quibus nihil opus esse legatis censuerunt. Illud quoq; proditum est, Legatum qui in Aphricam accederet, si quid operæprecium, aut dignum laude in Prouincia admisisset, haud multo post, inculpatæ uitæ testimonio illam Proconsulem administrasse. Tum si quando in acie uel castris, urgentibus hostibus, consulto opus foret, per Legatum qui summæ rerũ præerat, & primas tenebat post COS. rem ad Concilium deferri, ubi Legati legionum, primores Centurionum, Quæstores, Tribuniq; & Præfecti castrorum cõsultãtes, capita cõferebant, & quicquid opus erat facto, cõmuni animo concilioq; decernebant, & demũ ut erant sententiæ, Legati iudicio imperioq; sanciebant. Ab exteris uerò Agesilaus proditur tanti Legati munus fecisse, ut quamuis Imperator maximus, Legatorum tamen officia obire non dubitarit.

Legati Imperatorum.
Legatorum lictores.
Liberà legatio
Legati legionũ ubi crearẽtur.
Legati in ordinem redacti.
Quæstor legato prælatus.
Legatus in Aphricã missus.
Agesilaus legatus.

¶Qui magni Dij, qui communes, aut indigetes dicti, quæue Deorum cognomenta, & Iunonis Rhomæ templa fuerint. Caput IIII.



DEORVM QVOS Prisci coluere nomina potestatesq; multiplices olim ueteres statuisse, haud ambiguum est: Nam quidam ex his Magni, quos Græci θεοὺς μεγάλας uocant, pleriq; Cõmunes dicti sunt inferioris notæ. Magni fuêre, Iuppiter, Minerua, Mercurius, quos è Samothracia in Italiam Aeneas attulit: Alij maiorum gentium Deos duodecim statuere: Hi fuêre Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus: uirorum autem, Iuppiter, Mars, Mercurius, Neptunus, Vulcanus, Apollo: qui etiam Dij Penates ab Aenea appellati: Magniq; dicti, uel quòd reliquos genere famaq; præcellerẽt, uel quòd infinitæ potestatis forent. M. Varro Cœlum & Terrã principes Deorum: Aegyptij Serapim & Isim: In Latio Saturnũ & Opim: pleriq; Deos Penates Magnos opinati sunt. Dixêre autem Penates, per quos spiramus, & corporis, & animi uires

Magni dij.
Dij duodecim maiorũ gẽtium
Dij Penates.
Magni unde.
Penates qui.

mi uires possidemus, Hos dicunt esse Iouem in medio Aethere, Iunonẽ in imo, in summo uerò Mineruã, Alij Apollinem & Neptunum. Martẽ uerò, Bellonam, & Victo-
Dij cõmunes. riam, cõmunes, & usitatiores Deos nuncupari, ea (ut dicunt) causa, quòd omnibus præsto sunt, & modò ab uno, nunc ab alio beneficia conferri, & passim homines iuuari putant. Nõnulli Matrem Deûm, Solem, Lunam, Plutonem, & Martem, cõmunes dixêre
Persæ. Deos, quòd hi ferme ab omnibus frequenti cultu, curaq́; obseruantur: Nã Persæ Ignẽ
Schythæ. Deum colunt: Scythæ præcipuum deorum Martem, cui equos immolant. Massage-
Massagetæ. Pœni. tæ & Pœni Solem & Lunam: alij Plutonem, uelut præcipua numina uenerantur: Li-
Alij. cet Solem Persarum, Lunam Græcorum præsidem nõnulli credant. Varro autẽ, qui
Græci. magna hæc inquisitione collegit, ex omni Deorum turba, quos supra triginta millia fu-
Dij selecti. isse autumat, quosdam seclusit, quos selectos nũcupauit, Hi fuere, Ianus, Iupiter, Saturnus, Mercurius, Mars, Apollo, Genius, Vulcanus, Sol, Neptunus, Liber, Orcus, Iuno, Tellus, Ceres, Luna, Diana, Venus, & Vesta. Illosq́; selectos uelut usitatiora numina
Dij geniales. appellauit. Geniales uerò Deos multi putant, Aquam, Terram, Ignem, & Aerem, his addunt Solem & Lunã, ex quibus seminibus gignuntur omnia, quibus natali die quisq́;
Genius. sacrum facit, quòd gignendarum rerum uim haberent, qui Genius Deorum filius, & pa-
Genij duo. rens hominum habetur. Tametsi binos Genios ab ipso natali die cuiq́; mortali Deorũ
Sua cuiq́; Iuno & Genius. munere datos, bonum scilicet & malum, Empedocles reputarit, Menander unũ. Alij Iunonem & Genium suum singulis dederunt, quasi præsides & oppugnatores. Lares
Lares. quoq́; inter Deos receptos fuisse, multorum testimonio probatur, quos antiqui inferiores dixêre Deos, qui priuatarum ædium, triuiorum, uiarumq́;, atq́; urbis curam agunt:
Lares quatuor ideo Præstites nuncupati. Hos Aegyptij IIII fuisse putant, quos simul atq́; in lucem æditus fuisset homo, illius peruigilem curam agere opinantur, quorũ nomina Dy-
Platonis opinio mon, Tychis, Heros, & Anachis. Fuitq́; Platonis opinio, homines qui summa integritate uixissent, post fata effici Lares: si uerò improbi detestabilesq́; fuissent, Lemures: Ipse enim trinas fecit Deorum species, ex quibus unus est summus, primus, & solus Deus: Alteri medij, quos Cœlicolas uocat: Tertij, qui Dijs sunt minores, Cœ-
Dæmones. licolis maiores. Dæmones uerò ministros Deorum, custodes autem hominum putauit.
Dij agricolarũ Dij nempe ruris & agricolarum, quos uitæ agrestis homines & rustici coluerunt, hi feruntur. Iupiter, Tellus, Sol & Luna, Ceres & Liber, Rubigus & Flora, Minerua & Venus, Lympha, & Bonus euentus, qui morbos, uastitudinem, calamitatem, intempe-
Dij indigetes. riesq́; depellunt. Præter hos fuere Dij indigetes, qui ex hominibus in Deorum numerum asciti, propter eximias belli pacisq́; artes, quòd de genere humano bene meriti essent, post mortem numinibus æquati, celebrem posteris memoriã reliquerunt, ut Herles & Aeneas, quem uocant indigetem, Castor & Pollux, Aesculapius & Romulus, atq́; alij, qui dum uixêre, functi laboribus, ob fortia facinora generi humano exhibita, tanto honore habiti cultiq́; sunt, ut ex hominibus in Deorum cœtum asciti, pro Dijs celebrarentur & colerentur, quos uelut ascriptitios, & nouos incolas, post fata in cœlum receptos putauere. Fuit enim hæc consentiens obseruatio, præcipuè apud Lacones,
Lacones hoĩes de repub. bene meritos in deorũ catalogũ referebant. ut eximios præclarosq́; uiros, qui obuiam eundo periculis, Rempub. auxissent, ob egregia facinora ciuibus & patriæ exhibita, ut gratiam meriti redderent, in Deorum sedes receptos consecrarent, & in cœlum tollerent: illisq́; diuinos honores & humano fastigio ampliora decernerent: Templaq́;, Flamines, puluinar, & aras, ac sedes immortalitatis exhiberent. Græci uerò propter beneficia uiuentes etiam cœlo consecrare, & im-
Græci uiuẽtes. Ἀποθέωσις. mortalitate donare consueuerunt, quam Apotheωsin dixêre. Sicut de Platone & Agesilao legimus, atq́; alijs, qui in cœtu cœlestium recepti, in uita diuinos honores meruere, illisq́; certamina, ludos, & sacra anniuersaria dicarũt, tanq̃ numinibus, aut Heroi-
Cæsares Rho. inter deos relati. bus: illis præsertim qui Tyrannos exegerunt, aut uindices libertatis fuerunt. Hi tanq̃ mortale fastigium egressi, omnium consensu in consilio cœlestium asciti, pro Dijs haberi & colicepti sunt. Hinc etiam Rhomani Cæsares, quorum opera & uirtute res Rho-
Nominis mutatio, cũ quis in deorũ numerũ referretur. mana creuit, & Imperij fines latè propagati sunt, post funera immortali memoria cõsecrarunt, & in Deos receperunt, qui ob æternã gloriã, Dij indigetes dicti, nominib⁹ plerũq́; mutatis, & nouis cooptatis: Siquidem Romulus Quirinus, Ino Matuta, Leucothea

thea Albunea, Melicerta Palemon & Portũnus, Læda Nemesis, Circe Marica, Nersilia Hora, Rhea Deorum mater, Idæa Dindymena, Philena Pessimuncia, & Cybeles, ac Berecynthia, dictæ sunt. Indi uerò Iouem pluuialem, & Gangem flumẽ, uelut indigetes Deos, carmine incondito uenerantur: *Indorum dij indigetes.* Meroitæ Herculem, Pana, & Isim: *Meroitarum.* Germani Tuistionem Deum terra æditum, & Mãnũ filium: *Germanorum.* Astymphalissi Achillem: Persæ Amanum & Anandatum: *Persarum.* Veneti Diomedem instar numinis habent, cui etiam candidum immolabant equum. *Venetorum.* Sicut Aegyptij Isidem: *Aegyptiorum.* Mauri Iubam: *Maurorum.* Pœni Vranum: *Pœnorum.* Macedones Gabyrum: *Macedonum.* Latini Faunum: *Latinorum.* Siculi Adranum: *Siculorum.* Libyci Psaphonem, ne omnes percẽseã Deos: *Libycorum.* Is enim Psaphon cùm despectissimus esset, & ultimæ notæ, uocales aues edocuit hæc uerba eloqui, MAGNVS DEVS PSAPHON, quibus dimissis in lucos, audita uoce, apud rudes populos est pro Deo habit⁹: *Psaphon.* Thraces Zamolxin: Syri Astartem, Adad, & Agartin: Arabes Dyasarem: Horici Tibilineum & Aphri Cœlestum. Aegiolenses Maceranas Deas: & gens iuxta Naucratim Aegypti Theutum, uelut præsentissima numina coluerunt, qui omnes ex hominibus post funera diuinitate donati, Dijq; indigetes post consecrationem habiti sunt. Quam quidem sic fieri nouimus, *Cærimoniæ referẽdi aliquẽ inter deos.* ut Imperatore qui referendus in Deos & consecrandus erat, uita functo, Pyram in tabernaculi formã construerent, quod auro & ebore, signisq; & tabulis pictis exornatum mirificè, alio desuper breuiori, usq; ad tertiam contignationem erigebant, aquila cum omnium odorum aggestu in summo culmine locata: Lectoq; cõstrato purpura & auro, in quo defuncti effigies iacebat: Senatus, Equester ordo, ac uiri triũphales, quiq; amplissimos honores gesserant procedentes lectum deferebãt in Pyram, cum carmine & hymnis, omnibusq; humanis diuinisq; aggestis honoribus. Demũ incensa Pyra, cùm uapore & fumo aquila agitata, è summo culmine tabernaculi aera petijsset, religio incussa fuit: ipsius animam per inane cœlum petijsse, ipsumq; defecato quod mortale erat & caducum, in numero cœlestium, & concilio Deorum recipi & haberi. Quam consecrationem Apotheωsin Græci nuncuparunt, qui deinceps inter Diuos relatus pro Deo colebatur. Fuitq; Senatus consulto cautum, ne quis ex Cæsaribus, nisi ex decreto Patrum, inter Deos referretur. *Senatuscõsultũ* Mirum tamẽ de Diocletiano proditur, *Diocletianus.* qui sponte deposito Imperio, nonum post annum, primus sinè Imperio, populi iussu, Patribus authoribus, cœlestes honores, & Apotheωsin meruit. Et de Constantino Maximo, *Constantinus.* qui diuersarum religionum assensu, ab Ethnicis inter Diuos relatus fuit, & à Christianis inter sanctos. Feruntq; magnum illum Agesilaum, cum à Thasijs apotheωsi honoratus, & inter Diuos relatus fuisset uiuens, illos interrogasse, ut si Deos faciendi potestatem haberent, prius seipsos consecrarent, postea se deificarent. *Agesilai dictũ.* Contrà Empedocles: nam tanto studio captus fuit, ut pro numine coleretur, ut in medium Aetnæ incẽdium uiuẽs se deijceret. *Empedoclis ambitio.* Inter cæteros proditur Eutimus poeta Locris oriundus, oraculi iussu, uiuẽs consecratus, & inter Diuos relatus. *Eutimus.* Patrios uerò dixêre Deos, qui singulis urbibus præsunt, illarũq; præsides & propugnatores sunt, *Dij patrij.* ut Apollo & Minerua Athenis, Iliensibus, & Gnosijs, qui inde illã oriundã ferunt, licet Alalcomenij suam dicant: Thebis, Bœotijs, Liber & Hercules: Iuno Carthagini, quam hũano cruore placabant, eademq; Samo, Spartæ, & Mycenis, atq; Argis, ubi nata fertur: Venus Cypro & Papho: Apollo Rhodijs: Lemno Vulcanus: Naxus Libero: Ideóq; Apollo Delphis: Thenarus Neptuno: Cizicenis Pallas, quòd ea urbs pro dote illi fuerat: Tenedijs Tenens Deus: Alabadensibus Alabandus: Cretensibus Diana, quàm Britomartẽ uocant: Thespiẽsibus & Parianis Cupido: Rhomanis uerò Mars: qui præcipuo honore insignes à suis ciuibus colebantur eximiè: quãuis numen quod urbi præesset, palam facere nefas putarent, ne euocationes quæ ad auertenda numina quæ urbibus præsunt fieri ab hostibus solent, ipsis aliquando innotescerent. *Dei nomẽ ocultũ, in cuius tutela erat urbs Vrbẽ expugnaturi, dijs tutelaribus alia loca promittebant.* Erat enim uetus mos, ut in urbium obsidione, ubi ad ultimam dimicationem uentum esset, tutelares Deos, sub quorum præsidio urbs foret, certo carmine & uerbis conceptis, in nouas sedes euocarent, templaq; ampliora, & solennes aras illis promitterẽt, nefas opinati Deos urbium præsides, urbe hostiliter direpta, uelut mancipia captiuos habere. Persis uerò & Aegyptijs nullos patrios habere Deos in usu fuit, quòd euocationibus illos migrare ex oppi- *Persæ. Aegyptij.*

dis,& ſinè tutela deſerti timerent. Alij uincla & Catenas annectebant Dijs. Nõnulli
ſponſores à Dijs petebant,ne euocarentur & abirẽt: Tyrij enim obſidione preſſi,Her
culis ſimulacrum,quod magna religione colũt,ne urbem deſereret,aurea catena deuin
Patrij dij & tutelares. xêre: Neqꝫ ſolùm inſignes urbes conſpicuæ magnitudinis,ſed oppida penè deforma-
ta,& modici uici,ne hoſtili uaſtarentur incurſu, patrios Deos coluiſſe feruntur: Siqui
dem Cruſtumini Deluentinũ peculiarem habuere, Narniẽſes Viridianum, Aſculani
Ancariam, Volſiniẽſes Nurciam, Otriculani Valentiam, Sutrini quoqꝫ Norciam. Sed
tametſi peculiaris Iuno Carthagini fuerit & præcipuum numẽ, Rhomæ tamẽ non mi-
noris obſeruantiæ cultusq́ꝫ habita eſt: Quippe q̃ cordi Rhomanis,& quàm regali ma-
gnificentia culta celebrataq́ꝫ ſit,illud argumento fuerit, quòd poſt initum conſulatum
COSS. Iunoni Soſpitæ ſacrum faciunt: quodq́ꝫ ſingulorum menſium CALEND.
Matronalia. præcipuè Martias ſuo numini dicarunt, & ſanctas habuerunt, quare matronalia dicta,
quòd matronæ illas celebrant pro coniugijs, & ſacrum faciunt,quodq́ꝫ ea die Iunonis
ædes coli cępta fuit: ſicut Aprili mẽſe Veneri matronæ myrto coronatæ lauãt. Eius
Iunonis uariæ poteſtates. uariæ poteſtates & nomina fuere: Nam & Curetis, Lucina, Matrona, Regina, & Opi
gena,quòd parturiẽtibus opẽ fert, Hera, Iterduca, Cinxia, Hippia: à Thuſcis Cipra:
à Laurẽtibus Calendaris: à Corinthijs Anetiſtos dicta eſt, quã & Matrem Deûm nũ-
Veneris diuerſa nomina apđ diuerſos. cupant,alij Pelaſgã: Sicut Venus, Cypris, Adonis, Verticorda, Aphrodite: ab Aſſy-
rijs Melitta, ab Arabibꝰ Alitta: à Græcis Pitho: ab Eleis Vrania: à Scythis Ar-
ginipaſa, à Cyprijs Barbata, etiam Calua, Armata, Pandemus, Apoſtropha, & Callipy
Apollinis. gos: à Thebanis præpotens: à Perſis quoqꝫ Mitra arpellata eſt: Nec minus Apol-
linem nominibus uarijs uocatum ferunt: quippe apud Athamenas Titan: apud Ae-
gyptios Oſiris: à Perſis,ubi in antro colitur, Mitra nuncupatur: à Lydijs Lymios:
ab alijs Eleus. In Taurominio Archigetes: à Syracuſanis Themites: à Græcis Ty-
reos,cui ſacrũ ante fores faciunt: apud Pachyni incolas Libyſſinus: à Scythis Oeto-
ſcyros: à Leſbijs Myricæus, qđ myrices,hoc eſt,uirgas teneret: apud Spartanos Car
nius dictus eſt: ab Athenienſibus Patrous & Alexicacos: à Mileſijs & Delijs Vlios
& Pæonicus: in Arcadia Epicurus: apud Eleos Opſophagus: ab alijs Lycius, Phœ-
bus, Phaneus, Iſmenus, & Orius dicebatur. Obſeruatumq́ꝫ apud Thraces, Lacedæmo
Apollo & liber eiſdem ſacris culti. nios, & Bœotios fuit, Apollinem & Liberum patrem eadem ſacra habere, iiſdemq́ꝫ ho
noribus coli. Baccho uerò Siculi Morychum dixêre nomen: Arabes, Oracal, & A-
Bacchi cognomina diuerſa. doneum: Alij Lyæum, Erebinthiũ, Sabaziũ: Lacedæmonij Scythitẽ & Milichiũ uo-
citarunt,cuius faciem muſto intingere & focis ornare uetus mos erat. Tradũt quoqꝫ
Mineruæ diuerſa cognomina. Mineruas diuerſis cognominari nominibus: Nam & Trigemina, Glaucopis, & Sais
ab Aegyptijs appellatur: à Mileſijs Aſiſia,apud quos mirificum fuit templũ: à Græ-
cis Arthemis: à Cretẽſibus Dictynna, Phœbe, & Diana: à Siculis Lyen,quia partu-
rientium ſoluit dolores. Prima enim fertur Iouis filia: Secunda Nilo orta, quam Ae
gyprij Saleten dixerũt: Tertia quã Arcades Chorion nominãt: Quarta Pallãtis,quæ
Mercurij uaria nomina. patrem interemit,ipſam uitiare conantẽ,cui pinnarũ Talaria affinxerunt. Mercurium
quoqꝫ multiplici ferunt uocatum nomine: Nã Galli Theutatẽ: Aegyptij Their appel
Cybelis nomina. larũt, quos quinqꝫ numerari pleriqꝫ autumãt, ſicut Vulcanos plures. Cybelem quoqꝫ,
alij Rheã dixere,alij Berecynthiã,pleriqꝫ Bonã deam. Iſidem uerò Phryges Peſſimũ-
tiam matrem Deûm uocãt: Attici Cecropiam Mineruã: Cyprij Paphiam Venerem:
Cretes Dictynnã Dianã: Siculi Stygiã Proſerpinam: Eleuſini uetuſtam Cererem:
Iunonis ædes & aræ diuerſæ Rhomæ. alij Iunonem: nõnulli Bellonam: pleriqꝫ Hecaten. Prima uerò Iunonis ædes à Ca-
millo dicata eſt in Auentino,quæ cæteris longè multumq́ꝫ præſtitit,ad quã ſimulacrum
Iunonis Veientanæ allatum memorãt, quam Reginã nominatã uolunt: Altera in Ca-
pitolio iuxta quam ſacri anſeres paſcebantur,quæ & Regina dicta eſt. Tertia in Ar
ce cognomento Monetæ,in area,in qua M. Mãlij Capitolini domus fuit,quam à L. Fu
rio Dictatore uotã nonnulli memorãt: Nã cũ nouo motu tota urbs contremiſceret,&
quibus piamentis,cuiue Deo ſacrum fieret,nõ dignoſcerent,ex arce uocẽ auditam fe-
runt monentẽ,ut ſue plena ſacrum Iunoni, & procuratio fieret: Inde Monetæ nomẽ
datum: Nouimus quoq́ꝫ in uico Iugario arã Iunonis Iugæ cõſpici, quæ cõiugijs præ-
eſſe

esse dicebatur, sicut Cinxia & Gamelia Iuno, à nubẽtibus sanctè colebatur, cui sacrificantes obseruant, ut bilem à uisceribus hostiæ dimoueant, illamq́ iuxta aram defodiãt, loco abdito & operto, ut signarẽt sinè bili matrimonia esse oportere: In Exquilijs quoq; Laciniæ Iunonis templum fuit, & in foro Olitorio ara Iunonis Matutæ. Aedem in Palatio etiam Iunonis Sospitæ summo honore cultam inuenimus, iuxta templum Cybelis, cuius aram Numæ legibus pellex tangere uetabatur: Nam in colle Viminali & & in porticu Octauiæ, Iunonis templum & aram fuisse uulgò proditũ memoriæ est: Neq; omittendum noua religione & barbara cærimonia apud diuersas gentes Iunoni sacrum fieri: Nam Lauini templum Iunonis erat, & iuxta specus, unde prodiẽs Draco uirginis manu pascebatur. In Syria in fano antiquissimo Sacerdotes dum Iunoni sacrificant, inuicem digladiantur, sicut Corybantes in sacris Magnæ Deæ, & in tẽplo Dianæ apud Ariciam, apud Crotonem Sacerdos breui scuto superstans sacrum facit, & uictimam Iunoni cædit. In Samo nisi habitu nubentis & nuptiarum solennibus seruatis, Iunoni sacrum facere non licet. In Stymphalo Arcadiæ Iunoni triplex sacrũ ex tribus cognominibus fit unum, uel ut puellæ, alterum ut Ioui nuptæ, tertium uelut uiduæ. Sami quoq; ut dicata Iunoni templa Lysandria uocẽtur, Senatus cõsulto cautum fuit: & Argis in ara Iunonis, nulli externo aut peregrino sacrũ facere permittit. *Sacra Iunonis diuersa.* *Lysandria.*

¶ Ex quibus oppidis, quibusq́ regionibus, aut terrarum oris ingenio clari & præcipua doctrina uiri plures euasêre. Ca. v.



EX MVLTIS magnis animis amplissimisq́ ingenijs, quæ unq̃ uidimus aut legimus, illorum qui studio disciplinarum exteras nationes conquisiuêre, in primis Homerus fuit, Orpheus, Eudoxus, Democritus, Pythagoras, Archita, & Plato, clari sapientia, qui ad Gymnosophistas spectandosq́ siderum motus, disciplinasq́ ediscẽdas tanq̃ ad mercaturam bonarum artium profecti sunt. Is uerò Eudoxus summus perhibetur astrologus, qua tempestate, Galli Senones urbem peruastarunt. Pythagoras Tarquinij Superbi tempore uiguit. Platonem uerò post quadringentesimum urbis annum ad Dionysium uenisse fama uulgauit. Archita autem dumdiscẽdi studio flagrat, multas per oras peregrinatus, captus à Piratis, & uenundatus est: Sic Thales ille Milesius, cuius sunt multa & miranda inuẽta, deinde Solon & Lycurgus, ut legum sanctionumq́, quas tulere, causas rationesq́ curiosius pensitarent, alijq́ illustres uiri, nullum uitæ cultum aut paratum requirentes, partim Aegyptios & Aethiopes, partim Syros, Arabas, Persas, Parthos, Hyrcanos, & Indos, omnes deniq; terrarum fibras, ac diuersi orbis ultimas oras rimando, nihil inexpertum reliquere, dum studia bonarum artium, & ueri cognitionẽ undiq; emendicarent, ita ut ex omnibus sapientissimis uiris, quos ulla unq̃ tulit ætas, in patrio solo paucissimos funeratos inuenias. Quibus exculti doctrinis, tantùm processêre, ut multa ingeniorum doctrinarumq́ monumenta posteris reliquerint: suasq́ non urbes modò & oppida, sed regiones & gentes magnis nominibus nobilitarint. Præcipuè uerò Miletus Ioniæ, multiplici doctrina præditis uiris excelluisse ferẽ: Nam & Thaletis astrologi, qui inter sapientes adnominatur, Anaximenis philosophi mathematicorum nobilissimi, qui horologium ostendit primus: Timothei musici, & Anaximãdri physici, Hecatei historici, atq; Aeschynis oratoris, q magno in precio fuêre, alijsq; scientissimis uiris floruisse fertur. Ingenia quoq; Asiatica sua laude fraudanda nõ sunt. Ex hac enim poeta Anacreõ, Mynnermus, & Antimachus, claro præconio celebrati; deinde Hipponax, & Sapho, atq; Alcæus poetæ, qui lyricos inuenit. Præter hos, Xanthus, Hecateus, Herodotus, Ephorus, & Theopõpus historici, alijq́ præcipua doctrina uiri, illam sempiternæ laudi memoriæq; commẽdarunt. Fuit præterea Cartheia seu Iulis, parua circa Delon insula, clara ingenijs uirisq; : ex ea enim Simonides Poeta, qui scripsit multa præclarè, & Bacchylides, deinde Erasistratus medendi arte clarus, cuius plura documenta sunt: atq; Aristo Bionis æmulus ex Peripatetica disciplina, duxêre originem. Nec minus ex Bithynia & Cyrenis, non dispari laudi cẽsendi. Ex illa enim

Eudoxus. *Pythagoras.* *Plato.* *Archita.* *Thales.* *Solon.* *Licurgus.* *Ex Mileto. Ioniæ.* *Ex Asia uiri docti.* *Ex Cartheia seu Iulide.* *Ex Bithynia.*

enim Zenocrates philosophus, & Dionysius Dialecticus, Hipparch⁹ & Theodosius. Item Theophanes orator, in causis forensibus uersatus egregiè, & Asclepiades medicus. Ex Cyrenis uerò Callimachus, qui elegos scripsit primus, quo tempore Liuius Poeta Rhomæ fabulam dedit, & Aristippus Socraticus, floruisse dicitur, cuius filia Areta tantùm ingenio ualuit, ut post Aristippum scholas cum laude rexerit, & disciplinas docuerit. Præter quas urbes, Tharsus, Alabanda, Tyrus, Gnidus, Rhodus, uarijs eruditionibus & doctrinis excelluêre, præcipuosq; & summo ingenio uiros eduxêre. Sed quod est de Simonide dictum, magni exempli illius casus fuêre, bis monitu Diuûm, partim ruina, partim naufragio erepti. Asclepiades uerò publico fertur præconio, quòd phreneticos & mente imminuta laborantes, cōcentu sonorum, mirabili experimento ad sanitatem reuocarit. De Anacreonte inter mira exempla fatum memoratur, & memorabilis illa mors, acino uuæ passæ strangulati, quæ res infirmitatis humanæ nos cōmonefacit, fortunæq; uarietatis, atq; imminentium calamitatum, uitæq; uarijs casibus expositæ, magna nobis documenta dari.

Ex Cyrenis.

Aliæ urbes doctis uiris claræ

Simonides.

Asclepiades.

Anacreōtis interitus.

¶ Quo apparatu, & qua pompa, quantoq; omnium studio olim Rhomani Triumphos agerent, quis ordo seruari, & quæ in Triumpho ferri consuerant. Ca. VI.



VAE triumphantium pompa & quis ordo fuerit, quantoq; omnium studio & apparatu Ducibus exercituum, post res feliciter gestas, triūphus deferri consuesset, intercisè ueterum monumentis traditum est: In primis fuit obseruatum, ut qui Imperatores rebus bene gestis, post multa facinora militaria, domitis hostibus, triumphum poscerent, pacatam Prouinciam Successori in primis traderent, exercitumq; uictorem & opimum præda, testēq; uirtutis & ignauiæ cuiusq;, meritiq; & immeriti, Rhomam reducerent. Inq; ædem Bellonæ extra urbem Senatu euocato (Neq; enim triumphum petenti, urbem inire fas erat) de rebus à se gestis magnificè, quæ oppida, quasq; Prouincias bello uicissent, aut quibus cum hostibus signis collatis conflixissent, quæq; egregia ipsi fecissent, quotq; hostium millia cecidissent, omnia deniq; belli decora, ordine differebant, ubi Legatos, Tribunos militū, Centuriones, milites deniq; exercitus, quò notior testatiorq; eorum uirtus foret, adesse oportebat, ut meritæ illius uirtutis, cui tātus honor debebatur, si quid ueri uaniq; referretur, testes forent. Augustus uerò Octauius in templo Martis Vltoris, quod in foro suo posuit, Senatum de bellis, deq; triumphis consuli, utq; Prouincias cum Imperio petituri inde deducerentur, in eoq; reuersi ex Prouincia triumphorum insignia deponerent, decreto sanciuit. Tametsi in Martio campo, & in pratis Flaminijs, non semel de triumpho actum inueniamus: Apud Argiuos ex militia reuersi Duces cum militū agmine totoq; exercitu, in Charadro extra urbem concilium aduocabant: ibiq; de militaribus donis, quæ cuiq; deberentur, Optimatum consensu decernebant. Sæpius tamen absenti Duci, cùm de rebus gestis egregiè, maximè cognitum esset, à Senatu decretus triūphus fuit. Cumq; res bello gestæ triumpho dignæ uiderentur, prout erant sententiæ, populi iussu, Patribus authoribus, triumphum decernebant: aut si Senatus auersaretur, per Tribunos ad populum ferri posse, populumq; citra Senatus authoritatē, triumphos sæpe decreuisse, compertum est. Valerio & Horatio COSS. uictis Sabinis & Volscis, cùm triumphus negaretur, L. Icilius Tribunus plebis de illorum triumpho ad populum tulit, qui primi ex scito plebis, nullo decernente Senatu, triumpharunt. Et M. Rutilio Dictatori de plebe homini, deditis & uictis hostibus, sinè Patrum authoritate, solo iussu populi triūphare licuit. Tametsi plures, cùm Rhomæ aduersante Senatu honos negaretur, in Albano honestos triumphos egisse legamus. Primusq; M. Papyrius Masso cùm Rhomæ negaretur, in Albano, & alij illius exemplo triumpharunt. M. uerò Antonio, magnæ inuidiæ fuit, quòd cùm deberet Rhomæ, Alexandriæ de Parthis triumphauit. Et Domitio Aenobarbo, quòd deuictis Aruernis, nullo decernēte Senatu, Elephāto uectus, uelut

Triumphū petenti quæ prius facienda & obseruāda erāt.

Argiui.

Absentibus decretus triumphus.

Triumphū à populo decreti sinè Senatus authoritate.

uelut triumphans,totam Italiam peruagarit. Mansitq; diu mos Rhomæ de domitis na-
tionibus,& hostibus bello uictis triumphandi,ad Probum usq; Imperatorem: Is enim *Probus ultimus Cæsarum triũphauit.*
ultimus Cæsarum triumphasse traditur: Post quem obliterata uirtute militari,cùm ui
gor ille animi defuisset,& Imperium deflexisset,nulli Cæsarum triumphasse legun-
tur: Quãuis alij Bellisarium,qui sub Iustiniano meruit coronam, postremum omniũ *Bellisarius.*
triumphasse contendebant. Fuitq; maximè cognitum,à condita orbe ad Vespasianum
& Titum,deuictis debellatisq; nationibus ab ultimo orbe, Rhomanos per tot sæcula
uiginti supra trecentos triumphos egisse. Exq; Sannitibus solùm hostibus præualen-
tibus,multiplici tandem clade affectis,& debellatis,quatuor supra triginta triumphos
inisse. Pluriesq; de Gallis q̃ de reliquo orbe terrarũ, Duces Rhomanos triumphasse. *Rho. de gallis sæpe triũphauerunt.*
Et tametsi Rhomanis tantùm ciuibus olim triumphus decerneretur: uni tamen Cor-
nelio Balbo externo & Gaditano,ob deuictos Garamantes,tributũ legimus. Mirumq;
prodi de Ventidio Basso,qui ductus in triumpho,& mulio,eò processit,ut Rhoma-
norum primus felicitate mira de Parthis triumpharit. Fuluius postea Tusculanus cum
& ciuis,& COS. Tusculi fuisset,& ad Rhomanos trãsisset,tam feliciter egit,ut Tuscu
lum extra sortem uelut Prouinciam assequutus,triumphum Rhomæ de sua patria ege-
rit,eo ipso anno ciuitate donatus,& COS. factus. M. quoq; Perpenna Græcus homo,
postea COS. de Aristonico iustissimum Rhomæ duxit triumphum. Proditus tamẽ est *Qui triumpharerecusarint.*
Fuluius Flaccus tantæ moderationis fuisse,ut decretum sibi triumphi honorẽ ob mo-
destiam recusarit. Et M. Fabius,quia fratrem bello amiserat,triumpho cessisse. Tibe
rius quoq; Cæsar de Illyrijs parta uictoria,triumphare noluit, consternata tunc ciuita
te,propter Varianam cladem: sicut Marius,deuictis Theutonis,triumphum distulit,
conspicatus patriam aduentantibus Cimbris laborare. Septimius quoq; Seuerus, deui
ctis Parthis,cùm pedum ualitudine laboraret,triumphum recusauit. IGITVR decre *Triumphi cærimoniæ.*
to triumpho,Rhomani magistratus & omnes Tribus obuiæ,Flaminesq; purpura, & *Rhomani.*
Sacerdotes ac Pontifices Apiculis uelati,laudãtes gratãtesq;,atq; uiri triũphales Con
sularesq;,cunctaq; nobilitas,& Senatus in Prætexta & Laticlauis,tum omnis sexus &
ætas frequentes cum coniugibus & liberis in lætitia publica,omnibus deniq; ordini-
bus effusis,cum gaudio ad excipiendũ uisendumq; prodibant. Apud Athenienses ue- *Athenienses.*
rò,si quando summi Duces rebus feliciter gestis, Vrbem inirent,nõ modò à magistra
tibus & omnibus ordinibus frequenter obuiam itum est: sed Deorum quoq; imagi
nes producere obuiam,& diem Victoriæ consecrare mos erat. Ingredieti deinde,lon *Quæ ante triumphantem ferebantur.*
go ordine,montium,fluminum,oppidorum,& urbium species,quas bello peruicerat,
& ui expugnarat,præcedebant. Vrbes enim,montes,& flumina,regionesq;,quas Im-
peratores bello domuissent,in triumpho duci uetusti moris erat: quare T. Quintus
Dictator,Preneste in deditionem accepto,signum Preneste duxit triumphans,& M.
Marcellus Syracusas,& Scipio Asiaticus CXXX oppidorum simulacra uno trium-
pho detulit,& C. Cæsar Massiliam,Nilum,Rhenum,Rhodanumq; ex auro, & fatum
ex ebore. Sæpe etiam præ multitudine oppidorũ effictas turres pro expugnatis ur-
bibus,captarum ciuitatum simulacra ferentes,in triumpho detulere. Fertur Sylla cùm
omnes Asiæ & Græciæ urbes bello domitas in triumpho duxisset,nulla Rhomano-
rum oppida,aut ciuium imagines ducere uoluisse: Non sic Cæsar: nam imagines Sci
pionis,Petrei,& Catonis inter Põpæ fercula repræsentauit. Inter quæ tabellas grãdio *Tabellæ in triumpho prælatæ.*
ribus literis inscriptas,cum titulis,in quibus naues captæ,urbes tributo affectæ,seruæ,
aut uectigales,in fidẽmue acceptæ,oppidaq; expugnata,gentes perdomitæ,& Reges
bello uicti continebantur. Tum pegmata in tertium quartumq; nidum,uelut exertis
ramis,surgẽtia,& simulacra bellorum artifici manu elaborata,præferebant: ubi capta-
rum urbium præliorumq; effictæ species erant: ubi acies uictas & fugatas,perculsos
consternatosq; hostes,castellorum excidia,exercitusq; intra fusos,urbes populari,fer-
ro igniq; uastari,ædificia incendi,mœnia disturbari, claustra reuelli,totasq; imagines
præliorum effictas,facile erat cernere: His succedebant spolia hostium,& captiua ar-
ma, tum currus spolijs onusti,militariaq; signa & domitis gentibus non erecta,sed in-
uersa. Post hæc Catapultæ,Balistæ,& tormentorum omne genus ui expugnatum,ac
belli

bellí apparatus,machinæq; ad urbium excidia,roſtraq; nauiũ uí captarum,nauesq; ro-
ſtratæ bello uictæ,proferebãtur : quare Lucullus longas & roſtratas decem ultra cen
tum in triumpho duxit:Præterea falcati currus, clypeiq; inſignes, & ſcuta,quibus L.
Papyrius Dictator de Sannitibus triumphans forum ornauit,tũ lecticæ aureæ,æneæq;
uel argentea ſigna,ex deuictis gentibus,quorum ſupra ducenta octuaginta,& marmo
rea fere totidem,M. Fuluius in triumpho quem de Aetolis & Cephalenia habuit,Car
pentis uexit.Currusq; aurei uel argẽtei : uaſaq; aurea & argentea omnis generis.Spo
liaq; ciuitatum ui captarum,tum coronæ aureæ,& urbium dona,& populorum, qui-
bus à ſocijs & fœdere iũctis pro uirtute Dux donatus fuerat, ſuo ordine ſequebãtur,
quarum nonnullos ſupra octingentas,& duo millia detuliſſe comperimus.Quodq; au
ri uel argenti facti ſignatiq; ex manubijs & urbium ſpolijs,partim rudibus maſſis quæ-
ſitum foret,id omne deferri in triumpho,& perſcriptum in tabulis,in ærarium eſt cõ
di ſolitum.Legimus Scipionem,cui Aphricano fuit cognomen,bello Carthaginẽſi,ex
præda argenti cælati pondo numero CCCC & uaſorum aureorum pondo du-
centa millia : Paulumq; Aemylium,deuicta Macedonia,uaſorum aureorum,auriq; &
argenti ſignati tantùm detuliſſe,ut ex illo populus Rhomanus tributum pendere de-

Herculis ſignũ ante triumphã tem prælatũ.

ſierit.Quinetiam Herculis ſignum ante triumphantem non raró in pompa uehi ſolê-
re.Tum ſiquid uiſendum & memorabile,atq; æuo priore incognitũ in deuicta Pro-
uincia fuiſſet,uelut rem ſpectatiſſimam nouo inuento unà afferri compertum eſt.Ve-
ſpaſianus Iudæa capta,Balſamum nunq̃ aliàs uiſam arborem,& Pompeius, uicto Mi-
thridate,Ebenum,primi oſtenderunt.Eundemq; Pompeium tertio triumpho, quẽ de
Aſia & Ponto habuit, inter ſolennia, Alueum cum teſſeris luſorium è gemmis dua-
bus,magnitudinis miræ,nulla gemmarum ad eam accedente, detuliſſe : & Aurelianũ
Cæſarem,præter alia ſpectatiſſima,Tigrides, Alces, & Camelopardales in triumphi
pompa oſtendiſſe, Authores memorant.Præter quæ, Elephantos,aut Equos in bello
captos,ſimul & obſides qui à fœderatis gentibus & ſocijs dati erant, tanq̃ pacis pigno

Syracuſani.

ra deduci notatum eſt.Qui mos Syracuſanis frequens erat, ut captiuos equos tonſis
crinibus,uictores autem lauro coronatos ducerent in triumpho.Elephantos autem Cu
rius Dentatus poſt Italia uictũ fugatumq; Pyrrhum,quatuor captiuos detulit primus.
L.quoq; Cæcilius Metellus,rebus aduerſus Pœnos fœliciter geſtis,primo Punico bel
lo centum & uiginti.Et P. Cornelius Naſica triumpho Gallico,præter multa memo
randa, equorum gregem bello captorum. Et Scipio Aſiaticus, deuicto Antiocho,
ultra mille & ducentos Eburneos dentes.Et Cn. Manlius,deuicta Aſia, Monopodia
& Abacos, ac Triclinia ærata, ueſtemq; ſtragulam,detulêre. POST hos Tubicines
multiplici ſono claſſicum canentes incedebant,quos longo ordine candidi boues, tau-
riq; auratis cornibusq; infulis & uittis ornati,& auro,mox immolãdi ſequebãtur.Hos
comitabantur ſuccincti adoleſcẽtes,aureas argenteasq; patinas tenentes. Quibus ſucce
debant Tribuni militum,Centuriones,Præfecti,Equitesq; inſignes,ac pedites, uicto-
ris exercitus,qui ob egregia facinora,& nauatam in bello operam,dona militaria me-
ruiſſent : Nec non milites,quorum ſpectatiſſima uirtus in bello fuit,quiq; ab Impera-
tore, Ciuicis, Muralibus, Caſtrenſibúsue coronis, torquibusq; aureis, phaleris, aut
armillis donati erant,inſignes militaribus donis,ſpolijs armisq; fulgentes præibant, ſe-

Captiui in triumphum ducti.

quentibus mox Legatis & Tribunis legionum in equis.Tum Reges & captiui nobi-
les,& ſiqui bello capti inſignes forent,præcipuè hoſtium Duces,cõtra quos indictum
fuiſſet bellum,ex tanto faſtigio deiecti,in uehiculis,aut ferculis, cæteri uerò caterua-
tim uincti catenis in ſeruitij notam, præcedebant.Quare Pompeius Magnus Regum
filios & obſides numero quatuor & triginta ſupra trecentos, prætuliſſe fertur, inter
quos Tigranem, Ariſtobolum,& Mithridatis filios quinq;, filias uerò duas. C. quoq;
Cæſar Aphricano triumpho,Iubæ Regis filium infantẽ,qui mox clarus ingenio eua-
ſit,ante currum duxit.Et cùm Catonis, Scipionis,& Petrei, aliorumq; imagines ua-

Imagines ducũ hoſtiũ mortuorum in triũphũ ductæ.

rijs caſibus affectos detuliſſet,Pampei ſimulacrũ deferri paſſus non fuit.Quòd ſi mor-
te obita,minimè duci ualuiſſent,illorum imagines & ſimulacra perſæpe delata ſunt :
Cùm enim Scipio,deuicta Carthagine,Haſdrubalem : & Paulus Aemylius Perſeum,

& filios :

& filios : Mariusq; Iugurtham regno deturbatos contra decus Regium,duxiſſent ca=
ptiuos in triumpho. Auguſtus poſt bellum Acciacũ Alexãdrino triumpho,cùm Cleo
patram ducere nequiret,ipſius imaginem quæ manu ſibi mortem conſciuerat , exan=
guem detulit. In quo omnes gazas Ptolemæorum congeſtas,tãtumq; auri & pecunia=
rum inuexit,ut precia poſſeſſionum uenaliũ exinde duplicia ſtatuerentur. Proditumq;
memoriæ eſt,Lucullum triumpho Mithridatico aureum Mithridatis ſimulacrum ſex
pedum, & Clypeum ex precioſis gemmis præter alia inſignia detuliſſe : & Pompeiũ
Magnum Pharnacis ſtatuam argenteam,ſuam uerò ex margaritis, & ſigna aurea tria,
& alia myrrhina,coronasq; ex gemmis & margaritis tres & triginta adduxiſſe : Ca=
ptiuosq; belli iure uinctos duci noluiſſe,ſed patrio more ſuccinctos ire iuſſit,quos ex=
acta pompa, regali munificentia liberos donatosq; remiſit. Scipio uerò Aemylianus,
expugnata Numantia,nec ſpolia,nec prædã,nec captiuos tulit : quippe cùm quicquid
eſſet auri,uel argenti, & ſpoliorum,ac precioſiſſima rerum, & demum ſeipſos,Numã=
tini cæde & incendio abſumpſerint,nullaq; re niſi uictoria ipſe potitus fuerit. Id ta=
men in triumphali pompa ſeruatum meminimus,ut cùm de foro in Capitolium flecte
ret triumphans,Hoſtium captiuos inſignes,qui ſemina diſcordiarum & belli autho=
res fuiſſent,in cuſtodiam detrudi iuberet,ut exacta pompa,neci darẽtur : quare cùm
Adiatorix Tetrarcha Galatarum,quòd in triumpho Acciaco ductus,ſeruato more,iu
gulatus fuiſſet cum filio,inſciente Auguſto,nimium indoluiſſe Auguſtus , & lachry=
mas effudiſſe fertur. Hadrianus quoq; triumphum,qui Traiano debebatur,cùm mor=
te obita triũphare nequiſſet,illi defuncto exhibuit : quippe triumphi apparatu præ=
cedente, & omni præda, Traiani imaginem tanquàm uictoris inſignis uictoriæ, cuius
ipſe Dux & author fuit,in triumphali curru uexit. Et quia Romulum Patrum memo
ria,captis Veijs, Veientium Ducem ſenio affectum in triumpho captiuum duxit, inde
ut inter ſolennia decrepitus ſenex,exoletus, & excors,qui æmula facie illum menti=
retur,puerili bulla ornatus,ante currũ duceret,aliquãdiu mãſit, Præcone SARDIA=
NVM SENEM proclamante : Nam Veios Sardianorũ fuiſſe coloniam Veteres tra=
didêre. Imperatoriq; triumphantiq; oleagineis ſertis ornati,aureas coronas præfere=
bant miniſtri,quæ his qui triumphum meritũ procuraſſent,dari aſſuerant. Vniuerſo
mox Senatu in albis prætextis iuxta currum longè maximum triumphi ſpectaculum
exhibente. Tum Citharœdorum & Tibicinum ſolertiſsimi artifices,quos Lydios uo
cant,canentes pſallentesq; ibant coronati : In quorum medio quiſpiam penè delirus,
qui inconditis iocis ineptire uidebatur,in talari ueſte,fimbrijs aureis, & armillis or=
natus,laſciuia,geſticulatione uſq; ad ineptias,riſus cõmouebat. Inter quos Ciceriæ effi
giem argutam & Manduci,magnis malis,ore hianti cum crepitu dentiũ,aut Petreiæ,
quæ ebriam anum effingebat,nonnunq̃ adhibuere. Tantaq; erat apparatus magnificen=
tia,ut cùm dies exponendis rebus ſuffectura non uideretur,plerumq; triduum,nõnun
quàm dies integros, & noctes totas in apparatu pompæ tributos legamus : Siquidem
Aemylius Paulus de Rege Perſa, & Q. Flaminius de Macedonia triduò triumpha=
runt : Iulius Cæſar quater eodem mẽſe : & Diuus Auguſtus tres egit triumphos cõ
tinuo triduo. Ipſe uerò triumphans,cui tantus honos dabatur, curru aurato ſublimis,
atq; ornatu humano auguſtior,quatuor inſignibus equis cæteris altior, & magnificẽ=
tior uehebatur,præcedentibus lictoribus,coronatus in purpura,cum inſignijs Impe=
rij & magiſtratus,quem gerebat : qui ut cõſpectior uideretur,minio illini ſolebat,exẽ
plo Aſſyriorum & Medorum,apud quos inungi oculos, & faciem pingi ex Cyri in=
ſtituto aſſuetum eſt. Perſarum Reges Heliathe cum adipe Leonino : & Aethiopum
proceres minio colorantur,quò facie non inuenuſta,ſed pro Imperij maieſtate,forma
conſpicui fiant. Scire tamen licet Romulum cùm de Veientibus triumphauit,ſinè cur
ru egiſſe triumphum. Primumq; Tarquinium Priſcum,ut uerò plures certioresq; tra
dunt, Valerium Publicolam,quòd Thuſcos bello uicerat, quadrijugo curru triũphaſ=
ſe : Geſtamenq; triumphantium apud prius ſæculum Bullam fuiſſe,remedijs inditis in
ea,quæ contra inuidiam proficerent : Poſtea Camillum,quòd antea licuit nulli,in triũ=
pho albẽtibus equis Vrbem iniſſe tradunt : Procedente mox tempore,Pompeius Ma
gnus

Hoſtium captiuorum inſigniores,in cuſtodiã tradebantur.

Traianus mortuus triumphauit.

Veientiũ ducis imago repræſentata per ſenem decrepitũ inter ſolennia, Coronæ triũphãtibus prælatæ.

Citharœdi & Tibicines.

Delirus.

Ciceriæ & Manduci effigies.

Apparatus magnificentia.

Triumphantis ornatus.

Romulus ſinè curru triũphauit.

Quis primũ in curru triũpharit.

gnus triumpho Aphricano, & Diuus Cæsar Gallico elephãtis, & M. Antonius Leonibus ad currum, præter aliorum instituta, triumpharunt. Nero autem Cæsar monstrifico inuento Hermaphroditas equas portenti loco ad currum duxit. Heliogabalus maiore insania, quaternis canibus, mox Tigribus uectatus fuit. Aurelianus etiam ceruis ad currũ triumphauit. Inter cæteros proditur Sesostris Aegypti Rex regno impotenti insolens, eò ferociæ processisse, ut sorte ductos Reges, annis singulis ad currum iungeret, ut ea pompa per omnium ora uectaretur triumphans. Quod nõ absimile à Tigranis insolentia uidetur, cui tanta fuit secordia, ut Reges & Dynastæ seruilia præberent. Alexander tamen Seuerus Imperator, cùm de Persis triũpharet, non curru triumphali, sed pedibus sequente curru IIII Elephantorum, palatium ascẽdit. Tarquinius uerò Priscus aurea tunica processit ornatus. Pompeius Chlamyde Magni Alexandri. Ipsos uerò triumphantes Myrto prius (authore Masurio) mox Lauro plexo, & ex Laureto, quod à Liuia Augusta pactum erat, postꝗ Cæsares imperitarunt, deinde aurea coronari institutum ferunt. Ex Lauro autem ideo, uel quòd spectatissima in monte Parnaso, uel quòd fulmine afflari nunquàm compertum sit. Quã quidem coronam, non ipsos triumphantes gestâre, sed seruũ in curru eodem, qui supra illius uerticem ipsam teneret, post se habere tradunt. Suspicari licet, uel quòd oneri ferendo triumphantem fatigari minimè uolebant, uel ut humanæ fragilitatis memor foret, cùm iuxta assidere seruum in eodem uideret curru, ne per insolentiam nimis sibi placeret, & triumphatu superbiret. Quam quidem exacto triumpho, in gremio Capitolini Iouis locare, uel templis dicare solebant, quòd beneficio Deorum immortalium de hostibus triumphare contigisset. Sunt tamen Authores, in altera triumphantis manu Laurũ, in altera teneri Sceptrũ, dum triumphali uehitur curru. In equis uerò triũphantium, ingenui pueri, aut uirgines nondum adultæ, proxima cognatione iunctæ, ad habenas cognati, & affines in ueste candida, iuxta latera scribæ & ministri, qui Ducem sequti comites expeditionis fuerant, comitabantur. Interim per uias effusi, omnis sexus & ætas in cõmuni gaudio, flores iacere, & passim Dijs libare, alij uictimas cædere undiꝗ thuris & odorum copia exhalante. POST currum uerò captiui, seruitute exempti, & libertate donati, sequebantur, omnes capitibus rasis & pileati, quasi effugisse seruitij tempestatem uiderentur. Quare T. Flaminij currum, qui de Macedonia & Nabide triumphauit, Rhomanorum supra duo millia captiuorum, qui bello capti ab Hannibale diuenditi fuerant, quos per uniuersam Græciam conquisitos redemerat, liberi postliminiò capitibus rasis sequti sunt. Et Cn. Cornelio, qui de Insubribus & Cenomanis triumphauit, turba Cremonensium, Placentinorumꝗ colonorum, ab eo obsidione & seruitute exempti, pileati post currum incessere. Proditum tamen memoriæ est. L. Furio, qui in Prætura de Gallis triũphauit, nec captiuos præcessisse, nec spolia prælata, nec milites sequtos. M.ꝗ Aciliũ de Antiocho & Aetolis sinè militibus triũphasse, & sinè exercitu. Fuêre tamen qui traderent Tribunos Præfectosꝗ legionum, Centuriones, & Legatos equis, aut Carpento insidentes, interdum pedibus, in Pompa triumphali currum prosequtos: Nam Tiberium triumphantem Legati legionum cum triumphalibus ornamentis sequti fuêre. Et Messalina post Claudij Cæsaris currum, Carpento uecta fuit. Et Aurelianus Cæsar Zenobiam uinctã aureis catenis Carpento duxit. Post hæc uictrices legiones, militesꝗ uictoris exercitus armati ac diuisi in Turmas, pleni fortunarum gloriæꝗ cum iocorum lasciuia, & carmine triumphali, ludibundi & spolijs ornati, uerba & incõditos uersus in triumphantem militari more iactantes, sequebantur: Quare Camillus Romulus, & parens patriæ, ac conditor urbis: sicut Marius Cymbrico triumpho, tertius conditor appellatus est. Et Cæsar inter militares iocos, à Nicomede subactus, & Mœchus Gallus: Lapsana quoꝗ se uixisse apud Dyrrhachiũ, milites in Cæsarẽ inter iocos cauillati fuêre. M. uerò Manlium in triumpho quem de Gallogræcis habuit, milites inter iocos uelut nimis indulgentem & ambitiosum taxaurêre. Dumꝗ per urbem pompa & tãtus ordo procedit, per uias perꝗ omnes aditus, & Deorum templa patentia passim Triclinijs stratis, omnium generum, ætatum, & ordinum, effusa multitudo inter uota precesꝗ ad aras Dijs libabãt, hostias

Sesostricis insolentia.

Tigranis insolentia.

Ex quibus coronæ triumphales cõcinnabantur.

Seruus in curru triumphali.

Coronæ post triumphum Ioui Capit. uel tẽplis dicatæ.

Equis triũphãtium insidẽtes.

Florũ spersio.

Qui currũ sequebantur.

Ioci liberi & acclamationes in triumphantem.

hostias mactabāt, grates Dijs agebant, conceptamq́; lætitiam cantu, & carmine, ac lætis acclamationiqus significabant: Donec cum omni apparatu, cumq́; his militaribus iocis per mediam Vrbem, & Velabrū, perq́; Sacram uiam læti & ouantes in Capitoliū ascenderent, ubi Tauros in pompa ductos in Iouis Optimi Maximi templo immolabat, quos priusq́; de nece hostiū Ducis certissimis constaret argumentis, triumphātem minimè immolare debere, multi arbitrati sunt. Epulum post hæc magnificentissimum, & lautum omni apparatus genere, uberrimis amplissimisq́; obsonijs, ac sumptu magnifico publicè dabatur, in quo turdos & murenas inter obsonia apparari, & uina præcipua, atq; unguenta minio delibuta exhiberi consuerant. Quare Diuus Cæsar meritò celebratur, qui Aphricano triumpho, præter obsonia apparatissima, uno die in duobus & uiginti millibus Tricliniorum instructis, paratisq́; mensis epulum Regali magnificentia, ac uini falerni amphoras C, & Chij Cados C populo dedisse fertur, ubi VI murenarum millia una cœna exhibuit. Tiberius quoq; M mensis prandium parauit. Ad illud etiam COSS. inuitari, mox ne uenirent rogari solebant, scilicet ne quis maior triumphante honorem, qui illi debebatur, præriperet, utq; locus honestissimus triumphanti, cui tantus honos habitus est, daretur, ut illum à cœna omnis ordo & ætas officij causa, domum sinè offensione reduceret, quæ præsentibus COSS. alteri tribui non decebat. Interdum uerò notatum est, epulas, extructasq́; mensas, ante domos in promiscuo usu, rerum omniū uictricibus Legionibus, quo agmine triumphantem sequebantur, exhibitas fuisse. Et post triumphum, ut gratia esset cumulatior, aurum coronarium ex uictis bello gentibus, ob concessam uitam, Imperatori dari, quod quidem nisi triumpho recepto, præstari non dicebat, pro eo quòd pro corona triumphi à socijs & bello uictis gētibus, quasi uectigal dabatur, quod Hadrianus primò Italiæ remisit, & in Prouincijs minuit. Deinde uerò Alexander Seuerus unà cum negotiatorio, populo illud dono dedit. Togas quoq; & sagula, æraq́; & dona multiplicia, singulis militibus pro meritis ab Imperatore elargiri. In quo id seruatum est, ut quod Pediti, duplex Centurioni, triplex Equiti daretur, unà cum stipendio militari & frumēto dupli ci: Tribuno uerò multò magis. Animaduersumq́; & illud est, Imperatorem, cui belli summa cōmissa fuit, decreto iam triūpho, anteq̄ Vrbem iniret, sæpe Tribunos, Præfectos, Equites, Centurionesq́; ob fortia facinora, militaribus donis in primis ornasse, & benemeritis præmia largitū esse: ipsosq́; cū donis & insignijs militaribus in pompa triumphi præcedere triumphantem: nonnunq̄ sequi consuesse. Prætereq́; assuetos honores, uel locū in Circo ad spectandum cū laurea & sella Curuli inter uiros Triūphales Consularesq́; sibi & posteris, uel ut in ueste Triūphali ludos spectaret, arcumq́; marmoreum, nonnunq̄ statuam in foro pedestrem, aut equestrem, ampliore sumptu cū decretis & titulis honorum, in Comitio, in Rostris, in Foro, in Palatio, in Capitolio, aut in Cella Iouis (qui rarissimus honor contigit) Senatum & Populum triumphanti, aliaq́; insignia uirtutum dona honores dedisse.

Sacrificia in Capitolio.

Epulum triumphale.

D. Cæsaris epulum.

Tiberij.

Epulæ legionibus uictricibus ante fores exhibitæ.

Coronariū aureum Imperatori datū post triumphum.

Munera data militibus.

Notandum.

Dona triumphanti à Senatu & populo data.

¶ Responsum Raphaeli Volaterrano, quare legum & causarum studio intermisso, in his mitioribus studijs oblectaremur. Ca. VII.



QVEREBAT aliquando ex me, dum Rhomæ agerem, Raphael Volaterranus, uir insignis doctrinæ & uirtutis, cui ad mores emendatissimos, grauitas libero homine digna non modicam accessionem faciebat, quid causæ foret, quòd cùm causarum patrocinijs & foro usq; à pueritia essem addictus, illis post habitis, & quasi forensibus negotijs prætermissis, in his studijs mitioribus ita me oblectarer, ut causarum patrocinijs bellum indixisse uiderer? Cui hoc causæ referebam, quòd leges quæ ad communem utilitatem æditæ, studio & labore maximo quæsitæ, & meditatæ nobis forent, neq; ab his qui iura darent coli, neq; perinde ut oporteret, præcipi uiderem, doloremq́; iuridicundo illos plerunq; præsidere, qui eas uel turpiter ignorarent, uel per gratiam & sordes facile corrumpi sinerent; & quibus seruandarum legum præci

pua imminet cura, hi maximè legum scita contemnerēt: quibus rebus effici, ut tot scita & decreta ueterum monumentis nobis tradita, maximisq; ingenijs elaborata, & tam pensiculatè expensa, unus homunculus nequissimus audacissimusq;, ignarus legum, iudiciorum, & fori, qui magistratui præesset, non salubri tēperamento, nec disceptatione ac iudicio, sed ausu temerario & omni iure neglecto, ad suam libidinem per scelus & nequitiam euerteret: Horum non minima exempla dicebam fore, ea quæ dudum experti uidimus. Nuper cùm Rhomæ custodias cognoscerem, operæprecium fuit uidere, quæ rerum miracula monstris & portentis similia, ac dictu fastidienda, quæue turpitudines ad aliquorum libidinē admitterentur contra ius fasq;: Siquidem Sacerdotem quempiam in his nacti sumus, grauem & sanctum uirum, uita & moribus ornatissimum, hominem profectò honestæ & magnæ laudis, diu tenebris & carcere maceratum, indignissimam fortunam subire coactum, pro eo quòd pecuniam sibi traditam ab eo qui illam furto subtraxerat, ut uero Domino restitueretur, illius iustu mandatoq; restituerat, suppresso authore, ipsumq; quæstionibus subdi uidimus, & tormētis uexari, ut illum qui conscientia culpæ & spe ueniæ adductus, abstulisse cōfessus fuerat, palam faceret, delinquentemq; delicta, quæ ille pœnitens culpæ dixerat, enūciaret, quo discrimine adactus pauper senior, confitentis peccatum & delinquentem enunciare coactus fuit. Quod quidem scripto iure uetitum, sanctionibusq; & decretis interdictum esse constat. Rursus alium immani scelere coopertum, hominem impurissimum turpissimumq;, qui maximorum criminum reus, testibus, tabulis, testimonijs, & certissimis documentis conuictus fuerat, quæ nec ipse gloriabundus diffitebatur, quiq; legum iudiciorumq; pœnis seuissimè coercendus erat, ab eisdem ergastulis, sola Præsidentis temeritate, nullo negotio dimitti & liberari, aliasq; audacias & turpitudines, ne dicam scelera indigna auditu, profatuq;, quæ uix credenti non modò enunciata, sed uisa & comperta fuêre. Iason Matassalanus & Ludouicus Matha cùm sacerdotalibus quibus fungebantur muneribus cedere nollent, quæsitis occasionibus ad inimicorum libidinem tetro carcere usq; eò tenti fuêre, donec illorum arbitrio singulis ornamentis, fama, & fortunis omnibus exturbati, quoad illis liberet, excruciati sunt, non uero iudicio, sed Præsidentis sola temeritate & libidine, ne prosequar uiros uitæ inculpatissimæ, summa integritate & fide, falsis criminibus circūuentos, ab impotentibus inimicis miseros & laborantes, in quos grauiter crudeliterq; consultum uidimus, uel ut afflictas fortunas inuaderent, ipsosq; de possessione, & antiquissimis sedibus deturbarent, uel ut inuidorum libidini obtemperarent, aliaq; in miseros ædita exempla, nulla pietate in supplices & calamitosos, eosq; innoxios turpibus iudicijs conflictari, & usq; premi ab his qui gratia & opibus plus possunt pollentq;: alios uerò anthores manifesti facinoris, ne appellari quidem. Quæ cùm uiderem, Patronisq; contra uim potentiorum, aut gratiam nihil præsidij esse, nihil opis, frustra nos in legum controuersijs & ediscendis tot casuum uarietatibus tam pensiculatè æditis, tantùm laboris & uigiliarum suscipere, tantoq; nos studio fatigari dicebam, cùm ad ignauissimi impurissimiq; cuiusq; temeritatem, qui iuridicūdo præsideret, quē leges uirum bonum esse uolunt, non æquo iure, sed ad gratiam & libidinem iudicia ferri, decretaq; legum tanto consilio ædita, conuelli & lebefactari uiderem.

¶ Quæ sit Bona Dea, & quæ à Veteribus illi sacra fierēt, quidue Rubigalia, Floralia, & Vinalia forent. Ca. VIII.



INTER eos quibus ista indagare curæ fuit, sæpe quæsitū est, quæ sit Bona Dea, cui⁹ numē tātopere coli à Rhomanis legim⁹: qd' sacrū à principio originū inchoatū, dū Imperiū stetit, incredibili cærimonia colebat? Multi putauere Florā Bonā Deam esse, quę Flauij seu Fauni quondam uxor, uino madēs myrteis flagris à uiro cæsa, postea cùm facti pœniteret, & ipsius desiderio tabesceret, diuinis honoribus coli cæpta fuit: in cuius ædem licet florum omne genus importent, myrtum tamen inferre non decebat, in memoriā

Variæ sententiæ quæ esset Bona Dea.

ueteris

ueteris multæ,ſicut in Tenedo Tibicinem adire Tenes templū,aut Achillis mentionē
facere,ob ueteris ignominiæ memoriā,uetabatur.Et apud Rhodios præconē accede-
re ad Occidionis templum,interdictū erat.Quidam Græcorū ex Liberi matribus illā
effinxêre : alij Medeam : pleriq; Semelē : multi Proſerpinā putāt : Rhomani Dryada
Fauni uxorē,cuius ne nomē quidem uiros intelligere fas erat.Qui uerò Bonam Deā
dicunt Fauni uxorem,illam tam illibatæ caſtitatis fuiſſe opinati ſunt,ut extra Gynæciū
nunq̄ egreſſa,nec uirū uiderit unq̄,nec à uiro conſpecta,nomenq; fando nullibi auditū
ſit.Quæ quidē ſacra cùm Maio menſe pro ſalute populi fierent,quicquid eſſet maſcu- Cærimoniæ in ſacris Bonæ Deæ.
lum,domo exigebatur,ita ut nō modò extra cōſpectū ſummouerētur uiri,ſed maſculæ
quoq; picturæ tegerentur,quod cōpar Myſiæ Cereris ſacrū obtinere dicunt, in quo
cùm ſeptē operentur dies,tertia à templo exactis uiris,pulſis etiā canibus maribus,mu
lieres celebrabāt.Cumq; in ſacris Bonæ Deæ uino libetur,illud nō ſuo nomine nuncu
pant,ſed lac dicunt eſſe,uini tamē amphoram in ſacris obuolutā apponunt,quam dixe-
re Mellariam.ad quod ſacrum niſi caſtas,quæq; à uiris abſtinuiſſent,nullas accedere li Mellaria.
cebat,templumq; Deæ,neq; uirū ingredi,nec intereſſe permittitur : cuius limina pur-
pureis uittis uelabantur : quæ non ubiq; & paſſim,ſed in Maximi Pontificis domo , in Sacra Bonæ
receſſu intimo,nocte,nō autē die fiebāt.Et licet nocturna ſacra priſco ritu mulieribus Deæ quo in lo
interdicta fuerint : in hoc tamen ſacro,cùm pro populo facerent, mulieres noctu in- co fiebant.
tereſſe non uetantur :quod quidem tantæ religionis eſt habitū,ut illud Veſtales uir-
gines obirent , & per illas ſacrum fieret : Cuius ædes alteræ in Auentino,alteræ iu- Religio.
xta Iſidis templum fuêre,ad nouā Viā.Alij dixêre Bonam Deam, quā Græci Gynæ- Aedes Bonæ Deæ.
ciam nuncupant,cuius feſtis diebus palmite tabernacula mulieres intexunt,interq; ſo- Gynæcia.
lennia Draconē apponūt,quod ſacrū nō in Pontificis domo, ſed in ædibus quiſq; ſuis Cærimoniæ.
celebrare aſſuerat, aut illis quæ eſſent in Imperio Conſulari uel Prætoria dignitate.
Dumq; ſacrum fit,cunctos mares domo exigunt,ne pollucrentur & piaculum fieret,
cùm ritu ſacrorum,neq; Deam cōſpici,neq; Sacerdotes palam fieri liceat. Vxor enim
exornata,domo maribus exactis,nouē continuas noctes operata furiali inceſſu,cū æris
crepitu, & fanatico diſcurſu,ſacra peragit : alijs ſimili temulentia ad id ſacrum accitis
mulieribus,unde occaſio frequens mœchandi, & facultas adulteris data eſt : In cuius
ſacrificijs canes immolātur,quiq; huic ſupplicant , maledictis & probris Deam inceſ- Mœchandi occaſio in ſacris.
ſunt,neminemq; optant bonum inuenire,qui domi naſcatur : quippe eam dixêre Bo- Bonæ Deæ.
nam Deam,quæ ex corruptis generationes faciat,quare illam Gynæciam quaſi rerū
genitricem,uocant . Quod ſacrum Damium à more præpoſtero,ipſaq; Damia,Sacer-
dosq; Damiatrix dicta.Cuius inſtar apud Siculos dicunt fuiſſe,apud quos ſacrum Ce- Damium.
reri x diebus,uerbis turpibus & obſcœnis celebrari produnt,magna uerborum licē- Cereris ſacrū.
tia,ſcilicet arbitratæ,ex obſcœnitate uerborum & iocorum laſciuia,Cereris luctū mœ
moremq; leuari,quem ex raptu filiæ conceperat.Nonnulli Opem dixêre Bonā Deā,
quæ & Maia dicta eſt,quam nominibus uarijs,Faunā, & Fatuam, & Matrem Deûm, Ops.
& Ideam,Peſſimuntiam,Cybelem,Rheam, & Phrygiam nūcupant,quia hominibus fa
uet, & opem liberis præſtat:Fatuamq; dictā,quôd infantes in lucē æditos, fandi mo- Opis uaria nomina.
dos & uerba edoceat ; cui qui uota concipiunt,manu terram tangentes,uelut paren- Fatua.
ti & genitrici ſupplicant.Cumq; in omnibus ſacris, qui rem diuinam facit, uelare ca-
put ſoleat , huic aperto capite, & inuelato ſacrificat. Quam Deam Aegyptijs celebre
numen fuiſſe aſſeuerant : cuius ſimulacrum ſiniſtra Scyphum tenet, dextra Siſtrum: Cærimoniæ.
hoc eſt,æneum crepitaculum , quod non ſpiritu , ſed motu concuſſum perſonat , ab Opis ſimulacrum.
illiſq; Iſis dicta ,cui peruigilia excubiæq; nocturnæ à puellis peraguntur : Cuius Sa-
cerdotes linea amicti ſtola, per urbem lugentes uagabantur,mox læti ſacra perficiūt : Cærimoniæ in ſacris Iſidis.
in cuius feſto qui ex collegio ſunt Sacerdotes,diuerſas facies induunt ornatu uario :
Nam alius incinctus balteo militem agit,alius uenabulo uenator incedit , alius lon-
ga ſtola fœminam mentitur, nonnulli cum faſcibus procedunt uelut magiſtratus .
Poſt quæ mulieres candidis amiculis ſerta ferentes, cum ſpeculis & pectine ante
ſimulacrum Deæ famulantur , ipſamq; comentes cum lucernis & lampade ſequun-
tur.Et quia Saturni & Vulcani uxor dicit̄,ideo Flamen Vulcanalis CALEND.Maijs

illi rem diuinam facit, & prægnantem suem mactat Maiæ & Mercurio, cuius ferias
Festorum quorundam nomina. Saturnalibus incurrere notatum est, festosꝙ illi dies Opalia fuisse, quæ tertio die post
Saturnalia aguntur: sicut Robigalia, Floralia, Vinalia, Agonalia, Carmentalia, Age-
ronalia, & Vertũnalia. Præter quæ fuerunt sacra popularia, non certis familijs tri-
Sacra popularia. buta, ut Fornacalia, Palilia, Laralia. Fuit autẽ ædes Opis in Capitolio una, altera in ui
Opis ædes. co Iugario, Opis & Saturni. Notatumꝙ his qui Ope indigerent, ad Asylum Cere-
Aedes hortæ semp reclusa. ris panem dari, quibus nunquam templum claudebatur, sicut ædem Hortæ reclusam
esse uoluerunt, cùm sit hortari ad res magnas adducere. Isidis uerò ædes una Patri-
Isidis ædes. cia, altera uerò Antenodora dicta est, cuius templum in regione Martij campi fuit,
Agonalia. proximum Tyberi, iuxta septa & ouile. Sed quia de Agonalibus loquor, sciendum
Agonalia statiuas ferias fuisse, quibus Iano quinto Idus Ianuarias mactatus aries, di-
Agonales dies ctiꝙ Agonales dies, quòd à principe ciuitatis interrogatur (quippe antiqui Agon ma
Agon. ctare dixerunt) quod uerbum in solennibus frequens usurpatur. propterea princeps
Carmentalia. gregis immolabatur, quorũ authorem Numam pompilium ferunt. Carmentalia uerò
à matribus familias annis singulis fiunt. XVIII. CALEND. Februarias, in quibus ali-
Robigalia. quid scorteũ, aut sua morte peremptum attulisse, magnũ crimẽ erat. Robigalia à Numa
quoꝙ instituta sunt, ne rubigo segetes, néue uredo aut grando inuaderet: Ideo VI
Floralia. CALEND. Maij agebantur, quo die Robigo Deo sacrũ fieri docuit. Floralia à Flora
sumpsere nomen, cui ut arbores affatim efflorescerent, ad iustamꝙ magnitudinẽ fru
ctus accederent, IIII CALEND. Maij oraculo, moniti sacra cõstituerũt: Nãꝙ hæc
Cærimoniæ in floralibus. tempora frugibus metuenda sunt: In cuius festis diebus fœminas, quæ uulgato cor-
pore quæstũ faciunt denudari, & pudẽdis obscœnisꝙ inuelatis, per luxum & lasciuiam
currere, & impudicos iocos agere seruatũ est, quibus etiã Aediles cicer, fabas, & mis-
silia plebi spargere assuerãt, leporesꝙ, & capreas aliaꝙ mitia animalia ludis admittere,
quos in uico Patricio, aut proximo celebrabãt, noctuꝙ accẽsis facibus, cùm multa ob-
Flora. scœnitate uerborũ ꝑ Vrbẽ uadere, & ad Tubæ sonitũ cõuenire. Fuit enim Flora no
bile scortum huius author argumẽti, quæ cùm præpotẽs esset, & diuitijs afflueret, po-
pulum Rhomanũ morte obita, hæredem fecit, pecuniamꝙ annuam ludis exhiberi uo-
Antisteria. luit, quorum instar ludorum Antisteria apud Athenienses simili licẽtia fuere. Vertũ
Vertũnalia. nalia uerò dies festos Vertũno dicatos habuere Octobri mẽse, cuius Sacellum in ui-
co Turario erat uertentibus se ad dexteram sub Basilicæ angulo, qui deus mercaturæ
Vinalia. & uertendarum rerum habitus. Vinalia autem erant duplicia, altera uinis degustandis
XII CALEND. Martias, cùm uina pura sunt, quo die Ioui nouum uinũ libare mos
est, quod ex dolio haustum Calpare eximebant. Altera quibus Flamen Dialis uinde-
miam auspicatus maturis uuis, uinum legere, & uindemiam fieri iubet, quibus diebus
agnam Ioui immolant, interꝙ cæsa & porrecta, uinum legit, quo tẽpore ex fano Ve-
neris uinum affatim effundebant. Fuitꝙ ueteri lege sancitũ, ut Flamen Martialis dice
ret diem ueteri uino libando medicaminis causa: Inde usurpatum uerbum, NOVVM
VETVS VINVM BIBO, NOVO VETERI VINO MORBO MEDEOR. Vnde
Meditrinæ sacra. Meditrinæ nomẽ Deæ, cuius sacra Meditrinalia, & dies Meditrinalis. Sicut ad primi-
tias pomorum noua esse dicebant uetera, & alia exoptabãt noua, ominis causa. Præter
quæ fuerũt Rustica uinalia, quòd Veneri ædes tũc dicata foret, eiusꝙ tutelæ olitores
Rustica uinalia. addicerẽtur, quibus diebus erãt feriati, quæ dies tẽpestatibus leniẽdis solennis habeba
Lex apud Tusculanos. tur, qua nouũ uinũ in Vrbẽ ferre, & in cellis uinarijs condere assuerant. Apud Tuscu
lanos lege cautũ erat, ne qs nouũ uinũ, anteꝗ Vinalia calẽtur, in Vrbẽ inueheret: Lau
Laurẽtum lex. rẽtibus, neqs pomũ ex alieno legeret inarimũ, qđ humeris uectaret: Græcis ante uer
Græcorum. nũ Aequinoctiũ, neqs uitẽ incideret, neꝙ uuã ante Aequinoctiũ Autũnale gustaret:
Rhomani. Rhomanis uino & nouis frugib⁹, anteꝗ Sacerdos primitias libasset, uesci nõ licuit: Græ
cis quoꝙ in usu erat in festo, cui Pithœgia nomẽ, quo dolia relinunt, uinũ affatim hau-
Pithœgia. rire, ad cui⁹ potũ nõ seruos modò, sed mercenarios, cliẽtes, & rusticã turbã, aduocabãt.

¶ Tantùm & quantùm comparatiuo nonnunꝗ cõiungi, ædemꝙ pro do-
mo sæpe apud Authores inueniri. Ca. IX.



CVM à tumultuarijs negotijs, ingenij uegetãdi causa, animum ad mãsuetiores Musas quãdoq; diuerterem, incidimus forte ad id temporis, cùm hæc cõmentaremur, in libellũ Elegantiarũ (quẽ sic inscripserat) Grãmatici cuiuspiam docti hominis & cõfidentis, qui pleraq; exquisitè & non indisertè ex Authoribus adnotasse uidebatur: In quibus ita scriptum legimus: Tãtùm & quãtùm uerbo & positiuo, tantò & quantò cõparatiuo iungi oportere, ut quantò es doctior, tãtò es melior, quãtùm potes, tantùm elabora. Arguitq; Lactãtium uelut parũ disertè loquutũ, quãtò frequenter impellitur, tantò firmiter roboratur. Sed cùm nos longè secus à probatissimis hæc obseruata legissemus, profectò id non usq;quaq; uerũ putamus, ipsumq; qui inter Grãmaticos principẽ locum facile tenuit, quod citra calumniã dictũ sit, incuriosè processisse. Esto enim quòd sic fuerit ab Authoribus sæpe usurpatũ, quin secus dici scribiq; possit citra reprehensionẽ, nõ negauerim: Siquidẽ & tãtùm cũ quãtò, & cũ positiuo, aut cõparatiuo iungi nõ indisertè plerũq; uidemus. Fuitq; hæc oratio nõ erudita solùm, sed suis numeris omnibus absoluta. T. Liuius tertio ab Vrbe cõdita: Quãtùm iuniores Patrũ plebi se magis insinuabãt, eò acrius cõtrà Tribuni tendebãt. L. Florus Epitomatũ secũdo: Numãtia (inqt) quãtùm Carthaginis, Capuæ, Corinthi opibus inferior, ita uirtutis nomine & honore par omnibus. Idẽ de Cassiano bello: Sed quantò est efficacior fortuna q̃ uirtus, tãtùm esse uirtutẽ. Plinius Nepos epistolarũ ultimo: Quãtùm ab huiusmodi cupiditatibus remotior eius animus esset, tãtò impẽsius, &c. Tacitus historiarũ quinto: Tiberius (inquit) quãtò intẽtus olim publicas ad curas, tãtò occultior in lusus. Plinius quoq; historiæ naturalis XXX multùm superlatiuo iunxit: Domus (inquit) multùm pulcherrima cõsensu omniũ ætate: ea in colle Quirinali, C. Aquilij fuit. Quinctiliã dixit Grãmaticus noster proximè accedere ad uim cõparatiuorũ antè & post, ut tantò ego antè ueni, nõ tãtùm. Cõtra quod authoritas Plinij & aliorũ obuia est, Naturalis historiæ XVIIJ. Quantùm igitur uniuersas terras ager Campanus antecedit, tantùm ipsum pars eius quæ Laboriæ dicitur. Cæsar cõmentario VI. Omni (inquit) nobilitate Heduorũ interfecta, tãtùm potentia antecesserunt. & alijs passim Authoribus probatissimis, in quibus liquet, tantùm cũ quãtò, & cõparatiuo & positiuo, nõ absq; cultu Latini sermonis iungi licere. In eodem quoq; libello scriptum fuit. Aedem singulari pro templo, plurali numero pro domo accipi oportere, nisi sacras adiecerís, quod tamen secus dictum definitumq; plerũq; est Q. Curtius libro quinto: Stabãt (inquit) ad fores ædis eius, in qua Rex uescebatur, & alibi: Excubabãt seruatis noctium uicibus, proximi foribus ædis. Cicero pro Cluẽtio: Atq; illo tempore (inquit) in æde T. Annij hominis honestissimi Scalenus accersitus, ab Oppianico uenit. Rursus ædes plurali pro templo T. Liuius non semel ponit. Duûmuiri (inquit) creati fuêre ædibus dedicandis. Suetonius in Claudio: Spectacula (inquit) edidit, cùm prius ad superiores ædes supplicasset. Neq; abnuerim, quin frequens habeat usus, ut ædes pluratiuo numero pro domo, pro templo uerò singulari dici conueniat: Sed tamen quin altero etiã modo Latinè dici possit, isq; sermo citra reprehensionem probabilis sit, licet parcius circunspectiusq;, antiqua dicta & ueterum authoritas facit.

Taxatus Laurentius Valla Elegantiarum lib. I. ca. XVIIJ.

In eundem lib. IIJ. cap. VIJ.

¶ Quæ lege XIJ. Tabularum utiliter & cõmodè, quæue parùm cõsultè, & nimis seuerè scripta uidebantur. Ca. X.



A CONDITA Vrbe, ad annũ ferè trecentesimũ populũ Rhomanũ ancipiti bello distractũ, sinè legibus certis, suis tãtùm moribus uixisse, neq; externas leges cõquisisse, satis cõstat. Trecẽtesimo demũ exacto anno, post finitimos superatos bello, quietis rebus, cùm Res pub. legibus formanda uideretur, Decẽuiros legũ ferendarũ causa crearũt, qui Athenas profecti ad iura statuenda, ut peregrina instituta, scita, moresq; noscerent, diuino consilio Leges XIJ Tabulis in æs incisas, in foro proposuêre, excerptas à Solonis legibus, quæ axibus ligneis continebantur, quibus boni æquiq; iussa, praui delictorumq;

Pop. Rho. CCC. annos sinè legibus uixit.

Decẽuiri quãdo primũ creati. Leges XIJ. Tabularum Athenis Rhomam traductæ.

depulsio, tum Iudiciorum ordo, & bene uiuendi norma, pœnæq;, ac præmia constituta sunt, à quibus postea omnis diuini humaniq; nostri iuris sanctio manauit. Quæ quidem leges, cùm longi temporis abusu antiquatæ essent, & uetustate consenuissent, nouis postea æditis, quæ eadem illa continerent, licet mutatis uerbis, eadem tamen scita, & constituta mansêre. Primi enim qui leges scriptas præposuêre, æquandæ libertatis causa, Zephyrij fuêre Locri in Brutijs, à Zephyrio promontorio dicti, Aiacis Oilei socij: licet alij in Bœotia Locri Opuntij prodantur, Patrocli patria: alij Epicnemedij in eadem Bœotia: alij Ozolæ à malo odore nuncupati in Libya. His ergo Zephyrijs Zeleucus, Spartanorum & Cretensium placita imitatus, qui à Minoe uetustas leges accæperant, acerbiores leges cōscripsit, pœnasq; iure debitas, iuris atq; iniuriæ regulas scripto præfiniuit, ut metu iudiciorum & pœnarū, à crinibus abstinerent. Antea enim omnis animaduersio criminis, non scripto iure sed iudicis arbitrio ædebatur. Postea Athenienses à Dracone & Solone scriptas Leges in Prytano ab eo fixas, & propositas, iuraq; & iudicia accæperunt. Demum Rhomani moderando iura summis infimisq; æquando, illorum exemplo scriptas promulgarunt. Et sicut Cretensibus Minos, sic Zeroastes Bactrianis & Persis leges dedit, Charonda Carthaginēsibus, Zamolsis Scythis, Plato Magnesijs & Siculis, Aegyptijs uerò Minas, Trismegistus, & Bocorus, Thebanis Philolaus, Andronodorus Chalcidēsibus, qui in Thracia sunt. Prothagoras autem Thurijs, quibus postea abrogatis & inductis, Metellus deuicta Creta, illas cum Rhomanis commutauit. Lacedæmonij uerò non iure scripto, sed moribus tantùm usu annorū comprobatis pro lege usi sunt: Ideo Lycurgus leges scriptas Spartanis nullas dedit: sed omnium consensu mores, tanq̄ si lex ædita fuisset, experiundo obseruarunt. Indi quoq; literas non nouêre, sed æquissimos mores, legis uice haburêre: Hiq; adeò tenaces fuêre, ut omni scripto iuri anteirent. Sed quæ priscis institutis, per conditores Rhomani iuris eisdem Tabulis ad uerbum scripta fuerint, parum comperta sunt, cùm ad manum non sint, nulliq; annales extent, nullaq; monumenta uetustatis: nisi quòd pauca quæ ad morum disciplinam & iudicia spectant, intercisè Authores produnt, Extantq; (ut multi asserunt) Hermodori Ephesij legum Decemuiralium primi interpretis scripta relata, cuius statua ob id fuit in Comitio erecta. Ex quibus pleraq; exploratè & satis utiliter, quædam duriter & inhumanè, nonnulla remissè & leniter uidentur constituta, quorum aliqua probanda, multa uelut immitia & agrestia refellenda sunt, nisi forte, multo æuo intercisos & reconditos illius sensus non tenemus. Ex his non alienum fuerit aliqua, licet nimis peruetusta & obsoleta, adnotasse: Nam faciem carpere, & genas radere unguibus, mulieres percommodè uetabant: Neq; Magicis artibus segetem ex alieno traducere, neq; defunctorum corpora in Vrbe uri, aut sepeliri utiliter sanciuerūt. Eiulatusq;, & flebiles quæstus quotidianasq; lachrymas, & cantus lugubres in funeribus inhibuêre: sicut à Solone constitutum fuerat. Verba ex ea lege hæc sunt: Faciem ne carpito, nêue alienam segetem pellexeris, mulieres genas ne radunto, nêue lessum funeris ergò habento, in Vrbe ne urito, nêue sepelito. Tum siquis in suo arborem panxit, à uicini fundo quinq; saltem pedes abesse uoluit, in hæc uerba: Si quid in agro plantaueris, quinq; pedes à uicino abesto: Si ficum aut oleam, pedes nouem abesto. Quòd autem alienam segetem pellicere ueneficijs lex uetuit, ideo cautum est, quòd carmine euocari fruges & aliò transferri Veteres credidêre: quod ne liceret, ad alterius iniuriam condere, etiam lege sanxerunt. Insuper filijs sub patris iure esse, illosq; uictus necessitatisue causa patrio iure uendere, & precium quæstui esse, usq; ad tertiam auctionem, nêue id fraudi ignomintæ ue esset, neq; filijs quicquàm in bonis esse, patribus uiuentibus, uoluere, nisi patrio iure emancipatione solutus foret, aut se iubente, sponsamfilius duxisset, quod antea à Numa Pompilio cautum fuerat, quem etiam pater occidere poterat. Sed cùm à prisca illa seueritate postea desiuissent, sequti Interpreter ius naturæ sequti, cauerunt, ut liberi parentes alant, aut uinciantur. Quam emancipationem, seu cuius rei alienationem, secundum formulas antiqui iuris, ita fieri iubebat, ut non minus quinq; testibus Rhomanis ciuibus, & libripende, qui librā æneam

Leges scriptæ à quibus primū propositæ.

Zeleucus.

Legumlatores diuersarum gentium.

Lacedæmonij iure scripto nō utebātur.

Indi.

Quæ olim in xij tabulis scripta, parum cōpertum.

Hermodorus.

Quedam ex xij tabulis relata.

Carmine euocabātur fruges.

Sanctio de patribus er ga filios, & contra.

Modus uendēdi pueros aut mancipia.

æneam tenebat, is qui mancipium accipit æs tenens, ita dicat. HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITVM, MEVM ESSE AIO: post quæ uerba, ære percutit libram, atque illi æs dat, à quo mancipium accipit, quasi per imaginariam uenditionem precij loco, in ius suum & ditionem uendicaret de alterius manu. Quæcunque igitur alienatio XII Tabulis haud aliter nisi hac solennitate fieri iure poterat, aut cessione, quæ fieret apud magistratum populi Rhomani. Vt cui res iure ceditur, rem tenens, ita uendicet, HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITVM, MEVM ESSE AIO: mox Prætor interroget eum qui cedit, an cōtrà uēdicet? quo negante, aut tacēte, ei qui uendicarat, rē addicit, idque legis actio dicitur, quia traditione pura cessio rei mancipi non explicabatur. Quare usurpatur, ut in emptione rerum quæ mancipi sunt, libra interponeretur, & libripēdes. Si tamen filius è muliere, quæ uulgato corpore quæstum fecit, & non iustis nuptijs æditus, aut à patre nullis foret artibus instructus, lege Solonis patrem alere minimè cogi poterat. Glandem quoque suam in alienum fundum procidentē, ut liceat tollere in alieno, quique iniuria alterius arbores cecidisset, in singulas Siclos æris XXV pœnam soluere cogebat. Tū inter iura stillicidiorum & parietum, ne quis ædibus tignum iniunctū eximere cogatur, sed duplum pro eo præstari, néue quadrupes pauperiē alteri faxit, sed dari animal pro noxa, aut eius offerri æstimationem lege cauebatur. Quod à Solone statutum erat, ut si canis morsu affecisset quippiam, IIII pedum capistro nexus dederetur, quod de omni quoque pecore sancitum est. Iisdemque legibus quoties de alicuius statu causa agitur, ut liber an seruus sit in dubium ueniat, dari Vindicias secūdum libertatem, aut seruitutem cauebatur. Vtque ad agrum meum per tuum eunti uia mihi pateat, quæ in porrecto VIII, in anfractu XVI pedum foret. Dari autem Vindicias secundum libertatem tunc dicebatur, cùm Prætor super assertione liberi capitis, aut seruilis personæ, quem assertor seruum, aut liberum dicit, de quo ambigitur, datis inducijs decernit edicto, ne interim asserto uis inferri ualeat per Assertorē, sed in libertate qua fungitur, maneat. Cum uerò Prætor assertū in seruitute pro seruo teneri apud Assertorem interim iubet, Vindiciæ secundum seruitutem dicūtur dari. Furta quoque eadem lex usque adeò auersata est, & tam seuera correctione plectit, ut furem manifestum in seruitutē tradat illi, cui furto quid subtractum foret. Furem uerò nocte deprensum quoquo modo, die uerò si telo defenderet, & demū cum clamore occidi permiserit, in hæc uerba: Si nox furtum factum sit, si im aliquis occisit, iure cæsus esto. Furta quoque per lācem & lycium cōcepta, uelut manifesta seueriori pœna puniuit. E diuerso Lycurgus Spartanis furta impunita esse uoluit, quò magis acuerentur ingenia, animoque essent uegeto & solerti, exemplo Germanorum & Aegyptiorum, qui furta legibus inulta reliquêre. Si tamen Sacerdoti exhibita fuissent, furi ablatæ rei pars lucro accedebat. Apud Persas fuêre Cardaces, quibus nullus erat rapinis modus: Nam per occasionem & licētiam rapto uiuere permittitur. Fertur tamē Dionysius Senior, cùm sceleris conuictos grauius puniret, illos qui uestes furabantur, impunè abire iussisse. Contrà uerò apud Scythas, quibus nihil erat furto grauius, seuerissima enim plectebantur pœna, qui turbato gentium iure, de possessione Dominos euerterent. Indi quoque à rapinis uelut contra hominum societatem, contraque diuinum humanumque ius magnopere abstinuêre, adeò ut siqs uectigal furatus esset, capite lueret. Tametsi Herodotus author sit, Tauroscythas furandi licentia sibi uictum quæritare: Id quod Solon apud Athenas sanctionibus magnopere uetuit, cauens ut siquis quod non posuisset tolleret, tāq improbus pœnas daret. Præ cæteris Draco legūlator, ut ab alieno omnes manum abstinerent, furta tam morosissimè pensitauit, ut eum qui stercorandi causa, stercus bubulum abstulisset, aut olera, capitis supplicio afficeret: Censuitque furto teneri etiam qui iumētum aliorsum, q̄ quò utendum accęperat, deduceret. In Lycia ferunt constitutum, ut si liber homo quidpiam furatur, libertate amissa, seruus cogatur esse, & mancipium. Alexander quoque Seuerus adeò uindex furtorum fuit, ut præter seuerissimas pœnas, nullum raptorem, aut furem salutationi admiserit: Illosque uelut nequissimos è conspectu summouerit. Dixêre autem furta per lancem & lycium, quòd fures qui in alienas pe-

Legis actio.

Filius meretricis aut artibus nō instruct⁹ patrē alere nō cogebatur.

De stillicidijs & parietib.

Vindiciæ secundū libertatem.

Vindiciæ secundum seruitutē.

Lex de furibus

Furta per lancē & lyciū cōcepta.

Spartanis furta impunita.

Cardaces.

Scythæ.

Indi.

Taurofcythæ.

Solonis sanctio

Draconis lex.

Lycij.

Alexāder Seuerus.

Furta per lācē & lycium.

netrabant ædes, plerunq; (ut est sagax furum solertia) lycium ferebant, quo furta alligarent, & lancem præ oculis, ne innotescerent. Eadem quoq; lex cœtus nocturnos & coitiones in Vrbe, nocte fieri uetuit, quod lapsu mox temporis obliteratũ, postea Gabinia lege innouatum fuit. Noctem'q; ita lex definiuit, ut post Solis occasum noctem esse decerneret. Verba legis hæc sunt: Ante meridiem causam conijcito, cùm perorãt ambo præsentes: post meridiem præsenti litem addicito: Si ambo præsentes, Sol occasus suprema tempestas esto. Venditæ'q; rei & traditæ, nisi persoluto precio uel satisfacto, haud aliter rem ad emptorem transferri uoluit. Furtiuæ'q; rei usucaptionem & dominiũ inhibuit: Quo etiam iure cauebatur, in rebus uẽdundis ea præstari oportere, quæ essent nuncupata, ita ut pacti & conuenti stetur formulæ, quæ qui inficiatus foret, duplicem subiret pœnam. Quod mox à Iureconsultis, qui formulas de dolo malo inuenerunt, cautius statutum est: Nam in re uendita, siquid esset uitij, quod emptor ignoret, uenditor sciat, reticentiam quoq; multati iusserunt. Erat tamen lege constitutum, ut si quis peteret quod inficiaretur dubia argumẽtorũ fide, ambo, petitor & reus æreos quingentos apud Pontificem deponerent, quod iuramentum dicebatur: & demũ re discussa, uictor pro quo iudicium staret, numos reciperet: uicti uerò ad ærariũ ferebatur. Et tametsi lege XII Tabularum, usucapione biennali, fundi dominium transiret ad emptorem, nihil'q; de urbanis caueretur prædijs, Iurecõsulti postea legem interpretati, idem placitum iuris æquitate ad urbana transtulêre: qua etiam lege cautũ fuit, ut uestibulum sepulchri, sicut sepulchrum, usu capere non liceret. Frugem quoq; alterius aratro quæsitam nocte pauisse, uel infame carmen proposuisse puberi, XII Tabulis capitale fuit: impuberi uerò, Prætoris arbitratu fustis pœna. Eum'q; qui hostẽ concitasset, aut opem tulisset, capite puniuit. Furti quoq; noxalis actio, lege XII Tabularum constituta erat, ut si seruus quadrupésue furtum damnúmue admisit, uel fraude, aut perfidia quid parauit, dedendo seruum aut quadrupedẽ, liberetur Dominus. Quòd si seruus equúsue meus in stadio coronã meruisset, Domino deberi cauebatur, his uerbis: Qui coronã parit ipse pecuniámue, eius uirtutis ergò arguitur, quã seru⁹ equíue meruissent. Et hæc omnia sapientia prope singulari eisdem Tabulis sancita & sacrata fuêre. Nec tantùm circa corrigendos plectendos'q; mores, sed circa ultimas uolũtates & bonorum successiones testamento debitas, & ad parentum bona admissionem, eisdẽ Tabulis iura perscripta sunt: Nã masculos æquè ac fœminas ad bona parentum pariter uocauit, eos'q; siue testamento ualido, siue nullo, nec solùm natos, sed posthumos, inuitos & necessarios, hæredes esse iussit, pro'q; hæreditarijs portionibus legata distribui uoluit. Quod olim Ephialtes Ephorus Lacedæmonijs lege prohibuit: Nam rogationem tulit nimis insolentem, ut liceret patri, filijs omissis, extraneos scribere successores, hoc agens, ut filium quem odio prosequebatur, exhæredaret. Solon uerò nisi extarẽt filij, quos Testator uoluit, scribi hæredes iussit pro uoluntate. Apud Arabes lege cauetur, ut fratres gentilium hæreditatum successores antecedant filios, quia natu grandiores sunt. Lycij populi filias non filios hæredes nũcupant, & à matribus cognomenta ferunt: qui etiam apud Cantabros uetus erat mos, ut maribus omissis, filias ex asse instituant. Germanis uerò de bonis testari non licebat: sed si liberi extarent, ad intestati patris hæreditatem admittebantur, si minus, proximiores propinqui. Apud Aethiopes, ad Regni successionem, non Regis, sed fratrum filij uocabantur. Proditum tamen memoriæ est, Metelli filios Rhomæ à patre hæreditate excussos, testamẽtum tamen irritum non fecisse, satius arbitrati, bonorum extorres fieri, q̃ qualemcũq; patris uoluntatem non tueri. Non sic Hortensius orator & Fuluius Flaccus: Nam scelestissimos filios, & parricidij cõuictos, q̃uis bonis se abdicaturos iurassent, hæredes tamen bonorũ reliquêre. Attilia uerò Variola cùm à patre octogenario hæreditate excussa esset, Centumuirali tamen iudicio ad patris bona admissa fuit, pro eo quod undecimo post die, nouercam ei superduxerat, uelut decrepitus pater ætate desiperet. Libertorum quoq; hæreditatem & tutelam filiorum, si intestati decessissent, ad Patronum pertinere. Quibus'q; Tutor datus nõ esset, proximos agnatos, uelut fide & cõstãtia singulari, ad tutelam & curam aduocauit. Fuit'q; apud Thurios lege cautum, ut bonorũ &

fortunarum

Noctis definitio secũdũ legem. — *De rerũ uẽditionibus.* — *Reticentia in uenditione multanda.* — *Iuramentum per pecuniam depositam.* — *Furti actio.* — *Leges .xij. tabularum circa ultimas uoluntates.* — *Ephialtis rogatio.* — *Solon.* — *Arabes.* — *Lycij.* — *Cantabri.* — *Germani.* — *Aethiopũ Regni hæreditas.* — *Libertorũ bona* — *Tutores.* — *Thuriorum lex*

fortunarum pupilli, agnati proximi curam agerent, ipsus uerò educatio & morum insti
tutio, maternis affinibus daretur: Solonis tamen lege cautum fuit, ne is Tutor esset, ad
Solonis lex.
quem post obitum, pupilli bona redundarent, ne qua fraus, neu quis dolus compositus
pupillo exitio forent, quæ tutela fiduciaria dicta, quippe fiduciam is habere dicitur, cui
Tutela fiduciaria.
res aliqua mãcipatur & creditur, ut haud multo post, illam mãcipanti reddat: Eos La-
cedæmonij προδίκες nuncupant, qui alterius tutelam curamq́ suscipiunt. Apud Indos
Πρόδικοι.
lege cauetur, ut patre defuncto, filijs Tutores duo, qui illorum curam agerent, peregri
Tutores duo filiorum apud Indos.
ni, non ciues dentur. Atq́ si nemo suus hæres patri existeret decedenti, ꝓximos agna
tos hæredes iussit esse, his uerbis, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM
HABETO. Si tamen capite minuti essent, illos ad bona decedentis lex non admitte-
Capite minuti ad hæreditatem nõ admissi.
bat. Patronumq́ ad bona Liberti, tunc demũ peculiumq́ admisit, si nemo suus hæres
foret. Suspectumq́ Tutorem à pupilli tutela amoueri, Furiososq́ & prodigos, qq́
patrimonium profusis sumptibus debacchantur, in agnatorum tutela & cura esse uo-
luit, quibus etiam bonorum administratio lege interdicta fuit. Viro quoq́ ab uxore di
„ Diuortium.
uertere, aut res suas sibi habere, nisi causa legitimè cognita, eisdem Tabulis uetabatur:
quo diuortio nulla uxoris culpa subsequto, dos integra repetebatur. Si uerò culpa in-
esset, usq́ ad dimidium dotis in singulos liberos, sexta à marito retinebatur. Interdum
si diuortium fieret, quod melius æquius esset, apud uirum manere: quod uerò
non esset melius æquius, id uxor post diuortium uendicare iubebatur. Quòd si in con
„ Solutio debiti.
fessum aut iudicatum lis data foret, XXX dies exoluendo debito præfixi fuêre: Ver
ba legis sunt, Aeris confessi, rebusq́ iudicatis, XXX dies iusti sunto, Post deinde ma-
nus iniectio esto. Quòd si Clientum aut eum qui in fidem patrociniumq́ uenit, quisq̃
De patronis erga clientem.
nequam & improbus fraude aut dolo frustraretur, eum lex haud secus puniuit, ac si ca
pitali iudicio esset affectus, in hæc uerba: Patronus si Clienti fraudẽ fecerit, sacer esto:
Neq́ enim leui animaduersione dignum censuit eum, qui fidem labefactasset, quiq́ fru
strareturꝰ illum, qui in suam fidem & Clientelam uenit, seq́ illi commisit & credidit:
Nam cliẽtem qui tutelæ Patroni se cõmisit, chariorem haberi q̃ propinquos affinesq́,
Veteres uoluere: Id quod Persis & Indis magni criminis instar erat, quorum lege ca
Persarum & Indorum lex.
uetur, ut qui Clientem decepisset, quiq́ ter mendacio abusus fuisset, illi per omnem ui
tam silentium indiceretur, nulloq́ magistratu aut honore dignus haberetur. Artoxer
xes quoq́ mirificè mendacium auersatus fuit, adeò ut mendacis hominis linguam tri-
Mendacij detestatio, & cõtra.
plici clauo affici iusserit. Fertur Epaminũdas tam seuerus ueritatis cultor fuisse, ut ne
ioco quidem quandoq́ mentitus sit. E diuerso Aegyptijs nullus mentiendi modus, sum
maq́ mentiendi impunitas erat. Eademq́ lex, ut ex duabus pluribúsue sentẽtijs decre
tisue, quoties ancipiti res contentione distrahitur, semper ut antiquo abroget nouum,
Nouũ antiquũ abrogat.
utq́ postremum quod populus iussisset, id ratum foret, sancitum uoluit, & pleraq́ no-
tatu & scitu digna, quæ omnia perpenso iudicio, & librata moderamine, à priscis legũ
conditoribus, commodè constituta sunt: quorum argumento conijcimus, q̃ examinato
modo prisci iuris Interpretes scita legum promulgarunt. Contrà uerò multa incurio
Quædam inciuiliter & incuriosè decreta.
sè & subrusticè, partim insolenter & inhumanè, non probabili, nec recto iudicio eadem
lege decreta uidẽtur & constituta, quæ forsan aut signiter præuisa, aut negligẽter ani
maduersa fuêre: Nam de qua re in iudicio disceptabatur, in re præsenti, & apud Præ-
torem exhibita ex lege XII Tabularum correptio manus fiebat, quod ex iure manu
Ex iure manu consertum.
cõsertum dicitur: Atq́ de ea nisi coràm exhibita, minimè decerni, aut iure agi lege po
terat. Quodq́ si homo in iudicium citatur, & morbo aut senio affectus, ad ingredien
dum inualidus foret, iumentum aut plaustrum lex dari iubebat, quo æger ille forte spi
ritum exhalans suppremis annis sisteretur: uidelicet nondum per Patronos, & Asser-
tores, aut Sponsores agendi forma constituta, cuius uerba adscripsi. Si in ius uocat, si
morbus æuiásue uitium extitit, qui in ius uocabit, Iumentum dato, si nolet, Arcerã ne
sternito: Id quod lege Elia postea fuit sublatum, cautumq́ ut locuples in iudicio Clien
ti adesset, in hæc uerba: Assiduo uindex Assiduus esto: Dixêre autem Assiduum, qui
„ Asidiuus.
pluribus assibus & fortunis locuples foret. Nec minus seuerè q̃ duriter: quòd siquis
consultò aut casu, alterius membrum rupit, aut secuit, è pacto talio pœna erat. Tum,
quod

quod simile monstri est, & omnem exuperat secordiam, Si ob æs alienum creditori de
Lex crudelis in debitores. bitor addictus foret, post distractum patrimonium, re familiari destitutus, postq; uincu
cula & catenas, membra eius breuissimo laniatu, ad creditorum libidinē diuidi iubebat,
iniquissimo decreto sæuæ atrocitatis immanitatisq; : Verba legis sunt : In ius ducito,
„ ni iudicatum faxit, aut se ui & iure uendicat, statim ducito, uincito, aut neruo & compe
„ dibus X V pondo nec minore, si uolet, maiore uincito : si uolet, suo uiuito, ni suo ui-
** nundinis* uit, qui eum uinctum habet, libras farris indies, si uolet, plus dato. Tertijs * mundinis
parteis secanto, si plus minúsue secuerint, sinè fraude esto, & infra. Hanc uerò legem
Athenis Solon antea abrogarat : nam corpus pro re addici, aut super eo fœnerari, san-
Sesachthea. ctionibus uetuit, quæ lex Sesachthea dicta, quasi oneris leuamē, qua etiam cauit, ut præ
ter bona debitoris, in tergore & corpus nulla uexatio esset : Sicut post X X X Tyrā
Amnestias lex nos, parta libertate, Athenienses Amnestiam, hoc est, malorum obliuionem, legem edi-
Aegyptij. dêre, qua ueterum admissorum impunitas dabatur. Idem ab Aegyptijs cautū affirmāt,
ut ultra res & bona debitoris, nulla in corpus animaduersio foret : nam pecuniæ credi
Defunctorum corpora oppignorata. tæ bona, non corpus dixêre obnoxium : quibus in usu erat, ut defunctorū corpora un-
guentis delibuta, ac si uiui essent, creditori oppignorarent, & super his fœnerarentur,
magna dedecore illorum, qui constituta die non reluissent. Post aliquot uerò tempo-
Athenienses. ra ab Atheniensibus cautū fuit, ut si litem pater non persoluisset, filius exoluere, & uin
Bæotij. clis publicis interim detineri cogeretur : Sicut de Cimone & alijs tradit. Apud Bœo
tios qui æs alienum non dissoluit, in foro sedere cogitur, & circūstante plebe, in os &
Indi. ora corbem accipere, qua nulla fuit ignominia maior. Indis uerò qui creditum mora-
tur, à creditore reus agitur, mox præfixa die, si non soluit, manu trūca, & oculo effos-
Depositum abiuratum. so, morte afficitur : Apud Pisidas quoq; de abiurato deposito maximū erat iudicium, ut
abiurans facinus morte lueret : Nec minus seuerè, quòd falsum testimonium dixisse
Falsi testimonij conuictus. conuictum, de saxo lex deijci iubebat : quod ab Aegyptijs ductum facile crediderim,
Periurij conuicti. quibus omne periurium, & ueri ludificatio, Dijs abiuratis, morte luebatur, quòd Deos
unà atq; homines offendisset. Mox subsequtis legibus, mitior pœna periurio data est,
„ quarum uerba sunt : Periurij pœna diuina exitium : humana dedecus uiolati iuris iurā-
„ di esto. Apud Indos uerò de periurio conuictus, manuū pedumq; digitis & extremis
membris decurtabatur. Iudicem quoq; aut arbitrum iure datum, conuictum ob rem iu
Iudicis corrupti pœna. dicandam pecuniam accipere, aut qui turpe iudicium nundinatur, non minori seuerita
Cinthij lex. te capite puniuit, cuius rei causa post aliquot sęcula M. Cinthius legem tulit ad popu-
De causidicis munera nō dāda. lum, qua Causidicis munera, ob patrocinia largiri uetuit, sæpiusq; lege repetita, postea
Claudius iussit, ut sinè patrono quisq; uitæ rationem redderet : Cōtrà uerò in eum qui
Cōtra eos qui contumelia aliquē affecissent. insigni contumelia quēpiam affecisset, tam leuem multam dixit, ut illi qui summà turpi
tudine fœdatus erat, ultra X X V æris multam conuitians non deberet, ut tantulo
impendio summa iniuria lueretur. Verba legis sunt : Siquis alteri iniuriam faxit,
„ X X V æris pœna sunto : Siquis tamen occentauisset, aut carmen condidisset, quod in-
Carmē infame edidisse. „ famiam faceret, flagitiumq; alteri, capitale sit. Solon uerò seueriori disciplina coercuit
Solon. iniurias : Nam pro conuitio popularem uoluit actionem dari, ita ut cuiuis agēdi facul-
tas foret. Cumq; masculorum progeniem ad parentum bona, sinè discrimine lex uoca
ret : illos qui per fœminini sexus necessitudinem pariter sunt coniūcti, ita osos habuit
Inter matrem & filiā ius succedēdi negatū. ut nec inter matrem & filiam ius succedendi daret. Et cùm propter membrum ruptū
fractūmue talionem constituerit, his uerbis : Si quis membrum rupit, in eum talio esto
Talio. illi qui alteri os fregit, cùm ea corporis pars sanctior in homine sit, ob id admissum ni-
„ mium tenuiter pœnam dixit, cùm propter oris dignitatem seueriori pœna uindican-
De uoluntate decedentium. dum foret. Decedentium quoq; uoluntates ita lex fouit, ut omne patrimonium & quic
quid in bonis esset, Testatori legare permiserit, nihil apud hæredem qui onus aditio-
„ nis habet, ex defuncti substantia remanente : Verba legis sunt : Vti legasset suæ rei
quisq;, ita ius esto. Et pleraq; hoc genus, quæ acerbissima, dura nimis, & agrestia uisa
sunt. Quod autem lex, Si Cliens morbo Sontico impeditur, quo minus sisti ualeat, ite-
bet diem iudicij esse diffusum, ex bono & æquo factum crediderim : Siquidem sequti
Iurisconsulti legem X I I Tabularum interpretati, morbo impedito, iudiciorum tē-
pora

pora dilabi uoluere: Sed cùm omnis illa Decẽuiralis seueritas, ac tristis, & inhumana ratio tam lege Ebutia ꝙ alijs edictis, penitus inducta fuerint, sequuti postea iuris Interpretes miti & tractabili ratiõe easdẽ leges indefesso studio interpretati, abrogatis his quæ duriora, quæ uerò æquiora uidebantur sequuti, propositas controuersias uberius explicarunt, itaqꝫ effecerunt, ut graui perpenso iudicio, æquissima nobis iura sanctissimaqꝫ hodie tradantur.

¶Sacrum septimontium in quibus locis Vrbis fieret, quiue septem colles Vrbis sint, quæue in illis præcipuæ dignationis loca forent. Caput XI.



SEPTIMONTIVM festum agere Rhomanos, quod Septimius urbi collis additus foret, apud Authores legimus, quo tempore in septem locis sacrum fieri Varro significat, Palatio, Suburra, Velia, Fagutali, Cœlio, Oppio, & Cespio: quo die per Vrbẽ uehiculis ferri criminosum erat, qui Paganalia dictus, quòd non populi, sed montanorum & agrestium dies festus erat: Quod enim in Palatio sacrum fiebat, Palatiar, sicut in Viminali, Fagutal dictum est. Sicut inter Vrbis colles CAPITOLINVM fuisse præcipuum nemo dubitat, qui Saturnius ab Arcadibus, qui ea loca incolebant, primò nuncupatus, portamqꝫ illic excitati castelli, Saturniam habuit, fanũqꝫ Saturni in Capitolij faucibus, quod ærarium populi Rhomani fuit, qui etiam Tarpeius à Vestali oppressa armis, postea Capitolinus ex hominis capite inuento, dum templi fundamenta effodiunt, denominatus est: in quo præter Iouis Optimi Max. tẽplum Iunonis Reginæ & Mineruæ ædes fuêre. Tria enim Sacella paruo distincta spatio uisebantur, medium Iouis Tonantis, ad dextram Mineruæ, ad sinistram Iunonis. Quod quidem Iouis templum semper Sabinis patuisse traditum est, ex fœdere, quod inter Romulũ & Tatium ictũ fuit: Iuxta quod sacri anseres, qui peruigiles excubitores erant, affluenti cibo pascebãtur. In eoqꝫ fœdera cum Carthaginensibus icta & innouata, & cum Attalo Pergami Rege, æneis tabulis, pactionesqꝫ, & priuilegia, Senatusconsulta, plebiscita, & immunitates, usqꝫ ab exordio Vrbis cum exteris gentibus initia seruabantur, quæ non modò in Tabulis, sed in Clypeis quoqꝫ quãdoqꝫ scripta fuêre. Siquidem fœdus Gabiorum cum Rhomanis, in corio bouis rotundo instar clypei descriptum uisebatur. Fidei quoqꝫ & Termini templa iuxtà erant: Martis uerò & Iunonis Monetæ in Arce, cuius solùm, domus, M. Manlij Capitolini perniciosi ciuis fuisse traditur, qui nouarum rerum cupiens, Regnum appetere aggressus est, in quem fuit iusta animaduersione uindicatum. Quæ quidem Arx Capitolio adhæsit, excubijs ualloqꝫ circundata, in qua situm erat Iouis simulacrum ab ortu Vrbis è cupresso. Mentis quoqꝫ & Veneris Ericynæ, atqꝫ Opis, & Iuuentutis ædicule inibi fuêre: Atqꝫ omnia Deorum simulacra in Capitolio fuisse produntur, inter quæ ara Iouis Pistoris, & Veneris Caluæ, quam sub tecto nominare religio non sinebat, ibiqꝫ Atrium publicum, & Curiam Calabram, quæ Casæ Romuli proxima fuit, ubi Minor Pontifex festos enunciabat dies. Aedemqꝫ Tonantis Iouis ab Augusto, nouamqꝫ aliam Custodi Ioui conditam à Domitiano, Authores memorant. Quæ Curia & Romuli Casa in memoriam uetustatis, è culmo fuit & stramentis, quò mos ueterum & humilis ille cultus notaretur: Sicut Areopagus Athenis ad antiquitatis exemplar, luto & palea tegebatur. Hunc montem auspicatò conditum, post incensam à Gallis Vrbem, quasi propugnaculum imperij, saxo quadrato cinctum fuisse memorant, quem Oratius Puluillus unà cum tẽplo dedicauit. Interiecto deinde CCCC & XV annorum spatio, incendio absumptum Sylla restituit: Mox magnificis operibus & imaginibus magni sumptus exornatus mons fuit, præcipuè Iouis & Apollinis statua cubitorum XXX à Lucullo ex Apollonia Põti urbe translata, quem deinde restitutum Q. Catulus dedicauit, quod unum suæ felicitati defuisse Sylla testatus fuit: Sed cùm rursus in Vitelli seditione, dissidentibus Prætorianis à plebe, ciuili robie esset euersus, Vespasianus illum denuo restituere aggressus, non perfecit, morte præuentus:

Septimõtium festum.
Sacrum in septẽ locis fiebat.
Paganalia.
Palatiar.
Fagutal.
Capitolinus prius Saturnius & Tarpeius dictus.
Templa in Capitolino, & iuxtà.
Anseres in capitolino iuxta Iouis tonantis templum.
Quæ in Capitolio seruabantur.
Alia tẽpla iuxta Capitoliũ.
Iouis simulacrũ
Omnia deorũ simulacra in capitolio.
Curia calabra
Casa Romuli.
Areopagus.
Capitoliũ exustum à Sylla restitutum.
Capitolinus in Vitellij seditione euersus.

Capitolia itẽ in alijs locis. præuentus : Demum Domitianus in Imperio restitutum cõsecrauit : Sed præter hoc
fuit aliud Capitolium Capuæ arx munitissima, aliud Beneuenti : sicut apud Carthagi-
Byrsa. Larissa. nenses Byrsa opus inuictum latè prospectans, Aesculapio (ut ferunt) dicatum, quod
Acrocorinthus erat Carthagini instar Capitolij : Et apud Argos arces duæ, ex qbus Larissa ægregiè
Munychia. munita : Et Corinthi Acrocorinthus munitissimus uertex, qui Vrbi imminet : atq;
Cecropia, Pelasgicum. Athenis Munychia & Cecropia, cui πόλις nomen, locus natura magis q̃ opere septus:
Memnonium. Nam Pelasgicum (quæ Athenarum pars æditior erat) incolere oraculo moniti ueta-
Cyathis. bãtur : Susis autem Memnoniũ : in Samo Cyathis : & Amastris iuxta Paphlagoniam
Amastris. Sesamis pro arce fuit & munimẽto : Apud Heduos Bibracte Brutiorum Triuertex:
Bibracte. Acradina. Syracusis Acradina : Messenæ autem Ithome. Quam Acrocorinthũ Philippus si ha
Ithome. beret, utroq; cornu bouem tenere Demetrius dictauit, sicut Græciæ compedes Co-
Cadmæa. rinthum, Chalcidem, & Demetriadem idem Philippus appellauit : Arx uerò Thebana
Memphis. Ptera. Cadmæa dicebatur : Aegypti Regum Memphis : Babylonijs Ptera : Hierosolymis
Mesade. Mesade : Massiliensibus Ephesium. PALATINVS uerò mons Capitolio proxi
Ephesium. mus, quin Arcades habeat authores, nemo dubitat, quem à Palantia urbe Arcadiæ di-
Palatinus mõs, unde dictus. ctum autumant, ipsumq; Aborigines, & Reate profectos tenuisse : aut à balatu pecorũ
seu Pale pastorum Dea, uel à Palatia Latini uxore, siue ab Hyperborea Pallantis filia,
uel quòd ibi Pallas defunctus sit, nomen sortitum uolunt : Constatq; prima fundamen-
ta Vrbis ibi iacta, Rhomamq; quadratam Romulum fundasse, Palatinumq;, ne oportu
Victoriæ ædes nus, iniuriæ foret, muniuisse. Postea ædem Victoriæ, & templum Apollinis, & Musa
Apollinis. rum, quod magna mole cõstruxit, cum Bibliotheca græca latinaq; Augustum addidis-
Musarum. Viriplacæ. se : Ibiq; Sacellum deæ Viriplacæ, ad quod uir & uxor dissidentes cõuenire, & in gra
Febris. tiam æquissimis animis redire assuerant, ac Febris fanum, ædemq; Matris Magnæ, quæ
Matris magnæ Berecynthia dicta est, ac templum Lunæ Noctilucæ, delubrũq; Iunonis Sospitæ, haud
Iunonis sospitæ. longè post extructa fuisse. Etiam lucus Vestæ à Palatij radice, ad nouam usq; Viam de
Vestæ lucus. Lupercal. uexus fuit : & Lupercal, ubi Romulus & Remus alti feruntur & educati : Regio-
nemq; Palatij ad capita bubula multos inibi nominasse, ubi postea Sacrariũ fuit. Huicq;
regioni Germalia, ac Sacri portũ, & domũ Scauri spectare, quam Clodius mercatus fue
Domus in palatino. rat, & ad Sacram usq; uiam portendi Varro significat. Ibi quoq; præclara domus. Cn.
Octauij, qui ex ea familia COS. fuit primus : Crassiq; Oratoris, Q. Catuli, atq; C.
Iouis statoris templum. Aquilij, & Lepidi. Templum quoq; Iouis Statoris in Palatij radice constructum à Ro
mulo, quo tempore inter Rhomanos & Sabinos pugnatum est, multi asseuerant. Ibiq;
Ciceronis domus, quæ iussu Clodij demolita, in porticum Libertatis translata fuit, fuis-
se fertur : cui postea & Valerio Max. ædes impensa publica ædificatas ferunt. Ac
** Semoni Iano* Vitrubij Vacci, qui author defectionis fuerat, quas dirutas unà cũ bonis * Semoni Sã
go consecratas, T. Liuius author est. DE AVENTINO autem, quòd ibi Rex
Auentinus mõs unde appellat⁹ Albanorum seu Aboriginum Auentinus prælio fusus & sepultus, monti nomen dede
Templa & aræ in Auentino. rit ; uel ab aduentu, quòd commune omnium Latinorum Dianæ templum ibi erat, ad
quod finitimi frequentes uentitabant ; siue ab aduectu, quòd olim paludibus disclusus
mons erat, ratibusq; aduecti illuc cõmeabant ; an ab Auente amne Sabinorum, qui loca
tenuêre (ut Varro significat) dictus sit, incerta opinio est. Qui quidem collis modicè
altus XII ferè stadiorum ambitu esse ferebatur. In quo præter Dianæ templum,
ubi boum cornua suspendebant, Lauretum atq; Iunonis Reginæ, & Mineruæ templa
fuêre. Ibiq; ædes Bonæ Deæ, & Libertatis, quã ex multatitia pecunia Gracchus faciẽ
Scalæ gemoniæ. dam locauit, Forumq; pistorium, & scalæ Gemoniæ, ex quibus damnati dabantur præ
cipites : araq; Ioui Elicio, ad eliciendos fulgurũ monitus, à Tullo Hostilio dicata : ac æ-
des Lunæ, Remoniumq;, quem locum Remus ad inaugurandum templa cœpit, & Ara
milustrum, ubi Tatius Romulo consors regni, sepultus erat : atq; ara Veneris Myr-
Latini Auentinum primi incoluerunt. teæ, quam Murciam uocant, fuisse traduntur. Illud planè constat, primos Latinos, ca-
pta Vrbe Politorio ab Anco Martio, Auentinum incoluisse. Procedente mox tempo
Auentinus diu extra urbem. re, cautum fuisse, ut in Saturnalibus ad illum frequentes Rhomani cõmearent. Quodq;
ex VII Vrbis collibus, cùm cæteri intra pomœrium sint, solus ab Vrbe disclusus, in-
tra mœnia longo tempore admissus non fuit ; siue quòd plebs eò secessisset, siue quòd
Remo

Remo auspicante, illic aues non addixissent, uelut ominosum, extra pomœrium fuisse. COELIVS uerò à Cœlio * Iubenno Hetrusco, qui cùm nõ parua manu Romulo cõtra Latinos ducenti suppetias tulit, quòd ibi locum & sedem habuêre, dictus cognominatusq; est, cui quondam Querculano nomen, quòd multiplici quercu septus, muniretur. Cùm uerò Tullius Hostilius, Alba diruta, Albanos Rhomam traduxisset, Cœliũ urbi addidit, quoq; frequentius incoleretur, ibi sumpsit Regiam, ex quo ad plana Vrbis leni cliuo, & prope æquus descensus erat. In eo enim tẽplum Diui Claudij à Nerone demolitum, postea à Vespasiano instauratum magna mole constructum erat: ibiq; Mamurræ domus, & Tetricorum ædes, Fauni, Veneris, & Cupidinis templa fuêre, & Carnæ deæ sacellum, quæ uitalia fouere dicebatur. Campusq; Martialis, in quo si quando Tyberis superfusus campum Martium inundaret, Equitia fiebant: In eo quoq; duo Aquæductus, alter Claudij in Palatiũ: Caracallæ alter in Capitolium hodie uisuntur. Constat enim Rhomæ aquarum multiplices ductus fuisse temporibus uarijs: Nam præter Appiam, Cœruleam, & Curtiam, fuit Anio uetus, Martia, Tepula, Iulia, Virgo, Alsietina quæ Augusta, Claudia, & Anio nouus, quæ in Vrbem influũt, inter quas Martia præcipuo nitore fluit, ex Fucino lacu defluens, quã P. & Quintius Martij Rhomã primi deduxêre. Cœrulea uerò & Curtia à C. Cæsare, & Claudio magno impendio, & substructionibus maximis, à quadragesimo lapide ad Vrbem ductæ fuêre. Inter quas Claudia ex Cœlio monte in Auentinum perẽni manabat fonte: cuius Aquæductus duos Caligula innouauit, q ex fontibus Cœruleo & Curtio deducti, pro eo quòd illos Claudius nouo lapideo opere absoluisset, Claudiæ dictæ sunt aquæ. Alter uerò Anio nouus, in plurimos & uberes lacus diuisus fuit: Reliquæ à cõditoribus, aut à locis denominantur, quarum hodie ductus sumptuosissimi operis licet inspicere, partim extantes, partim collapsos & deformatos. HVNC montẽ (authore Trãquillo) cùm multæ insulæ in eo deflagrassent, Tiberius Cæsar, precio exhibito, restituit, quem propterea Augustum ex suo nomine nuncupauit. EXQVILIAS autem Seruius Tullius auxit: & ut loco dignitas foret, regiam ibi sumpsit: quas quòd excultæ ab eo potissimè fuerint, Exquilias nuncupauit: Tametsi ab excubijs regijs dictas nõnulli credant: antea enim quòd sexticeps erat, Cespius nomẽ tulit: Hic ex Vrbis collibus solus duplici iugo & aggere munitur, cùm reliqui singuli cõtenti sint: ex quibus alter Cespius nũcupatur, alter Oppius: qui & lacũ Fagulatẽ, hortos Mecœnatis, & Larium, & Querculanum, Sacellumq;, & lucum Martis unà complexus est. Malæ quoq; Fortunæ & Iunonis Lucinæ templa, cuius festa dies CALEND. Mar. colebatur à Matronis, quòd parturiẽtibus opem ferret, & lucem daret. Extra uerò Exquilias locus fuit, cui Puticolæ nomen, ubi puteos, in quos defunctorũ publicè cadauera in subiectam foueam mittebãtur, fuisse proditũ est, exemplo Themistoclis, qui Melitæ tẽplum iuxta domũ constituit, in quo damnatorum corpora cũ uestibus & laqueis condebantur. QVIRINALIS quoq; & Viminalis, quin inter VII numerentur, nulla cõtrouersia est: sed Quirinalis à Quirini fano, qui ibi colebatur, siue quòd à Curibus profecti loca tenuerũt, nũcupatur, qui Agonius, & porta quæ illuc ferebat, Agonensis, quæ etiam Collina dicta: Cũq; in Quirinali diuersi aggeres forent, singuli sua nomina sortiti fuêre: Nãq; ex his uni Tricepsos ad ædem Quirini, contra quam Sacellũ Semonis * Sangi uisebatur: alteri Salutari ob Salutis ædem: tertio Mutiali ad ædem Dei Diffidij, nomen erat, ut Varro inquit. In eo quoq; Numa Pompilius domum habuit, quæ ad Augusti tempora mansit incolumis, ubi & Primogeniæ Fortunæ templum, quæ publica dicta est, ac Fidij Sabini Dei, Salutis, & Floræ, templa fuêre. Habuitq; Circum multa memoria dignum, & uallem Quirinalem, ubi Pomponij Attici domus, cui Tamphilianæ nomen, aliasq; domos clarissimas. VIMINALIS uerò, uel ab ara Iouis Viminei, uel quòd ibi uiminũ sylua esset, denominatus fertur: ubi campus Viminalis, lucus Petelinus, & tẽplũ Iunonis Lucinæ. Qui quidẽ colles à Seruio Tullio, post censum perfectum, Vrbi additi sunt. Hic enim, adiecto Exquilino & Viminali, quod intermedij spatij est, stadiorum sex, è Collina porta ad Exquilinã, turribus muniuit & muro sepit, ne quando excursiones illinc fierẽt, & hostiũ præsidium

Cœlius collis unde dictus.
* Vibeno.
Querculanus.
Tẽpla, domus, & sacella in Cœlio.
Aquæ ductus, Rhomæ diuersi.
Claudiæ aquæ
Exquiliæ.
Exquiliarũ duo aggeres.
Quirinalis collis unde dictus
Quirinalis aggeres, & noĩa
* Iani.
Viminalis collis unde.

Porta uiminalis. Sallustiani horti.

foret: in cuius medio porta Viminalis nomen habet. Habuitq; hortos Sallustianos, qui præter amœnitatem, profusissimi sumptus erant. Post aliquot uerò tempora ædibus pulcherrimis magnæ molis ornatus mons fuit. Inter quas conspicuæ magnitudinis. M. Crassi domus, nec minore sumptu. C. Aquilij Equitis iuris scientissimi, qui primus de dolo malo inuenit formulas, cuius pleraq; extant egregiè cõstituta, nec nõ. Q. Catuli instructas, aliasq; Rhomanorũ ciuiũ ædes cõspicuas, in eodẽ colle annotauere annales.

¶Qui Flamines primi Rhomæ fuerint, quódue Flaminis officium, qui búsue essent cærimonijs addicti. Caput XII.



Flamen Iouis.

NVMA Pompilius summus religionum cultor, inter cætera inuẽta & cõstituta, Flaminẽ Iouis assiduum Sacerdotem legisse fertur, qui re & æstimatione magna fuit, eumq; insigni ueste, toga prætexta, & Curuli sella, ac Lictore adornasse, duosq; illi Flamines adsciuisse, unũ Marti, Quirino alterũ, genere famaq; longè principes, quibus sacra faciendi & uictimas immolãdi datum munus erat. Post aliquot uerò tẽpestates, aucta ciuitate, cùm augeri Sacerdotia oporteret, XV Flamines cõstituti fuêre, qui omnes à Dijs, quibus sacra faciebãt, cognomẽta sortiti sunt, quorum primus Dialis, ultimus Pomonalis: Pomona enim pomorũ Dea est. Martialis uerò, Viminalis, Quirinalis, Vulcanalis, Carmẽtalis, Falacer, & Palatualis, ac Peciri Flamen, Martiani sodalis, & reliqui deinceps post Dialem fuêre. Dialis enim quòd Iouis Sacerdos foret. Furinalis à Furida, cuius etiã feriæ Furinales. Falacer, à Falacre pomorũ Deo. Palatualis uerò, quia illi Deæ in cuius tutela Palatiũ erat, sacra faciebat, nomina cẽpêre: post quos nõnullis ex Cæsarib⁹ in Deos relatis, post funera, Flamines tributi ex Cæsarum nominibus, quorum sacris præerant, denominãtur: ut Martianus, Heluianus, Antonianus, & reliqui: Erantq; Curiales Flamines maiores, Plebis uerò minores: Nã præter præscriptos, cùm in sua quisq; Curia publica sacra facerent, singulisq; curijs sui ministri essent, à quibus sacra populo dabantur, hi nimirum Curiales Flamines, eò quòd Curijs præessent, dicti sunt: Singulis enim Curijs bini præpositi erãt Sacerdotes, honesti ordinis, moribus & uirtute præstantes, quorum nemo citra quinquagesimũ annũ inferior ætate fuit, qui nisi à Collegio nominarentur, ad Flaminiũ admitti nõ poterãt. Quippe Sacerdotes, nisi quos dignissimos putabãt, ad Collegium nullos admisêre, admissiq; inaugurabãtur, quo die, Auguribus, Pontificibus, Regi sacrorum, & Vestalibus uirginibus, cœnas opiparas magnificè apparabant, quæ Adijciales seu Adipales dictæ. Nõnunq̃ uerò Pontificem Maximũ Flaminem creauisse exemplis relatum est: Siquidem Cn. Valerius Flaccus à P. Licinio Pontifice Maximo Dialis Flamen creatus Sacerdotium gessit magnificè, qui cùm fuisset uita & moribus inquinatissimus, & parùm secunda fama, postea summa religione & continentia Flaminio præfuit, magnoq; honore & pudore spectatissimus euasit: sæpe tamen à Dictatore Flaminem proditum: Plerũq; à populo uel Principe comperimus. Qui tametsi proditus esset, non tamen Sacerdotium gerebat: quin à Pontificibus prius esset in Collegium cooptatus. Qui quidem, quòd pileum gestaret, in quo uirgula oleaginea modicum lanæ habens in summo, instar fungi inerat, Flamines quasi filamines dicti sunt, quem cùm per æstum ferre non possent, dempto pileo, caput ligabant filo, quòd nudo capite incedere fas non erat: Solus tamen inter reliquos Flamines, Dialis albo galero insignis est, quem nisi ex ouis albæ tergore Ioui immolatæ fieri non decebat, ut eo insigni, à reliquis conspicuus foret. Festo tamen die Flamen & si æstu laboraret, filo dẽpto, pileũ sumebat: Tũc enim filo ligasse caput nõ satis erat. Quippe celebri die Flaminẽ sinè pileo esse nõ cõuenit. Est tamẽ obseruatũ inter Flamines, Dialẽ assiduè pileum lanamq; gestare cum reliquis Flaminibus, tunc cùm sacrũ faciũt, & festa ac religiosa die cum pileo esse deceat. Si tamen mortẽ oppetere Dialem forte contingeret, tũc cùm agit animam, cum pileo esse minimè conuenit: deposito enim pileo decumbere, & animã efflare oportebat. Aliter apud Aegyptios: nam sacrarũ literarũ scriptores, qui loco Flaminis sunt, puniceũ filum pro insigni capitis, nõ pileum deferunt.

Flamines XV, & eorũ noĩa.

Dialis, Furinalis. Falacer. Palatualis.

Fla. curiales. Fla. plebis. Singulis curijs binis præpositi sacerdotes.

Adijciales & adipales cœnæ Fla. a quibus crearentur.

Fla. unde dicti

Fla. dialis albo galero insignis

Sacrarũ literarũ scriptores loco Fla. apud Aegyptios.

deferunt. HORVM ergo in sacrificijs Deorum, nõ minimũ ius potestasq; fuit: Nã quæ sacra Dijs darentur, & quæ uictimæ cæderentur, & quãdo exta offerrẽtur, & an perfecto sacrificio litatum foret, enunciare debebãt, tum sacrorum cura & cærimoniarum ad eos spectauit, & pertinuit. Quod Sacerdotium non, sicut Auguris, perpetuũ erat: Siquidem si sacra non ritè fecisset, aut neglectæ religionis Flamẽ argui posset, seu aliquid aduersus cõstitutum faceret, Flaminio abire oportebat: Sulpitius enim Flamen, quòd inter sacrificandum apex prolapsus fuisset, Sacerdotio deiectus fuit. C. etiã Claudius & Cornelius Cethegus, quòd exta uictimæ perperã dederat, abire Flaminio necessum habuit. Cumq; Flamen sacra Dijs dare & hostiã immolare uult, Flamineum puerum, aut puellam iuxtà habebat, qui parati intentiq; ministerio, & sacrificanti præsto forent, quæq; exequenda, quæ patrij moris & ritus erant, sacris ministraret, quos nisi ingenuos, patrimos, & matrimos esse decebat: Cui ad sacra eunti, Præco præcimitator dictus, præire, & præmonêre solebat populo, ut dum sacra fiunt, ab opere cessarẽt, qui si contumacius parent, pignoribus & multa plectebantur: Neq; enim Flaminem aut Regem sacrorum religiosis diebus, aut feriatis opus facientẽ uidere fas erat. Quin etiam dum operatur sacris, eo corporis ornatu erat, ut fibulis æneis accinctus, uictimas cæderet, & Dijs libaret. Ipsiusq; uxorem, cui Flaminicæ nomen, quoties tonitrua audisset, feriari necessum erat. Cui hoc est muneris loco datum, ut à uiro diuertere nõ liceret: Namq; ipse unius uir uxoris, & Flaminica uiri unius uxor eligebatũ: Sicut Aegyptij ad Tauri sacra semel maritum assumpsere. Cũq; ob Sacerdotij dignitatem, in Senatum ueniendi & sententiã dicendi, antea Flamini licuerit, idq; post temporũ curricula eorũ desidia obliteratum esset, L. Flaccus Flamen rẽ longè intermissam reuocauit, eiq; & reliquis Flaminibus, ut ueteri iure usurpato, in Senatum ingredi, & publico concilio interesse, togãq; prætextã, & amplissimi ordinis ornamẽta habere liceret, Senatus cõsulto datũ est. Tãetsi Carbasum Flaminis indumentum propriũ fuisse dicãt: Ex eo enim, quoties frequens Senatus haberetur, Flamini haud secus q̃ Senatori in Curiã ueniendi, consultandi, suffragandi, censendiq; potestas data fuit. Et tametsi Flamines sacerdotio addicti essent, non tamẽ à belli muneribus erãt immunes, sæpiusq; res à Patribus tentata, & in utrãq; partẽ sermonibus agitata fuit, desuperq; lex lata fuisset, ut tam Flamines q̃ reliqui Sacerdotes militiæ munere uacarẽt, nisi Gallorũ imminente tumultu, cùm res publica milite egeret, à militia minimè auocandos decreuissent: Sæpe tamen Flamines, ne ad bellũ irent, religione inhibitos ferũt: Quippe Cæcilius Metellus Põtifex Max. Aul. Posthumiũ Consulem, quoniã Flamen Martialis erat, ne ad bellũ proficisceretur, néue stipendia faceret, inhibuit, aliosq; uetitos fuisse constat, ne cura belli & rei militaris procuratio, illos à sacris auocaret. Nõnunq̃ uerò Dialem Flaminẽ extra Italiam sortitũ Prouinciam inuenimus, asserentẽ, nullas religiones Diali, Martiali, & Quirinali Prouincias sortiri uetuisse. Augustus tamẽ Octauius annuam absentiam, & Prouinciarum administrationẽ Diali concedi uetuit, ne à cura sacrorũ nimium diu abesset. Qui quidem sicut inter Flamines honore præcipuus, sic maximis cærimonijs astrictus erat: quippe soli Flamini in primis iurare non licebat, nefas æstimantes, cui Deorum sacra & cærimoniæ credita sunt, ipsi uerbo asserenti fidem non habere, cui hoc munus impendebat, ut singulis Idibus, quas feriatas habebat, bouem Ioui immolaret: utq; ad Flaminium assumptus, è patrio iure immunis confestim sui potens fiat. Eidemq; sub diuo ungi, uel sinè Interula esse, aut equo uehi, noctémue unã ab Vrbe abesse non licebat. Si tamen aduersa ualitudo Dialem incessisset, Pontificis Maximi arbitrio, ultra binoctium abesse poterat, dum ne diebus publici sacrificij, nec sæpius quàm bis eodẽ anno procul fiat. Dialemq;, coniuge defuncta, Flaminio abire oportebat, quia sinè coniuge esse, aut iterum coniugio copulari non decebat: Namq; bis nupti, Sacerdotio pelluntur: Quod ab Aegyptijs æquè seruatum est, ut semel tantùm Sacerdoti nubere fas sit, cùm reliqui pro uoluntate & facultatibus plures capiant. Frumentum quoq;, farinam, & carnem crudam, canem, capram, uel equum tangere uetabatur. Hederam Dialis si attigisset, uel annulum cum gemma, aut nodum habuisset, piaculum admitti putabatur; fabam tãgere, aut nominare, uel funebres Tibias audire, Diali

Flaminũ munus.

Flaquibus de causis sacerdotio eijcerẽtur.

Flaminei pueri aut puellæ ministerio utebatur.

Flamen in sacris.

Ornatus Flaminis.

Flaminica uxor Flaminis Fla. unicã duntaxat uxorem ducebat.

Carbasus Fla. indumentum.

Fla. à belli muneribus nõ in totũ immunes.

Fla. prouintijs aliquoties præerant.

Cærimoniæ quibus Fla. Dialis astrictus erat.

Fla. Dialis, uxore defuncta, sacerdotio cedere cogebatur. Sacerdotibus semel tantũ nubere fas.

Flamini non licet: neq; enim feralia attrectare fas erat. Capillum si tōderet, nisi æneis cultris, uelut turpissimo facinore tenebatur. Quod à Sabinis sumptum crediderim, qui bus æneo cultro Sacerdotes capillū tondere præcipitur. Ignem ex Dialis Flaminis do mo efferri, nisi sacrorum causa, aut procinctā classem uidere, paratasq; ad bellū copias, piaculare est. Mortuóq; pecudis corio Flamini calceos fieri, nefandū: cuiuis Sacerdo ti ab Vrbe tribus abesse noctibus non licet, alijsq; cærimonijs Dialis astrictus erat, qui bus à uilioribus Sacerdotibus reliquisq; Flaminib⁹ cultu & ornatu lōgè sanctior erat, atq; conspectior. Aegyptijs uerò diu seruatus inoleuit mos, ut Sacerdoti, nec fabam se rere, aut comesse, neq; aspicere liceret, quibus erat constitutum, lege apud Memphim lata, ut Isidis Sacerdotes semper deraso sint capite: utq; tertia quaq; die corpus eradāt & frigida abluant, ter die, noctu bis: piscibus quoq; etiam tactu abstineant, nedum esu: uestemq; lineam, calceos papyraceos gerant: ouillis, nec suillis carnibus uescantur: sal cibis non adhibeant, uino abstineant, aut si bibere libet, perparco utantur: Mare dete stētur & nautas: à quibus institutum est, Apidi potum dare ex peculiari puteo, nō ex Nili aqua. Apud Græcos uerò Flaminibus Stephanophoris nomen fuit, quibus ferre coronam & comam promissam, proprium erat, qui etiam arma sumere, aut Phocensiū agros inuadere lege uetabantur. Poliadis quoq; Mineruæ Flamini hoc dabatur præci puum, ut caseum recentem tangere perpetua lege uetaretur. Phœbi uerò, aureum sce ptrum coronis & uittis redimitum ferre. Flamini autem Ephesiæ Dianæ, qui eunu chus erat, Megabizo nomē fuit. Cereris uerò Eumolpidi. Apud Hebræos Essei sum mi Sacerdotes loco Flaminis erant, qui uino, coniugio, & carnibus abstinent, & durio ri cubili degunt. SED præter Dialis præscriptas cærimonias, aliæ fuerūt uxori Fla minis præstitutæ, quas perpetua lege seruare tenebatur, cùm ex Romuli constituto Sa cerdotum uxores cum uiris consecrentur, præscriptisq; cærimonijs teneantur: Nāq; Flaminica cùm ad Argeos uadit, neq; comere caput, neq; capillū pectere debet: Quo tiesq; tonitrua audisset, feriata erat, cui mense Iunio, nisi post Idus, nec ungues secare, nec capillum comere, neq; uirum tangere permissum, cuius unguium & capilli præse gmina subtus arborem silicē terra operiri necessum erat: Illi quoq; fabis uesci, aut gra dus supra tres ascendere minimè licet: Solaq; Dialis uxor sacrorum causa, sub uiri po testate & iure est. Fuitq; amictus Flaminicæ purpureus quadratus, fimbriatus, cui no men Ricæ, quo uelut palliolo utebatur. Pleriq; Flāmeum uestem Flaminicæ propriū duxêre, cui cœlum fulmineum color, & Tutulum capitis ornatus, cui inerat uitta pur purea, quæ crinibus annectitur. Hoc quoq; non in postremis fuerit, quòd siquis nocēs ad Flaminē accederet, illo die ab omni pœna criminis tutus erat, qui si uinclis nexus fo ret, eisdem solutus laxabatur: Ac licet Sacerdoti, ut rebus diuinis impensius uacaret, néue à sacris cultuq; & religione Deorum, aliarum rerum cura seiungeret, magistra tus gerere non liceret: Tamen & Flaminē honores gessisse, & Consulatū unà & Fla minium administrasse, ac tam rebus diuinis q̄ humanis præfuisse, atq; utriusq; honoris ornamenta gestasse, apud multos tradita memoria est.

Aegyptiorū sacerdotū cærimoniæ. — *Græcorum Stephanophori* — *Hæbreorum sacerdotes.* — *Flaminicæ dialis cærimoniæ.* — *Flaminicæ amictus.* — *Flamē aliquando alios etiam magistratus simul gerebat.*

¶ In quot Cohortes, Manipulos, Centurias, Decuriasq; Phalanx diuida tur, & quæ illius descriptio fuerit. Caput XIII.



QVOD Legio quōdam apud Rhomanos fuit, id Phalangem Græcis, Ma cedonibus, & Dardanis, exterisq; nationibus ualuisse, monumentis pro ditum est: Ea enim in libero cāpo, & si quando exspaciari licuit, magno usui fuit. Cùm uerò arctis faucibus & præruptis saxis, aut inter uia rum angusta, præmitur, non est ea uis potestasq;: Quippe Macedo nica Phalanx immobilis, semper ex stabili peditum agmine, nec partiri, nec diuidi faci lis erat, quod in Rhomana Legione longè secus: quotiesq; coniunctos seruat ordi nes, & suis Turmis ita fertur instructa, ut continenti agmine uir uiro, armis ar ma coniuncta forent, magno præsidio munita, ad uictoriam maxima momenta fecit: Sicut Orthia Phalanx, quæ in cornua procedit, & in profunditatem, ita in struebatur

Phalanx. — *Macedonica phalanx.* — *Orthia phalanx.*

ſtruebatur,ut nec à tergo aſſiliri,nec à fronte occurſari,neq; à lateribus præ magnitu-
dine circũueniri poſſet,quod etiam Macedonicæ phalangi erat proprium,prælõgas ha
ſtas ante clypeos obijcere,ita ut niſi in libero campo eius nullus uſus foret. Si uerò la-
xatis ordinibus ſemel eſſet diſſoluta, robore ſimul atq; ordine diſſipato, omnis uis uir-
tuſq; eius puncto tẽporis diſſoluũtur: Hanc, qui de inſtruendis aciebus memoriã reli
quere,quiq; in ea deſcribẽda multũ ſtudij & operæ contriuere,ex IX armatorum mil
libus: alii ex XXV millibus,ut Syri: Perſæ ex XL millibus definiêre. Cuius exẽplo
Perſeus, aduerſus Aemyliũ Paulũ ex XL millibus Phalangem inſtruxit: Alexander
Rhoman⁹ Imperator ex XXX millib⁹: Macedones uerò ex XVI millibus CCC-
LXXXIIII militibus conſtâre dixerunt, quos Phalangitas uocant: Sicut à Philippo
primùm,mox ab Alexandro deſcripta fuit,qua quidem externi Duces,uelut firmiſſi-
mo robore,uſi fuêre: Nam tanti momenti fuit, ut incredibile dictu ſit, q̃ parua manu
quantas copias fuderit: Sequtis inde tempeſtatibus, Græcorum Duces diuerſas Tur-
mas Legioneſq; deſcripſêre,inter quas Macedonũ robur * Sariphorus magni æſtima
tur,quo uelut firmiſſimo munimento imposterùm uſi ſunt. Lacedæmonij raras inſtru
xere Phalanges. Germani denſatis agminibus,ſcutis capita contecti, obiectis parmis,
Phalangem ita compoſuerunt,ut ad irrumpendum magna momenta faceret. Ea uerò
Phalãx ita deſcripta erat,ut in minimas partes diuidi,rurſus momento temporis in unũ
colligi poſſet, quoq; diſtinctior eſſet,ſingulæ ipſius partes propria ſortitæ ſunt nomi-
na: Siquidem hæc Phalãx quadruplaris, in ſingulas Duplares diuidit, quibus Cornua
nomen indidêre,quarum ſingulæ VIII millia CXCII milites habent. Decurias ue-
rò CCCCCXII. Hãc poſtea Duplarem in duas Simplares iterum partiti fuêre,qua-
rum ſingulas ex hominibus IIII millibus LXXXVI effecerunt. Itẽ Simplaris iſta in
duas rurſus diuiditur partes,quibus nomen Meros,quæ hominũ duorũ milliũ XLIII
deſcribitur, quarũ quælibet ex CXXVIII Decurijs conſtat. Rurſus Meros Cohor
tem Milliariam facit: ea autẽ eſt hominum M.XXIIII, hoc eſt, Cẽturiarũ LXIIII,
cuius præfectus maior Tribunus appellatur. Iſta deinde Milliaria in II Quingenta-
rias,quarum ſingulæ homines CCCCCXII, Centurias XXXII habent, eiuſq; du-
ctor Tribunus minor,eandemq; Quingentariam in duos Manipulos partiti ſunt,Sin
guli uerò Manipuli homines recipiũt CCLVI, Decurias uerò XVI, cui ductor Ma
nipularius præerat, quã & * Senagiam uocant: Rurſus Manipulum duas Centurias
facere uolunt, quarum quælibet milites CXXVIII, hoc eſt, VIII Decurias capit.
Nam duplicata Centuria Manipulum facit,cuius præfectus Centurio ordinarius uoca
tur. Simplex uerò Centuria duas Quadrupales Decurias facit, quarum ſingulæ homi
num LXIIII: quæ Quadrupalis in duas Duplares diuiditur, quarum ex XXXII
militibus fiunt ſingulæ. Duplariſq; Decuria in Simplarẽ,quæ ex XVI militibus ſcri-
bi diciq; conſueuit. Hæc enim totius phalangis Macedonicæ,quam ex XVI millibus
CCCLXXXIIII militibus Veteres effecerũt,percommoda deſcriptio fuit. In qua
II ſunt Cornua,Duplareſq; phalanges II, Simplares IIII, Partes VIII, Cohortes
millitariæ XVI. Quingentariæ XXXII. Manipuli LXIIII. Ceuturiæ CXXVIII
Decuriæ Quadrupales CCLVI. Duplares CCCCCCXII. Simplares M.XXIIII.
Ex his ergo effici cogiq; poteſt,quid Phalanx,quid Cohors,Manipulus,Centuria,De
curiáue ſit,quantumq; militum in diſponendis aciebus externa deſcriptione unaquæq;
capere aſſueuit. Qua quidem phalange Rhomanos Duces contra exteras gentes ali-
quando uſos comperimus, illamq; non uno militum numero deſcripſiſſe: Nam con-
tra Mithridatem & Archelaum Sylla,& Rhomani plerique Duces contra exteros,Pha
lange uſi ſunt. Poſtea uerò manipulatim ſtruere aciem cępere, illamq; in plures ordi-
nes,Turmas,Decurias Cẽturiaſq;, atq; Ordines diuiſêre. Galli uerò,& Celtiberi,atq;
exteræ nationes, pleræq; non Phalangem, ſed Cateruas habuere, hominum denum,
aliquando ſenum millium. Sed quod eſt de Cohorte Milliaria dictum uel Quingen-
taria, licet animaduertere, illam diſſimili modo Græcos uariaſſe, qui pro tempore &
locis,& prout quiſq; commodum putauit,Cohortes non una facie deſcripſêre: Siqui-
dem Polybius ex XC hominibus Cohortem fecit: Calliſthenes ex CCCCCCC.

Phalanx ex quot cõſtabat apud diuerſas gentes.

Phalangitæ.

** Saciphorus*

Singularũ partium phalangis nomina.
Quadruplaris
Duplaris.
Cornua.
Simplaris.
Meros.
Cohors milliaria.
Tribun⁹ maior
Quingentariæ Tribunus minor.

Manipuli.
Manipularius.
** Synagia.*
Centuria.
Centurio.
Centuria ſimplex.
Decuria quadruplaris.
Decuria duplaris.
Decuria ſimplaris.

Rho. phalãge uſi.

Galli.
Celtiberi.

Milliariæ & quingẽtariæ cohortis uariatio apud Græcos.

Ephorus ex CCCCC. Gorgias ex CCCC lectis uiris, quam sacram nuncupauit. Sãnites Quadragenariã fecêre Cohortẽ, quæ Linteata dicta. Camertes CCCCCC hominum Cohortem Rhomanis aliquando misêre ex fœdere. Nestor uerò apud Homerum, per singulas Tribus Cohortes dispofuit, ut in conflictu præliorum alter alteri opem ferret, & inuicem se iuuarent. Fuitq; miræ obseruationis apud Græcos, ut prima Cohors tanq̃ firmissimũ robur ex CCCC militibus fiat, à Rhomanis uerò præter Milliariam & Quingentariam, etiã ex CC militibus primùm Syllæ temporibus Cohortẽ descriptam fuisse, apud multos nota memoria est.

Iliados β.

¶ Res sacræ, religiosæ, & sanctæ, quæ censerentur apud Veteres, quibusq; sacrum aut sanctum facere licuit. Capnt XIIII.



RES sacras, religiosas, & sanctas, in nullius semper bonis fuisse, ueteri lege seruatum est: Erant enim sacra diuino cultui mancipata. Ait enim Trebatius, quicquid Deorũ ergò habetur, sacrũ est, siue ædes, siue ara, uel signũ, locus, aut pecunia, siue quicquid aliud more institutoq; ciuitatis ritè Dijs consecratum foret. Ea uerò consecratio, uel à COS. aut Imperatore accenso foculo fit, cum Tibicine, uerbis priscis & solennibus, præeunte uerò Pontifice maximo præfante carmen, capite uelato, & concione aduocata, ac iussu populi: Iniussu enim populi, iuxta diuinas traditiones, consecrari ædem, terrã, agrũ, aut sanciri, nihil poterat: Postea latum ad populum fuit, Plebsq; sciuit, ut in templi cõsecratione aræue, etiam iussus Senatus Tribunorumq; plebis maioris partis interesset: in quo illud seruatum est, ne una cella duobus Dijs dicetur. Demũ lege Papyria nõ modò templa & aras, sed ne priuatas quidẽ ædes, sinè iussu populi, cõsecrare, aut sempiterna religione obligare licuit: Nam quod priuatus religionis ergò sacrauit, sacrum non esse consentiũt omnes. Fuitq; Platonis sententia, ut Deorum delubra nemo priuatus constituat, satis arbitratus ad immolandum publica templa patêre. Funestamq; familiã, aut hominem funere pollutum, templũ arámue dedicare, aut à lugẽtibus sacrificari, uel aliquid consecrari, uetabatur: Namq; in luctu Dijs supplicare, non sacrificare licebat: cùm sinè gemitu aut morsu animi sacris interesse deceat: Propterea in sacrificijs anniuersarijs, & ædis dedicatione, publicũ luctum minui perpetua lege cauebatur. Tum si quando exitiali bello & terribili strage dimicatum foret, ne propterea luctus acerbitatem, & intestinum Vrbis malum sacra Cereris intermitterentur, lugẽdi tempus ad certam fuit diem præfinitum: quod etiam Græcis in usu erat, ut in annua Cereris celebritate, funestos interesse, aut uota exoluere, uetaretur. Templi uerò consecratio fiebat, ut qui templum ædémue dedicaturus erat, postem tenens, accenso foculo, & aduocato Numine, cui templum ædésue sacrãtur, se ex profano usu & humano iure, templũ, cellam, mensas, arulas, quæq; eò pertinent, eximere, eaq; conceptis uerbis ipsi Numini (nominat Numẽ) diuina humanaq; omnia cõsecrare dicareq; affirmet, Sabina hærba ad sacrum adhibita, sinè qua templum ædémue, fana, aut sacella, minimè dicari putarũt posse. Fuitq; constitutum, ut in dedicanda ara, uel simulacro, postem teneri non oporteret, in æde uerò necessum foret: in quo est animaduersum, si parùm rectè tabernaculũ captũ esset, crimen spretæ religionis admitti. Atheniensibus uerò in ara consecranda, uel statua dedicanda, mulieres in ueste uersicolori ollas leguminum circũferunt, illasq; gratias agentes, erectoribus diuidunt. Notatumq; & illud, cõsecrationis uerba ritè concipi oportere, ne syllaba uel uerbo cadant: quare Metellum Põtificem ædem dedicaturũ, cùm balbus esset, multùm laborasse ferunt, ut uerbum opiferæ ritè exprimere, & sinè offensione posset: sicut Demosthenes linguæ impedimẽto offensus, adeò blæsus erat, ut in exprimendo ς literam, multùm laborasse dicant, pro qua λ proferebat. Vtq; in cõsecratione ædis, si quãdo luctu publico populus teneretur, dimissis sagis, cãdidas uestes induant. Cumq; omnia sacra tanq̃ Dijs debita, uiolari nefas foret: hominẽ tamen sacrũ & Deo deuotũ morte afficere nefas non putarunt, tanq̃ illius anima Dijs deuota, amplius humani commertij non sit. Religiosum uerò locum cùm facere dicunt, qui defunctum

Sacrum quid. *Consecrationis cærimoniæ.* *Iniussu populi nihil consecrabatur.* *Papyria lex.* *Platonis sententia.* *Aliæ obseruationes.* *Græci.* *Cærimoniæ in templi consecratione.* *Sabina hærba in dedicationibus.* *In dedicẽda ara uel simulacro.* *Athenienses.* *Consecrationis uerba articulate exprimẽda.* *Demost. blæsus* *Luctus remissus.* *Homo sacer.* *In loco consecrando.*

functum cadauer aut cineres in locum suum defert, quíue mortuum in prædio locóue suo humo tegit, locus tamen ubi crematur corpus, prius q̃ iniecta gleba sit, non ideo religiosus manet, sed profanus: Sed cùm à prima origine intra suas quisq; ædes defossa cadauera haberent: unde Lares in singulis ædibus colendi religio peruasit, in Lario, in quo præter Deorum Penatium, etiam insignium uirorum, quas uenerarẽtur, effictas imagines habebant: quare Seuerus Imperator religione tactus, Christũ, Habraam, Orpheum, & Apollonium, uelut Deos, intra ædes ueneratus est. Postea lege xij. Tabularũ, ne intra Vrbem sepelire liceret, probè cautũ fuit: itaq; in agris quisq; suis sepulchra & loculos, in quibus cineres suorum conderent, habuêre. Cineres tamẽ illorum qui triumphassent, aut Imperatorũ, summorumq; Ducum, qui Rempub. auxissent, uirginumq; Vestalium, in Vrbem ferri, & in foro cõdi licebat. Primumq; Traianum Augustum sepulchrum in foro meruisse accepimus: quod & posteris deinceps datum est: A qua institutione postea desitum esse crediderim: Namq; Hadrianus, & mox Antoninus Pius Augustus, ius antiquum renouãs, necui intra Vrbem sepelire liceret, edictis decretisq; sanciuere: quæ Platonis etiam institutio fuit, ut in agro infœcundo & sterili sepulchra constituerentur, ne uiuentibus officiatur. Cumq; tota familia sepulchri patrisfamilias particeps foret (quippe extra sacra & legem inferri cadauer non licebat) procedente mox tempore, ne in genus & posteros sepulchra descẽderent, alia fuit lege sancitum: donec nouo postea edicto ad genus & familiam pertinuêre. Quæ quidẽ pro dignitate & opibus fiebant, maiora si Imperatores aut summos Duces amplis honoribus functos sepeliri contingeret: minora uerò si mediocris fortunæ uiros sepulchro condi curarent: In quibus literis adnotabant, quot pedes à fronte, quot in latitudinem sacer locus procederet: Sed cùm profusissimæ impensæ, & magnæ moles sepulchrorum quotidie fierent, sequtis inde temporibus, ne ampliori opere excitari sepulchrũ, quàm quod v diebus absolueret, nec maiori lapide, quàm qui laudes sepulti & titulos honorum acciperet, lege cautũ fuit: quod Græci Epicedium siue Epitaphiũ dixêre, id quod Plato legibus cauit, & Græci sanciuere, ne quis maioris operæ sepulchrum excitaret, quàm quod x homines triduò perficerẽt: Nèue Hermas in Ceramico apponere, aut longo petito procemio, Epigramma inscribere fas foret. Mox Demetrius Rex nouis sepulturis modum statuit, sanxitq; super defuncti cineres erigi Columellã, quæ ultra cubitos tres non extaret. Quod Syllã lege promulgata constituit, qua funebres impensæ, & ambitiosæ exequiæ, atq; ad Rogum munera, nec non conuiuiorum impendia, præscripto fine taxabantur, qui tamẽ in Metellæ coniugis funere legem suam transgressus, profusione maxima exequias dedit. Lycurgus uerò defuncti nomẽ tumulo ascribi uetuit, nisi illius qui fortiter pro patria occubuisset, & operam in bello Reipub. nauasset. Solon uerò pœna coercuit illos, qui sepulchra delerẽt, aut in gentilia alienum inferrent. Aegyptijs tria fuêre sepulchrorum genera, unum præcipuum & maximi sumptus, quod argenti Talento taxabatur, Medium minarum xx, Humile uerò ex leui materia minimæ impensæ. Clariora fuêre Aethiopibus: Nam ditiorum monumenta ex auro fiunt: Tenuiora ex argẽto: Inopes autem conduntur fictilibus. Indi & Germani operosa sepulchra, ut grauia defunctis, aspernati sunt, itaq; humili condebantur tumulo. Cyrus uerò apud Xenophontẽ, non auro, nec argento condi, sed terræ corpus reddi uoluit, uelut matri. Singulosq; singulis sepulchris condi apud Rhomanos diu permansit, quod ab Atheniensibus usurpatum est. Megarenses contrà: nam III aut IIII defuncta corpora singulis condebant tumulis prona: contrà Diogenes Cynicus: Nam corpus in faciẽ sepeliri censuit, inferiora aliquando conuertenda arbitratus, in publico tamen non fuisse ius sepulturæ, ex decreto Pontificum cauebatur. Sed cùm uis morbi Rhomæ passim per ignota capita uagaretur, Antoninus Philosophus Augustus, ut passim in Vrbe liceret humari, cauit edicto, loco non definito. Si qui tamen Tyranni malè de Republica meriti, supplicio affecti essent, aut si q laqueo & morte inhonesta, aut malo læto occubuissent, uel cœlesti essent afflati Numine, illos cõdi sepulchro, aut humari nõ decebat, itaq; insepulti abijciebatur. Vnius tamen Phocionis publico iudicio damnati, cùm insepul-

Sepeliendi locus apud priscos rhomanos.
Imagines in lario.
Quorum cineres in urbe sepelire licebat.
Sepulchra familiæ.
Sepulchra pro dignitate & opibus.
Lex de sepulchris struẽdis.
Epicedium & Epitaphium.
Demetrij sanxio.
Syllæ.
Lycurgi.
Solonis.
Aegyptijs tria sepulchrorũ genera.
Aethiopes.
Indi.
Germani.
Cyrus.
Rhomani.
Megarenses.
Diogenis sepeliendi ratio.
Tyrãni & qui sibi mortem cõsciuerant, non sepulti.

tum cadauer iaceret, seruilis manus sepelisse fertur. Si autem de cœlo sepulchrum tactum aut fulmine ictum esset, locum à Deo expeti & propterea consecrari putarunt, quod Lycurgo & Euripidi poetæ contigisse ferunt, quorum sepulchra de cœlo tacta sunt.

Græcorum lex in prodigos. Proditores.

Eratq; Græcis lege cautum, ut qui patrimonium prodegerat, sepulchro patrio nō humaretur, sed externo: Nêue quis ob proditionem reus, Athenis tumularetur, tanq̃ ob crimen famosus foret. Ideo Phocionis aliorumq; qui proditionis insimulati pœnas dederant, cadauera extra fines Atticos exegerunt. Cimon uerò Milciadis filius, ut pater qui obierat in carcere, humaretur, captiuum se præstitit, & seruituti mancipauit.

Aegyptij. Persæ. Clearchi cadauer.

Apud Aegyptios si quem prauis moribus uixisse contingeret, eiectū cadauer in uastis solitudinibus exponunt. Persæ damnatorum corpora feris & canibus abijciunt: In quo illud traditur mirum, quòd cū Clearchi cadauer ob crimen insimulati canibus expositum foret, magna uis uenti exoriens, illud puluere texit, tanq̃ Dijs significantibus immeritum pœnas dedisse.

Hostium sepulchra.

Hostiū tamen sepulchra nobis religiosa non sunt: ideo uiolari sinè piaculo possunt, lapidesq; inde sublatos in quemlibet usum cōuertere, nō est uetitum. Atq; licet Athenis magna fuerit sepulchrorum cura, non minor tamen Rhomanis, qui publica monumenta etiam pauperibus & seruis ubi conderentur ædificarunt.

Pecudū sepulchra & exequiæ.

Apud Græcos quoq; detestabili crimine obnoxius erat, & capitis pœna dignus, qui insepultum cadauer reliquisset, adeò ut æquos & canes parētis affectu Cimonem & Xantippum luxisse, & tumulo indidisse legamus. Anser quoq; Lacydi philosopho ita adhæsisse fertur, ut nec domi, neq; foris ab eo discederet, quem elatum funere, effusis lachrymis sepeliuit. Alexander quoq; Bucephalo duxit exequias, sicut Agrigentini equis sepulchra & pyramides erexêre. Inter quos Augustus Octauius, & postea Hadrianus Cæsar, equo tumulum fecisse traduntur maximi sumptus, & carmen inscripsisse. Commodus quoq; Prasino equo mortuo sepulchrū in Vaticano fecit. Et Rhomani coruo dedêre exequias, præcedente Tibicine, duorū Aethiopum humeris elato.

Aegyptij

Aegyptij uerò cùm feles aut aliquod moritur, cuius superstitioni addicti sunt, Sindone contectum, & sale atq; aromatibus delibutum, animal sepeliūt. Quare circa Myridis paludē Cornicis atq; Ibidis sepulchra sumptuoso lapide uisebâtur. Tantaq; apud Græcos cura sepulturæ fuit, ut X Prætores, quòd bello nauali apud Arginusas ui tēpestatis acti, defunctos in acie non sepelissent, ab Atheniensibus capitis accersiti, & ultimo supplicio affecti sint. Et Lacedæmonij dum contra Messenios ducunt, ne milites qui bello ceciderant insepulti manerent, Tesseras in brachijs insculptis nominibus habuêre.

Atheniensium tribuū mos de ijs qui bello ceciderant.

Inoleuitq; mos Athenis, ut singulæ Tribus singulas arcas, in quibus cadauera & dispersas reliquias illorū qui bello ceciderāt suæ cuiusq; Tribus inquisita colligerent, in expeditione uehiculis ferant. Vnus autem Torus constratus inanis ducebatur, illorum qui conquisiti non apparerent: & postq̃ in publicis sepulchris illa condidissent, ne essent inhonorati,

Oratio funebris.

insigni testimonio pietatis in defunctos, solenni oratione de ipsorum laudibus, quòd pro patria mortem pugnando passi fuerāt, illos magnificis uerbis atq; honoribus extulerūt: tametsi ea procuratio funeris, inter pudendas & minimè ingenuas artes haberetur. Si cuius tamen ossa cineresq; in alienum sepulchrum deferrentur, illa eruere loci Dominus, & sinè Pontificum decreto aliò transferre nō poterat.

Locus fulmine ictus, religiosus & sacer fit

Est tamen lege cautum, ut locus fulmine ictus, illico religiosus, & in nullius bonis fiat, quòd eum Deus consecrasse uidebatur. Vtq; iuxta sepulchrum nouum, propiusue LX pedes, inuito Domino, ædes admouere non liceat. Ideo inuiolabilia habita, quæ nec præscribi poterant, nec usucapi, sicut nec publica.

Lex de nō uiolādo alieno busto.

Et tam Rhomana lege q̃ Solonis, ne quis alienum bustum uiolaret aut deijceret, grauissima fuit pœna interdictum: quare sepulchri uiolati actio constituta est.

Antiquitas sanctitatem augebat.

Notatumq; & illud, sepulchra & loca religiosa ipsa antiquitate sanctiora fieri, eoq; diruto, nihilominus religiosum locū esse: Quippe sepulchrorum sanctitas in ipso solo manet.

Sancta loca.

Sancta uerò dicuntur loca, quæ sacrata legibus plebiscitisue sancita, pœnis adiectis, inuiolata manent: Siquidem sanctiones, aut obtestatione, aut consecratione, uel pœnis consecrantur.

Mœnia sancta

Itaq; muri & mœnia ciuitatum, quòd illa transgredi non licet, & tam intra q̃ extra pomœriū, omnes ab his arcentur, nec cuiq̃ ædificia illis admouêre fas est, augusta & sancta dicta sunt, ideo

ideo illibata iuris sanctione defenduntur. Capitale enim fuit, & seueriori pœna coercitum, etiã lege Romuli, illi, qui mœnia trãsgressus attigisset. Neq; Mœnia solùm, sed ipsum Pomœrium, quantũq; circa mœnia loci est, quod nec coli, neq; arari fas erat, sanctum esse liquet. Tametsi sacra & religiosa, quandoq; sancta dicta sint. Leges quoq; quarum iussa pœnis & supplicijs, ac religionibus in æternũ coercẽtur, eò quia nõ debent pœnæ sanctione corrumpi, sanctæ dicuntur: quas breues esse conuenit, uelut monita oraculorum diuinitus missa, ut paucis iubeant, non pluribus disputent, suadeantq; magis q̃ cõminentur: quas quidem Plato iussit esse quàm paucissimas: Nam si suo iure funguntur magistratus, nihil opus esse multiplici lege putauit: Vbi uerò horũ improbitate aliò detorquentur, ex legum multitudine perniciem afferri dicebat. Fuitq; opinio Cleonis apud Thucydidem, satius esse malis legibus assuetam ciuitatem non facile mutari, q̃ bonis inconstanter uti. Sed tamen leges à populo latæ aliter ratæ non habentur, q̃si patres authores fiant, post q̃ fuit de cœlo seruatũ, nisiq; ad populum prius latæ Scriba suggerente, consensu Populi, nõ per uim, iussuq; Senatus trinũdino promulgatæ, & per Præconem prolatæ, iuratæ, & receptæ, in foro propositæ, ac in Aerarium cõditæ fuissent. Nam sacrosanctum quid fieri minimè poterat, nisi per populum plebemq; sacratum esset: Ideo COSS. legem Curiatam ferentibus, quia à populo non recæpta, sed à Tribuno plebis sæpe intercessum fuerat, pro lege habita non est. Proditumq; memoriæ fuit, malos mores optimis ferendis legibus sæpe causam dedisse, quia ubi perperam uiuitur, multiplicibus ædundis legibus, magna datur occasio: Inde apud Aeginetas cautum est, ut qui nouæ cõdendæ legis causam daret, inuisus omnibus & execrabilis fieret: Sic apud Indos, si quis aliquid perniciosi inuenisset, nisi protinus remedio succurreret, morte plectebatur. Quæ quidem leges, licet in æternum æditæ, cùm aut usus coarguit, aut rerum status facit inutiles, pro tempore mutari & induci, ac facilè abrogari possunt. Portæ uerò ciuitatis, non ut mœnia, sanctæ sunt, quia cùm per illas defuncta ferantur corpora, sacrosanctas minimè putarunt: Quòd enim funestum est, id sacrum aut sanctũ fieri minimè potest: tametsi alia feratur causa. Cùm enim Vrbium conditores mœnia signarent, incincti ritu Gabino, id est, toga reiecta circa humeros, taurum ad dextram interius, uaccam æneo aratro iungebant, stiuamq; tenentes incuruam, ita ut omnes glebæ in interiorem ruerẽt partem, perfecto sacrificio Mœnia signabant: ubi uerò Portæ futuræ erant, id loci minimè sulcabant, sed aratrum suspendentes, Portarum spatia reliquêre intacta. Ideo cùm Mœnia signata solenni sacrificio sancta sint: Portæ quia signari illas uel sulcari minimè decebat, sanctæ minimè fuêre: in quo id seruatum meminimus, ut fruges in subiectam foueam demittant, & ex uicina terra exaggerent, bouesq; sulcatis Mœnibus immolent. Macedones uerò ubi primùm Vrbis Mœnia futura erant, polentam inter solennia adhibuere. Quod quidem aratrum non ædificandis modò Vrbibus, sed illis funditus euertendis inducebatur, quasi segetes ibi mox futuras denotarent. Fuitq; constitutum, ut nemo Cæsarum, nisi qui Imperij fines propagasset, non prouinciali sed Italico agro quæsito, nationesq; signis collatis & iusto prælio perdomuisset, ius proferendi Pomœrij haberet. In qua re est animaduersum, Syllam ultimum Rhomanorum Pomœrium protulisse, & post Syllam, Claudium Cæsarẽ terminos Vrbis propagasse. Si uerò nõ Pomœriũ, sed templi ambitus, & arca consecranda forent, eam consecrationem fieri accepimus, ut serena luce, omnem arcam & spatium uittis, coronisq; euincerent. Mox milites & Vestales uirgines cùm pueris puellisq; patrimis & matrimis, ex quatuor fontibus aquam spargerent, bouecq; & tauro aream lustrarent. Prætorq; præsides Deos precatus, & magistratus unà, Sacerdotesq; & Senatus, cum Equitibus & Populo, saxum ingens fundamentis inijcerent, passimq; auri & argenti stipes, & metallorum primitias nullis fornacibus euictas aggerarent, in quo præcipuè cauendum, ne saxum, aurũmue in aliud opus destinatum, apponant. Notatumq; & illud, ut non solùm funesti à cõsecratione & sacris arceantur, sed manci, quiq; insignes debilitate corporis, aut mẽbro non satis utiles sunt, uelut indigni qui sacra tractarent: propterea. M. Sergius ob prauitatem imminutioneq; corporis à sacris, ut mãcus amotus fuit, quòd sacra tractare nequisset. Quod Persis

Pomœrium sanctum.

Sacra & religiosa, sancta.

Leges sanctæ.

Leges breues esse cõuenit.

Platonis sentẽtia de legũ paucitate.

Cleonis opinio

Quas leges ratas habebant Rhomani.

Sacrosanctum.

Nouæ legis author execrabilis apud Aeginetas.

Legum abrogatio.

Portæ cur sanctæ non essent.

Nõ cuiuis Cæsarum ius proferendi pomœrij.

Templi ambitus cõsecratio.

Manci, mutilati, debiles, & funesti à consecratione reiecti.

Persis quocꝫ in usu fuisse traditum est, quibus morbo affectum, oculo, aut membro de-
ficientem, dominari, uel sacris præesse inhibetur. Quodq́ꝫ res & loca Deorum immor
talium diuino cultui mancipata, iussu Populi per Pontifices mutari & trāsferri, ac pro-
phana fieri posse, uerbis conceptis, amota religione, sæpe compertum est.

¶ Locus Ciceronis ex Catone Maiore de lege Voconia quæ esset, & quæ Furia, & Falcidia, explanatur. Ca. XV.



CVM Palatini fori iudicia operiremur, & tædio interdum ac mora offen
deremur, in Bibliothecam Pontificū, quæ ibi fuit proxima, sæpe diuer-
tebamus, ibiq́ꝫ in quoscunqꝫ incideramus libellos, uaria lectione cùm ami
cis cōterebamus. Cumq́ꝫ Ciceronis Catonem Maiorem inibi forte nacti
Ciceronis locus in Catone. essemus: hæc uerba quæ ex persona Catonis Cicero memorat, in eo tūc
" pensitabamus. Cùm ego quinqꝫ & sexaginta annos natus, legem Voconiam magna uo-
" ce, & bonis lateribus suasissem. Quid Voconia lege quam tunc Cato suasit, cautū fuis-
set, apud nonnullos qui aderāt, quærebatur? Et cùm ex nostratibus homo quispiam fo-
ri & iudiciorum nō ignarus, idem quod Furia, & Falcidia, Voconia lege caueri respō
disset, ne scilicet testatori ex bonis suis ultra Dodrātem legare liceret: utq́ꝫ quarta hæ-
reditatis pars scripto hæredi saltem maneret incolumis, sæpiusq́ꝫ hanc legem abroga-
Non idem Voconia lege quod Furia & Falcidia statui. tam noua constitutione excitatam esse, & pleraqꝫ induceret. Dixi ego indubio errore
labi illos, qui idem Voconia quod Furia aut Falcidia statutū fuisse cōtenderent: quip
pe Furia & Falcidia contra legis xij. Tabulatum antiquissima decreta à principio latæ
fuêre. Cùm enim xij. Tabulis quomodo uolet, & cui quantumq́ꝫ uolet, de bonis dispo-
nendi, illaq́ꝫ, siue institutionis, siue legati iure relinquendi, data facultas foret: postea le
ge Falcidia & Furia, ut nisi ad Dodrātem legare liceret, statutum fuit: Interiectis in-
de temporibus, Q. Volumius Saxa. Tr. Pl. tulit ad populum, ne quis hæredem mulie
Lex Voconia. rem faceret, coercitæq́ꝫ eo plebiscito mulierum hæreditates sunt: Mox lege Voconia
quam C. Voconius Aricinus. Tr. Pl. tulit, sancitū fuit, ut non fœminas modò, sed ne-
quis census hæredem etiam unicam relinqueret filiam, quam legem Cato persuasit,
quo quidem plebiscito, ne liceret legare mulieribus, ultra Quadrantem, sub graui do-
cumento uetabatur: Nam cùm solidæ hæreditates, & magna patrimonia mulieribus
assiduè legarentur, prorsus ut admirabile uideatur, quantùm mulierum opes hæ-
reditatibus accreuissent: cùm obuiam eundum putarent, ne tam immodicæ largitio-
nes mulieribus fierent, quibus temere abutebantur, cautum fuit lege Voconia, ut
non ultra Quadrantem, hoc est, quartam hæreditatis partem, mulieribus ex quouis
Falcidia lex. peculio obuenire posset. Lege autem Falcidia non Quadrantem, sicut in Voconia,
sed ne ultra Dodrantem in legatis cuiuis absumere potestas foret, cauebatur, ut sal-
tem quarta pars hæreditatis & bonorum, hæredi scripto, qui in bona & nomen adsci-
tus erat, maneret incolumis. Quod enim Voconia lex mulieribus tantùm interdi-
xit, ne ultra Quadrantem legaretur, lex Falcidia, ad omnium hæreditatem exten-
Domitiani statutum in mœchas. dit, cauens ne ultra Dodrantem, hoc est, IX uncias Testatori in legatis absumere
facultas foret. Post aliquot uerò ætates, cùm multi adulteri præteritis liberis, in-
tegrum assem mœchis testamento relinquerent, Domitianus Cæsar salubri consti-
tutione, probosis fœminis, quæ mœcharentur, ius capiendi hæreditates legataq́ꝫ
ademit, nêue lecticis uectarentur, inhibuit. Quòd autem uerbis legis cauebatur, ne
Census. quis census hæredem etiam unicam relinqueret filiam, census is dicebatur, qui
multam pecuniam, & ultra centum millia numûm in possessione haberet: Nam cui
multæ essent pecuniæ, multi census æstimabatur. Verba uerò legis xij. Tabula-
rum, quibus libera facultas disponendi testatori datur, hæc fuêre: Vti legasset suæ
rei quisqꝫ, ita ius esto.

¶ Quid responderim Hieronymo Massaino, cur in eodem forem statu semper, cùm ad honores admitterentur alij. Ca. XVI.

DEMIRABATVR



EMIRABATVR aliquando Hieronymus Massainus, uir multæ eruditionis, & in studijs bonarum artium non minus, atq; in rerum actionibus uersatus abundè: cur cùm plurimos futiles & ignauos ad honores & Sacerdotia promotos, magnosq; & opulentos quotidie uideat, me tamen ipse in eadem fortuna eodemq; semper tenore aspiceret, cui mercedem laborum studiorumq; deberi putaret. Quotiesq; in eos sermones uenit, obiurgabundus & cōmoto similis, meam segniciem accusabat, increpitaq; ignauia, tantis tu (inquit) laboribus tam diu nihil sapere didicisti? Cumq; me nō nimis laborare, & mea sorte, & parabili fortuna contentū respōdissem, is ut me erigeret, languentemq; spem excitaret, consilium dedit ut facerem, quod quempiam hominem astu & insigni arte longè clarissimum fecisse comperit, qui cùm nullis bonis artibus ad Pontificatum obrepere posset, dolia uini præcipui pleraq; mercatus, ea Pontifici dono dedit, suspicatus fore id quod euenit: quo maximè munere effecit, ut proximo Senatu multo ampliora tulerit: Namq; & honoribus & Pontificio donatus postea fuit. Aliosq; referebat homines despectissimos turpissimosq;, qui prædæ & rapinis assueti, pecunias siue iure, siue iniuria calamitosis erogatas, aut ui extortas, ad fiscum conferebāt, quibus artibus effecêre, ut clari præpotentesq; euaderent. Aliosq; ignobiles & obscuros, sortis infimæ atq; è cœno emersos (ut aiunt) qui cùm permodica re familiari essent, & gratia pollerent, tantùm ualuisse, ut ad Sacerdotia & Pontificatus, cùm multi clari & diserti uiri concurrerent, omnium suffragatione cæteris prælati sint. Innumerosq; referebat alios moribus perditissimis, qui sceleris magnitudine ex infima fortuna ad honores obrepsêre. Memoria teneo, cùm pueris nobis quidam magna doctrina, & in primis honestus uir, non minus græcè q̃ latinè doctus, nihil præsidij, nihil sibi opis ad degendam uitam parare potuisset, uitamq; admodùm tenuem & anxiam duceret, cū inuidos mores cerneret, ac probitati præclusam uiam, & quid sibi faciundum esset animo uolueret, ut aliquod in posterùm uitæ subsidium parare posset, eò uesaniæ processit, ut coactus inopia, obscœnis & libero homine indignis artibus uacaret (quibus uerò artib⁹, nō libet dicere, ita fœdæ & pudendæ sunt) confectaq; fuit sibi res ex sententia: Namq; haud multo post, & Sacerdotio, & opibus auctus, affluens & beatus trāquillissimè uitā egit. Adeò despecta fortuna, ubi nullus honos uirtuti est, extrema experiri aliquādo cogit. Quibus ego exemplis admonitus, uehementer animo consternatus sum, ne quando ut eiusmodi honores appeterem, subirem scelesti consilij & conscientiæ notam, longè igitur multumq; præstat, satiusq; fuit, uti ingenio meo, uacuumq; his molestijs, modico ciuiliq; cultu contentum esse, neq; in ambitionem nō necessariam incurrere, q̃ bona animi, siqua sibi homo studio & labore parauit, ea turpi quæstu pessimo exēplo fœdare.

Hieronymus Massainus.

¶Quibus ex causis ouare Ducibus licebat, & in quibus Ouatio differt à triumpho. Ca. XVII.



HOMANI Duces, qui in hostes uictricia tulere arma, si minus ea quæ gesserant, triumpho digna forent, ut tantùm ferrent honoris, persæpe cùm domū reuertissent, minoribus triūphis, & ouatione honestati sunt, quam Græci εὐάν nuncupant. Causæ uerò ouandi, nec triumphādi, hæ fermè traduntur: Si nō debellati hostes penitus, sed solùm pericula depulsa sunt: fusiq; & fugati, perculsi & consternati, aut à populationibus coerciti, nō autem multis & magnis cladibus affecti forent. Si ignominia tantùm acceptæ cladis eleuata, uel paululum laboris admissum, aut non in sua, & sibi cōstituta, sed in aliena Prouincia res gessissent. Qui enim alieno auspicio res gesserunt, de Prouincia triumphos agere non poterant. Si nondum pacata prouincia, reliquiæ bellorum superessent. Si bella non ritè indicta, uel cum hoste non legitimo, sed populo Rhomano indigno, ut cum seruis, piratis, & fugitiuis bellum fuisset. Vel si deditione facta, mediocri certamine, & incruento prælio pugnatum esset. Aut si ex Prouincia exercitus non deportatus, nec successori traditus foret. His omnibus ouare, nec triumphare legitimo triū-

Ouādi causæ.

pho

Posthu. Tuberius primus ouans urbem ingressus.

Pompa & apparatus ouantis.

pho permissum est. Primus enim Posthumius Tuberius traditur, qui bello Sabino uictor, quòd haud multo negotio hostem fuderat, Vrbem ouans iniit: inde institutũ, ut ob præmissas causas, ouatio detur, nõ triumphus. Pompa uerò & apparatus, idem ferè ouantis qui & triumphantis: sed tamen minor perhibetur: Nam & uniuerso Senatu, & omnibus ordinibus obuiam effusis, paratu magno Vrbẽ inibat. Et oppida bello capta, signaq; militaria, spoliaq; & captiua arma, muneraq; quibus donatus fuerat, præ se gerebat. Tum Duces bello capti, & obsides dati, bellorũ machinæ & currus, uasaq; aurea & argentea, ac quicquid pecuniarum ex manubijs & præda exactũ foret, etiã coronæ oppidorum, quibus à socijs honestatus fuerat. Tum siqui milites donis militaribus, torquibusq;, & armillis donati essent, pulcherrimo comitatu præcedebant. Ipse uerò Dux, cui ouandi honos datur, myrtea insignis corona, sceptrum manu tenens, nõ triumphali picta, uel aurata ueste, nec curru quadrijugo, ut triumphantes, sed purpura decorus, insidẽs equo. Neq; Senatu sub prætextis iuxta currũ, triumphantis more, sed eo subsequente, sola plebe & Equestri ordine, aut Equitibus præeuntibus incedebat. Sed notandum, eos quibus ouandi dabatur ius, priscis sæculis sinè exercitu aut legionibus Vrbem pedibus iniuisse: Lapsis postea temporibus, ut equo ueherentur, morem præualuisse: Exq; duobus Imperatoribus rebus bene gestis, alteri triumphũ, alteri ut ouans Vrbem iniret, datum esse. Cum Lucretio Tricipitino Veturius. COS. de Volscis & Equis triũphauit: sed alteri, ut curru quadrijugo triumphãtem Legiones sequerẽtur: Veturio uerò, ut sinè Legionibus, ouãs equo ueheretur, à Senatu datum fuit. Bello etiam Punico secundo, M. Liuius, & Claudius Nero, de Hasdrubale & Pœnis triumpharunt: sed Liuius curru triũphans cum Legionibus: Nero autem sinè exercitu equo Vrbem inisse proditur. Interdum uerò ouantes lauro non myrto coronatos inuenimus: Siquidem, M. Crassus de Fugitiuis & Spartaco, quos collatis signis uicerat, ex consulto Senatus, lauro coronatus ouasse traditur. Et Tiberius Cæsar cùm de Vindelicis mœsta ciuitate propter repẽtinum incõmodum, triumphare nollet, non equo, sed curru cum triumphalibus ornamentis lauro ornatus, ouãs ingressus est. Turmas quoq; Equitum, non lauro, sed olea ornatas, cum militaribus iocis & uersibus inconditis ouanti præcedere, non subsequi, ut in triumphis solet: Neq; ouantes candidos tauros aut boues mactare, ut erat triumphãti mos, sed coronatas oues ante se agere, illasq; exacta pompa, immolare compertum est, quare ouationem dixêre. Neq; clangentibus Tubis, ut ille Martius triumphus solet, sed modulantibus Tibijs deduci. Illud quoq; notatum perhibent, tam in maioribus q̃ minoribus triumphis, nisi quibus præcipui honoris aut priuilegij prærogatiua indultum fuisset, ut equo uectarentur, omnes qui ouanti aut triumphanti prodirent obuiam, quiq; erãt comites, pedibus & non equo incessisse: quod longo post tempore obseruatum mansisse in triũphali pompa, multa documenta sunt.

Myrtea corona ouantis.

Ouantes initio sinè exercitu & legionibus pedites urbem ingrediebantur.

Laurea corona ouantium.

Equitũ ornatus in ouatione.

Ouantium sacra.

Ouatio unde dicta.

Tibiæ in ouatione.

Obuiã procedẽtiũ qui equo ueherentur, & cõtra.

¶ Qui erant Tribuni militum in Rhomanis castris, quæue potestas & officium foret, aut iurisdictio. Ca. XVIII.



TRIBVNOS militum qui castris & legionibus præerant, imperiũ in milites habere, exercituiq; & summæ rerum præesse, ferè peruulgatũ est. Qui tametsi à primis originibus terni ex singulis Tribubus, Ramnẽsi, Titiensi, & Luceri crearẽtur: tamen militari lege, ut singulis quatuor legionibus seni ac deni Tribuni præessent, sancitum erat. Qui licet à COSS. & summis Ducibus antea eligerẽtur, post aliquot ætates ut militari suffragio & prærogatiua crearentur, militibus munus datum fuit: Lapsis mox temporibus, ut populi suffragio & Tribuni rogatione fieret, lege cautũ fuit: ex quibus qui à COSS. creabantur, Ruffuli, mox Rutuli nuncupati, eò quod Rutilius Ruffus COSS. de illorum imperio primus tulisset. Aliorum uerò Tribunorum militarium duo fuere genera: aut enim Suffecti erant, aut Comitiati: Suffecti militari suffragio in castris: Comitiati uerò populi iussu comitijs creabantur. Demũ sequuti Cæsares Tribunos ipsi delegêre,

Tribu militum nouem.

Singulorum legioni seni Tribuni.

Tribu. per quos eligerentur.

Tribu Ruffuli & Rutuli.

Trib. suffecti.

Trib. Comitiati.

Trib. à Cæsaribus creati.

legere, homines insigni testimonio, in quibus esset specimen magnæ & expertæ uirtutis: Quare Hadrianus Cæsar uiros ætatis exactæ & summæ prudẽtiæ, doctos ætatæ & usu, ad Tribunatũ euexit, uetuitq; edicto, ne imberbis, adolescẽsue Tribunus fieret. Fuitq; prisci moris, ut cùm Princeps ad Tribunatũ quẽpiam eueheret, gladiũ illi in manu traderet, quo signabatur in milites iure militari habere Imperiũ. Cuius edicti uerba sic habent: Milites quibus iussi erunt, parento, eorũq; Tribuni sunto, & infra. " Huic Lacones & præsidij Præfecto Harmosten dixêre nomẽ, qui magistratus semestris erat. Illorũq; præcipuũ munus, castrorũ & exercitus curã agere, ne sine munimẽto, sine custodijs sint, peruigiles excubias iubêre, ne quid occulto speculatu hostes moliri possint. In primisq; milites ad solenne iusiurandũ adigere: Neq; enim militi arma capere fas erat, ni prius apud Tribunũ legitimũ præstitisset iusiurandum: qui etiã in castris iura dabant, quoq; in promptu essent, & nihil moraretur imperium, illorũ statio in castrorum principijs erat, ubi tribunal habere, & iura dare assuerãt, quibus non uirgas, ut Consuli, aut Prætori: sed ad terrorem audaciæ uites Lictores præferebant, cõtumacesq; milites Rhomani uel Latini nominis iussã minus exequẽtes, nõ uirgis, sed uitibus per Centuriones: externos uerò fustibus plectebant. Alexander tamẽ Seuerus Tribunis non Lictores aut Apparitores, sed milites anteire iussit, IIII Tribuno, VI Duci, X uerò Legato. Eratq; militari lege cautũ, ut si miles dum cæditur ob crimen, uitem frangeret, aut Centurionis, uel Tribuni manum teneret, de gradu deiectus, militia amoueretur. Si autẽ uiolẽtas manus inferret, capite lueret. Cumq; reliqui milites passim ferreos haberent annulos: Tribunis tamẽ Cẽturionibus, & Legatis, aut his quibus ordo & imperiũ erat, aurei dabãtur, à quibus siue in hostes ducere, siue castrametari, siue in prima acie & frõte locari, aut in subsidijs poni, uel in stationes & uigilias ire conueniret. Tesseram milites petebant. Ipsi uerò ab Imperatore quòd dari oporteret signum assumebant, copiasq; Equitum & Peditum, quoties dimicãdum erat, ornari & instrui, atq; in aciem educi iubebant. Milites quoq; in conflictu præliorũ, singulos & uniuersos hortari, & monêre, atq; in cessantes animaduertere Tribuni proprium munus erat. Missionem quoq; militibus perfunctis militia, si causam probarẽt, ex authoritate & iussu COS. dabant. Quod Fuluius Cohortem legionis, in qua Tribunus erat, sine iussu COSS. missam fecerat, Q. Fuluius Flaccus Censor illum ærarium fecit, & Senatu amouit. Si qui tamen post missionem studio pugnæ, militare cuperent, nisi secundo sacramento adscripti essent, arma sumere & merêre, aut in hostes tendere nequibant. Marcellus notauit Tribunorum militum officium esse, milites in castris habere dicto, audientes, & intentos imperio, ad exercitationes deducere, in stationes mittere, claues portarum suscipere, ne occulta colloquia serant, néue quis author noui consilij cum hostibus moliri quid possit, stationes, uigilias, munitionesq;, ne infrequentes sint, nonnunq̃ interdiu, sæpius noctu circuire, milites singulis momẽtis instructos paratosq; habere, siue pabulatum, siue frumentatum uadant, præsertim si in procinctu hostes sint, exploratosq; in hostes ducere. Cumq; frumentum militibus admetitur, ne quid minus æquo impartiant, interesse, néue perniciosa fame, aut inopia afficiantur, utq; præparati cõmeatus abundè sufficiant alimentis, ne arma, uiri, equi, aut pecunia desint, cum Imperatore multò antè præuidere: Nam Rhomani duces rationẽ cõmertiorum præcipuam habuêre semper: Castris locum capere, ualitudinarios inspicere, sauciorum curam agere, nomina militum memoriæ tenêre. Quippe Imperatorem aut Tribunum ignorare milites, pudenda inscitia est: Neq; aliud Othonem ad Imperiũ euexit, q̃ quòd queq; militũ, in agmine, in stationibus, in itinere nomine cõpellabat suo: ex hoc gratiã & studia hominũ assequutus. Querelas quoq; militũ audire, illorũq; delicta militari lege plectere, infidum dãnosumq; militẽ militiæ gradu deijcere, Tribunorum potestatis est. Fertur tamen Aurelianus Cæsar tam seueræ disciplinæ fuisse, ut Tribuno per epistolam mandarit, ut militum manus contineret, nequis pullum, aut ouem raparet, aut uuam ex uineis, aut ex segete spicas. Vt arma tersa, calciamenta fortia, uestis noua, equus defricatus, & mulus centurionatus foret. Fuitq; antiqui moris, ut miles in castris ad Centurionem, Centurio ad Tribunum, manè saluta

Harmostes. *Trib. officia.* *Trib. statio.* *Trib. lictores.* *Lex militaris.* *Trib. militum officiũ ex Marcello.* *Aureliani disciplina in militarẽ rapacitatẽ.*

 tum

tum uadat, & ad edictum præsto sint. Ac licet Tribunis militũ Centuriones subsint, & Decuriones: Ipsi tamen Legati Imperio parent, eratq́ militari lege cautũ, ne quis ubi Tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset: Namq́ Cẽturio, Decurio & ordinis Ductor, Tribuno inferiores sunt. Alexander uerò Macedo tanti Tribunos & Decuriones fecit, ut neminem nisi sexagenarium ordines ducere siuerit. Hoc quoq́ notatum est, eum qui præconium faceret, inter Decuriones admitti non licere, & multò magis inter Tribunos. Si tamen antea præconium fecisset, & postea artẽ desiuisset, ad Decurionatum admitti poterat, ad Tribunatum non utiq́, insuper obseruatum, ut si quando in aliquos iusta mouenda forent arma, Senatum per Tribunum
Qui ad tribunatũ admissi. militum de bello indicendo ad populum sæpe tulisse. Quodq́ ueteri instituto ad Tribunatum admitti nemo poterat, nisi prius Alam duxisset: neq́ Alam ducere, nisi Cohorti præfuisset: Siquidem Cohors erat Ala inferior: Tribunatus uerò Legionum post Alam conferri dariq́ consueuit.

¶Qui ludi Scenici, qui Magalenses, qui Taurij, Compitalitij, Iuuenales, & Honorarij fuerint. Ca. XIX.



INTER spectatissimos ludos, qui plurimi Rhome fuerunt, Rhomani ludi à Regibus instituti primùm, qui & Magni, & Circẽses dicti, præcipui semper habiti sunt, Ioui, Iunoni, & Mineruæ celebres: Nam
Sui cuiq́ deorum ludi. singulis Dijs singuli erant dicati ludi: quippe Venationes & munera Saturno: Scenici Libero: Circenses Neptuno: alijq́ alijs numinibus dabantur, quos ad placanda numina unà cum sacrificijs, cumq́ cantu & Tibia celebrabant, Prætoris edicto id decernente: in hæc uerba:
Prætoris edictũ de ludis. „Ludis publicis, quod sinè curriculo, & sinè corporis certatione fiat, popularem lætitiam cantu, fidibus, & Tibijs moderanto, eaq́ cum diuino honore iungunto, & infra. Quos etiam, urgente bellorum tumultu, prætermittere duxerunt nefas. Cùm enim secundo Punico bello externis hostibus Italia afflictaretur, & cuncta bello arderẽt, eosdem magnificè apparateq́ factos, & in plures dies instauratos, oleiq́ congios in uicos datos fuisse comperimus, postea confectis bellis, & rebus contra Sannites gestis magnificè, Rhomanos faciendos curasse, illosq́ coronatum populum spectasse, uictoribusq́ palmas è Græcia translato
Ludi magni. more, atq́ epulum ludorum causa Aediles dedisse, T. Liuius autor est. Fuêre quoq́ ludi MAGNI, quos post pugnã ad Trasimenũ uotos inuenimus, æris CCCXXXIII millibus, bobus albis CCCC, multisq́ hostijs & alijs diuitijs clari, quos à. M. Acilio COS. in apparatu belli contra Antiochum iterum uotos, & magno sumptu exolutos, ac dies X continuos celebratos tradunt: in quorum celebritate, præcipua per
Scenici ludi quando primũ facti. singula puluinaria mittebantur munera. Anno inde ab Vrbe ferè CCCC, cùm uis morbi ingens Vrbem peruasisset, & graui cœlo uulgarentur morbi, tantaq́ tabes & uis mali ingrueret, ut nullum pestis suffugium foret: cùm ope diuina luem minimè leuari crederent, uictis superstitione animis, Scenici primùm ludi apparatu magnifico facti sunt. Quos ludiones ex Hetruria, motibus non indecoris, uersibus ridiculis cum cantu & Tibicine adhibitis Histrionibus, saltantes celebrarunt. Eosq́ ab Aedilibus Curulibus secundo Punico bello, per quatriduum instauratos, ac noctu luminibus accensis celebrari, missiliaq́ uarij generis spargi, Authores memorãt: in quibus inter ludicra Scenæ, Comœdiæ repræsentari solebant, multis fabularum argumentis, & apa
Comœdiarum sex genera. ratu uario, quarum VI fuêre genera: Namq́ ex his alia Stataria, alia: Motoria, aliæ Togatæ, nõnullæ Palliatæ, pleræq́ Prætextatæ, aut Atellanæ. Eratq́ constitutũ, ut Comœdi cũ soccis Proscenia inirent: Actores Tragœdiarũ cũ Cothurnis: Planipedes
Decori obseruatio in uestibus. excalciati: Scenici certatores nudi, circa pudenda tantùm uelati. Vtq́ ad ostentationẽ Scenæ, in argumentũ fabulæ pro personis quas gerebant, uarios amictus induerent: quippe Agamẽnon sceptrũ ferebat, pellẽ Bubulcus, Achilles arma, Thelephus penulam & peram, ita ut pro fabulæ argumẽto congruẽs apparatus fieret, per artifices Scenicos, qui imitarẽtur affectus. Vtq́ in Scena quinq́ tantũ seruarent actus: Nã Scenico

ludioni

ludioni quinquies prodeunti, ultra prodire nō licuit: quod in Tragœdia quoq; seruatum est, ut non plures q̃ quinq; personarum actus fierent. Vtq; finito argumento, & Scena personis uacua, Chorus & Tibicen introducatur. In ueteri uerò Comœdia seruatur, ut primarū partium cōmunes actiones sint, aut gesta militiæ domiq;: postremarum uerò, conuiuia, cantus, potiones, & lusus. Postea, seu ob morum prauitatē, seu quia mali exempli ludi erant, perniciemq; ciuibus afferebant, ita Scenicos insectati sunt, ut Scipio Nasica in Cēsura Scenicos ludiones Tribu mouisse, & ærarios fecisse dicatur, licet institutum foret, ut actores Atellanarum Tribu non mouerētur, sed stipendia facerent & mererent: fuitq; uetus mos diu seruatus, ut primitiæ spectaculorum à ludicris Scenicorum Choreis inciperent. CVMQVE Idæam Deorum Matrem ex Pessinunte Rhomani aduocassent, præter munera, & apparatus magnificentiā, ludos in honorem Deæ instituerunt, qui præcipui inde habiti sunt, quos. M. Iunius Brutus cum templo in Palatio dedicauit, qui etiam Scenici dicti: illosq; MEGALENSES appellarunt: illorumq; curam Aediles gerere, ac ueris initio prælata, diuitiarum pompa celebrare: permissaq; ludendi licentia, personatos iuuenes, magistratuū priuatorumq; munia & personas, & facta dictaq; imitari, & ante Deæ simulacrū ludere, Matronasq; spectatæ pudicitiæ in his psallere, memoriæ datū est. Quibus diebus Rhomanæ consuetudinis erat, conuiuia & sodalitates inuicem agere, & comessari, uictu tamen frugali & modesto, nec die tantùm, sed noctu epulari: Namq; hi ludi præcipuè casti, magno fauore spectantium conspicui erant, ad quos seruos adire non licebat: Illosq; Prætores & magistratus purpurati, in Toga & Prætexta, atq; in ornatu maximo celebrarūt: quare purpura Megalensis, in ulgi prouerbium uenit. Quibus diebus stipem cogere, Idææ Matris familijs proprium fuit, quod edicto cauebatur his uerbis: Præter Idææ Matris familias, eosq; iustis diebus, ne quis stipem cogito, & infra: in quibus fuit constitutum, ut Patricij Megalensibus motitarent, plebs uerò Cerealibus. Præter hos fuēre TAVRII Dijs inferis cōsecrati, quorum origo fertur antiquissima: Cùm enim regnante Superbo, uis morbi, & insanabilis pernicies per omnes Vrbis regiones & compita peruagata esset, assiduisq; funeribus exhausta ciuitas foret, atq; ob esum carnium Taurorum pestifer annus grauidas mulieres ita affecisset, ut sisti pestilentia nequiret, in Deorum inferorum placamenta hos ludos concelebrarunt, qui Taurij dicti, quòd ob Taurinæ carnis morbum, inuenti primùm concelebratiq; sunt, in quibus metas circumcurrere, uelut in Circēsibus seruatum est. COMPITALITIOS uerò Laribus, quos bis in anno uernis æstiuisq; floribus ornabant, dicatos pleriq; autumāt, quorum origo, ab ultima antiquitate fuisse proditur. Cùm enim Prisco Tarquinio regnante, in foco genitale repente apparuisset, quo in sinu admoto, mater Seruij Tullij Ocrestes, stupens miraculo, haud multò post, Seruiū Tullium enixa peperit, qui mox Regno successit, & quòd puero caput arserit, Laris filius esse creditus est, inde Compitalitij ludi primùm instituti inuentiq; fuēre, quos per uicorum magistros fieri, & in compitis celebrari, ac permultùm temporis desitos, cùm solennia ludorum intermittere nefas esset, post. L. Lusellum. & C. Mariū. COSS. à L. Pisone reuocatos, & magno apparatu instauratos memorant, qui postea non per uicorum magistros, sed Præfectos uicorum celebrari cæpti, & demum sublatis Collegijs, haud multò post discussi fuēre. Tametsi ab Atheniensibus primùm institutos Compitalitios nōnulli credant, in quibus præmium uictori hircus donabatur: post quos, IVVENALES, Funebres, & Sæculares, uario & solerti ingenio inde recepti paratiq; sunt: in Iuuenalibus enim, licet Iuuenum causa instituti forent, in hisq; adolescentes per lusus & lasciuiam admitterentur, plerumq; tamen anus, & grandæuas natu matres, senesq; ingrauescenti ætate, ludis admissos comperimus: lusus erat quem ludebāt, Turmæ puerorum primo ætatis flore, & Iuuenes generosi spiritus, ut equis instratis, hinc inde dispositis Turmis, tanq̃ acie instructa, cōposito agmine, in iustæ modum pugnæ cursitarēt, speciemq; prælij, modò in occursum eūdo, nūc à tergo & in gyrū occursando præberēt, & campestrē incursionem facerēt, specimenq; magnæ indolis, & cōmendationem ineuntis adolescentiæ præ se ferrent, ita ut qualis quisq; futurus esset, cuiusq; spei, facilè

Comœdiæ antiquæ obseruationes.

Ludi Megalenses.

Purpura megalensis.

Ludi Taurij.

Ludi compitalitij.

Ludi iuuenales.

Pyrrhicha. eniteret. In his quoq; Pyrrhichã saltari accępimus, quæ integris Vrbis moribus, ma-
gno fauentium studio fiebat, quæ primùm inuenta fertur in Creta, nonnulli à Laco-
nibus ad res bellicas facile obeundas, ut armati leui flexu & saltu, nunc se contrahen-
do, nunc in altum exiliendo, nunc declinando, tela & plagas uitarent, disciplinamq;
Enopolia saltatio. edíscerent, quæ Enoplia saltatio dicta est, quam Tranquillus Troiam nuncupauit:
Idq; à Romulo institutum ferunt, ut cum armis saltarent milites saltatione, quam bel-
Saltatio in panathenæis. licrepam dixit: Sicut in Panathenæis armatos pueros saltare uoluerunt, in quibus pue
ri puellæq; forma conspicui, manibus amplexi, nunc in orbem, nunc in obliquum per
Saltatiões molles. diuersos flexus Pyrrhicam in Theatro saltabant. Postea uerò Gaditani modi & mol-
lissimæ saltationes, cùm essent minus notæ, inuentæ fuêre, in plures diuisæ species,
in Cheronomiam quæ manuum gestu: Halma quæ pedum, Lactisma quæ calcibus
ad humeros iactis saltabantur, quorũ inuentores Iones fuisse dicũt, unde gestus quoq;
Pantomimi fluxêre: in quo id fuit constitutum, ut in Cheronomia alij gestus subiti, alij
Ludi funebres. miserabiles, alij longi nomina ferrẽt. FVNEBRES uerò ludos etiã inter ludicra Sce-
Designatores. næ exhiberi accæpimus, & post ludos epulum datum, quibus qui præerãt, Designa-
tores dicti, in quibus gladiatorum paria, qui uenalem habent sanguinem, modò plura,
nunc pauciora, nonnunquàm familiæ Lanistarum ad gladiaturam comparatæ digla-
diari, uulneraq; & cædes accipere solebant, quos in defunctorum illustrium memo-
riam ea de causa institutos ferunt, quòd cùm hostes bello uicti, seruiq; ad sepulchra
summorum Ducum olim sæuè iugularentur, & sanguinem effunderent, idq; poste-
ris sæuum & inhumanum uideretur scelus, cautum fuit, ut sæua illa desita consuetudi
ne, serui libertiq;, & damnati capite, ac gladiatores bustuarij, qui uenalem habent
sanguinem, usu armorum & astu eruditi, conducti precio per Lanistas digladiarentur.
In quibus in æmulationem certamenq; uirtutis, licet dimicatione perniciosa uulnera
acciperent darentq;, & ferro decernerent, in qua si quis forte succumberet, merce-
Athenienses. dem Lanista perditi gladiatoris accipiebat. Athenienses uerò fures & Sicarios pe-
cunia comparatos armis instruebant, quos ut in Scena dimicarent, inuicem committe-
bant: apud quos usus obtinuit, ut Imperatore uita functo, XII captiui ad sepul-
chrum iugulati, tumulentur unà. QVAE munera licet summæ immanitatis forent,
Duces in bellum profecturi, Rhomæ plerumq; populo exhibuêre: scilicet ut uul-
nera cernere assuescerent, cædesq; & prælia non formidaretur, quibus certa lex da-
ta, ut multò grauioribus armis pugnare discant, utq; diutius in pugnæ simulacris ar-
mati, assuescant, ut in patientia laborum educati, in conflictu pugnæ minus laborarent,
neq; ut Tyrones corporibus animisq; deficerẽt. Vtq; Lanistæ cum hastis & rudibus
primo introducantur, mox gladijs decernant, ad præliumq; incedebant tunicati. Vtq;
ante congressum multa fiant, quæ non ad uulnus, sed ad speciem gesticulationis, & mo
tus agilitatem uideantur: procedente mox pugna, ut nudi digladientur, neq; in uulne-
re ingemiscant, nêue iniussi decumbant, nêue postq̃ decubuissent, ferrum accipere ius-
si, segnes & contabundi accipiant, aut retractent. Ad quod certamen insignes nobilita-
te & opibus, neq; obscuri generis homines plerunq; prodiêre: Nam & Nero Cæsar
CCCC Senatores, & DC Equites ad ferrum exhibuit. Et Domitiani temporibus,
nobiles, ad specimẽ uiatutis ostendendum, in harenam prodire non dubitarunt, qui nõ
uirorum modò pugnas, sed fœminarum noctu cõmisit: Donec cautum fuit, ne Equi-
Quis primus gladiatorũ munus dederit. tes Rhomani ludo & harena polluerẽtur. Primus enim qui gladiatorum edidit munus.
Iunius Brutus, in honorem defuncti patris, fuisse traditur: Alij Appium Claudiũ, &
Fuluium COSS. in foro Boario gladiatores commisisse primos asseuerant. In quo
præter apparatus magnificentiam, immanissimas feras hominesq;, qui cum his cõcur
Matronis ludis interesse uetitum. rerent, ad pugnam exhibuit: Ad quos Matronas admitti erat lege uetitum, ne im-
manitati, aut feritati assuescerent: Sicut ab Athletarum spectaculis, muliebrem sexum
Cretenses. Augustus auocauit, & dimouit. Non sic Cretẽsibus, qui præcipuas & magno natu mu
Spartani. lieres ad gladiatoriũ munus admittebant: & Spartæ nulla est tam nobilis mulier, quæ
precio cõducta, non ad Scenam prodeat. Cumq; antea gladiatorij ludi Imperatorum
munus forent, Claudius princeps, ut pecunia Quæstorum fierent, cauit edicto: quos
propter

propter cædes & immanitatem, quodq; mali exempli essent, postea ædi prohibuit. Et quia nonnulli inopes & modicis facultatibus sordida mercede conductos gladiatores, ad ferrũ exhibebant, Tiberio imperãte, Senatus cõsulto cautũ fuit, ne quis gladiatoriũ munus daret, cui minus CCCC millibus census esset. Post aliquot uerò ætates Theodoricus Gothorum Rex, ita gladiatores odio prosequutus fuit, ut optantibus Rhomanis, non modò illos denegarit, sed nunq̃ postea ædi permiserit. Fuitq; in usu, ut in funebribus essent spectatores penulati, cum in cæteris togati cõuenirẽt. SAECVLARES uerò ludos, quòd singulis CX annis, uel quòd semel tantùm hominis ætate fierent, dictos accepimus. Nam sæculũ ueteres hac finitione terminarũt. Alij nisi decurso trium ætatum spatio, Sæculares fieri negauerũt, qui supra Tyberim, sæpius in Capitolio, magna frequentia & fauore sunt ædi soliti, ad quos licet Præco inuitaret ad ludos, quos nec uidisset quisq̃, nec uisurus esset: illos tamen citra hunc annorum numerum persæpe celebratos cõperimus: Nam & Diuus Augustus Sæculares fecit, & haud multo post, Claudius celebrauit, quo interuallo LXIII haud amplius interfuere anni. Mox Domitianus illos instaurauit, habita temporis ratione, ex quo ab Augusto editi fuerãt, quos Rhomæ per omnia Theatra fieri seruatum est, in quibus trinoctio tetra caligine bobus atris ad Tarentum sacrum Plutoni & Proserpinæ, lectisternium, peruigilia, & supplicationes instar Cereris, initiorum fieri solebant, carmine & hymnis, in Capitolio à pueris puellisq; patrimis & matrimis, in Apollinis & Dianæ laudem modulato, cum quibus sæpe Circenses dabantur unà. Quorum institutio fertur antiquissima: Cùm enim Valerius Publicola, qui Reges eiecit, III filios morbo laborantes ex uoto recepisset incolumes, uoti reus, hos instituit primus, & celebrauit: quos antea præteritos uel intermissos Diuus Augustus magnifico apparatu celebrauit, q̃uis non uera ratione dimensa: In quibus iuuenes sinè aliquo maiore natu propinquorum, nocturno spectaculo interesse uetuit. Postremò Domitianus septimos exhibuit, ad sua tempora ab ortu Vrbis obseruatos. Et demum post curricula temporum, Philippus Imperator, millesimo Vrbis anno, ex omni sæculorum memoria, apparatissimos Sæculares fecit: in quibus præter Elephantos XXX, Leones, Tigres, Alces, atq; Hienas & Bebos, etiam gladiatorum paria mille, Hippopothamum, & Rhinocerotẽ, ferasq; immanissimas uenationi dedit. Præter quos, fuere ludi THEATRALES & HONORARII, qui æquè ac funebres stati non sunt: sed ut quisq; ad honores, ut Aedilitatem, Præturam, uel Consulatum, euectus erat, ad conciliandum populi fauorem maxima hos lætitia coluit, & celebrauit: in quibus Elephantorum & Leonum pugnas, aliarumq; belluarum uenationes frequenter exhibitas inuenimus. Primus enim Scæuola in Curuli Aedilitate Leonum pugnas dedisse fertur, mox Pompeius Iubatos CCCXV: Cæsar CCCC: donec Senatus consulto cautum fuit, ne Aphricanas in Vrbem inueherent. Contrà Cn. Aufidius Tr. pl: Nam Circensiũ causa importari iussit. Postea Augustus Tigrim & Domitius Aenobardus C Vrsos Numidicos in Aedilitate, & totidem uenatores Aethiopes dedit. Hæc enim expectatio munerum, quantùm studij & fauoris ad conciliandum popularium animos attulerit, cum magnifico sumptu exhibita fuissent, enarratu difficile est: Siquidem qui illa amplè & largier dedissent, aut qui munificentia reliquos anteissent, facillimos aditus ad honores, Consulatus, & Præturas reliquosq; magistratus proximis Comitijs habuere, quorum cura & procuratio præcipua Aedilium erat. Et qui illos ob secordiam prætermisisset, popularе odium & offensam haud dubiè incurrit, & uelut sordidus, & parum ciuilis, est pro despectissimo habitus: Mamerco enim homini ditissimo, quòd Aedilitatem, ne sumptus in exhibendis ludis faceret, assequi non curasset, in Consulatu repulsam tulit: In his enim res commentitias, fabellas, & scenas repræsentare, tum monstra & uisu incognita, uenationesq; & pugnas populo dare assuerant, ad quas mulieres descendisse, & cum immanissimis feris sæpe depugnasse comperimus, tanto omnium studio, ut XXX & amplius dies, se positis negotijs, Rhomani ludis impenderent: quos postea Augustus coartauit, ne ludorũ celebritas nimiũ diu actus forẽses & negotia moraret. Theatrales quoq; ludos in Liberi patris honorẽ inuẽtos fuisse oẽs

Quibus gladiatorũ munus dare permissum.

Ludi sæculares

Sæcularium ludorum origo.

Ludi Theatrales & honorarij.

Munera huiusmodi Scenica ad honores uiã parabant.

Theatraliũ origo.

Bacchanalium licentia. ferè consentiunt, quos ab Atheniensibus origine duxisse ferũt, qui primi Nouembri mense Bacchanalia & ludos Gymnicos, ac Liberales celebrarũt, tanta licẽtia, ut Nympharũ & Heroũ habitu bacchantes prodirent in forũ, & ad sonũ Tibiæ cũ lasciua gesticulatione cõpositis modis psallerent. Vinumq; cũ bellarijs, libaq; ex melle, magna bibendi licentia circũferrẽt, quos plerũq; populus coronatus spectauit. Quæ sacra præter q̃ quòd per anũ delirã & temulentã indicerẽtur, eò insolentiæ processere, ut mulieres uiriq; ornati hedera, crine fluxo, lymphatis animis debacchatæ, cũ Thyrsis uelut insanientes, & furore afflatæ obuios ferirent. Ministri quoq; fanatici nõ minore uesania ferulas gestarẽt, tanta temulentia & uerborum licẽtia, ut. M. Varro, nisi ab amentibus fieri potuisse negaret: quare ministræ Mænades dictæ, inter quos Sileni, Satyri, Bacchæ, Lenæ, & Chiæ, Mimallones, Naiades, Nymphæ, & Tityri, sacris operabãtur: In his quoq; comessationes, Thyrsi, Tibiæ, & cãtus frequentes erant. Et quoniam ad animæ purgationẽ pertinere dicerẽt, etiã Vannũ quo triticũ purgatur, & ouum sphærali figura adhibebant. Quæ sacra procedente tempore, cùm ex diurnis nocturna fierent, (unde Nyctileia appellata sunt) promiscuis ingenuorũ & fœminarum stupris, cũ strepitu & ululatu in omne facinus & libidinẽ, perpetuo Senatuscõsulto, non in Vrbe modò, sed per omnẽ Italiã coercita fuêre, maximisq; pœnis inhibitũ, ne Bacchanalia Rhomæ, néue in Italia fierent, cùm in cõtubernio sordidissimorum patrarẽtur, essentq; maximorum scelerũ causa & seminarium. Apud Thraces Orgia Bacchi ab Orpheo instituta, nisi à menstruosis fiebant. Euianes Bacchi festa celebrant, in quibus ludiones primò, mox spectatores multo uino epoto, ad arma cõcurrunt. A Babylonijs quoq; festus dies Baccho plurimo mero exhausto colebatur, in quo noctem perennem lasciuis gesticulationibus & largiori potu indulgebant. Apud Heleos Bacchæ Dionysio psallentes madulata uoce, precantur ut bouino pede ad se accedat. Lauini integer mẽsis Libero dicabatur, quib⁹ diebus obscœnis uerbis & spurcissimis abuti permissum: quod Heliogabalus instituisse fertur, ut in uindemiarũ festo multa impudica & obscœna iactarẽtur in Dominos: Id quod nostrates seruare etiãnum solenne habẽt: donec per forum uirile membrum plaustro transueherẽt, cui Matrona spectatæ pudicitiæ uelut sancto numini coronam imponebat. Quod etiam Varro fieri cõsuesse, in reliqua Italia scribit, tanta turpitudine, ut per dies festos Liberi membrum per agros plostellis, mox in Vrbem cum cantu & ululatu ferrent. Ab Aegyptijs tanto abusu Bacchanalia fiebant, ut temeto ingurgitati, statuas cubitales per pagos circũferant, protenta mentula, magnitudine uisenda, præeunte Tibia & Choro, cum Mercurij statua, pheretro porrecto, quas fœminæ & magno natu matres, uelut pompam triũphalem, præ se agebant, tam fœdo spectaculo, ut nihil improbius aut nequius foret. Eadem quoq; licentia Athenis uulgo usurpatur Nouembri mense, quo Bacchanalia celebrabant, ut fanatica multitubo Baccharum habitu per Vrbem procederet. FVIT preterea quinquennale ludicrum, in quo tam uersu q̃ prosa oratione græcè latineq;, tum musica per Citharœdos & Citharistas, tum Gymnicis ludis certabatur: quos Nero Cæsar primus ad morem Græci certaminis è Græcia Rhomam deduxisse, Iouiq; Capitolino dicasse, atq; singulis quinquennijs magno certamine animorum celebrasse fertur, iam intermissos ducentis annis à. L. Mummij triumpho, qui primus hoc spectaculi genus in Vrbe præstitit. In quibus quantùm quisq; facundiæ experimento, aut candore ingenij eniteret, facile apparebat. C. uerò Caligula, horum instar, miscellos Lugduni fecit, græcæ latinæq; facundiæ experimento, in quo certamine lege sancitum erat, ut uicti uictoribus hoc præmij darent, ut ipsorum laudes tanq̃ obnoxij scriberent, & carmine celebrarent. Postea à Domitiano triplex institutum ferunt, Capitolino Ioui, Musicum, Equestre, & Gymnicum, aliquãto plurium coronatorum, in quibus Papinius Statius uictus fertur, uictor autem & ter coronatus in certamine Albano, quod Domitianus pariter instituit. In quo Poetæ certatim Mineruæ psallebant hymnos. In eo uerò. P. Mimographus palmam tulisse dicitur. Athenis quoq; ad Thesei sepulchrum celebres hi ludi mansere, in quibus Tragœdorum certamen magno conuentu totius Græciæ fuisse tradunt. Eò enim uiri eloquẽtissimi ex omni Græcia exciti, cũfluxere, inter quos

Marginal notes: Bacchanalia p anũ indicebantur. — Vannus. — Nyctileia. — Bacchanalia inhibita. — Orgia in thracia. — Euianes. — Babylonij. — Helei. — Lauinij. — Aegyptij. — Ludicrũ quinquennale. — Triplex ludicrum quinquennale. — Tragœdorum certamen.

quos Aeschylus primus Tragœdiã dedit, in eo uictor Sophocles, uictus Aeschylus,
haud multo post, merore uictus occubuit, quibus etiam ludis decem iudices ex singu-
lis Curijs præfuêre. Fuitq; in more, ut hircus præmium Tragœdo foret. Vtq; Liri *Hircus tragœdi præmium.*
ci iuuencam immolarent, Tragœdi hircum, Poetæ taurum. Proditur tamẽ Comicus
Menander, cùm CVIII scripsisset fabulas, in certamine Comœdorum, licet esset su-
perior, tamen ambitu & factione à Philemone uictus renunciatus: In Elide quoq;
Poetæ accepto themate, carminibus certabant, uictorq; coronam ferebat donum: Si- *Poetarũ certamen in Elide.*
cut Archelaus Mausolo agona proposuit, & ludos, in quibus doctissimi sæpe decerta
runt: Inter quos Theopompus Isocratis discipulus, omnium consensu, propter singu
larem uim ingenij, uictoriam tulit. Vna tamen proditur Corinna, musca Lirica dicta,
tanta eruditione claruisse, ut Thebis cum Pindaro carminibus certaret, & quinquies
uictrix foret. Et Aristophanes cùm certamini Poetarũ iudex præsideret, Poetæ illau
dato uictoriam dedisse, quòd sua, non aliena recitasset. Eutimus quoq; Locris oriũdus
tam diserta scripsit carmina, ut Olympicis ludis semper uictor fuerit, semel tãtùm uni
posthabitus. Quinetiam Neapoli quinquẽnale certamen fuisse tradũt, Musicum, & *Quinquẽnale certamẽ apud Neapolim.*
Gymnicũ, illis æmulum, quæ in Græcia summa laude celebrãtur. quod etiam nocti-
bus magna luce ignium singulis quinquennijs Rhomæ fiebat, magnis Oratorum &
Vatum certaminibus. Neq; omiserim à quibusdam traditum memoriæ, Hesiodum
carminibus cum Homero in certamine Poetarum contendisse, uictoremq; Hesio-
dum epigramma cum Tripode in Helicone posuisse. Erãt præter hos PLEBEI lu- *Ludi plebei.*
di spectatissimi, qui exactis Regibus, pro plebis libertate primùm dati sunt: quos nõ
nulli post secessionem ad sacrum montẽ institutos ferunt, ob consociatos Patrum ple-
bisq; animos, quos postea L. Sylla, perdomitis hostibus, magna plebis expectatione re
stituit: quorum Aediles plebis arbitri & moderatores erant, in quorũ celebritate ser
uatum meminimus, ut quoties instaurarentur, ab his ludorum causa, epulum daretur,
quos ex uarijs causis non semel instauratos comperimus. CEREALES uerò quin
in Cereris honorem magnificentissimè fierent, nulla controuersia est, quos Circenses *Ludi Cæreales, seu Circenses.*
dictos nõnulli uolunt: Nam & Deorum imagines in his longo ordine produci, & cir
cũ metas cursu contendere solebant, ouumq; in Cerealis pompæ apparatu numeraba
tur primùm, in quibus peruigilia noctu fiebant, sicut in sacris Isidis excubiæ: in his
quoq; Aediles plebis pro equorum cursu plerũq; gladiatorum certamen exhibuere.
Cereri enim ad quinto CALEND. Aprilis annis singulis Rhomani rem diuinam
more patrio facere assuerant, quæ sacra, quod è Græcia translata essent, & per Græcos *Sacra græca.*
curata, Græca dicta sunt. Fuisse enim in Græcia sacra Eleusinæ Cereris spectatissima,
Authores memorant, quæ obscura luce fiebant. Sacerdotesq; facibus discurrẽtes cur
su fanatico sacra peragebant, à quibus uelut sanctissimis & impollutis, impij conscele-
ratiq; amouebantur uoce Præconis, ita ut templum uelut omni religione sanctum, ali-
cuius criminis aut noxæ conscio adire nõ liceret, quod siqs adijsset non initiatus, capi
te luebat, ad quod Nero conscientia sceleris agitatus, ingredi ueritus fuit. Non sic
Antoninus Philosophus Augustus: Nam fretus innocentia, & uitæ integritate, sinè
discrimine adiuit: Cuius mysteria magno silentio inclyta, uelut arcanum quid sanctũq; *Cæreris mysteria.*
in uulgus efferre non licebat. Quod sacrũ à solis Matronis fiebat annis singulis, Rho
manisq; in toga candida spectare ludos, mulieresq; in ueste alba pariter sacrum facere
solebant: in quo id fuit obseruatũ, ut tũc Dijs gratum esse censerent, si à lætis, nec fu-
nere pollutis celebraretur. Vtq; in sacris Cereris, ante noctem epuletur nemo, atq;
à uino in primis & Venere abstineãt. Vtq; quinto quoq; anno ex Sibyllinis carmini-
bus prodigiorum causa, ieiunium fiat, inter quæ præcipuum fuit, ut sacris initiatos, cal
da abluerent primùm, quòd castitati præesse ducerent. Apud Athenas in sacris Cere *Sacra cereris apud Athenas*
ris, quæ dicuntur Adonia, mulieres simulacra defunctorum efferre, multaq; funesta &
calamitosa iusto comploratu & gemitu effingere traduntur, in cuius sacrificio Atticæ
uirgines inter solennia reposita cistis sacra, capitibus q̃ occultè deferunt, cùm Cæreri
sacrum q̃ occultissimis cærimonijs fieret: quippe profano homini Cereris mundũ ui-
dere nefas erat. Apud Siculos uerò Cereri & Proserpinæ diuerso anni tempore sa- *Siculi.*

crum fit: Proserpinæ enim maturis messibus, decem festos agunt dies. Cereri uerò, cùm semen in terram mittitur. Græcis autem in tribus ludis, præterq̃ in Cerealibus, accensas faces gestare uetus mos habuit, in Prometheis, in Vulcanijs, in Panathenaicis. PRAETER hos fuêre ludi Martiales Marti dicati, & alij Piscatorij, ex quæstu piscãtiũ: alij Castrenses, qui in castris Prætorianis plerũq; cũ uenatione dabatur: nonnulli Miscellanei, ex ludionum multiplici genere: alij Palatini in Palatio triduò celebrari soliti in Diui Iulij honorem, qui uictã armis Rempub. in dominationẽ uertit: alij Capitolini, quòd Iuppiter Opt. Max. suã sedem seruasset, qui alijs solennibus additi, Collegiũq; nouũ (authore Senatu) institutũ fuit. Præcipui AVGVSTALES, quos Tiberij tempore Tribuni plebis in Augusti honorem facere institerũt. Athenis uerò, & in omni Græcia multiplices fuêre ludi, in quibus ad aucupandam popularem gratiam, Theophrastus fructum diuitiarũ putauit maximũ: Nã Panathenæa, Dionysia, Scirophoria, Haloa, & Apaturia celebria fuêre. Apud Lacedæmonios Gymnopodia Hiacynthia, & Chori, Patauí, Cestici ab Antenore inuenti, quos inter reliquos annumerasse non ab re fuit. Illud utiq; uerum est, quòd q̃uis ludorum multiplices species forent, tamen Aedilitia largitione IIII curari impẽsius assuerant, Megalenses, Funebres, Circenses, & Apollinares, magno semper apparatu & habitu, in quibus non Tuba, aut Fistula, ut in alijs, sed sola Tibia canebant. Quodq; uetusto more quoties festi ludi edebãtur, illos omnis ætas, sexus, & ordo plerunq; coronati spectabant: quare L. Crassus cognomento diues, quòd corollas ex auro & argento imitatione foliorum in ludis populo dedisset, celebri memoria habetr. Fuitq; prisci moris, ut populus in Theatro uel Circo sæpe ludicrum à Principe postularet, cuius præcipuo studio teneretur: quotiesq; Princeps aut Imperator, qui perdomitis hostibus triumphasset, uél popularis homo plebi percharus, ad ludos & Theatrum iret, cùm primũ in conspectu prodiret, communi omnium plausu & fauore concionis, faustisq; acclamationibus totis Theatris exciperetur: Nõnunq̃ uniuersus populus aduenienti Principi assurgere, & lacernas deponere solebant, ut togati apparerent, qui honor summis tantũ Ducibus, aut uiris summa integritate & fide ob merita in populum dabatur. Contrà uerò deformatus ignominia, aut infensus infestusq; populo, clamoribus explodebatur & sibilis. Tũ si quando ludi remissè, & leniter, aut non legitimè celebrarẽtur, uel si quo infortunio aut casu repente constitissent, aut si Tibicen conticuisset, uel inter solennia ludorum commisso spectaculo, ex subita lætitia ad repentinũ motũ translati essent, aut si in enunciandis ludis uersu Aedilis errasset, aut uerbo, uel ante cõmissionem ludorum, siue dũ æduntur, tumultus repens, aut aliquid triste auribus oculisue occurrisset, & ex uarijs causis, tanq̃ si nefario scelere polluti essent, eiusmodi admissa ludorũ instauratione ꝓcurabantur, & expiabantur. Cùm enim pompa duceretur, quòd obuius seruus loris medio Circo uapularet, infausto Augurio ludos pollutos Pontifices putarunt. Et cùm in cærimoniarum apparatu Thensa procederet, quòd equo cõsternato, Auriga habenas sinistra corripuisset, currumq; perperam egisset, & circũflexisset, uelut ominosum, ludorum instauratione opus esse iudicarunt.

Græci. — Martiales. Piscatorij. Castrenses. Miscellanei. Palatini. — Augustales. — Ludi multiplices in Græcia. — Lacedæmonij. — Ludi quatuor impẽsius curati — Spectatores coronati. — Honor principi theatrum ingredienti exhibitus. — Cũ ludi minus bene agerẽtur

¶ Qui esset Vrbis Præfectus, quódue officium, quarũq; rerum cognitionem animaduersionemq; haberet. Caput XX.



SOLITOS Rhomanos fuisse, cùm Reges & postea COSS. Prætoresq; Reipu. causa abessent, ne quis repens tumultus fieret, néue Vrbs sinè imperio esset, aut hostium incursibus pateret, Præfectum creare, qui Vrbi mœnibusq; præsideret, ius redderet, & subitis mederetur, sæpe notatũ est: qui si quid in Vrbe turbatum esset, cùm res postularet, Iuuentutem armare, & per loca oportuna disponere, arma telaq; in propugnaculis ingerere, castella cõmunire, muros, turresq; præsidio firmare, atq; omnia custodijs uigilijsq; instructa habere, portas claudere, ꝓ portis stationes dispositosq; stationarios milites, ad tuendam populi quietem, tenere deberet. Et nequid falleret, aut nudatũ præsidijs

Præfectus urbis ad quid creatum.

sidijsesset, animaduertere, & oculis perlustrare, nihil deniq; curæ aut laboris omittere. Qui tametsi Vrbi præfectus foret, in suburbijs æquè cognitionem animaduersionemq; habebat, illiq; exercitus demandatos, & gerendi belli sæpe negotium datũ esse liquet. Quam Præfecturam à prima antiquitate Rhomæ fuisse multiplici exemplo apparet: Siquidem à Romulo primus Romulius, à Tullo Hostilio Mumartius, & Sp. Lucretius pater Lucretiæ, regnante Superbo, Vrbis Præfecturam meruêre, deinde COSS. eam curationem demãdarunt. Post aliquot uerò ætates, tanq̃ non ciuile munus, à multis aspernatum est, ita ut eam curationẽ, uelut ignobilem, repudiãtibus plurimis, Q. Seruilius ut altercationes dirimeret, filium substituerit, eumq; extra sortẽ Vrbi præfecerit. Quam sæpe intermissam fuisse crediderim: quippe Augustus Vrbis Præfecturam, tanq̃ nouum munus & officium, creauit. Demũ in tantũ processit, ut Nero à cognitionibus Præfecturæ Vrbis, honoris initia auspicaretur. Et Piso XX annos Præfecturam Vrbis, uelut instar magni muneris, gerere non dubitarit. Extatq; Diui Seueri epistola ad Fabium Culleonem, qua cognitio criminũ per totã Italiã ad Præfectum Vrbis delegatur. Relegandi quoq; ad insulas, uel deportandi quos delicti enormitas postulat, querelasq; seruorum libertorumq; audiendi, si de Patronis Dominisue querantur, ius illi potestasq; fuit: Carniumq; & fori Boarij, Piscarij, & Suarij cura cognitioq; ad eundem spectauit & pertinuit. Etiam Senatum per Vrbis Præfectum uocari & consuli posse, atq; absentibus uel impeditis COSS. Senatus consultum fieri nulla controuersia est. Deniq; diligenter curare, ne qua pars Vrbis labaret, néue per occasionem & licentiam aliquid plebs moliri posset: néue quid circa Vrbis custodiam aut minus uigiliarum segniter exequtum foret, quod ab homine impigro ante perspici potuisset, præuidere præcauereq; debebat, tantiq; exempli fuit, ut cùm fœdissimo bello Respub. afflictaretur, sæpe Vrbi saluti fuisse & imperio, magnaq; attulisse præsidia compertum sit. Sed notandum hunc Præfectum, aut Patriciæ gentis uirum, aut Senatorem, deligi consuesse, idq; exemplo M. Messalæ Oratoris, qui Augusti tempore Vrbis Præfectus fuit, facile dignosci, licet sexto post die magistratu se abdicarit, non ingenuam, & parum ciuilem potestatem esse ratus. Et tametsi L. Pisonem & Cossum Præfectos Vrbis uino indulsisse, & multũ noctis cõuiuijs exegisse legamus, adeò ut biduum & duas noctes cum Tiberio largiore potu indulserint, illos tamen satis grauiter & inoffensè Vrbis tutellã administrasse, controuersia non est. Procedente mox tempore, in tantùm Præfectura Vrbis processit, ut Sabino Vespasiani fratri ad Præfecturam processisse, magni muneris loco fuerit. Et Pertinax Imperator ex Præfectura Vrbis ad Imperium prouectus sit: Rursus post aliquod interuallum, tam infimæ sortis habita est, ut Heliogabalus omnes Lenones ad Præfecturam Vrbis prouehere destinarit. Qui uerò Præfectus Latinarum erat, etiam non Senator fieri poterat: quippe cùm citra ætatem Senatoriam sæpe annis iunior crearetur ex nobilioribus: iccirco Præfecto Latinarum Senatum habere nõ licuisse notatum est: inter quos M. Antoninus Philosophus, qui postea imperitauit, annis iunior Præfecturã Vrbis gessisse proditur. A Prienensibus quoq; in Neptuni Heliconij sacro, quod cum Ionibus cõmune fuit, Iuuenis ætate uix adulta, Præfectus creabatur & Rex. Ab Indis in VI quinterniones Vrbis Præfectura diuiditur: Namq; alij peregrinos recipiũt; alij uitã & mores notant; nõnulli defunctorum bona mortesq; inquirunt; alij uendendis mercibus præsunt; multi uenditarum rerum exigũt decimas, ita ut omne ciuitatis regimẽ illi moderentur. Græcis uerò Vrbis Præfectus ἐθνάρχης dicebatur, ipsaq; Præfectura ἐθναρχία. PRAETER quẽ fuit Prætoriarum Cohortium Præfectus, annonæq;, & uigilum, qui in numero magistratuum populi Rhomani non sunt, sed extra ordinẽ utilitatis causa creati. Ad Præfectum enim uigilum de incendiarijs, de furibus, de effractoribus, de receptatoribus, cognitio pertinuit. Augustus uerò Octauius cùm plura orirentur incendia Rhomæ, VII Cohortes oportunis locis constituit, ut unaquæq; binas Vrbis regiones tueretur, quas Præfecto uigilum subiecit. Præfectus uerò annonæ ad leuandum frumenti inopiam, conuectis cõmeatibus, plerunq; Vrbi præfuit & imperio. PRAETER quos fuit Præfectus morum, quem Censorem nuncupant, &

Origo Præfecturæ.

Præfectura intermissa sæpe & reuocata.

Munera alia Præfecti.

Præfecti qui diligebantur.

L. Pisonis & Cossi præfectorũ uinolẽtia

Præfecturæ honos & paulo post uilitas.

Præfectus latinarum.

Prienenses. Præfectus in sacro neptuni heliconij.

Indi.

Græci. ἐθνάρχης.

Præfectus uigilum.

Præfectus annonæ.

Præfect⁹ morũ

Præfectus castrorum, legionum, & palatij.

& haud multò post, Præfectus Castrorum, & Legionum, ac Præfectus Palatij temporibus Cæsarum nouissimis additi, quæ dignitas proxima Cęsarum magnitudini fuit, cui Præfecturæ Cleander à Commodo præpositus memoratur, qui propter morum insolentiam, cum filijs unà crudeli supplicio excarnificatus, pœnas dedit. Et similis sub Hadriano, qui deposita Palatij Præfectura, ad otium se tradidit, moriensque inscripsit tumulo, quòd cùm multos exegisset annos, VII tantùm uixit, quibus otio se dederat. Celebratur quoque Opilius Macrinus, qui ex humili fortuna per Caracallam Palatio Præfectus, mox ad Imperium conscendit. Illud quoque à Veteribus factitatum nouimus, ut

xiiij. urbis curatores.

XIIII Curatores Vrbis unà cum Præfecto tam Vrbi quàm Vrbanis negotijs præsint. Sed & illud notatum, ad Vrbis Præfectum appellationes omnium potestatum, & illorum qui in honore erant, pertinuisse, ipsarumque cognitionem animaduersionemque habuisse, quod quidem noua constitutione à posteris seruatum est. Antea enim ex constituto Neronis appellationes à iudicibus ad Senatum fiebant, cautumque fuit, ut qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocassent, tantùm pecuniæ pœnæ nomine exoluere cogerentur, quantùm qui Imperatorem appellassent. A Senatu uerò ad Principem appellare non licere, oratione Diui Hadriani cauebatur: nec à Præfecto Prætorio, qui Principis locum tenuit, appellare licuit. C. tamen Caligula nimias appellationes inhibuisse fertur, liberamque iurisdictionem magistratibus dedisse, ita ut sinè appellatione iudicatum exequerentur, & placita seruarent. Quinetiam illud quæsitum est, an tantorum curatorum, qui nequiter & inofficiosè in tutela curaque de officio decedentes, uersati fuissent: aut filiorum, qui parẽtes quos uenerari decet, contumelijs probrisque affecissent: in eosque turpissimum facinus admittentes, impias manus intulissent: cognitionẽ animaduersionemque Præfectus haberet. Et placuit ab Vrbis Præfecto in tutores curatoresque, qui in euidenti calumnia tutelam curamque gessissent: aut in filios, qui parentum dicto contumaces, & minus audientes forent, animaduerti cognoscique posse: quod quidem tam legibus & Senatus cõsultis, quàm decretis edictisque Principum alijs super alia æditis & promulgatis, sancitum est.

Appellationes õim potestatũ ad urbis præfectũ pertinere.

D. Hadriani edictum.

Appellationes nimiæ inhibitæ.

¶ Miraculũ de homine, qui extrusus è carcere, rursusque in eo intrusus, inferna se loca adiuisse enarrauit. Caput. XXI.



INTER fabulosa miracula, & puerilibus fabellis similia, multas magnasque res, quæ uix credi dicique possunt, nullum tam impudens mendacium creditum est, quàm quod ad hosce annos in Pelignis euenisse dicunt, quòd cùm nouum commentum putaretur, & temere uulgatum, id uerum postea fuisse, tam fama celebri, quæ ubique peruasit & uulgata est, quàm multorum testimonio, qui rem gestam didicêre, non fictis sermonibus, sed certissimis experimentis compertum est. Quo autem pacto se res habuerit, hoc traditur modo: In Pelignis oppidum uetustum est, cuius nomen prætereo libens, licet obscura origine, haud tamen ignobile, in eo Dominus, qui Vrbi præerat, superbè auareque ciuibus imperitabat, ac trucibus dictis factisque in subditos seruilem in modum animaduertere solebat, eosque licet imperata facerent, neque signiter mandata exequerentur, ob leues plerunque causas, pœnis & damno multabat. Forte autem cùm homo quispiã alioqui bonus, sed tenui re familiari inops atque despectus, ipsius Domini uenaticum canẽ, cuius miro studio tenebatur, ita uerbere affecisset, ut ob id perisse putaretur. Cùm id Dominus resciisset, uehementer offensus, cum truci & minaci uultu grauiter increpitum, in pessimũ coniecit carcerem, ibique cùm uinctus graui custodia teneretur, post aliquot dies, hi quibus diligens ipsius cura mandata erat, clauso iam carcere, & tã foribus quàm omni aditu persepto, ne elabi posset, cùm ad illum accederẽt, ut solebant, in eodem intus carcere nusquam inuenêre: qui diu conquisitus cùm non appareret, nullumque effugij uestigium extaret, rem ad Dominum detulêre, quod cùm credi uix posset, ipseque mirum in mocum obstupefieret, post tres ferme dies, ijsdem foribus pessulo firmatis, idem ipse qui modò carceri addictus fuerat, imprudentibus omnibus, & nemine conscio, rursus

in eodem intus carcere intrusus apparuit, custodesq; ut cibum afferret, aduocauit, qui cùm properè accessissent, omnesq; miraculo obstupefierent, eum uultu tetro & horribili facie, luxatis ustisq; membris, aliter longè atq; pridem fuerat, conspexere, quē cùm interrogassent unde elapsus, & rursus in eodem intrusus carcere foret, quibusq; in locis fuisset, & unde tam fœdo, & tetro cultu emersisset? ipse uelut elinguis, cùm nullū proferret uerbum, sed attonito stupentiq; similis foret, ut ad Dominū quantocyus admitteretur, postulauit: habere quod illi properè nūciaret, magnum, nec differendum. Cumq; ad eum protinus admissus esset, rem mirificam & admirabilē, ac dictu audituq; formidolosa, & uix credenda miracula dicere orsus fuit: Nā se ab inferis (si libet credere) remissum enarrauit: Siquidem cùm diutius carceris squalorem ferre nequiret, seu desperatione uictus, seu iudicium reformidans, inops cōsilij, malum Dæmonem ut sibi præsto esset, seq; ex tam tetro carcere relaxaret, aduocasse, dixit: Nec multò post, Dæmonem fœdo aspectu & terribili facie in eodem intus carcere aspexisse, & secū pactum fuisse, ab eodemq; & ferreis claustris, non sinè graui pressura extrusum, in loca deinde inferna & profundas uastitates, ac fundum telluris intimæ actum esse præcipitem, singulaq; lustrasse: Impiorumq; supplicia, & sedes consceleratas, æternasq; tenebras, & ærūnas uidisse, ac loca fœda & formidolosa, Regesq; & summos Duces in abrupto hiatu, & profundo uoraginis densa mersos caligine afflictari, & Furiarum ardentibus facibus agitari: Gemitusq; & eiulatus, ac dies noctesq; ploratus mulierū & uirorum audisse: Pontificesq; uidisse Infulis & Trabeis, purpura & auro distinctis, ac gemmis ornatos, aliasq; miserabiles facies omīs generis hominum, ætatum, & ordinum, in cultu uario afflictos, & iacentes inter præaltas uoragines, alios immenso limo haustos æternis supplicijs & nocte cruciari, ipsorūq; damnata scelera sempiterno dolore puniri, inter quos plures quos nouerat in uita, adnotauit, & præcipuè intimum familiarem, quem dum in uita ageret, æqualem sodalemq; habuerat, alloqutum dixit, ab eo probè agnitus, & miti satis sermone requisitus fuit, quid rerum ageretur, & quid reliqui spei sibi foret? Ipseq; cùm præ graui seruitio & crudeli dominatu, usq; præmi respondisset, illum mādasse, ut Domino enūciaret, caueret nequid tale ageret in posterum, nēue graui tributo & iniquo uectigali subditos opprimeret: Nāq; illi uacuā sedem, quam propè cernebat, præstitutā esse prædixit. Et ut haud dubius promissi foret, fidemq; ut dicto haberet, meminisse (inquit) illum debere secreti consilij & mutuæ pactionis, quam dum unà militarent, & in castris agerent, clam iniuissent, quorum nemo particeps aut conscius unq̄ fuit, quod consiliū cùm memoriter ille enunciasset, & non solùm dicta conuentaq;, sed & singula uerba sponsionesq;, quibus uterq; astrictus erat, recensuisset, ipsum Dominum ordine hæc audientem, animo serio & attentiore factum, mirū in modū obstupuisse, ingensq; animo formido incussa fuit. considerāti quonā modo, quæ soli sibi credita, & nulli unq̄ enunciata fuère, homo ille hebes & tardus ingenio, quasi numine afflatus, explorata haberet, eaq; uultu interrito enunciaret? Adijciunt miraculo, eundem interrogasse illum, cùm quo tunc sermo erat apud inferos, qui nitido cultu uestituq; apparato uidebatur, nunquid aliquo cruciatu affligerentur, qui insigni ueste & auro conspicui forēt? illumq; respōdisse, perenni incendio, interq; maximos cruciatus, & sempiterno dolore usq; premi & afflictari, idq; totum quod auro & purpura fulgeret, ignem atq; incendium esse Et cùm ipse id experiri uolens propius manum purpuræ admouisset, admonitum ab eo fuisse, ne tāgeret, & tamen efficere nequisse, ut non ex caloris afflatu palmā sibi manus, quā tunc ostendebat, incendio & ipsi purpuræ admotam deflagraret. Erat enim pustulis liuentibus, & tetris ulceribus ueluti tabe & igne sacro, maloq;, quod latius serpere uidebatur, ferè consumpta. Referunt præterea, qui illum adiuère, cum postq̄ ab inferis emersit, quasi mente consternata, hebetiq; aurium oculorumq; sensu affectus foret, semper cogitabūdum in rarum prodijsse sermonem, uixq; sæpius interrogatum colloquenti respōdisse. Vultu uerò tam tetro, & aspectu tam deformi, reuertisse, ut qui dudum à coniuge & liberis probè agnitus foret, is postq̄ remeauit ab inferis, tam diro uultu totiusq; faciē corporis dissimilis effectus est, ut uix eundē illum esse crederēt. Sæpiusq; obortis

lachrymis

lachrymis ob faciei diritatem, & speciem hominis fœdissimè mutatam, notos affinesq́ ipsum alloquutos fuisse, ægreq́ ut ante obitum, qui mox consequutus est, res suas dispensaret, ac liberis & posteritati consuleret, uitæ spatium habuisse.

¶ Quot militum ordines, cuiusue generis milites in Rhomana militia olim militare consuerant, & qui apud Exteros. Cap. XXII.



Rorarij. MILITVM ordines, quos Rhomani Duces habuere, quibus res magnas gessêre, hi ferme traduntur, nomine diuersi: Nãq; Rorarij dicti, cum quibus primi erãt congressus, qui leuibus muniti armis, parmam & gladiũ gerentes, sicut ros ante pluuiã, sic priusq̃ procurrerẽt, aut acies admouerent, hostẽ incessebant, & primos cõcursus excipiebant. Præmittebatur enim leuis armatura, quæ eliceret, & hostẽ gradu moueret, mox Equitatũ libero cursu & robora Legionum immittebant, quæ longius pellerent & fugarent. Qui
Antesignani. etiã Antesignani, eò quòd primi agminis erãt dicti: Sicut apud Persas Homotimi mi
Homotimi. lites in principijs erãt, q magnopere apud Reges nobilitati sunt, inter quos Peltati &
Peltati. Cetrati, qui Peltas Cetrasq́ (scutorũ eñ genera sunt) deferebãt, haud multo discrimi
Cetrati. ne diuersas, Pelta enim Cetræ haud dissimilis est: Nãq; erat Cetra scutum ex loro, quo
Cetra. *Pelta.* Aphri, Hispani, Galli, & Persæ plerũq; usi sunt, in Rombi figuram. Pelta uerò breue
Parma. scutum instar Lunæ. Parma figuræ latioris, & circularis. Lusitanis uerò scuta fuêre
Lusitanorum scuta. duorũ pedũ latitudinis, quæ nec fibula, nec ansa, nec loro nectebãtur. Numidica ex corijs sicut Græcis. Orectanis & Gallis quandoq; pro munimento fuit Pelta, queis erant
Numidica. enses obtusa cuspide, scuta uerò debilia. Hiphicrates quoq; pro Parma militibus Peltã
Pelteastæ. dedit, hastæq́ modum duplicauit, & gladios longiores fecit, quare Pelteastæ appellati.
Merides. Thracibus & Belgis dabatur Pelta, quã Meridẽ dixêre. Liguribus ænea Parma. Sar
Parma ænea. dis pugio cum Pelta. Celtiberis leue Scutũ & rotundũ. C. uerò Marius Parmulas mi
Clypei. litibus inhibuit, illas minus habiles & superuacuas arbitratus. Rhomani autẽ Clypeos
Scuta. Peditibus, Scuta Equitibus dedêre: quos quidẽ milites à prima origine Clypeis usos comperimus. postq̃ uerò stipendiarij facti sunt, mutato armorum genere, Scuta maius tegmẽtũ ꝓ Clypeis accepêre, sicut Latini populi (quare Scutatæ & Cetratæ Cohor
Scutũ argolicũ tes dictæ) quæ ex cratibus plerunq; intexebãt. Antea enim Romulus Argolico Scuto utebatur. Post uerò ictum cum Tacio fœdus, Rhomani, dimisso Argolico, Sabinorum accepêre Scuta, suaq́ Romulus cum Sabinis arma cõmutauit, quibus postea Rhomani usi sunt. Sãnitibus lata ad summũ æquali fastigio fuêre, in imo uerò cuneata. Marsis amplissima, quæ Decumana dicta sunt. Lucani quoq; Scuta ex uimine confecta, co
Decumana scuta. rijs tegebant. Græci frequenter russatis. Carthaginẽses albis, nõnunq̃ Clypeis diuer
Gentiũ diuersi clypei. sa insignia ferentibus, utebantur. Corinthij rubris: Alba uerò ferre Scuta Rhomanis erat ignominiæ loco: Nam fortes utebantur pictis: Pœni ex auro sculptis imaginibus. Germani Scuta lectissimis coloribus distinxêre. Græci quoq; diuersa insignia, & numina addidêre: quippe Græcorum Clypeis Neptunus erat: Troianorum Minerua. Vlysses Delphinis insigne in Scuto prætulit: Agamẽnon formidinẽ capite Leo
Principum ac Ducum. nino cum epigrãmate: Niciæ Scutũ auro fulgebat, & purpura: Lacedæmonij λ, Mes
Gentium. senij μ, literas descripsêre. Alcibiades Cupidinem cum sagittis. Neocorus Aliarcus Draconẽ: Demosthenes in scuto aureis literis Bonã Fortunam inscripsit: Legio ad Cordubam Pompei nomen. Persis uerò Cratis erat in manu læua, Gladius uel securis in dextra. Ferũt Alexãder Macedo Argyroaspidas ab argenteis Clypeis, sicut Alexãder Seuerus Imperator Chrysoaspidas ab aureis nũcupasse, id qđ à Sãnitibꝰ fuit usurpatum, ut argenteis aureisq́ Scutis ornarentur. Galatæ animaliũ formas æneas Scuto
Hanno. effinxêre, sicut Lacedæmonius quispiã in ingẽti Scuto muscam effictã habuit: & Hãno Carthaginẽsis argẽteo Clypeo cũ imagine Barchini Hasdrubalis conspicuus erat:
Lacedæmonij. Cleomenes uerò docuit Lacedæmonios Clypeos nõ annulo suspẽsum, sed brachio in
Achæi. nexũ habêre, quò se firmius ꝓtegerẽt. Philipomenes Achæis, cũ antea Scutis leuioribus, & ad protegẽda corpora minus habilibus uterent, ꝓ Scuto Clypeum, ꝓ Hastili

Sarissam

Sarissam dedit: Qui tamen Scutati pedites ferreas ocreas in dextro crure induebant, *Sarissa.*
ne crure effracto, neci expositi forent. Sarmatis uerò nulla Scuta fuêre: Nanq; in cō *Sarmatæ.*
flictu præliorum defendi Scuto inhiberentur: itaq; ad uulnera expositi, toto corpore
patebant. Deinde Pilani qui Pilis depugnabant dicti. Fuit enim Pilum hastile habēs *Pilani.*
& ferrum pedale, & trigonum stylo præacuto, quod stupa colligatum emittebant, in *Pilum.*
terdum hastam habens trium pedum, nec minoris proeminentiæ ferrea ueruta, quo
emisso, uelut ad id dato signo, citato gradu in hostes ibant, mox strictis gladijs collato
pede, cominus rem gerebāt, quæ ab hostibus missa, Rhomani sæpe densatis Scutis ex-
cipiebant, tametsi nonnunꝗ tanto ardore animorum ad arma concursum, & in hostes
itum est, ut ne mora in Pilis emittendis fieret, illa abijcerent, & strictis gladijs cominus
rem gererēt: quæ quidem Pila Rhomanis propria, & sua fuêre arma, telum haud du-
biè ꝗ hasta uehementius: sicut Gessa Gallorum, Sarissæ Macedonum, Lancea Hispa-
norum, Gladius Lacedæmoniorum, Acinacis Medorum, Falarica Saguntinorum, Sa- *Gessa.*
garis Persarum, Rhomphea Thracum, Framea Germanorum, & Sparus Rusticorū. *Sarissa.*
Theutonicorum uerò Cateiæ: Erat enim hasta angusto & breui ferro, Rhomphea *Lancea.* *Gladius.*
autem ingentis longitudinis. Tametsi Hispanum gladium admodùm breuem, & Sa- *Acinacis.*
rissam prælongam hastam ferro affixo legamus. Etiam Sica Rhomanis frequens & *Falarica.*
peculiaris fuit: quippe Rhomani milites utroq; latere ferebant Sicas, dextra breuio *Sagaris.*
rem, sinistra longiorem. Proditumq; memoriæ est, C. Marium noua primùm forma *Rhomphea.* *Framea.*
iacula fecisse: Nam cùm duplici telo antea munirentur, ipse alterum admisit, alterum *Sparus.*
substulit, & loco illius clauum pinxit, quò firmius impingerent. Marcellus ad Nolam *Cateiæ.*
longiora Pila militibus distribuit, quò ferirent uehementius, cùm Carthaginenses bre *Sica.*
uioribus, & minus habilibus uterentur. Cleomenes uerò docuit Lacedæmonios prò *C. Marij iacula.*
Lancea Sarissis uti, quas utraq; manu torquere assuefecit. Galatæ pro Ensibus Spa- *Lacedæmonij.*
tas gestabant oblongas, quas à dextro latere catenis subnectebant. POST quos Ha *Galatæ.* *Spatæ.*
stati, qui hastam gessaq; ferebant, qui etiam in prima fronte positi, hastis præualidis fer *Hastati.*
ro munitis militabant: Erant enim ferè Tyrones, tunc primùm militiæ adscripti. De
inde Principes ordines ducebant, milites robustiores ætate & usu doctiores, ab Hasta *Tyrones.*
tis per interualla diuisi. TERTII Vexilli Triarij fuêre, qui si qua maior uis ingrue- *Milites ætate robustiores.*
ret, aut durior casus Principes repelleret, compressis ordinibus, uno cōtinente agmi- *Triarij.*
ne, totam aciem clauderent, laxatos, languentesq; ordines magnis uiribus repararent:
Tantiq; roboris erant, ut rebus abscissis & deploratis, sæpe debilitatam uirtutem, &
fractos restituerēt animos. PRAETER hos Velites, quòd uestiti & nullis armis mu- *Velites.*
niti, quò expeditiores forent, inter leuis armaturæ milites locabantur, quibus Parmæ
tripedales, breuiores ꝗ Equestres, & iacula quaternos longa pedes, ferro præfixo, da
ta sunt, ex celeri cursu quasi uolantes dicti, prompti ad excursiones, qui ad prosequen-
dum inclinatam semel aciem, uagos effusosq; prædatores excipiendum, infestasq; po-
pulationes, & uastitatem inhibēdum, tum ad subita belli, & repentinas incursiones, mi
rum dictu est, quanto præsidio fuerint. Hi enim secundo Punico ardente bello, dum
Rhomani ad Capuam sedent, ut contra Equites, quibus hostis præualebat, repugnarēt,
à Fuluio Flacco Proconsule primùm inuēti institutiq; sunt. QVIBVS additi seque
tibus bellis plerūq; Sagittarij, & Cohors Peligna uelitaribus armis, quorū tela ad re-
mittendum imperitis inhabilia traduntur. RVRSVS inter militū ordines, alij descri- *Sagittrarij & Peligna cohors additi Velitibus.*
pti sunt, quibus Prætorianis nomē, qui iuxta Ducis Prætoriū excubātes, honore atq;
ordine præstabant: Hi enim præcipuo robore & uirtute illustres Equites, magna &
firma præsidia fuêre: quippe qui circa Principis tabernaculum, & Imperatoris late- *Prætoriani.*
ra militabant, cùm nobilitate & honoribus anteirent. Hos antea celeres à Romulo di-
ctos ferunt: Siquidē Romulus CCC circa se, pacis belliq; tēporibus habuit Expe- *Celeres.*
ditos, quos Celeres nūcupauit: qui postea Flexumines, demū Trossuli, quòd oppidū
Thuscorū Trossulū sinè peditū opa, ui cępissent, dicti sūt: quos Numa dissoluit, & an *Flexumines.*
tiquata militia missos fecit. Primus enim Tarquinius Superbus custodiā ferocissimorū *Trossuli.*
circa se habuit, ut noctu penes Regiā excubarēt, die autē illius latera cingerent. Ob-
seruatumq; fuit, ut is summā militiæ gereret, & Impatoris uice fungeretur, qui Præ- *Imperator qs.*

toria castra,& Prætorianos haberet: Namq; omnis cura & procuratio rei militaris,
desito Imperio ueteri,penes Prætorianos fuit, qui quandoq; cùm Rhomæ iuxta po-
mœrium castra metantur,magnarum dissentionum causam præbuere: Nam per cele-
bria Vrbis loca super assumendo Principe inextricabiles sæpe pugnas conserebant.
Ideo Tiberius Cæsar,ne per hospitia dispersi,populares tumultus ferrent,extra fre
quentia Vrbis Prætorianis loca dedit: Deniq; in tantùm uiribus processêre,ut quem
uellent,ad spem Imperij impellerent,& in Principem assumerent,assumptumq; mox
deturbarent,essentq; arbitri totius imperij & moderatores. Qui etiam Speculatorum
ordinem habebant promptissimorũ, qui circa Ducis latera excubabant: unde magni
sæpe Duces adiumenta sumpsêre: quippe Aphricanus primus fortissimũ quęq; dele-
git,qui ab eo nõ discederet,& cætero belli munere uacarent. Sequuti deinde COSS.
Cohortes circa latera consulũ & Cæsarum. & demum Cæsares,Cohortes circa latera,ueluti firma & ualida præsidia habuerunt.
In Vrbe quoq; ex Præfectura Rheatina delecti milites ad latera Consulum excuban
tes sæpe Reipub. operam nauarunt. Manus quoq; Equitum Rhomanorum armata,
præsidij causa Senatui plerunq; affuit. Cato quoq; promptos circa se Firmianos ha-
Fœdere Rho. iuncti. buisse fertur. Fuitq; moris populi Rhomani sociali fide & fœdere iunctis, quos Re-
ges appellauisset,turmam Equitum Rhomanorum honoris causa, & militarem custo
Reges Asiæ. diam uelut præsidium impartiri. Reges quoq; Asiæ,militum Cohortes & robora ui
Agraspidæ rorum habuêre, quos Agraspidas à genere armorum nuncuparunt. Lacedæmonio-
Lacedæmonij reges. rum Reges generosissimos iuuenes CCC habuere custodes. Athenienses sacram
Athenienses. Cohortem quæ ex se inuicem amantibus constabat: quæ etiam apud Thebanos fuit.
Thebani. Alexander Macedo Clypeatos & Persarum mille satellites excubitores adsciuit. Ma
Macedones. cedonum quoq; Reges obseruarunt nobilium liberos habere, qui noctu seruatis uici
bus pro foribus,ubi Rex quiescebat,excubarent. Alexander Epiri CC Lucano-
rum exules habuit expeditos. Aratus uerò ad corporis custodiam delectos milites
Corynephori. accepisse fertur. Pisistratus Corynephoros. Marius satellites quos uocauit Præcipi-
Præcipites. tes. Et Sulpitius Tribunus Marij tempore manum Equitum iuniorum custodes ad-
uocauit. Cumq; symbola in castris ab Antigono de nece Eumenis darentur, Macedo-
nes mille milites expeditos, ad ipsius custodiam dederunt. Dionysius præualidis fer-
uis latera muniuit, & efferis barbaris commisit custodiã, quos cùm dimitti Plato sua-
Beneficiarij. sisset, penè in discrimen uitæ & dissidium uenit. Petreius Beneficiarijs & Cetratis sti-
Cetrati. patus fuit. APVD Persas Turmæ immortalium,quæ ex decem millibus constabant,
Turmæ immortalium. ad extremos seruabãtur casus,qui aureos torques & manicatas tunicas habuere distin
Mellophori ctas auro, ex quibus mille selectis Mellophoris dixere nomẽ: donec Theodosio im
Thymochresia. perante ab Ardaburio, & nomen, & genus immortalium desiêre: quorum instar or-
Somatophylaces. do Equitum apud Gallos fuit, quem Thymochresiam, Græci Somatophylacas uocãt.
Cyrus. Cyrus custodes corporis Eunuchos habuit,quò magis in officio essent,eos præter il-
Indi Reges. lecebras uoluptatum,firmissimum præsidium ratus. Indi uerò Reges peruigiles mu-
Masinissa. lieres habuere excubãtes. Masinissa parum hominibus credens,salutem suam canibus
uallauit. Iulius autẽ Cæsar,omissis excubijs,custodes corporis nullos admisit, satius ar
Iulius. Augustus. bitratus,semel morti succũbere,q̃ metu assiduo detineri. Augustus Calaguritanorũ &
Tiberius. Germanorũ manũ aduocauit. Sicut Tiberius Germanos, & Galba Euocatos. C. autem
Galba. Caligula. Caligula Batauos. Antoninus etiam Germanos Equites acciuit. Traianus quoq; sine
Traianus. stipatoribus,aut militari custodia perdiu uixit. Fuitq; literis proditum,excubias mili-
Antoninus. tares,& corporis custodes,non Cæsaribus modò,sed Augustis mulieribus,ut matri &
Vexillares cohortes coniugi Imperatoris olim apparuisse. SECVNDI ordinis Cohortiũ Vrbanorũ,mili
tes ex Rhomanis frequẽter adscripti sunt,ex quibus Vexillares Cohortes delegêre.
Legionarij. TERTII Ligionarij, qui Legionibus adscripti militabãt,qui tam ex ciuibus quàm
Latini nominis, & fœdere iunctis ciuitatibus sacramento adsciti erant, quoq; faci
lius dinoscerentur, diuersa habuere insignia: Namq; alijs Prætoriani, alijs Legio-
narij, atq; Vrbanarum Cohortium milites utebantur insignijs. PRAETER quos
Cataphracti. fuêre Cataphracti loricati Equites, ferro muniti & fulti grauioribus armis, qui
stabili gradu congredi, & uim excipere solebant: quibus arma erant, galea,
clypeus

clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære, hasta, & gladius : Cassides uerò & Thoraces Cataphactorũ arma.
Peditibus similes. Hæc enim præ reliquis fortis & inuicta acies, tanto robore muni-
mentoq; fuisse traditur, ut trepidam diffidentemq; aciem plerũq; repararit. Erat enim
manus hæc ualidissima, præq; cæteris terrori hostibus & formidini, ab hisq; gentes sæ
pius subactæ fuerunt & domitę, quibus & equis operimenta fuere lintea, quæ ferreis
laminis instar plumæ nectebantur, profectò munimentum contra omne telum insupe-
rabile, quæ tãti fuêre, ut eas Hiphicrates cum æneis commutarit, illasq; Atheniẽsibus
dederit. Priscis uerò sæculis per pauci linteis thoracibus (Homero teste) depugna-
runt. Maximæ uerò firmitatis celebratur Thorax ille linteus Amasis Aegypti Re- Thorax Amasis regis.
gis, cuius singula fila C C C L X alijs constabant, in quo ex auro & lana uersicolore, di
uersis animalium figuris inscriptæ, eius uenationes erant. Nõnunq̃ Equites galeis &
clypeis ferro coruscantibus, in equis insidentes pariter ferro æreq; munitis, in acies ꝓ
dierunt : qui licet multimodis munirentur armis, suras tamen & femora nuda armis
habebant, quo expeditiores pedibus forent, quos Statarios uocatos ferũt : quippe gra Statarij.
ue agmen, qui nisi firma manu & lento gressu prodibant in aciem. Galli Crupellarios Crupellarij.
uocarunt, quibus continuum tegmen erat ictibus impenetrabile. Persæ Clibanarios : Clibanarij.
quod erat proprium Sarmatarum, ferreis laminis, aut præduro corio cõserto muniri,
qui cùm Turmis instructi uadunt, mirũ dictu quanti roboris quãtæq; formidinis sint.
Illorum uerò pedestri pugna nihil ignauius. Græcis quoq; dissimiles Equitum fuêre Equitũ Græcorum species.
species : Nam quidam Hippotoxotæ dicti, alij Scenophori, plerique Iphicratenses sum Hippotoxotæ.
mæ laudis, sicut apud Rhomanos Fabiani : alij Dimachæ grauioribus armis, q cùm Scenophori.
opus est, pedestres fiũt acies : nõnulli Hippagωgi : multi Amphippi, q eqs duob⁹ me- Iphicratenses.
rebant. Vltra quos in Rhomanis castris Accensi stipendia fecêre, qui in demortuo- Fabiani.
rum locum suffecti, cooptatiue fuerant, quasi ad censum adiecti, qui & Ascriptitij Dimachæ.
quòd supplentes numerum militum, Legionibus adscribebantur. Fuitq; nomen or- Hippagωgi.
dinis militaris, sicut Principes, Commentarienses, uel Cornicularij. Inter leuis uerò Amphippi.
armaturæ milites, Ferentarij non in postremis erant, Funditores dicti, ex Balearibus Accensi seu adscriptitij.
frequentes, qui saxis & sudibus, uelut nimbo grandinis, & omni genere telorum quæ Principes.
feruntur, non autem geruntur, procul hostem missilibus arcent, & in fugam agunt, Cõmẽtariẽses.
nõnunq̃ ense congrediuntur cominus, qui etiam in Cornibus & hostẽ petere eminus Cornicularij.
solebant, quibus singulis tres fundæ è neruo uel iunco, aut setis simplici habena fuêre : Ferentarij. Funditores.
Interdum triplici Scutali fundis, sicut ab Aegio, Patris, & Dymis, Funditores usi sunt,
cum scuto & iaculo præusto, qui unà cum Sagittarijs, & Iaculatoribus incessebant, qui
usus apud Indos præcipuus erat, ut misso lapide, extremos pueri capillos attingant im
pune. Hi inferioris ordinis, q̃ Pedites, despectissimiq; inter milites habiti sunt : quare
huic inconditæ turbæ ad populandũ uastandũq; agros q̃ iustæ pugnæ idoneæ Cyrus
seruos præfecit, quasi illos non militare, sed prædæ & rapinis assuetos, seruilia exerce
re duceret. Tametsi Sagittariorum & Fũditorum plerũq; delecta manus non teme-
re congressi, magna ad uictoriã momẽta fecêre. Qui quidem Sagittarij cùm thorace, Sagittarij.
tibialibus, & pharetra, ense accincti, nõnunq̃ sinè pharetra cum hasta, & Scuto prælia-
bantur. Græcis uerò, licet ex diuersis Prouincijs Funditores & Sagittarij stipẽdia fe Græci.
cerint, tamen Cirtei & Elymæi præcipui habiti sunt. Fertur Scipio Aphricanus ad
uersus Numantinos dimicaturus, omnibus Centurijs delectos Sagittarios Fundito-
resq; miscuisse, qua descriptione effecit, ut de Numantinis insignem uictoriam tule-
rit. Metellus quoq; ducens in Iugurtham, Fundiores & Sagittarios inter Manipu-
los diuisit, ita ut parum abfuerit, quin ingenti uictoria potiretur. Calones uerò Li- Calones.
xasq;, licet militiæ sacramento adigi non solerent, siquidẽ seruilia ministrabant mili- Lixæ.
tibus, illos tamẽ in aciem prodijsse, bonam fidelemq; operam, Reipub. sæpe nauasse,
cõperim⁹, tũc cùm accisis rebus, & re exterminata, militũq; fracta uirtute, militiã mili
tare coacti sunt, q quòd ligneas clauas, uel uallũ gestarẽt, dicti Calones fuêre. Calas em̃ Calones undè dicti.
antiqui dixerũt fustes, quos serui portabãt in comitatu Dominorũ, dũ in expeditionẽ Calæ.
uadũt, seu ἀπὸ τῶν καλῶν : Lixæ quoq; q exercitũ sequti, quæstus causa, aquã militib⁹ cura
bãt. Sicut Brutiarij, quorũ oꝑa ueluti seruorũ magistratus utebant̃, ꝑ sæpe militarũt, & Brutiarij.

munera fecerūt. Cùm eñ secundo Punico bello post Cannensem cladē Brutij ad Hannibalem primi defecissent, postea deuicto Hānibale, eos Rhomani, neq; milites scripsere, neq; pro socijs habuere, sed magistratibus præstare iusserunt seruorū munia militiæ domiq;. *Picentes.* Sicut Picentes, ob initam cū Hānibale societatē, pro militari officio, uiatorum & tabelliariorum operas præbuêre. Super eos quos dixi adnumerantur Caligati, *Caligati.* quibus caligis militaribus uti permissum. Tametsi pro Caligatis omne militum genus à militari caliga, multi accipi contendant: quæ quidem ferreis clauis multiplicibus munitæ erant. PRAETER quos legitimi euocati, & Tumultuarij milites fuêre, *Legitimi.* Legitimi quòd militiæ sacramento iusto delectu adscripti militabant. *Euocati.* Euocati qui ex Prouincijs socijsq; ciuitatibus æquo iure & fœdere iunctis, nō Latini nominis militię munere fungebātur, qui nō milites, sed pro militibus habiti sunt: *Milites nominis latini.* Milites enim nominis Latini proximè morē Rhomanū instructi erāt, lingua, moribus, armorū genere cōgruentes, disciplina deniq; & cultu Rhomano, qui plerūq; Gabino ritu toga circūcincta, ita ut lacinia reuocata, hominē cingeret, militarunt. *Tumultuarij.* Tumultuarij uerò dicti, qui repentino aduentu hostium, cùm in discrimine extremo res foret, per trepidationem & metum raptim militiæ adscribebantur. *Proletarij.* Etiā Proletarios, & capite Censos quādoq; munera fecisse, & Reipub. operam nauasse cōperimus: *Capite censi.* Erant enim hi tenuissimi & modicarum facultatum, qui non ultra M.CCCCC æris in cēsum referebāt, domi ad prolem excitandam destinati, dimissa militia, & sacramento soluti, qui temporibus Reipu. difficillimis, cùm undiq; imperium fluctuaret, rebus abscisis, milites quandoq; scripti sunt. Sicut cùm post Cānensem pugnā, seruitia, obæratos, & mercenarios, ac capitalia ausos militiæ sacramento adigere populus coactus fuit, numero VIII millium, qui in exemplum iusti militis militarūt, quos Volones dixêre, *Volones.* quòd sponte militiæ adsciti, libertatis studio militiā meruissent. Fuitq; animaduersum in Rhomanis castris, nisi ingenuos, & libertinos seruitute emptos militiam meruisse neminē, præter q̄ secundo Punico bello, quo Hannibal Pœnus Italiā omni clade belli peruastabat, quo populus Rhomanus extremo discrimine adactus, rem desuetam usurpauit, primūq; seruitia sacramēto adegit. Postea sociali bello ex libertinis XII Cohortes bonā fideleq; operā Reipu. nauarunt. Mox Iulius Cæsar ex magna parte perdomitis hostibus, cùm ob bellorū clades in locū decedentiū nullos sufficere ualeret, seruos cōmodatos militiæ ascripsit. Augustus quoq; Octauius bello Illyrico & Germanico Cohortes libertorū legit, quos Voluntarios appellauit, illosq; cū ingenuis cōmisceri, aut eodē uti armorū genere uetuit. Hos quoq; Rhomæ incendiorū causa, & si grauior tumultus oriretur, instructos paratosq; habuit. Ipse enim seruos, qui ciuilibus bellis stipendia fecerāt, cōfectis bellis, Dominis restituit. *Voluntarij.* Lapsis inde tēporibus, Antoninus Cæsar Volūtarios quos obsequētes latrones uocauit, & gladiatores cōtra hostes præpotētes militiæ armauit. Cleomenes quoq; Dux Lacedæmoniorum seruitia ad IX millia libertate donasse, & militiæ adscripsisse fertur, cū bellis attriti milite indigerēt. Sed tamē capite Censos propter inopiā, & modicā rem familiarē, diu sacramēto adscribere nō licuit: donec. C. Marius capite Censos militiæ muneribus fungi, & militare coegit, qui in exemplum iusti militis militarunt: *Causarij.* Postremò Causarij dicti, quibus causæ ne mererent legitimè suppetebāt: Sicut beneficiarij, qui perfuncti militia, & data missione, post nauatam insigniter operam, muneris uacatione donati & militia missi fuere: *Beneficiarij.* tametsi Beneficiarios, quòd beneficio Tribunorum ad militiam euecti erant, nōnulli dictos credāt. *Tria missionū genera.* Tria enim fuere missionum genera, quibus milites exauthorabantur: Honesta, cùm emeritis stipendijs, & functis cōmodis missionum, uacationis munere donantur, quo tēpore scuta, gladios, & arma dicabāt Laribus, sicut gladiatores Herculi, quod Dijs iuuantibus perfuncti militia, rudem accępissent: quod missionis tempus militi quinquagenario erat definitum. Alij, nisi Decēnio stipendia meruissent, missionem petere, neminem putarūt posse: More tamen Rhomano, militare sacramentum in undecimū diffundebatur annū, quo exacto, militia perfunctis missio dabatur. Deinde ut XVI annus stipendij finem faceret, Tiberio imperāte cautū fuit, qui etiā militiæ tempus ad uigesimū annum propagauit, cauitq; ut nisi post uigesimum annum, missio militi non daretur: Prætorianæ

torianæ uerò Cohortes, nisi annis XVI militassent, ad Penates & domesticos Lares nō remittebantur. Apud Assyrios autē Ninus Semiramis filius, annis singulis copias sacramento solutas domū remisit. Rursus nouos milites, militiæ sacramento, nullo præstituto tēpore, adegit: quos tamē ultra annū militiæ nūq̄ adscripsit. Causaria uerò missio dicitur, cùm senecta, aut ualitudine auersa, uitióue corporis, domos uellent aut res inuisere suas, uel uiribus parum ualidi, minus idonei muneribus essent. Ignominiosa, quæ & probrosa dicit̄, cùm militi ob delictū & graue crimen, quibus reus agitur, ut quia transfuga, desertor, aut fugitiuus arguitur, uel timidè & diffidēter cū hoste cōgreditur, ignominia notatus, & militia exauthoratus fuit: in qua re licet animaduertere, quòd si Tribunus militem exauthorauit, hoc est, insignia militaria illi ademit, infamia quoq; affecisse uidebatur. Post aliquot uerò tēpestates, noui milites nominibus uarijs à Cæsaribus, penes quos fuit ius arbitriūq; rerū omniū, militiæ adigi cæpere: Nam præter Gregarios, q uilissimi inter milites sunt, fuere Legionarij, Alarij, & Manipulares, qui in Legionibus, Alis, uel Manipulis militabāt: ex qbus Nero Augustianos, & diuus Claudius Dacisianos milites legit. Probus uerò Decimanos, Alexāder Seuerus Ostēsionales, Tiberi⁹ Vigesimanos, & alij Primanos, Secūdanos, Quartanos, Quartadecimanos, Vndeuigesimanos, Duodeuigesimanos, à Legionum numero, magnæ & expertæ uirtutis. Apud Spartanos Neodomadæ omniū habētur fortissimi, quos Persæ Gardates dicūt: Antoninus Cæsar lectos milites, Pitamitē, & Laconicā Centuriā appellauit. Aegyptij & Aethiopes Calasiries & Hermothybies: Antioch⁹ Alam mille equitum Gencam: Dion uerò Dionianos. Illud tamē ad memoriā insigne est, milites Rhomani nominis à cōdita Vrbe ad Tribunos militares, & captā à Gallis Vrbē, per annos ferè CCCL suo sumptu & impēsa meruisse, ac stipendia fecisse: Parte enim anni sub pellibus militabāt: Parte uerò, liberis, uxori, & penatibus, sibiq;, ac familiæ, agrū colēdo, & rei rusticæ nauādo operā, necessaria parabāt. Quo autē tēpore Veij diutina obsidiōe & intestino malo obsessi fuêre, cùm hyemare oporteret in castris, Rhomani utili & necessario exēplo docti, militibus stipendiū de publico statuêre, tunc primū collata stipe, æra militibus constituta sunt. Et deinceps reliqua militia, sumptu & ære publico meruêre: Nōnulli Anxure capto, sub Tribunis militaribus, Patres stipendium annuū militibus decreuisse memorāt: quod quidē denis assibus in dies singulos taxabatur. Postea Tiberio regnante, singuli denarij diurni dati, Prætorianis uerò bini. Scipio Aphricanus instituit, ut Prætorianis sesquiplex stipendiū daret̄, hoc est, integrū & dimidiatū. Domitianus, quartū stipendiū aureos ternos, militi tradidisse fert̄. Apud Germanos epulæ & largi conuictus militi pro stipendio fuere, Cyrus ternos obolos singulis nautis stipendiū dedit, quibus Lysander unū adijci procurauit. Aegyptij Calasirijs & Hermothybijs, quos præcipuos habebāt milites, præter prædia dabāt panis tosti pōdera definita, & carnis bubulæ minas singulis: uini uerò sestarios quaternos. Mercenario milite populus Rhomanus perrarò adiutus fuit: Solùm enim Punico bello Q. Fabio Maximo, & T. Sempronio Graccho COSS. ope externa adiutus, bella gessit, & Hispania, Celtiberi stipēdiarij militis auxilio fultus, Legiones duxit, quos latrones, quòd mercede militarēt, quasi seruientes, nuncupauit antiquitas, qui plerūq; circa Imperatoris latera excubabant. Galli Gessatas uocāt milites mercenarios. Inter cæteros Cares mercede militasse, & auxilia cōduxisse tradūtur, ideo uiliores habiti. Fertur tamen Prusias cōductis in Thracia mercenarijs militibus, ita Byzantios obsedisse, ut extra mœnia progredi nequirēt: Parthi nec mercenarios, nec ordinarios habēt exercit⁹, quibus nec certa imperia, nec Duces erāt. Sed postq̄ iussu Regis ad bellum educti fuerant, cōfectis bellis, ad propria dilapsi, nullam mercedē stipendiorū perferūt, nisi prædam. Britanni non ære signato militant, sed aurū, argentū, & alia metalla pretiū uictoriæ ferūt. Scythis, nisi capite hostis oblato, miles prædæ particeps fieri nequit. Chij autem cū seruis mercenarijs pro milite uterētur, bello subacti, seruis proprijs uincti, traditi, & in exiliū acti sunt. Sicut Syracusis aliquādo possessores à clientibus exacti fuere. Fertur uerò Cato Senior cū Celtiberorum manū CC talentis, & nimis magno stipendio cōduxisset, & ob id increpitus ab amicis foret, quòd summā nunq̄ exoluere ua

Kk 5 leret,

Causaria missio. Ignominiosa. Militia exauthorati. Militum uaria nomina. Gregarij. Legionarij. Alarij. Manipularij. Neodomadæ. Gardates lecti milites. Calasiries. Hermothybies. Genca. Dioniani. Rho. initio nul lis stipēdijs militabant. Calasiries. Hermothybij. Milites mercēnarij. Galli. Gessatæ. Cares. Prusias. Parthi. Britanni. Scythæ. Chij. Syracusani.

leret, respondisse, si uicerimus, ex hostili præda, illis satisfiet, si uicti forsan erimus, non habebunt unde petãt. Fuit preterea memoriæ literis proditũ, apud tot dissonas gentes linguis moribusq; differentes, uaria etiã armorum specie & dissimili ornatu milites in aciem prodire, & cũ hostibus cõgredi cõsuesse, quẽ sibi quisq; propriũ & peculiarem fecit. Etenim Vascones tecto capite, aut cũ galea pugnare nefas habẽt. Aetoli & Pelasgi dextro pede nudo dimicant, & sinistro crure uestito armis. Albani & Iberi ferarum tergore caput amicti. Sacæ Scythica gens, cristatis galeis in acutũ desinẽtibus. Lacones pileati. Persæ turrito pileo. Lusitani cristata galea & neruata casside, aut mitratis frontibus, & iaculo hamato. Paphlagones hasta. Spartani breui pugione preliantur. Salẽtini exerto humero. Gallogræci nullo uestitu calciatuq; amicti, quippe qui nunq̃ nisi in pugna nudẽt. Baleares discincti. Cares funda. Persæ, Parthi, Cidones, & Macæ sagittis. Thraces peltati cũ iaculis & rumphea. Lacones gladio breuiori: Carthaginẽses breuibus spiculis. Oretani, iaculo, funda, & gladio. Humidę & Massæsylij effrenatis equis, & sinè ephippijs, mirabili uelocitate, ita ut modò citatò agmine fugiãt, modò insequãtur miræ ad cauendum solertiæ: nõnunq̃ binos trahẽtes desultarios equos, ita ut inter pugnãdum ex fesso in recentẽ armati cõfestim trãscendant, quod cõpar fuit cũ Sueuis & Dardanis, qui pariter cõfertim pugnant & cædunt. Sannites uibrare hastas anteq̃ dimicent, assuerant: quibus in prælio nõ utũtur. Euboici, & Aphri hastis cõgrediuntur, quas uocant phalangas. Cretenses Cydonio arcu & saltu. Andabatæ nisi obscuro cœlo, nouo & inusitato genere, clausis & cõniuentibus oculis, aut in caligine, & tenebris pugnãt. Idem apud Arios, qui iuxta Sueuos incolunt, ut nisi atra nocte præliari liceat, nigro scuto, corpore, colore fucato, & oculis uinctis. Auctyles quoq; Libyci populi noctu pugnare discũt: die habẽt inducias. At nõ Parthi, quibus pugnare in tenebris est lege uetitũ. Lacones uerò, ut in tenebris pugnare discerẽt, nunq̃ noctu præuio lumine, incedebant. Contrà Atheniẽses: nã è cubiculo egredi noctu, nisi prælato lumine, Solonis lege uetabãtur. Galli prælongis gladijs, & sinè mucronibus, & uastis scutis supra umbilicũ, nudi dimicabant. Hispani breuioribus & acuminatis, leues agilitate corporũ, & armorũ habitu: Nã linteis prætextis, cũ purpura & cãdidissimis tunicis præliãtur. Aegyptij scutis oblongis, ita ut uix hostẽ cõspiciãt, & magnis hastis. Achæi breuioribus, neq; ad protegenda corpora habilibus, & hastilibus minoribus, quibus Philopomenes, pro Scuto Clypeũ, pro Hastili Sarissam dedit. Macedones graui armatura, breui gladiolo, & leuibus peltis. Medi & Thessali equitatu ualent. Massagetæ equis & peditibus. Assyrij, Syri, Arabes, atq; Asiatici ferè omnes frequentius de curru præliãtur: sicut Britanni, qui ingentibus gladijs sinè mucrone, & breuibus Cetris ictus excipiũt. Ipsi etiam Arabes uelocibus Camelis cominus oblongo gladio, eminus arcu & sagitta, Bathriani bipennibus & leuibus scutis. Indi arcu tricubitali uel hasta, Pelta, & lato gladio. Mauri Leonũ & Elephantũ pellib⁹, Vrsorũq; amicti, bella gerũt. Circa Mœotim Laxamathæ uiri pedibus, fœminæ equestri prælio, non ense, sed laqueo depugnant: Sicut Nomades, qui Persicè uiuũt, hostẽ illaqueatũ cõficiũt. Ex Germanis Roxani scuto, thorace, & galea ex crudo bouis corio, reliqui immẽso scuto armãtur, & hasta enormi. Aethiopes arcubus longis nõ minus quatuor cubitis, & sagittis longissimis. Parthi missilibus telis, aut sagittis assuescũt, citis Cohortibus, nũc occursantes, nũc terga dãtes, simulata fuga: quod apud Scythas, & Germanos fortissimũ pugnæ genus censebatur, ut cædere loco, & rursus instare, pro consilio haberẽt: quibus usus erat cum fœminis equabus præliari, quod uesicas cursu leuarent: mares uerò in aciẽ nõ producere: Sicut Bathriani fœminas Camelas, ad bella præparãt, maribus in expeditione nõ utũtur. Sed tãetsi Persæ, Medi, & Assyrij, effuso cursu procursando, eminus iaculis & sagittis hostẽ incessere nt, haud longis inde tẽporibus Persæ optimates, thorace pectus, scuto sinistram, dextrã gladio, uel securi muniuerũt. Lydi quoq; & pleriq; Barbari, longis brachis, & longis cristis, sed breui arcu & spiculo armantur. Quod autẽ de Cydonijs loquor, nõ omittendũ, nulli Græcorũ præter Cretenses sagittis uti, institutum patriũ esse: Nec solùm Cydones, Persas, & Parthos cateruis sagittariorum ualere, quos Hippotoxatas uocant, sed Aethiopes, Arabas, Indos, Scythas, Bathras, Sarmatas, adde

Aegyptios

Armorũ militarium atq; ornatuũ apud uarias gentes diuersitas.
Vascones.
Aetoli.
Pelasgi.
Albani.
Iberi.
Sacæ.
Lacones.
Persæ.
Lusitani.
Paphlagones.
Spartani.
Salentini.
Gallogræci.
Cares,
Persæ.
Parthi.
Cidones.
Macæ.
Thraces.
Carthaginenses.
Oretani.
Humidæ.
Massæsylij.
Sannites.
Euboici.
Cretenses,
Andabatæ.
Arij.
Auctiles.
Parthi.
Lacones.
Athenienses.
Galli.
Hispani.
Aegyptij.
Achæi.
Macedones.
Medi.
Thessali.
Massagetæ.
Assyrij.
Syri.
Arabes.
Britanni.
Bathriani.
Indi.
Mauri.
Laxamathæ.
Nomades.
Roxani.
Aethiopes.
Parthi.
Lydi.
Gentes sagittandi peritæ.
Hippotoxotæ.

Aegyptios, & orientis populos, contra ingentes hostiũ copias, calamorum, & sagittarum iactu præcipuè ualuisse, quibus plerũq; Solẽ obumbrant, & ideo serenos exoptãt dies: præ cæteris Magnesij artem sagittandi habuisse traduntur præcipuam, ubi oppidũ Mothona, in quo Philippus sagittæ iactu amisit oculum. Scythis autem adeò sagittarum studiũ fuit, ut dextra ac sinistra pariter iaculari, & uice alterna in hostes mittere, sublato discrimine, callerent.

Magnesij.

¶ Quid sit lex, quid Plebiscitum, Senatúsue cõsultũ, quid Prætorum edicta, uel responsa prudentum. Ca. XXIII.



ERVM est qđ prodit ab Authoribus, à principio originũ, nullas apud Rhomanos ex scripto populi iudicio, leges latas fuisse: sed quod Reges iudiciũ statuebant, id pro lege seruabatur: Arbitria enim Principum pro legibus erãt: quippe condendarũ legũ ius arbitriumq; tunc penes Reges erat, cùm delictorũ pœnas præmiaq; cõstituũt, & querelas ciuiũ, criminationesq; admittũt. Hinc à Romulo leges Curiatæ, & reliquis Regibus, præcipuè à Seruio Tullio, absq; populi concilio, sed tantùm cõsulto Senatu, leges sacratæ fuêre, quibus etiã Reges tenebantur, quas sinè ordine latas Papyrius in unũ collegit & aceruauit, unde ius Papyrianum dictum. Cùm uerò exterminatis Regibus, COSS. & annui magistratus præessent, ius potestasq; omnis legis condendæ COSS. collata fuit, qui quoties ex usu erat, ex cõsulto Senatus, leges ad populum tulêre, quæ firmæ illibatæq; mãsere: Neq; COSS. modò, sed Dictatores, Prætores, Aediles, Censoresq; ad populum iura dare, & legem ferre poterãt, eaq; promulgata & demũ lata Populi iussu, Patribus authoribus, ita summos infimos astringebat, ut obedienter imperata facere oporteret. Quòd si in lege ferenda populus auersaretur, aut Senatus illam non acciperet: quippe qui eã ferri, aut promulgari non sineret, nullius exempli, nullarumq; uiriũ esse censebatur. Ferebat enim Præco legem ad populum, ex authoritate & iussu Dictatoris, Consulis, Prætorisue, subijciente uerba & præeũte Scriba, qui cùm illã promulgasset, id demum firmũ erat, si in eo quod lege cauebatur, populus author fieret: Ipsaq; lata, & promulgata, atq; in æs incisa, & in ærarium condita, ita eius scitis omnes astringebat, ut eius firma maneret authoritas, aduersusq; eã siquid factũ foret, posset non iure factũ uideri. Multa quoq; per legẽ lata aduersus eũ, qui secus fecisset, impune irrogari quibat. Siquid tamen ea promulgata, addendum legi foret, detrahendúmue, anteq̃ in foro ꝓposita, & in æs incisa fuisset, facile licebat, postea uerò uetabatur. Si tamen non trinundino lex promulgaretur, aut Ioue Tonante, uel per uim & minas, seu per fulgura & tempestates, uel die ominoso & piaculari ædita: Si cõtra plebis Tribunorúmue intercessiones, aut deniq; cõtra auspicia feratur: si neq; iurata per COSS. Tribunósue esset, poterat haud dubiè abrogari, & pro infecta haberi. Quare cùm M. Iubilius Drusus Tr. pl. leges pro Optimatibus tulisset, Philippus. COS. qui ei infensus aderat, optinuit à Senatu, ut leges eius uno. S. Consulto tollerẽtur, quia contra auspicia latæ erant, propterea illis populum nõ teneri: Neq; enim fas erat pro lege recipi, quod uitio, & non iusto Imperio æditũ fuisset, aut promulgatum: idq; lege ueteri cauebatur, his uerbis: Legum iusta imperia sunto, hisq; ciues modestè, & sinè recusatione parẽto: & infra. Dictũ est autem trinundinò leges ferri, quòd tribus nundinis proponi leges, demũ promulgari deberent. Siquid tamen alicui ob gratiam, quòd dignũ aliquod operæpreciũ fecisset: cõtra ius, publicũ, aut legẽ scriptã indulgendum foret, nõnunq̃ Senatu postulãte, populi iussu lex obrogabatur, ut ille legibus solueretur, exẽplo Lacedæmoniorũ, & ius interim cõniuebat, eademq; post annũ ferebat denuo. Alexander uerò Seuerus Imperator, nullam sacrasse dicitur legẽ, sinè XX Iuris peritorũ, & L disertissimorũ cõsilio. quod quidẽ ius, in legẽ. morẽ, & æquitatem Veteres diuiserũt: iusq; ad res humanas, fas ad religionẽ pertinere uoluerunt: Sed notandũ, nõ solùm leges æditas cõsensu populi, sacratas, sed & Scita plebis, Senatus consulta, edicta magistratuũ, ac Iuris peritorum authoritates & responsa, demũ placita

Nullæ leges initio Rho. ex scripto populi iudicio.

Leges curiatæ.

Leges sacratæ

Papyrianũ ius.

Quæ demũ leges ratæ erãt Rhomanis.

Quæ lex abrogari poterat, & pro infecta haberi.

Trinundinò leges ferri.

Legis abrogatio ad gratiam priuati cuiuspiam.

Iuris diuisio.

Fas.

Leges sacratæ.

cita Principum, & res iudicatas, uim legis habuisse, in quibus ciuile omne ius cõsistit: Animaduersionis enim metu, magistratus dũ audaciæ & facinoribus obuiã eũt, his ue-
Plebiscita.
luti legibus oẽs alligarũt. Erãt enim PLEBISCITA, quæ rogatione Tribunitia le-
gis cõdendæ causa, plebs statuebat, quæ licet à Plebe scita essent, illa tamẽ uim legis ha
bere haud dubium est. Quintus enim Hortensius cùm plebs in Ianiculum secessisset,
in Esculeto legem tulit, ut ea quæ Plebs iussisset, omnes Quirites tenerẽt, quã. L. Va
Plebiscitorũ & legum differentia.
lerius, & M. Horatius antea tulerãt Centuriatis Comitijs. Magni tamẽ inter Plebiscita
Legesq́; intererat, quòd plebiscita, Tribuno rogãte, de his quæ ad plebẽ pertinẽt: Le-
ges uerò COS. uel Prætore, aut alio magistratu consulente, rogabantur. Qui tamen
Populi & Plebis differẽtia.
Populus differt à Plebe, quòd in populo Patricij, Senatores, cunctaq́; nobilitas insunt:
in Plebe uerò Patricij nõ insunt: Non tamen quicquid Populus iussit, ratũ esse decet,
quia quod ius non esset, Populus iubere nõ poterat. Senatus quoq; cõsulta, tãetsi ad po
pulũ nõ ferantur, si tamẽ ea Tribuni ꝓbassent, & rata esse uellẽt, legis uim obtinuêre.
Senatusconsultum.
Erat enim SENATVS CONSVLTVM, quod Senatu iubẽte, decernebatur sinè lege.
Hæc enim illa sunt decreta & consulta Patrũ, quæ iuris statuẽdi causa, nõ ob priuatã
utilitatẽ decreto amplissimi ordinis statuũtur, quæ tũc rata erãt, si Tribuni plebis ea cẽ
suissent, aliter poterat Senatus consultum per intercessiones Tribunitias impediri.
Fuitq́; diu obseruatum, in omnibus Senatus consultis, in quibus aliquem solui placebat,
adijcere, ut de ea re ad Populum feratur, quod postea adijci desitum est. Præter quæ,
Prætorum dicta.
PRAETORVM EDICTA, quæ iuris statuendi causa, in albo proponuntur, legum
uicem habuêre, ut cùm doli metúsue causa, aut ui quod factum sit uel clam, se ratum
non habiturum promittit, quæ quidem edicta, uel ciuilis iuris declarandi, uel inter-
pretandi, adiuuandi supplendiue causa, à Prætore proponebantur, quod ius honora-
Lex Cornelij.
rium dictum est. Et cùm Prætores olim ob gratiam plerũq; uariè ius dicerent, Cor-
nelius legem tulit, ut nisi ex edictis suis perpetuis, & scripto iure Prætores iura da-
re non possent. Fuitq́; constitutum, ut non Prætores modò, sed Aediles, Censoresq́;
de his quæ cuiusq́; magistratus iurisdictionis sunt, quoties uaria & commutabilis ra-
tio aliquid noui decernendi causam daret, edicta proponerent, eaq́; circunspectè ædi
ta, uelut iura legesq́; promulgatas seruari mandarent, ita ut si quid contrà factum
esset, poterat in eum haud secus lege agi, quàm si decreta legũ labefactasset, aut præ-
terijsset: In quibus etiam seruatum comperimus, tunc cùm proponuntur, aut ædun-
tur, in primis nomen Cæsaris cum honore præfari. Et tametsi annuam dici legem
edicta Prætorum quidam censuerint: constat tamen illorum constituta, haud secus q̃
si perpetua lex esset, sæpe ualuisse. Estq́; memoriæ proditum, ut instar edictorum.
Prætoris interdicta ualeant: Nam siquid bono publico ne fieret interdixit, haud se-
cus in eos animaduertit, qui admisere aliquid contra uetitum, quàm si quid fieri ius-
Responsa prudentum.
sisset, & ob nequitiam paritum non fuisset. RESPONSA deniq; Prudentum pro le-
gibus sæpe habita, & recæpta sunt: Cùm enim interpretandi iuris & sententiæ fe-
rendæ de his quæ in controuersiam ueniunt, potestas his tributa esset, illorum re-
sponsa, librata moderatione ædita, nimirum eam uim obtinuere, ac si leges sacratæ
fuissent: quæ quidem tantæ authoritatis fuêre, ut suppressa ratione, illorum placita
Respondendi ius quando primo datum.
instar legis haberent. Ante uerò Augusti tempora iue respondendi de iure contro-
uerso nulli datum fuit: Sed qui stustiorum suorum fiduciam habebant, consulenti-
bus responsa dabant; Primus enim Augustus Iureconsultis, uelut legum ministris, de
iure respondendi super his quæ in dubium disceptationemq́; uenirent, munus de-
disse fertur, & ex illo traditum, ut respondendi interpretandiq́; iura, pro beneficio à
Principe peteretur facultas. Quare à Tiberio Cæsare, Sabino iureconsulto inter-
pretandi Iuris magni muneris loco ius tributum fuit: & post eum reliqui Cæsares id
muneris sui esse uoluere, adeò ut cùm ab Hadriano uiri Prætorij, ut de iure respon-
Iurisperitus peculiaris ad dãda responsa apud Mazacenos.
dere liceret, pro beneficio peterent, respondisse dicatur, hoc non peti à Principe, sed
præstari solêre, & ideo siquis sui fiduciam haberet, essetq́; iuris sciens, responden
di se facultatem non negaturum. Quare illorum responsis leges nõnunquàm æditæ,
sæpius interpretatæ sunt. Feruntq́; Mazacenos iuxta Cappadoces, cùm Carondæ le-
gibus

gibus uterentur, ne sinè interprete legum scita seruarent, si quod dubium ius emergeret, aliquem peritum iuris elegisse, cuius responsis & dictis parerent: Eiusmodi fuêre, tam Papiniani, Seruij Sulpitij, Pauli, & Scæuolæ: quàm Vlpiani, Trebatij, Tuberonis, Cassij, & Saluij Iuliani, aliorumque Iurisconsultorum magno studio curaque elaboratæ sententiæ: quibus tam Leges quàm Plebiscita, Prætorumque edicta, & Senatus consulta interpretandi facultas erat, proque illorum responsis in iudicio & foro ius sæpe dictum est. Hic enim Cassius nepos fuit Tuberonis ex filia, quæ neptis erat Seruij Sulpitij iuris scientissimus & consultissimus. Papinianus uerò Scæuolæ discipulus, & ut in plurium est monumentis, sub Seuero principe in summam commendationem uenit. Vlpianus autem, Paulus, Pomponius, Triphonius, Metianus, Celsus, Proculus, Modestinus, Alphenus, Aphricanus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, & Venuleius, sub Alexandro Seuero floruêre: in eius societatem, & iura familiaritatis allecti, Papiniani omnes discipuli. Vlpianum uerò ipse Alexander præ cæteris ob morum probitatem, & singularem iuris scientiam, amplissimis honoribus honestauit, & re familiari auxit: qui tamen ab Heliogabalo, quòd bonus uir esset, officio motus fuit. Alphenus uerò ab adolescentia tonstrinam exercuit, mox sub Sulpitio iuris scientissimus euasit: ita ut COS. effici, & decedens publico funere efferri meruerit. Trebatius, licet sub disciplina Ciceronis iuris peritissimus aliquot libros de iure ciuili composuisset, & de religionibus nouem, tamen & uersu Heroico plurimùm ualuit, & inter Poetas adnumeratus est. Saluius autem Iulianus, proauus fuit Didio Iuliano, qui post Pertinacem, imperium tenuit. Papinianum uerò Caracalla iussit interfici, quòd fratris necem quem interfecerat, apud Senatum excusare nollet, asserentem non tam facile parricidium excusari posse quàm fieri. Fertur uerò Caligula, qui hostis humani generis dictus est, omnia iurisconsultorum placita inducere, & præter se, nullum de iure respondere uoluisse. Postremò PRINCIPVM PLACITA, quæ constitutiones appellantur, pro legibus etiam recepta fuêre: Nam cùm Diuus Cæsar, & sequti Principes summam imperij haberent, & soli iura darent, omnis condendæ legis ius potestasque lege Hortensia à populo ad Principem translata fuit, ita ut quod Principum decretis communis iuris decernendi causa statutum esset, etiam sinè populi concilio pro lege haberetur. Non tamen omnis Cæsaris uoluntas lex putanda est, quia si quid Princeps non publico decreto, ut inter exempla referatur, sed priuati iuris causa statuisset, id non esse legem conuenit: quippe priuata decreta Principis in exemplum non deducuntur. Diuus autem Traianus uir omni laude dignus, cùm priuilegijs ab se editis, aut ob merita indultis, multos inniti, atque in exemplum trahi uideret, ueritus ne contra leges moresque Maiorum, ad alias causas perferrentur, illaque in iudicijs & foro pro lege acciperent, diplomatibus libellisque nunquàm ex scripto respondebat, ne perniciosum inde exemplum, & quasi seminarium mali oriretur: Sed tantùm uerbo, quibus uisum est, assensisse fertur, aut priuilegia induxisse. Tametsi uetus mos esset, Principem scripto adire, & consulentibus per libellos respondêre. Quod & Nero fecit, qui in iure dicundo, nisi scripto & sequenti die postulatoribus respondit. Proditur tertius Antiochus tanti decreta legum fecisse, ut datis diplomatibus edixerit, ut siquid suo iussu contra leges & iura decretum foret, ne sibi parerent, impuneque aduersarentur: cuius exẽplo Agesilaus, non aliter promissa præstare uoluit, quàm si iusta essent. M. quoque Antonius orator è tot millibus orationum, nullam ex scripto edidit concionem, ut siquid parum laude dignum, & contra legum decreta in his compertum esset, posset à se dictum inficiari. Quod parum prospiciens L. Crassus orator, cùm à M. Bruto increpitus esset apud Iudices, quòd ex duabus orationibus capita inte se contraria edidisset, respondit, orationes esse causarum & temporum, non autem hominum aut patronorum.

Iurisconsulti quibus interpretandi ius datũ. *Caracallæ insolentia.* *Principũ placita.* *Priuata decreta principum.* *Responsio principum per libellos.* *Egregium Antiochi edictũ.*

¶ Qui primi de plebe ad Dictaturam, Consulatũ, & Præturã, aliosque magistratus euecti fuerint, & de Ephoris quæ tradantur. Ca. XXIIII.



QVO TEMPORE in monte sacro magistratus sibi Plebs creauit, quos sacrosanctos fecit, id cautum est, ne cui Patricio illos capere liceret, quod non ab re sancitum fuit: Nam cùm aduersus potentiam Patriciorum, Tribunum propugnatorem fautoremq; sibi Plebs creasset, ut querelas criminationesq; in Patres acciperet, periniquum uidebatur, ut in quo defensores sibi Plebs asciuerat, ad id fastigium honoris, illos

Ephori. qui sibi infensi infestiq; erant, aduocaret, quorum instar Ephori apud Lacedæmonios habuêre: qui sicut Tribuni plebis Rhomæ consularem potestatem, ita Regum Spartanorum insolentiam reprimerent, ne imperio abuterentur, nimiæq; ferociæ & audaciæ assuescerent. Qui à principio quinq; ex amicorum numero fuêre, ut ministri Regum auxilio allecti, scilicet cùm Reges foris bella gererent, ipsi domi iura darēt, primùm à Theopompo Spartanorum Rege instituti, necessitatis causa, licet Sparta-

Lex Spartana na lege cautum fuerit, utriq; Regi cùm exercitu foras prodire non licere. Paulatim eò licentiæ procesŝêre, ut Regi non assurgerent, & seorsum tribunal haberent, &

Ephorū insolētia. non modò magistratus comprimerent, & in disquisitionē uocarent, ac de uendendis emendisq; rebus cognoscerent, sed Regi, quid facto opus erat, præscriberent, quibusq; annis copiæ educendæ forent, quoq; tempore Equitatus, aut grauis armatura, & peditum acies promouendæ, enunciarent. Adeoq; omnium rerum gerendarum Censores erant, ut Archidamum Lacedæmoniorum Regem graui affecerint multa, quòd cum uxore exigui corporis nuptias contraxisset, quod liberos tantùm, non Reges se geniturum cogitasset, ipsumq; in disquisitionem uocare, & in carcerem trudere, atq; morte afficere possent, sicut de Pausania, Agide, & alijs factitatum accepimus, eoq; insolentiæ procesŝêre, ut cùm inissent magistratum, seruis primùm bellum indicerent, quòd olim cum Messenijs conspirassent, magnisq; calamitatibus & multiplici incommodo Spartam affecissent: Mox, ut singuli barbam rasitarent, per Præconem edicerent, ut si qui minus dicto audientes forent, internoscerent. Vtq; maiori formidini essent, iuxta triclinium ubi tribunal habebant, Ti-

Sacellū timoris moris Sacellum erexêre. Vtq; occasionem Regis criminandi scrutarentur, singulis nouēnijs cœlum & sidera silenti nocte obseruarēt, ut si stellam ex cœli regione in aliā declinantem, aut radiantem uidissent, Reges contra Deos aliquid molitos criminarentur. Itaq; efficiebant regimini cedere, & magistratu abire cogerentur. Erat tamen ius Regi, ut si ab Ephoris uocatus, primæ & alteri iussioni non pareret, contumacia fraudi non esset: tertiæ nisi paruisset imperio, cogi poterat. Qui quidem Ephori unà cum Regibus singulis mensibus mutuò iurabant, pro legibus Lycurgi

Ephori gradu deiecti. imperatum ire, & Regnum inconcussum tenêre. Hos postea Cleomenes, cùm crudelem in modum dominarentur, sustulit, & restituta Regi potestate, illos de gradu deiecit, & dominium abrogauit. Si tamen Reges dissentirent, uariatis sententijs, illi quæ uideretur melior, standum erat: quòd si in unam sententiam conueni-

Plebei magistratus. rent, nulli Ephororum contraire fas erat. Ergo plebeios magistratus nulli Patricio sumere licebat, idq; Volero Tribunus plebis rogatione promulgata statuit, Plebsq; sciuit, ut Plebei magistratus sinè Patribus, sed tantùm admissa Plebe Tribunitijs comitijs fierent. Cumq; Patricij magistratus auspicatò fierent, solos plebeios inauspi-

Patricij magistratus cū plebe cōmunicati. catos esse, & minoribus regi auspicijs, peruulgatum est. Et tametsi ad Dictaturam, Consulatum, Præturam, & Censuram nulli nisi Patricij antea admitterentur, tamen sequtis temporibus Patricij magistratus cum plebe communicati fuêre: Siquidem Sextius primus de Plebe COS. factus est, quod deinde fuit Licinia lege cautum, quā C. Licinius, & L. Sextius Tri. pl. promulgarunt, ut Consulatus cum plebe communis foret. Q. quoq; P. Philo Præturam, & Cl. Licinius Stolo de plebe homines magisterium Equitum cum Patribus gesŝêre. Quinetiam Dictaturam, in qua summus splendor & amplitudo erat, Censuramq; cum Plebe, communicatam inuenimus: Nā & M. Rutilius primus Dictator & Censor, deinde. Q. Pompeius, & Q. Metellus uterq; ex plebe Censores facti sunt, quam legem Philo Dictator tulisse fertur. Oēs deniq; Patricij magistratus, etiam Pontificatus, & Sacerdotia cum plebe communicata fuêre.

fuêre. Nec modò ex plebe ciues, sed Latini nominis, & demum exterarum gentium populi, ad magistratus & honores Rhomæ prouecti fuerunt. Tribunatum uerò Plebis longo tempore nihil cum Patribus consociatum habuisse comperimus, nisi cùm finito Decemuirali imperio, nouos Tribunos Plebis cooptari oporteret. Sp. Tarpeiũ & Aul. Aeternium Patricios, & Cõsulares in collegium Tribuni asciuerũt. Et mox Minutius Magister Equitum, qui de Sp. Melio sumpsit pœnas, & postea Appius Pulcher, ut Ptolemæo bellum indiceret, & deinde P. Clodius, ut Tr. plebis fieret, à Patribus ad plebem transiuêre: donec post Syllæ tempora Tribunatus plebis passim à Patricijs, & summis honoribus functis appeti cæpit: qui prouincias sortiri, & imperium gerere, atq; cum fascibus, & Lictoribus etiam extra Vrbem incedere cæperunt. Tantiq; postea honoris habitus est, ut populum Rhomanum Octauio Augusto, & deinceps Cæsaribus Tribunatum plebis dedisse pro magno fuerit munere existimatum: Illud est tamen minimè prætereundum, quòd cùm à Tribuno pl. dies dici Consuli Prætoriq; possit, ipse tamen iure sacrosanctæ potestatis, ab omni potentia magistratus immunis erat. Si tamen potestate tradita abuteretur, aut si iura plebis minueret, uel ubi intercedendum minimè fuisset, intercederet, seu si contra commoda Plebis aliquid molitus esset, poterat ei dies dici, & à COS. uel Tribunis reus agi, cunctisq; suffragantibus Tribubus, de gradu deijci, & pœnis coerceri. Tunc enim sacrasanctus esse desinebat, & profanus erat. Quod IX Tribuni pl. cum Sp. Cassio, ne magistratus more maiorum subrogarentur, contra libertatem populi Rho. coniurarant. Pl. Mutius. Tr. Pl. eis non solùm Tribunatum abrogauit, sed & pœnas debitas iure & lege inferri peruicit. Et Tiberius Gracchus in Tribunatu Octauium Collegam contra commoda plebis intercedentem, Tribuum maiori parte suffragante, potestate priuauit. Verba uerò legis quibus Tribunus pl. sacrosanctus fit, ascripsi. Tribunum inuitum, tanquàm unum è multis, nemo cogito agere, neq; uerberato, neq; alteri ut uerberet imperato, neq; occidito, neq; occidi iubeto. Siquis autẽ prohibitorum horum quid fecerit, impius execrabilisq; esto, bonaq; eius publicato ad sacra Cereris, & qui aliquem hæc agentium occiderit, cædis expiatus esto.

Exteræ gẽtes ad magistratus Rho. prouecti. Tribunatus plebis à patricijs cæptus. Honos Tribuniciæ potestatis. Trib. pl. potestate abutens. Legis uerba de Tribunis sacrosanctis.

¶ Quas acies, quósue exercitus, qui Duces parua manu profligarint, quæue flumina Xerxis exercitus potarit. Ca. XXV.



ACIES profligatas & exercitus parua manu cæsos ad interitum, ita ut uix pauci superfuerint, tres præcipuos ab Authoribus memoratos fecerunt, licet ex omni antiquitate siquis reputare uolet, innumeras inueniet. Cùm enim Assyriorum rex Cyrus contra Scythas cum ualido exercitu occœpisset bellum facere, postquàm eos ingenti clade afflixit, cæso etiam unico Regis filio, Tomyris Regina Scytharum dissimulans ægritudinem animi, inter angustissimos tramites Assyrios nacta, ita illos cæcidit, ut parua manu hostium ingentes copias fuderit, CC q; millia Persarum una acie trucidarit, tanta cæde, ut ne nuncius quidem luctuosæ cladis superfuerit. Alteram, cùm inter Locrenses Epizephyrios & Crotoniatas sæuientibus odijs certaretur, tanto furore animorum, & quasi uecordia ad pugnam fuisse procursum ferunt, ut XV Locrorum millia aduersus Crotoniatarum CXX millia sæuè & atrociter pugnam inire non dubitarint, Locrensesq; tam parua manu tot millia Crotoniatarum felicitate mira uno prælio attriuerint, ita prorsus ut ex ea strage pauci uix fuga elapsi superfuisse dicantur, eaq; ad Sagram Metaponti fluuium commissa pugna, ad posteros celebrem memoriam nominis dederit, uulgo iactato prouerbio ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ σάγρᾳ: Tertiam cum Duce Milciade in campis Marathonijs contra Artaphernem, & Datym Darij præfectos ab Atheniensibus uno prælio feliciter pugnatum & debellatum est, in qua X Atheniensium millia, Persarum plus CX millia crudelem in modum afflixerunt, toto cæso exercitu. Fuit

Tres exercitus parua manu profligati. Tomyris aduersus Assyrios. Locrenses aduersus Crotoniatas. Prouerbium.

tu. Fuit autem Marathon Atticæ ciuitas ab Athenis haud plus decem millibus passibus distans. Iterum cùm annis intercedentibus, contra Xerxem arma Græciæ inferentem, qui bellum Dijs hominibusq; indixerat, memorabilis Spartanorũ ad Thermopylas, & claustra illa tã natura q̃ munimẽto inexpugnabilia, pugna commissa fuit, trophæis & monumentis celebrata: quorum tam insolens uictoria proditur, ut decem hominum millia, Duce Leonida, contra innumerabiles Persarum copias, claustra tenere, & CCCCCC Spartani CCCCC millium castra inuadere non dubitarint. ubi tanta strage ad sacietatem sæuitum est, ut difficile dictu sit, Spartanorum Atheniensiumq;, uel singulorum præcipuam uirtutem, uel uniuersorum laudes dinumerare, ad id uerò cladis processum, ut quid funerum absumptum sit, illud argumento fuerit, quòd cadauera passim strata prælio uel tempestate, corporaq; morbo & uastitate enecta, aliosq; alia peste absumptos, mare & terra uix ceperit. Quiq; modò terrestres naualesq; copias ultra decies centena peditum, Equitum uerò LXXX millia armatorum, in expeditionẽ duxerat, cuiq; CCCCCC millia frumenti modia diurna cibo, & tot flumina exhausta potui non suffecerint: Is cùm multa cæde & fuga à paucissimis cæsus & profligatus, inconsulti certaminis, & temerariæ expeditionis insignes pœnas dederit: Ipseq; tanti exercitus Imperator magnificus, tanta clade oppressus, inermi naue per stragem corporum armorumq; uix effugerit: In qua quidem re non minori miraculo proditur, tantas copias ab uno Pythio Bithyno epulò exceptas magnificè, frumentoq;, ueste, ac uiatico adiutas. Fuit illa quoq; memorabilis exempli clades celebrata sermonibus, cum ad Granicum amnem, aut Arbelam, uel cùm ad Amanicas Pylas in faucibus angustis ab Alexandro signis collatis cum Dareo pugnatum est, in qua propè ad internecionem dimicatum fuit. Vbi ultra centum millia Persarum peditum feruntur cæsa, Equitum uerò X millia: ex Macedonibus uerò non ultra XXXII pedites, equites autem CL occidisse. Ad Granicum uerò barbarorum XX millia, Equitum uerò duo millia fœdum in modum occubuêre, cùm ex Alexandri exercitu XXXIIII fuisse desideratos, quidam monumentis testati sint. RHOMANI autẽ licet incredibili felicitate sæpe hostiũ copias ad extremum exitium profligarint, tamen præcipuis cladibus, & infanda strage maximè hostem affecêre: uel cùm M. Liuius & Claudius Nero Hasdrubalem suppetias Hannibali ferentem, ad Metaurum ingenti strage debellarunt, ubi par Cannensi cladi exitium redditum fuisse memorant. Vel cùm Fabius Aemylianus uix XXX millibus militum ad Rhodanum plus CC Gallorum millia ingẽti strage deleuit. Vel cùm contra Antiochum haud minus feliciter pugnatum est, plus L millibus hostium cæsis, XXIIII Equitibus, & CCC peditibus Rhomæ desideratis. Aut cùm C. Marius Cimbros & Theutonos ad aquas Sextias parua manu cæcidit. Vel cùm Sylla contra Mithriditem ad Orchomenum & Cheroniam ducens, illius copias fudit, & in intimos solitudines egit. Aut cùm contra Archelaum non longe à Pyræo commisso prælio, ita eum deformauit, ut ex XX hostium millibus uix decem superfuerint, ex Syllæ uerò exercitu uix XIIII desiderati sint. Aut cùm Pompeius eundem Mithridatem strage atrocissima perculit, XL millibus hostium cæsis, non pluribus XX ex suis interfectis. Vel cùm Lucullus contra Tigranem bellum magnis conatibus aggressus, multiplici eum clade affecit, in quo Rhomanorum uix pars uigesima copijs hostium accedere uisa est, cuius pugnæ tanta Rhomanorum felicitas fuisse traditur, ut ultra centum millia hostium promiscua cæde occisa, Rhomanorum uerò non ultra centum uulnerati, occisi autem quinq; dicantur: Tam paruo impendio tam insolens uictoria stetit. Aelij quoq; Galli in expeditione Arabica memorabilis uictoria inter illustria adnumeratur, ut post excidia & uastationes agrorum, pluribus oppidis expugnatis, plus XXX hominum millibus fœdè cæsis & profligatis, non amplius VII ex suis interfectis, illustri uictoria potitus fuerit. Mitto C. Cæsaris felicitatem, cuius longè lateq; diffusa uirtus fuit, quoties belli casibus agitatus contra Aquitanos, Heluetios, Aruernos, reliquosq; Gallos & Germanos, aliasq; exteras, & incultis moribus gentes, parua manu innumeras hostium copias fudit. Quoties aduersus

Spartani aduersus Xerxẽ.

Pugna Alexãdri aduersus Darium apud Granicum.

Rhomanorum parua manu uictoriæ.

uersus maximos conatus inops ipse & imparatus presentissimo animo restitit: quoties admotas hostiliter Legiones fudit, quot prælia confecit, quàm firmissima hostium præsidia sæpe conuulsit, & labefactauit, quas Vrbes & gentes ui & obsidione domuit, aut deditas in ditionem fidemq; recepit, ita ut an uirtute animi & mentis magnitudine, an felicitate & fortuna plus ualuerit, difficile sit dijudicare: Sed post tot successus & felicitates, una Rhomanorum clades inter exempla memoratur insignis, cùm L. Bebius in Hispaniam ducens, agmine inexplorato per abditos saltus & inuias Regiones in insidias præcipitatus, circunuentus à Liguribus & oppressus est, oportueritq; Massilienses tam luctuosam cladem per nuncios Rhomanis significare: Altera post Cānensem cladem cum Duce C. Manlio & Q. Cepione, à Cimbris & Theutonis, Legionibus fusis, plus LXXX Rhomanorum & sociorum millia ad Rhodanum fœdè cæsa & debellata fuère, ubi tantùm cladis accæptum, ut uix X superfuisse dicantur, qua clade populus Rhomanus in tanto pauore & luctu fuit, ut uelut ultima publicorum malorum passus, iustitio indicto, sicut in magna consternatione assolet, Prætextas & Laticlauos dimiserit, & saga sumpserit: Sed super omnem indignitatem fœdi exempli & memoriæ est, quod de Valeriano Cæsare recentiore memoria proditum est, qui cùm optimus fuerit, infelix apparuit tamen, postquàm uis illa uigorq; & uirtus bellica, atq; antiquum belli decus exoleuit, qui in expeditione in Persas cùm fœdissimo euentu pugnasset, à Sapore Persarum Rege occiso exercitu, captus, usq; eò deformatus fuit, tantisq; contumelijs obnoxius, ut post afflictas fortunas, nulla uerecundia pristinæ maiestatis, contra decus imperij, Regi Persarum equū ascensuro, humi prostratus dorso gradum faceret, adeò Rhomani indignissimam fortunam, & grauissimos casus, ac sortis humanæ uarietatem, uelut magna documenta mortalitatis, nonnunquàm experti fuère: In qua quidem re proditur uerbum Galeni filij uecordis & deliri, qui qua die de captiuitate patris resciuit, parum curans, uerbum Catonis usurpauit: Sciebam (inquit) me genuisse mortalem. Quæ autem flumina à tot millibus Persarum epota, Xerxi non suffecerint, hæc præcipuè traduntur, Scamander, & Onochonus in Thessalia: Simois in Phrygia, qui ex Ida sub Ilio decurrens quandoq; torrentior, ad Sigeum mare ingreditur: Chydorus in Bœotia, Lysus in Samothracia, qui per Thasios fluit: Mænala iuxta Hellespontum in Lysimachia. Addit Herodotus lacum in sinu eodem XXX stadiorum, quem sola iumenta Persarum, cùm aqua subsalsum saporem habeat, & potui insalubris homini sit, paucis diebus esiccauère. *Flu. à Xerxis exercitu epota.*

¶Quid uariæ gentes de Dijs senserint, & quàm impia, & detestanda sacra apud exteras Gentes fuerint. Ca. XXVI.



VAM IMPIA & falsa inter gentes olim de Dijs opinio fuerit, quamq; multiformes Deorum uanitates, & qui infandis sacris Prisci Deos coluerint, dictu referre difficile est: Siquidem primi mortales nulla doctrinæ schola, nec ratione, aut lege, sed suo quisq; ingenio, & prout impetus animi tulit, Deos Geniosq; adoptando, numina coluerunt. *Hastæ.* Primos enim qui antiquissimi fuerunt, hastas colere cæpisse, aut ligna *Ligna delibrata.* delibrata corticibus pro Dijs ueneratos accæpimus: inde à Rhomanis religio fluxit, ut singulis Deorum simulacris hastas darent: tametsi antiquissimos Rhomanorum, CLXX annos sinè Deorum imaginibus uixisse nonnulli testati sint. Indi quicquid colere cæperunt, præcipuè maximas arbores Deos putauerunt, illasq; pro numinibus uenerati sunt: quas ferro uiolasse capitale fuit: ex quibus nonnulli Draconem quinq; iugerum uelut Liberi Patris simulacrum coluerunt: Persæ & Massagetæ Cœlum, Iouem, Solem uerò Deum maximum dixerunt, equosq; illi sacrauerunt, quibus interdictum erat, ne quem præter Solem Deum colerent. Quicquid *Indorum arbores. Draco. Cœlum. Iupiter. Sol.*

uerò quernis arboribus nascebatur è Cœlo missum putabāt: iidē Soli, Lunæ, Telluri, & Igni, Aquæ, ac Ventis sacrum facere instituerūt, quos omnes Deos Ignem uerò præcipuum duxerunt: quæ etiam Magorum opinio fuit, cui Thales astipulatur, qui Ignem tam religiosè coluerunt, ut cremare corpora ducerent nefas, ne contagio cadaueris Deorum maximum uiolarent. Multos comperi persuasum habere, Martem peruigilem Deum esse & præsentissimum numen: quare Neuri, qui iuxta Borysthenem sunt, enses pro Martis simulacro adorabāt. Sunt qui arbitrētur uisco, quod in Querna arbore nascebatur, nullum præsentius numen æstimari: Hi fuerunt Druidæ, quorum uana superstitio inter mortales præcipua fuisse traditur. Alij mari porrectum collem uelut præsentem Deum coluerunt, quòd eo occlusa uallis, æstu Oceani non inundaret. Cappadocibus quoq; Mons Deus habetur. & Phryges Mæandro & Marsiæ sacrificāt. Scythæ illi inhospitales, qui in intimas solitudines acti sunt, super sarmentorum fascibus uetustissimo collocato Acinaci, uelut Martis simulacro, annuis hostijs litabant. Pœni Soli & Lunæ uniuersi sacrificant. Syri occæcatis animis Pisces & Columbam Deos sibi cosecrarunt. Troglodytæ Testudines. Heliopolitani Bouem. Memphitæ Vaccam. Lentopolitani Leonem. Capram & Hircum Mendesij. Thebani Aquilam. Lycopolitani Lupū. Babylonij uerò Cepum: ab his uelut propitio numine petita accipere arbitrantes. Cyrenaici Acorem magnum Deum Muscarum æstimarunt. Arabes ad Memnonium, Cercopithecum cœlo dicarūt, illius opē in rebus afflictis implorantes. Mitto Aegyptiorum superstitionem, & falsarum opinionum ineptias, qui Apim præcipuò honore uenerati, solum respōsa dare, & prosperos euentus, aut futuras calamitates præmonstrare, fabulati sunt, modò Isim & Osiridem, modò Serapim, & quod dicere piget, Crocodilos, à quibus hominem deuorari, tanquàm à Deo expetitum, magni muneris habebatur loco, modò Ichneumones, Ibes, & fœda animalia, aliaq; ludibria religionum, uelut Deorum numina colentes, ita ut gentes aliquas quæ Felem auream, & alios qui Scarabæos, pro Dijs haberent, circa Scyonem fuisse legamus. Germani Solem, Vulcanum, & Lunā, solos Deos quos cernebant opinati sunt, quæ Anaximandri opinio fuit, ut cœlestia sidera Deos esse crederet. Quinetiam Aegyptij Solis simulacrum diplomatibus consignatis adorant, quem Horum nuncupant, illudq; precibus & uotis frequentant assiduè. Arabes Iouem & Bacchum. Aethiopes ex Dijs unum mortalem, alterum immortalem putant: nonnulli Pœnam, & Beneficium. Assyrij & Persæ unum bonorum largitorē, alterum malorum. Fuêre, qui crederent nullos Deos esse, cæci & excordes, omniaq; agi fato, animasq; cum corporibus interire unà: Ex his præter Diagoram & Theodorum Cyrenæum, Euemerum Tegeatem, & Callimachum, ac Prodicum Cæum, aliosq; plures, qui ἄθεοι dicti, fuêre Callaici gens moribus effera, cultu inhumano & fero, neq; more, neq; iure uiuentes. Numidæ Ammonem in desertis harenis magnis honoribus frequentant. Celtiberi cuipiam Deo, cuius etiam nomen ignorabant, plena Luna, nocturnum sacrum facere, & ante cuiusq; fores saltibus indecoris pnoctare didicerūt. Quòd si illorū SACRIFICIA scrutari, ac Barbaros externosq; ritus eruere conamur, quàm impios cultus & quàm infanda sacra, apud tot efferas nationes uario gentium ritu inueniemus? Scythotauri pro hostijs Dianæ aduenas immolabant. Laodicei Palladi uirginem. Arcades Ioui Lycæo puerum. Pleriq; iuxta Borysthenem uecordi animo homines, uictimas dare, & in sacrificijs Deorum humanis ossibus adolêre solebant. Blemmyæ, Cimbri, Galli, Druidæ, & Germani, statis diebus, humanis litant hostijs, & cruore captiuorum adolent aras, tunc propitiari Deum maximè arbitrati, cùm per cruciatum homines excarnificarent, ex pœnis hominum, diuinationem & auguria captantes. Fuitq; apud Phœnices & Carthaginenses nimium diu seruatum, ut infantes principali honore insignes sorte ductos, in Regio ornatu Saturno immolarent hostias, & quem sors morti destinarat, morte subtrahere non licebat, quare multorum ciuium largis fletibus deplorata funera fuêre, à quibus sacris cùm desiuissent, postea uicti ab Agathocle Deos propterea subiratos arbitrantes, ut numen placarent, CC nobilium filios ma-

ctarunt

Luna. Aqua. Tellus. Ignis. Aqua. Venti. Mars. Ensis. Viscus. Collis marinus Mons. Mæander. Marsias. Acinacis. Sol. Luna. Pisces. Columba. Testudines. Bos Vacca. Leo. Capra. Hircus. Aquila. Lupus. Cepus. Acor. Cercopithecus Apis. Isis. Osiris. Serapis. Crocodili. Ichneumones. Ibi. Feles. Scarabæi. Sol. Vulcanus. Luna. Sidera. Horus. Iupiter. Bacchus. Pœna. Beneficium. ἄθεοι. Ammon. Deus ignotus. Sacrificia. Aduenæ immolati. Virgo. Puer. Homines & ossa humana. Humanæ hostiæ. Infantes immolati.

ctarunt ad aras: adeò cæca mortalitas sub nomine religionis ad infandas cædes ageba-
tur præceps: Id quod à Rhodijs & Cretensibus factitatum comperimus, ut hominē
epulis grauatum, ac pueros imbuberes festis diebus Saturno mactarent. in Chio &
Salamine mos multa sæcula uiguit, ut Diomedi & Dionysio homines discerptos iu-
gularent, eiusdemq́ Dionysij templum in Arcadia fuit, in quo puellæ ad aram
difflagellabantur ad necem: sicut Spartæ in ara Mercurij, & Orthiæ Dianæ
pueri. Quinetiam alij ingenti simulacro uiminibus intexto, & uiuis hominibus
oppleto, ac igne succenso, hominibusq́ fœdum in modum exanimatis, maximum ho
locaustum Dijs offerre putauerunt. Boijs & Celtis purgato captiui hostis capite, cal-
uariam auro cælare, & in eo poculo in solennibus libare, religiosissimū erat. Prodi-
tur Aristomenes Messenius, Ioui, quem Ithometem appellant, CCC simul homi
nes, in quibus Theopompus fuit, uno sacrificio mactasse: & Lacedæmonios eò uesa
niæ processisse, ut Marti humana uictima litarent. Galatæ & Massagetæ non ali-
ter Deos ritè consuli arbitrati sunt, q̄ iuglato homine apud aras Deorum, ex cuius ca
su, tum ex membrorum laniatu & fluxu sanguinis, futura diuinabant. Cimbri noxios
homines seruatos, sudibus affixos Dijs pro hostijs dabant. Galli præter Hesum &
Theutatem, Mercurium, quos humano cruore placabāt, grauioribus morbis aut pe-
riculis affecti, ad placandas Deorum aras, aut homines immolabant, aut se immolatu-
ros uouebant: ad cuius aram etiam grandæuos ætate pro uictimis prosecabant. Lusi-
tanis uetus mos erat, ex intestinis hominū exta prospicere, atq́ inde omina & diui-
nationes captare, abscissasq́ captiuorum dextras pro munere Dijs offerre. Thraces
Zamolsim, quem maximum Deum putant, non aliter fieri propitium æstimarunt, q̄
si ad aram facili lancearum ictu homo concideret, eam optimam, & Dijs gratissimā ui-
ctimam opinati. Germani quoq́ ritu Barbarico, Mercurio humano cruore litare re-
ligiosissimum putant. Idem fecêre Senones, qui cæso publicè homine, infanda sacra
statis diebus anni celebrabant, his portentis delictā expiari opinati. Persis quoq́ ad ha
bendas Dijs gratias, uiuentes iuuenes, eosq́ spirātes sub terra defodere assuetum fuit.
quem morem Græcis inoleuisse accepimus, ut in anniuersaria celebritate Baccho ui-
uos homines sacrificent, quiq́ ita fuisset immolatus, maximā inter suos probitatis lau-
dē ferat. Longùm est exequi, qui Taurorum mores fuerint, ut apud aram hominē si-
sterent, & post solēnes preces, hominis caput claua ferirent, illudq́ cruci affigerent,
truncumq́ corpus ex ingēti rupe in præceps darent: quod cum Leucadijs commune
fuisse traditur, ut in Apollinis sacro, auertēdæ Deorum iræ, hominem de montis spe-
cula deijcerēt, & in mare præcipitem agerent. Fuitq́ apud Albanos usurpatum, ut ho
minē sacris initiatū, qui sanctitate polleret, diu seruatum & opiparè saginatum, apud
aras sisterēt, cumq́ furiali carmine excantatum, quibusdam additis precationibus, cum
alijs hostijs immolarēt: Tantaq́ animorū insipiētia fuit, & tā præceps libido imperiti
uulgi, ut omnes ferè mortales in tēplis coire, & nefandis libidinibus immisceri, ac pudē
dis genitalibus sacrum facere, quod procreationis seminarium forent, nefas non puta
rēt, ita ut Britannis longo tempore mos inoleuerit, coniuges & nurus nudas, & succo
hærbarū delibutas, ad tēpla ducere, & ita supplicare, ac captiuorū sanguine Dijs lita-
re. Et Corinthi supra mille prostitutas in tēplo Veneris assiduè degere, & inflāmata
libidine, quæstui meretricio operā dare, & uelut sacrorū ministras Deæ famulari. Pi
get referre Rhomanos tūc rerū dominos, quibus fœdera, leges, & sacra exteris dare
nationibus imperiū fuit, quāto in errore, & q̄ tetra caligine uersatus fuit uictor ille gē
tiū populus, & totius dominator orbis, omni superstitioni obnoxius, Iunones, & Ge-
nios quotidie sibi adsciscendo, & noua numina adoptando, qui etiā extra ordinaria sa-
cra ex fatalibus libris facere coacti, Græcū, & Græcā, totidemq́ Gallos, in Foro Boa
rio ad placandas Deorum iras, sub terras uiuos defodere ueriti non fuerunt. Licuitq́
diu in sacris hominē interimere, & Dijs immolare, adeò ut Saturnū & Latialē Iouē
humana placarēt hostia, cuius simulacrū dū sacrificāt, humano sanguine proluebāt: do
nec Cn. Cornelio Lētulo, & P. Licinio Crasso. COSS. Senatuscōsulto cautū fuit,
ne nouā inducere religionē, nêue hoiem imolare, aut hūano sanguine litare liceret. Ac

Hoīes discerpti.
Puellæ ad necē flagellatæ.
Pueri flagellati.
Viui homines exusti.
Boij & Celtæ
Trecēti hoīes uno sacrificio.
Hoīes iugulati & immolati.
Homines affixi sudibus.
Dextræ dijs oblatæ.
Homo lanceæ ictus.
Human⁹ cruor
Homo cæsus publice.
Viuētes iuuenes defossi.
Viui hoīes sacrificati.
Tauri.
Leucadij.
Homo immolatus.
Coitus in sacris.
Britanni.
Sāguine captiuorum.
Meretrices in templo Veneris habitantes.
Rhomani.
Homines uiui defossi.
Homines immolore apud Rhomanos quaudo uetitum.

præter notissimos Deos homini uix initiato, & nondum in lucem ædito, turbas Deorum tanquam pedissequos & pædagωgos, & tot uanitates præfecêre: Prosam, Postuertam, Egeriam, Fluoniam, Lucinam, Pilũnum, Picũnum, Edusam, Potinam, Maiam (quæ Fatua dicta est) quos sibi Deos finxit antiquitas, etiã Stabilinum, & Statanum, ac Fabulinũ, aliosq́ Magnos, alios Geniales, alios Indigetes, nonnullos Patrios Deos uenerati. Adeò ignara superstitio hominum mentes deprauat, & nõnunq̃ sapientũ animos transuersos agit.

Quãtũm debemus CHRISTO domino, Regi, & Doctori nostro, quem uerum Deum ueneramur & scimus, quo præmonstrante, explosa ferarum gentium doctrina, rituq́ immani & barbaro, ueram religionem edocti, humanitatẽ & uerum Deum colimus, euictisq́ erroribꝰ, & infandis ineptijs, quas Prisci coluêre, q̃d quẽq́ deceat, & quibus sacris, quaq́ mente Deum colere oporteat, noscitamus.



GENIALIVM DIERVM
LIBRI SEXTI,
FINIS.

τῷ θεῷ χάριτες καὶ δόξα:
βίβλῳ δὲ ζωὴ
εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων,
ἀμήν.

EXCVDENDVM CVRABAT GERARDVS MORRHIVS CAMPENSIS
LVTETIAE PARISIORVM, APVD
COLLEGIVM SORBONAE.

M. D. XXXII.

¶ Registrum.

¶ α. β. A. B. C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X. Y.Z. Aa.Bb.Cc. Dd.Ee.Ff.Gg.Hh.Ii.Kk.Ll.Omnes sunt terniones, præter A & Kk qui sunt duernones.

¶ Ad lectorem.

Fieri uix potest candide lector quin inter excudendum erratula quædam obrepãt, quãuis authores ipsi præsint interdum prælo: id quod uerissimũ esse cõperies, ubi fueris ipse rẽ expertus. Adnotauimus igitur heic quæ inter relegẽdũ offendimus, etiã si partim eiusmodi sint, ut uel à mediocriter doctis animaduerti facile queant: partim in multis exemplaribus etiamnum emendata. Proinde primus numerus folium indicat, secundus paginam, tertius lineam.

¶ Errata.

IN Epistola liminari α 2, li. 4, à fi. postliminio. Ibidem li. 11, à fi. sepulta, pa. 2, li. 1, insulsissimas. α 3, pa. 2, in fi. Ianuarijs. Folio 2, Pag. 1, Li. 19, quin. 4, 2, 2, præerat. 5, 2, 11, absentes. ibidẽ li. 57, Camillũ. ibidẽ li. 40, Dictatura. 11, 1, 9, à fi. Cωnωpiũ. 17, 2, 3, à fi, obseruari. 22, 2, li. 25, adnotare. 23, 2, in fi. Ἀσάνδες. 24, 1, 1, hirũdines. 27, 1, 14, sinus, 28, 1, 1, Lictores. 31, 1, 9, à fi. spino. 32, 1, 16, à fi. Metellus. ibi. 9, à fi. notitiã. 39, 1, 45, Traditũ. ibidẽ li. 49, cõuitijsq́. 46, 1, 19, ut nunq̃. 48, 1, 10, atrio. ibidem agna. 53, 2, 12, accusatiuo. 55, 2, in fi. Latinè. 56, 2, 3, à fi. Periander. 64, 2, 37, lustrabãtur. ibi. li. 41, Deiotari, ibi. li. 51, Ilion. 65, 1, 5, tradebãtur. ibi. li. 22, fraudarentur. 66, 1, 10, à fi. ostia. 69, 2, 14, à fi. Bibebant. 73, 1, 7, (Iouis militij) Et paulo post cap. 22, huius libri, Iouis militaris mẽtionẽ facit: Thucydides tamẽ in primo meminit Athenis fuisse festum Iouis Melichij, Nos scripturã temere mutare noluimus. 74, 2, 5, à fi. Agrippa. 81, 2, 14, ueteribus. 82, 1, 20, Eratq́, 108, 2, 6, à fi. gymnico. 109, 2, 7, à fi. qđ est. 110. 12. Erimodiciũ. ibi. 2, 14, à fi. δᾶῦτα. 121, 1, 27, Cõsulares. ibi. li. 5, à fi. cõniuet. ibi. li. 9, à fi. arbitrij & iuris erat. 124, 2, 34, minimo. 125, 2, 10, à fi. agere licet. 130, 1, 4. uaporario. 132, 2, 32, Dialia. 137, 2, 17, ad se ptinere. 143, 1, 34, exquirebat à fi. 144, 2, 25, Bæoticæ. 149, 1, 10, interpretationẽ. 151, 2, 33, interesse. 153, 1, 7, uestibulis. 155, 1, in fi. Messenio. 162, 1, 13, ut opibus & fide. 160, 2, 13, latere. ibi. li. 33, edicto Aediliũ. 162, 2, 2, à fi. uastitate. 171, 1, 5. scriptũ legimus. ibi. pag. 2, li. 11, criminibus. 180, 2, 11, à fi. peruulgatũ.

¶ Annotata in margine sic restitues.

¶ Folio 40, pag. 2, ordo magistratuũ. 46, 1, Sextarius. 59, 2, loca gẽtilitiorũ. 65, 1, Spartanorum. 66, 1, Inferni ostia. 70, 2, paternæ paupertatis. 72, 1, hysteria. 82, 2, Cærimoniæ centenariæ, tricenariæ, & cætera. 110. Erimodiciũ, 132, 2, Theoxenion. 139, 2, expunge omen unà cũ asterisco, similiter & in contextu. 148, 2, Magistri. 170, 2, Isidis. 173. De causidicis expunge De. 189, 1, Hermothybies.

μήτε ἐμοὶ μέλι, μήτε μέλιττα.



Nocet empta dolôre uoluptas.

